This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Captain Oliver Lyman Spaulding, Jr.

United States Artillery

8
H5
S37
1665



LUGD. BATAVORUM,
Ex Officina HACKIANA. A°. CIↃ IↃC LXIII.

Stephen Spaulding
mem. coll.
Bequest of Alice
Lyman Spaulding.
5-18-46

552337

CANDIDO & BENEVOLO
LECTORI
S. P. D.

IAM olim ea eſt Poëſeos laus ac præſtantia, ut cum ipſa Philoſophia de dignitate contendat: atque adeo ſi antiquitatem æſtimemus, meritò ſuperet. Certè velut fontem Sapientiæ appellare hanc liceat, ſi omnis melioris vitæ decreta non à Philoſophis primum meditata, ſed à Poëtis modulata cogitemus. His ſiquidem magiſtris, univerſus Sapientum chorus plurimum ſe profeciſſe lætatur; atque agnoſcit, divinas Sapientiæ ac Prudentiæ leges facilius in rudioris adhuc ævi animos penetraſſe, ſuaviori illo poëtarum accentu decantatas. In Græcis Homerus eſt, verè πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Qui, quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius ac melius Chryſippo ac Crantore dicit.

Flacco hoc noſtro teſtante; quem ipſum in Latinis ſapientiorum Poëtarum principem jure laudemus: in quo pænè tot vivendi documenta, quot verſus, tot ſententias, quot verborum ſenſus, admiremur. Studiosè itaque & ſedulò ſingula Horatii poëmata lege & perpende: invenies non diſputationes quidem ſubtiles, aut ratiocinationum acumina: ſed pleraque omnia quæ ad rectè, ſanctè, tranquillè, beatéque vivendum à profano homine proficiſci poſſunt, argutè ac graviter præcepta, exempliſque Poëtarum hiſtoriarumque & vitæ communis de copia depromptis explicata, confirmata,

ac quaſi condita. Hic enim mos, hæc ratio philoſophandi, unice Horatio placuit. quo ſenſu etiam in aureâ illa ad Lollium Epiſtola, Homericam Philoſophiam Chryſippeæ & Crantoreæ præfert. Mira eſt, & in Odis, & carminis & argumentorum varietas, ſumma copia & ſuavitas: ſententiæ graves, argutæ & artificioſiſſimæ: digreſſiones oppido venuſtæ. Sed Horatium legere cuique, quam laudes ejus perſequi eſt facilius. Verum quum more receptum ſit, in limine operis Lectorem præmonere, ſi quid editio præ cæteris peculiare habuerit, & quis ſcopus Auctoris fuerit, & quæ mens, qualique methodo uſus ſit: tum etiam quid in ipſo opere obſervandum. Paucis ergo, Benigne Lector, accipe, quid hac Editione tertia præſtitum. Textum primò quod attinet caſtigatiſſimum Tibi jam exhibemus, utpote cum correctiſſimis Roberti & Henr. Stephani, tum Torrentii & aliorum editionibus collatum & quaſi concinnatum. Argumenta etiam ſingulis Odis, Satyris & Epiſtolis præfiximus, & notas arithmeticas verſibus appoſuimus & notis, ne quid hac in parte deſiderari etiam poſſet. Scholia Bondii integra damus, adjunctis etiam Variorum notis ſelectiſſimis, præcipue Acronis, Porphyrionis, Turnebi, Lambini, Cruquii, Torrentii, Nannii, Salmaſii, Heinſii aliorumque; quorum Catalogum hic etiam exhibemus. His jam addidimus Venuſinas Lectiones JOH. RUTGERSII, *nunquam antea editas. Indicem rerum & verborum multo quam ante hac locupletiorem, & omnibus editionibus accommodatum adjunximus: tum & Indicem Auctorum tam veterum quam recentiorum, qui hoc in opere citantur, quorumque opera in notis uſi ſumus. Hæc & alia Reipub. litterariæ commodo, in lucem edita, ſi ſerena fronte excepta, plauſum aliquem meruiſſe ſenſero, plurimum mihi gratulabor, animumque addent, majora poſthac audendi, modo Deus Opt. Max. vires mihi eas & mentem eandem largiatur. Hiſce fruere & vale.*

Q. HORATII FLACCI
VITA,

E vetuſto quodam exemplari deſcripta.

QUINTUS HORATIUS FLACCUS, Venuſinus, patre, ut ipſe quidem tradit, libertino, & exactionum coactore: ut verò creditum eſt, ſalſamentario: quum illi quidam in altercatione exprobraſſet, *Quoties ego vidi patrem tuum brachio ſe emungentem?* Bello Philippenſi excitus à M. Bruto imperatore, tribunus militum meruit: victiſque partibus, venia impetrata, ſcriptum quæſtorium comparavit: ac primo Mæcenati, mox Auguſto in gratiam inſinuatus, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Mæcenas quantopere eum dilexerit, ſatis demonſtratur illo epigrammate,

Ni te viſceribus meis Horati
Plus jam diligo, tu tuum ſodalem
Hinno me videas ſtrigoſiorem.

Sed multo magis extremis, tali ad Auguſtum elogio,

Horatii Flacci, ut mei, eſto memor. Auguſtus epiſtolarum quoque ei officium obtulit, ut hoc ad Mæcenatem ſcripto ſignificat, *Antè ipſe ſufficiebam ſcribendis epiſtolis amicorum: nunc occupatiſſimus & infirmus, Horatium noſtrum te cupio adducere. Veniet igitur ab iſta paraſitica menſa ad hanc regiam, & nos in epiſtolis ſcribendis adjuvabit.* Ac ne recuſanti quidem aut ſuccenſuit quicquam, aut amicitiam ſuam ſuggerere deſtitit. Extant epiſtolæ, è quibus argumenti gratia, pauca ſubjeci, *Sume tibi aliquid juris apud me, tanquam ſi convictor mihi fueris. Rectè enim & non temere feceris, quoniam id uſus mihi tecum eſſe volui, ſi per valetudinem tuam fieri poſſit.* Et rurſus, *Tui qualem habeam memoriam, poteris ex Septimio quoque noſtro audire, nam incidit ut coram illo fieret à me tui mentio. Neque ènim, ſi tu ſuperbus amicitiam noſtram ſprevíſti, ideo nos quoque ἀνθυπερφρονοῦμεν.* Præterea ſæpe eum, inter alios jocos, putiſſimum penem, & homuncionem lepidiſſimum appellat: unaque & alterâ liberalitate locupletavit. Scripta quidem ejus uſque adeo probavit, manſuraque perpetuo credidit, ut non modo ſeculare carmen componendum injunxerit, ſed & Vindelicam victoriam Tiberii Druſique, privignorum ſuorum: eumque coëgerit propter hoc, tribus carminum libris ex longo intervallo quartum addere. Poſt Sermones verò lectos quoſdam, nullam ſui mentionem factam ita ſit queſtus, *Iratum me tibi ſcito, quod non in pleriſque ejuſmodi ſcriptis mecum potiſſimum loquaris. An vereris ne apud poſteros infame tibi ſit quod videaris familiaris nobis eſſe?* Expreſſitque Eclogam, cujus initium eſt,

Quum

Quum tot ſuſtineas & tanta pericula ſolus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora Cæſar.

Habitu corporis brevis fuit, atque obeſus: qualis & à ſemetipſo in Satyris deſcribitur, & ab Auguſto, hac epiſtola, *Pertulit ad me Dionyſius libellum tuum: quem ego (ne accuſem brevitatem) quantuluscunque eſt, boni conſulo. Vereri autem mihi videris ne majores libelli tui ſint, quam ipſe es: ſed ſi tibi ſtatura deeſt, corpuſculum non deeſt. Itaque licebit in ſextariolo ſcribas, quum circuitus voluminis tui ſit* ὀγκωδέστατος, *ſicut eſt ventriculi tui.* Ad res venereas intemperantior traditur. nam ſpeculato cubiculo ſcorta dicitur habuiſſe diſpoſita, ut quocunque reſpexiſſet, ibi ei imago coïtus referretur. Vixit plurimum in ſeceſſu ruris ſui Sabini, aut Tiburtini: domuſque ejus oſtenditur circa Tiburni luculum. Venerunt in manus meas & elegi, ſub ejus titulo, & epiſtola proſa oratione, quaſi commendantis ſe Mæcenati. Sed utraque ſalſa puto. nam elegi, vulgares: epiſtola autem, obſcura, quo vitio minime tenebatur. Natus eſt VI. Id. Decemb. L. Cotta & L. Torquato conſulibus. Deceſſit V. Kal. Decemb. C. Mario Cenſorino & C. Aſinio Gallo conſulibus, poſt nonum & quinquageſimum annum: hærede Auguſto palàm nuncupato, quum urgente vi valetudinis non ſufficeret ad obſignandas teſtamenti tabulas. Humatus & conditus eſt extremis Eſquiliis, juxta Mæcenatis tumulum.

EJUSDEM
Q. HORATII FLACCI
VITA
In alio exemplari aliter ſcripta.

Q. Horatius Flaccus Libertino patre natus in Apulia, cum parente in Sabinos migravit. Quem quum pater puerum Romam miſiſſet in ludum literarium, parciſſimis eruditus impenſis, anguſtias patris vicit ingenio: coluitque adoleſcens Brutum: ſub quo tribunus militum civili bello militavit: captuſque à Cæſare, poſt multum tempus, beneficio Mæcenatis non ſolum ſervatus, ſed etiam in amicitiam receptus eſt. Quapropter Mæcenati & Auguſto in omnibus ſcriptis ſuis venerabiliter aſſurgit. Scripſit Carminum libros IV. Epodῶn I. Carmen ſeculare. De arte Poëtica I. Epiſtolarum lib. II. Sermonum II. Commentati ſunt in illum, Porphyrion, Modeſtus, Helenius Acron: omnium optimè C. Æmilius.

EJUS-

EJUSDEM

Q. HORATII FLACCI

VITA,

Per PETRUM CRINITUM, *Lib.* III. *De Poëtis Latinis.*

Q. HORATIUS FLACCUS in Venuſio Apuliæ oppido natus eſt. Patrem habuit libertini generis, unde illud, Sat. 6. l. 1.

Quem rodunt omnes libertino patre natum.

Pro certo habetur, ejus natalem fuiſſe duobus circiter annis ante conjurationem L. Sergii Catilinæ. quo tempore celebres erant in civitate, ex Poëtis, Valerius Catullus, Licinius Calvus, & Helvius Cinna: ex oratoribus, M. Cicero, Q. Hortenſius, & Q. Catulus: ex Philoſophis, Varro Terentius, & Figulus Nigidius. Orbilium Beneventanum (ut conſtat) à puero audivit, quem appellat Epiſt. 1. lib. 2. *plagoſum*: ac mirum quam brevi tempore in bonis literis profecerit. Ingenio enim facili & avidiſſimo fuiſſe traditur in capiendis optimis diſciplinis. Ubi autem ſatis viſus eſt navaſſe operam Latinis ſtudiis, Athenas ſe contulit, ut Philoſophorum præceptis liberius incumberet. Maximéque Epicureorum placita videtur probaſſe: ut illud urbanè dictum teſtatur, Epiſt. 4. lib. 1.

Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes,
Quum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Moribus fuiſſe dicitur ſubobſcœnis, & ad bilem interdum paulò excitatior: adeo erga amicos gratus atque officioſus, ut nobiliorum etiam ſtudiis & gratia clarior indies ac nobilior eſſet. Nam primò dignitatem tribunitiam honeſtis ſuffragiis eſt adeptus, & Romanæ legioni præpoſitus: quod ipſe de ſe ſcribit. Amicos verò habuit, ex Poëtis, Albium Tibullum, Quintilium Varum, cujus obitum officioſe deplorat: Valgium conſularem, Virgiliúmque ipſum ex prima nobilitate, Julianum Florum, Maximum Lollium, & Mæcenatem, cum quo ſupra ſeptem annos ſumma familiaritate vixit. quod cum ex locis multis, tum maximè his verſibus apparet, Sat. 6. lib. 2.

Septimus octavo propior jam fugerit annus,
Ex quo Mæcenas me cœpit habere ſuorum
In numero. ———

Nam cum ipſo quidem Horatio jocari liberius Mæcenas, atque agere conſuevit, eidemque concredere ſua ſtudia, in rebus civilibus. Quum ipſa civitas magnis factionibus teneretur, variiſque ſeditionibus æſtuaret, ſequutus primò eſt Bruti & Caſſii partes; quod à multis aliis & à Sidonio Apollinari, traditum eſt: qui ad Julium Majoranum ſic refert,

Et tibi, Flacce, acies Bruti Caſsiique ſequutæ,
Carminis eſt autor qui fuit & veniæ.

Mox verò accidit ut favore Mæcenatis non dignitates tantum aſſequeretur, ſed ipſi quoque Octavio imperatori foret inſinuatus: quum liberè & amicè ad illum ſcribat. illas tamen epiſtolas, quæ referuntur à quibuſdam, Auguſti ad Flaccum, magis confictas opinamur, quàm dignas tanto principe, ejuſque ſumma eruditione. quod ipſum cùm alia multa, tum elocutio inprimis probat. Compoſuit perplura, quæ vulgo etiam ſunt notiſſima: nos quam breviſſimè repetemus: Libros Carminum quatuor, Epodōn, & Seculare carmen: quibus Auguſtum ac Mæcenatem miris laudibus celebrat. In ſcribendis jambicis mirè efficax habitus eſt: quod & Fabius Quintilianus teſtatur. Inter Lyricos verò (inquit) ſolùs verè dignus eſt legi Horatius: quoniam & inſurgit aliquando, & plenus eſt jucunditatis & gratiæ: variiſque verbis & figuris feliciſſime audax. Ex quo illud pervulgatum,

Hic inter lyricos ſublimi vertice vates
Sidera ſumma ferit, ſeu dulcia furta puellæ
Cantat, amicitias, convivia, prælia, paces:
Sive Lycambeis lacerat latratibus hoſtem,
Impetit aut vario corruptos carmine mores,

Apollinaris quoque ſic ad Tonantium de Horatio,

Sed tu per Calabri tramitis aggerem
Vis ut noſtra dehinc curſitet orbita,
Qua Flaccus lyricos Pindaricum ad melos
Frænis flexit equos plectripotentibus,
Dum metro quatitur chordæ Glyconio,
Nec non Alcaico, vel Pherecratio,
Juncto & Lesbiaco, ſive Anapæſtico:
Vernans per varii carminis eclogas
Verborum violis multicoloribus.

Diomedes Grammaticus, & alii veteres, undeviginti carminum modos ab Horatio decantatos aſſerunt, quorum rationes in tertio de Grammatice libro à Diomede ipſo referuntur, Scripſit de Poëtica librum ad Piſones: volumina duo Satyrarum, ac totidem Epiſtolarum. In Satyra verò Lucilium ſequutus eſt, etſi eum ut lutulentum accuſat. Fabius certè Quintilianus præcipuum in Satyra dicit hunc ipſum Horatium, ac purum in primis, & terſum. Quin hoc illi proprium & peculiare fuit, ut ridenti ſimilis, & quaſi diſſimulans, improbitatem ac vitia hominum accuſaret: quod ea magis urgeant atque afficiant quæ ſenſim irrepunt, quàm quæ aperta fronte invadunt. quod ipſum & Poëta Perſius demonſtrat,

Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico,
Tangit, & admiſſus circum præcordia ludit,
Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

Sed & Poëta Ovidius ingenue fatetur magnopere ſe Horatianis verſibus delectatum, & ejus carmen diligenter audiſſe: veluti Propertium, Macrum, Ponticum, & Baſſum, qui jambicos luſit.

Et tenuit noſtras numeroſus Horatius aures,
Quum ferit Auſonia carmina culta lyra.

Permultos verò enumerat Horatius, quorum & ſtudium & judicium percoluiſſe ut Plotium, Mæcenatem, Varium, Virgilium, Fuſcum, Viſcos, Valgium, Pollionem, Meſſalam, & alios. Sequutus eſt eum in componendis lyricis Paulus Paſſienus: qui (ut eſt autor Plinius) mirifice illum exprimebat. Statura fuiſſe traditur brevi, corpore obeſo, oculis lippis: quæ vel ex carmine illius variis locis colliguntur. Mortuus eſt autem Horatius anno ætatis ſuæ ſeptimo & quinquageſimo, ut in Euſebii annalibus relatum eſt. Alii ſupra ſeptuageſimum annum vixiſſe ſcribunt, quod ego tamen falſum exiſtimo, ut alibi obſervatum eſt.

DE Q. HORATII VITA AC SCRIPTIS,

Ex ipſius potiſſimum Poëmatibus.

HORATIUS *Quinctum* ſe appellat ipſe lib. II. Sermonum Satyra VI. verſ. XXXVII. *Horatium* alii omnes, & ipſe diſertis verbis in fine Odæ ſextæ libri quarti. *Flacci* cognomen Plutarchus in vita Luculli ei tribuit, & ſic ſeipſum notat perſpicuè Epod. XV. & lib. II. Sat. I.

Patriam habuit Venuſiam, quæ Romanorum Colonia nequaquam ignobilis. Cujus ampliſſima laudandæ opportunitas peti ab Horatio potuiſſet è Romanorum ſecundo bello Punico calamitatibus. Nam & ſumma fide atque humanitate uſi ſunt Venuſini in reliquiis Cannenſis cladis, ipſoque etiam ejus capite Varrone, recipiendis ac reficiendis. & apud Livium lib. XXVII. Annalium ab V.C. inter eas numeratur Venuſia Colonias, quæ alieniſſimo Rom. imperii tempore in fide tamen P. R. perſtiterunt. Horatius poſterioris libri Satyra prima ita patriæ mentionem facit: ut ſatis arguat, neque patriam Horatianis, neque Horatium Venuſini nominis ornamentis indigere.

Patre natus eſt libertino & coactore, hoc eſt, loco obſcuro, in re tenui, & conditione minimè ſplendida. Legenda quarta & ſexta libri prioris Satyra, ut, qualem ſibi quiſque patrem optare debeat, conſtet. Certè ſalſamentarium fuiſſe patrem (quod in vita calamo exarato legi-

 tur)

tur) vel ea de cauſſa non credo, quod mentionem ejus rei ipſe nullam fecerit: non diſſimulaturus ſcomma illud, quòd pater cubito ſe emungeret. In auctore Rhetoricorum ad Herennium lib. IIII. id dicterium pro exemplo ſignificationis per conſequentiam ponitur; in quem, non expreſſo. de quo joco vide Pet. Victorium lib. XIV. Variar. cap. X. & Joan. Brodæum lib. VI. Miſcellan. capite VIII.

Satis conſtat natum eſſe biennio ante Catilinariam conjurationem, quam M. Tullius Cicero Coſ. anno poſt R.C. DCXC. exſtinxit: nimirum L. Aurelio Cotta & Manlio Torquato utroque iterum Coſſ. anno ab V. C. DCLXXXVIII. qúod non ſemel ipſe teſtatur, ut cum teſtam ſecum natam Coſ. Manlio alloquitur lib. III. Carm. Od. XXI. & Torquatum Conſulem ſuum vocat XIII. Epod. Unde ad Q. Lepidi cum M. Lollio Conſulatum anni fuerunt XLIX. atque tot annos iis Coſſ. ſe natum ſcribit extrema Epiſtola libri prioris.

A patre puer Romam eſt deductus, ut liberaliter ibi educaretur, animique culturam perciperet; ſumtus patre benigne admodum pro ſuis facultatibus præbente. Sic ipſe narrat lib. I. Sat. VI. copioſe, & lib. II. Epiſt. II. v. XLI. Romæ ſe enutritum, ac Iliadem Homeri didiciſſe oſtendit. Quibus ſit uſus Magiſtris, non ſatis liquet. Livii quidem Andronici principis inter Latinos Poëtæ carmina ſibi parvo dictata fuiſſe ab Orbilio Grammatico (qui Romam Cicerone Coſ. venit, ut in ejus vita Suetonius perhibet) in Epiſtola ad Auguſtum prima lib, II. teſtatur. In ſequente, ſe Roma Athenas Philoſophiæ cognoſcendæ cauſſa profectum eſſe, indeque in bellum Civile abreptum, à partibus Bruti apud Philippos in acie ſtetiſſe innuit. Agebat tum ætatis annum viceſimum tertium: ſiquidem Lepido II. & Planco Coſſ. apud Philippos periit Brutus, quod vel ex Dionis XLVII. libro doceri poteſt. & quidem meminit hujus anni, cum ſe *calidum juventa* fuiſſe ait *Conſule Planco* (lib. III. Od. XIV.) Sub Bruto eum Tribunum plebis credo fuiſſe: nam eum honorem à ſe fuiſſe geſtum, ipſe lib. I. Sat. VI. V. XLVIII. commemorat. Sed ſtatim poſt infelix illud bellum poëticæ ſe dediſſe, dicta ad Julium Florum Epiſtola oſtendit: & apparet ex Oda VII. libri II. in bellum eum poſtmodò non rediiſſe. Sed & Suetonius (putatur ſaltem ejus vita Horatii, quam ex veteribus libris Nannius prodidit) idem ſentit: & in vita Horatii breviore incerti auctoris idem eſt: idque præterea, captum Philippenſi bello à Cæſare Horatium, poſt magnum tempus beneficio Mæcenatis non ſolum ſervatum, ſed & in amicitiam receptum eſſe. Bonis paternis ſe exutum eo bello Horatius ſatis apertè prodidit: de captivitate nihil. quod tamen diſſimulaturum vix puto, cum alia referat ſua pericula, quæ Mæcenatis aut ipſius Auguſti prædicandi materiam non æque ſuppeditarent. Evitatam à ſe cædem in pugna ad Philippos, etiam alibi refert, ut quam modo dixi Oda, & Oda IV. v. XXVI. libri tertii: ubi etiam de naufragii periculo ad Palinurum Lucaniæ promontorium ſuperato mentionem facit. Arboris lapſu ſe pæne fuiſſe oppreſſum, quam ſæpe etiam alibi dicit? ut Odis XIII. & XVII. libri ſecundi & Oda VIII. lib. III.

Amici-

Amicitiam quidem cum Auguſto non jactat ſuam Horatius, quippe quem ſuperiorem humana conditione agnoſceret, & ceteroqui non indignis laudibus veheret: obiter quidem ſæpe, ut lib. I. Oda II. XII. & penultima, lib. II. Od. VII. lib. III. Oda III. IV. V. & XII. atque alibi, diſertiſſime autem & magnifice in quarto libro, quem Suetonius ille & alii recte (meo judicio) ſentiunt ipſius juſſu ad Tiberii Druſique etiam privignorum laudes celebrandas ab eo elaboratum fuiſſe. quas ita exornavit Poëta ut Auguſto interim ſummam rei acceptam ferret, quod ejus libri Odas IV. & penultimam legenti animadvertere facile eſt. In ſecunda autem ad laudes Auguſti mira occaſione delabitur, quas pleno ore detonat in quinta & ultima, ut & Sæculari carmine: quo & Epodon carmen nonum pertinet. Et divinavit profecto optimus ac doctus Princeps, victurum quod ſcriberet Horatius. Ut enim Varius, cui in Epico genere palmam Horatius lib. I. Od. VI. & lib. Serm. Sat. X. V. XLIIII. tribuit, ſuoque merito ab Auguſto donis affectum teſtatur lib. II. Epiſt. I. à Virgilio, quem unà noſter ſolet laudare, oblitteratus eſt: ita Venuſina lucerna omnium aliorum Lyricorum luminibus offecit. In Satyris quidem parca mentio Auguſti, non tamen nulla ut lib. II. Sat. V. verſ. LXII. & in Epiſtolis, ut lib. I. Epiſt. XVIII. verſ. LV. &c. Sed in prima lib. II. Epiſt. (quam Eclogam Suetonius ille nominat, ut Porphyrio & Acro Satyras Eclogarum nomine etiam affecerunt) ita Auguſtum exornavit atque celebravit, ut abſolutius potuerit nemo. Neque dubium eſt, quin ab eo etiam donatus ac locupletatus ſit, quod ſemel atque iterum factum idem auctor aſſerit. Crediderim liberalitatem iſtam ideo ab Horatio non eſſe celebratam, quod minor materies eſſet, quam quæ laudando totius pæne mundi domino ſufficeret. Illud Auguſto dignum, quod eum invidia majorem, vivum incolumemque, ob merita in patriam dei loco haberi demonſtrat: quod patrem urbium ante mortem appellat: utpote licentiæ domitorem, & bonorum morum legumque ſaluberrimarum inſtauratorem, auctorem atque tutorem. lib. III. Od. XXIIII. lib. IIII. Oda ult. l. II. Epiſt. I.

Mæcenatis alia fuit ratio, de ſuo donantis. In cujus amicitiam ut pervenerit, & quo loco fuerit, ex ipſius malo te verſibus, quàm de meis verbis cognoſcere. lib. I. Sat. VI. & lib. II. Sat. VI. Id quidem ingenue fatetur ac paſſim Horatius Mæcenatis ſe liberalitate eas conſecutum opes, quibus contentus beate vivat, ac plura ne requirat quidem; etiam hæc, ſi vellet, ab ipſo impetraturus: quo pertinent illa I. Epod.

Satis ſuperque me benignitas tua
Ditavit.

Et lib. 2. Od. 18.

—— Nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus unicis Sabinis.

Et alibi lib. 3. Od. 16.

Importuna tamen pauperies abeſt.
Nec ſi plura velim, tu dare deneges.

Tum

Tum quæ Epiſtola ſeptima libri prioris habentur, lepida juxta atque arguta, & alia id genus. Laudat autem grato animo Mæcenatem, ejuſque virtutem prædicat, qui regio Etruſcorum genere ortus, equeſtri ſtatu contentus, doctrinæ ac virtuti tantum detulerit honoris, ac tam impenſe doctos foverit. lib. I. Sat. VI. lib. I. Od. I. & XVI. lib. III. Od. XVI. & XXIX. & I. Epod. Itaque eum *præſidium* ac *decus ſuum* & *columen ſuarum rerum* vocat, ac *partem animæ ſuæ*, ſine quo etiam vitam ſibi acerbam duceret. Natalem quoque Mæcenatis, ut diem feſtum, ſacrificio & convivio dignatus eſt. Denique Virgilio ſuo, in Mæcenate prædicando & exornando, longe eſt prolixior. Audacter enim nugantur, qui eum ſub Malthini nomine Mæcenatis mollitiem proſcidiſſe, & ejus uxorem Lycymniæ nomine notatam ita belle laudaſſe fingunt. lib. I. Serm. Sat. II. lib. II. Carm. Od. XII.

In Sabinis ſua habuit prædia, & fundum ſuum pereleganter lib. I. Epiſt. XVI. ad Quinctium depinxit. Apparet autem ſatis ex ipſius ſcriptis, maxime Sat. VI. libri poſterioris, & Epiſtola ad Ariſtium Fuſcum. quæ eſt prioris libri decima, (ne cætera perſequar) fuiſſe eum animo à vita urbana alieno, & rure ita vixiſſe libenter, ut felicem maxime in ſua ſe villa putaret. quod genus vitæ ut homini philoſopho, eidemque Poëtæ, ad ſuum inſtitutum tenendum commodiſſimum; ita & veris voluptatibus erat, ac moleſtiarum & invidiæ vacuitati maximè aptum. Itaque ſentio eum plane liberam vitam atque omni munere officioque publico vacuam egiſſe jam inde ab eo tempore, quo benignitate Mæcenatis atque Auguſti tantam rem conſecutus fuit, quanta ei ad frugaliter & honeſte vivendum ſuppeditaret: quod ipſe vocat, *Quod non deſit habere*, lib. II. Ep. II. verſ. LII.

Scribæ functum officio qui autumant, non ſatis firma nituntur conjectura ex his verſibus lib. II. Sat. VI.

De re communi ſcribæ magna atque nova te
Orabant hodie meminiſſes Quincte reverti.

Potuit enim ſcribis communis res eſſe, nihil ad Flaccum pertinens, de qua ejus (ut deos propius contingentis) opera & interceſſione apud Mæcenatem, Agrippam, Auguſtum ipſum, opus haberent. Certe Suetonius ille ſcribit, Auguſtum uti voluiſſe Horatii opera in Epiſtolis ſcribendis, neque tamen obtinuiſſe. Credat, qui vult, eum Auguſti noluiſſe ſcribam eſſe, voluiſſe aliorum. Et quidem ubi oſtendit ſibi non vacare ſcribere poëmata, nullum publici muneris impedimentum allegat. lib. II. Epiſt. II. verſ. LXV. Planè ita ſtatuo, idque ipſius ſcripta videntur demonſtrare, eum, quicquid officio amicos (Auguſtum maxime, & Mæcenatem, qui eo non libenter caruit, ut lib. I. Epiſt. VII. & alibi intelligitur) colendi ſuperfuit temporis, poëſi ac philoſophiæ impendiſſe. Maximum autem documentum ſingularis virtutis eſt atque doctrinæ, quod eorum amicitia uſus eſt atque familiaritate, quos & ætas opibus, doctrina, auctoritate, virtute præſtantiſſimos tulit. Nam & ad M. Vipſanium Agrippam perfamiliariter ſcripſit, (lib. I. Od. VI.) & Claudio Auguſti privigno ita carus fuit, ut etiam commendandi alios poteſtatem haberet: lib. I.

Epiſt. IX.

Epiſt. IX. Quid dicam Julium Antonium M. F. Aſinium Pollionem, Varium, Meſſallam, Julium Florum, Torquatum, Lollium, Ælium, alios viros primarios? quibus quam fuerit conjunctus, ipſius poëmata te docebunt. Imo quid felicius amico Virgilii potuit eſſe? at hunc *animæ ſuæ dimidium* vocat, lib. I. Od. III. huic ita placuit, ut ab eo & Vario Mæcenati primum inſinuatus atque traditus fuerit: hunc & Varium candidiſſimas & ſibi devinctiſſimas animas appellat, lib. I. Sat. V. verſ. XL. Valgium quoque nobilem Poëtam amicum habuit, (lib. II. Od. IX) quo propiorem Homero alium negat Tibullus, prima libri quarti Elegia. Sed & hunc ei familiarem fuiſſe colligunt ex conſolatione (lib. I. Od. XXXIII.) ad eum ſcripta parum feliciter amantem. & ad eumdem ſcriptam ſentiunt Epiſtolam quæ libri prioris numeratur quarta. Atqui ad eum Flaccus ut felicem ac divitem ſcribit, & ſuorum Sermonum judicem candidum, cum Sermones Horatium ſcripſiſſe jam ætate maturum conſtet.

Ovidii de Horatio verſus ex IV. Triſtium Elegia X. ſunt notiſſimi, quibus eum *numeroſum* vocat, & qui *aures doctas teneret*. Amicitiæ neuter mentionem facit, etſi minime occultum eſt Tullii & Ovidii mentione abſtinuiſſe, qui Auguſtum offendere nollet. Exſtat aliorum quoque poëtarum recenſio, quos Horatius eâ tempeſtate claros refert, ac quibus probare ſua cupit: ad finem Sat. X. libri prioris.

Porro autem cælibem fuiſſe Horatium admodum credibile eſt, cum nuſquam in tam variis Carminibus & Sermonibus uxoris aut familiæ meminerit. Immo cælibem ſe diſerte dicit Martiis Kalendis, qua die alias Matronalia agebantur, ſacrificare, lib. III. Od. VIII.

Sua ſe ſorte contentum vixiſſe honeſtam neque tamen expertem voluptatum liberalium vitam, paſſim de ſe canit; vini, & otii, & munditiæ ac conviviorum cum amicis frugalium laudatorem, opum & ſplendoris contemptorem: lib. I. Epiſt. X. & XIV. & XV. & XVIII. lib. III. Od. I. & XVI. lib. I. Sat VI. & lib. II. Sat. VI. & alibi.

Sunt qui obeſum fuiſſe colligant, inde ducto argumento quod ſe nitidum & pinguem ac bene curata cute porcum de Epicuri grege, lib. I. Epiſtola IV. ad Albium dicit. at alibi (lib. I. Epiſt. XX.) ſe corporis exigui vocat, ut prius εἰρωνικῶς dictum ſuſpicari poſſemus, niſi Suetonius etiam ut ſerio dictum acciperet, & ex Auguſti Epiſtola demonſtraret, alterum illud ad ſtaturam pertinere. Lippum fuiſſe uſumque collyriis ipſe quoque retulit, lib. I. Sat. V. nec non præcanum ſe fuiſſe, hoc eſt, ante annos & ſenectutem canum, lib. I. Epiſt. ult. ſcripſit autem hoc annum agens ætatis quadrageſimum quartum, ut ipſe ait.

Quamdiu vixerit Horatius, non eſt in obſcuro. Euſebius in ſuis Chronicis eum mortuum ait XXXIV. anno Auguſti, anno ætatis LVII. Quod planiſſime confirmat Suetonius qui eum mortuum ait *C. Marcio* (ſic enim legendum) *Cenſorino* & *C. Aſinio Gallo Coſſ.* qui fuit annus ab U.C. IƆCCXLVII. quem numerum invenies ſi natali Horatii adjicias annos LVII. Itaque non diſſentire ab his Acronem, ſed in ejus libro LXXVII. pro LVII. perperam ſcriptum arbitror. De mortis genere

nihil

nihil traditum invenio, vulgare fuiſſe exiſtimo. Ipſe, poëtico more, non modo ſuis carminibus perpetuitatem & famam perennem pollicetur (lib. III. Od. XXX.) ſed & ſe (lib. III. Od. IV.) qui puer à Muſis amatus eſſet, & à palumbibus tectus, in olorem tandem transformatum iri, atque ita immortalitatem conſecuturum, totumque terrarum orbem pervagaturum jactat, lib. II. Od. XX.

Quam ſectam Philoſophorum potiſſimum amplexus fuerit, miror diſputari; cum ſuam ipſe libertatem prædicet, his verbis quæ in prima exſtant Epiſtola:

Et ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:
Nullius addictus jurare in verba magiſtri, &c.

Academicorum hunc fuiſſe morem ajunt; & aurea ſunt verba Tullii hac de re, ſui Luculli præfationem claudentis. hoc tamen refert, quod nimia illa ἐπεχόντων cautione, metuque ea quæ certa ſunt certa pronuntiandi, auctoritas & fides principiorum & eorum quæ principii vim obtinent, proditur atque labefactatur. Itaque Horatius longe his prudentior, de magni momenti rebus, quod verum ſciret, intrepide adſeveravit. Ex eo quidem, quod *inter ſylvas Academi verum ſe quæſiviſſe Athenis* ait lib. II. Epiſt. II. verſ. XLV. Academicum velle efficere, λεπτολογοῦντος fuerit potius, quam aliquid demonſtraturi. Non deſunt qui Epicureum fuiſſe dicant, quod *Epicuri de grege porcum* ſe ipſe lib. I. Epiſt. IIII. appellet, quod in voluptatibus prædicandis nequaquam ſit parcus. Atqui his nemo credet, qui Epicuri quæ fuerint de felicitate & multis aliis rebus placita apud fide dignos ſcriptores legerit. Nam in eo quidem αὐτοπροσωπία eſt, quod ſe *porcum Epicureum* vocat; ut alibi (lib. I. Epiſt. XV. verſ XXIIII.) *Phæacem*, & quidem non ſine joco. Quippe ubi victus ſui rationem deſcribit, frugalitatem cum munditia conjunctam videbis. lib. I. Od. XXXI. verſ. XV. & lib. II. Sat. VI. verſ. LXIII. & lib. I. Sat. VI. verſ. CXV. & l. I. Epiſt. V.

TESTIMONIA VETERUM SCRIPTORUM DE Q. HORATIO FLACCO.

Ovidii ex lib. 4. Triſt. Eleg. 10.

Et tenuit noſtras numeroſus HORATIUS *aures,*
Dum ferit Auſoniâ carmina culta lyrâ.

Petronii Arbitri ex Satyr.

Homerus teſtis & Lyrici, Romanuſque Virgilius & HORATII *curioſa felicitas.*

Lucani ex Poëmatio ad Calpurnium Piſonem.

——— *Mæcenas alta Toantis*
Eruit & populis oſtendit nomina Grajis:
Carmina Romanis etiam reſonantia chordis
Auſoniamque chelin gracilis patefecit HORATI.

Perſii

Perſii ex Satyra I.

Omne vaſer vitium ridenti FLACCUS *amico*
Tangit, & admiſſus circum præcordia ludit,
Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

Quintil. ex Orator. Inſtitut. lib. 10. cap. I.

Multo eſt terſior [ſc. Lucilio] *ac purus magis* HORATIUS, *& ad notandos hominum mores præcipuus.* & paulò poſt, *Iambus non ſane à Romanis celebratus eſt ut proprium opus, à quibuſdam interpoſitus: cujus acerbitas in Catullo, Bibaculo,* HORATIO: *quanquam illi Epodos intervenire reperiatur. At Lyricorum idem* HORATIUS *fere ſolus legi dignus. Nam & inſurgit aliquando, & plenus eſt jucunditatis & gratiæ, & variis figuris & verbis feliciſſime audax.*

Ejuſdem ex Dialogo de Oratorib.

Exigitur enim jam ab oratore etiam Poëticus decor, non Attii aut Pacuvii veterno inquinatus, ſed ex HORATII *& Virgilii & Lucani ſacrario prolatus.*

Martialis ex lib. 8.

Sic Maro nec Calabri tentavit carmina FLACCI,
Pindaricos poſſet cum ſuperare modos.

Ælii Lampridii ex Alexandri Severi vita.

Latina cùm legeret, non alia magis legebat quàm de Officiis Ciceronis & de republica nonnunquam & Oratores & Poëtas, in queîs Serenum Sammonicum, quem ipſe noverat & dilexerat, & HORATIUM.

Auſonii ad Nepotem de ſtudio puerili.

Te præeunte, nepos, modulata Poëmata FLACCI,
Altitonumque iterum fas eſt didiciſſe Maronem.

D. Hieronymi ex Præfat. in Chron. Euſebii.

Denique quid Pſalterio canorius? Quod in morem noſtri FLACCI *& Græci Pindari, nunc Iambo currit, nunc Alcaico perſonat, nunc Sapphico tumet, nunc ſemipede ingreditur.*

Sidonii Apollinaris ex Epiſtol. lib. VIII. ad Lampridium.

——————*ſtilus aut Maronianus*
Aut quo tu Latium beas HORATI,
Alcæo potior Lyriſtes ipſo.

Ibidem.

In Lyricis FLACCUM *ſequutus, nunc ferebatur in Iambico citus, nunc in Choriambico gravis, nunc in Alcaico flexuoſus, nunc in Sapphico inflatus.*

Ejuſdem ex Præfat. Panegyr. dicti Cæſari Jul. Val. Majorano.

Et tibi FLACCE *acies Bruti Caſsîque ſequuto*
Carminis eſt auctor, qui fuit & veniæ.

Ejuſdem Felici Domino Pióque fratri.

Non quod per Satyras, Epiſtolarum
Sermonumque ſales, novumque Epodon,
Libros Carminis ac Poëticam Artem
Phœbi laudibus & vaga Dianæ
Conſcriptis voluit ſonare FLACCUS.

Commentatoris veteris in Horatium.

Satyra HORATI *inter Lucilii Satyram & Iuvenalis eſt media: nam & aſperitatem habet, qualem Lucilius, & ſuavitatem, qualem Iuvenalis.*

NOMI-

NOMINA EORUM,
Ex quibus
NOTÆ VARIORUM
DESUMPTÆ.

ACron.
Alex. ab Alexandro.
And. Matthiolus.
Bembus.
Bond.
Brodæus.
Canterus.
Carondeletius.
Commentator vetus.
Cruquius.
Cujacius.
Douſa.
Eraſmus.
Faërnus.
Ferrarius.
Figulus.
Franc. Duarenus.
Franciſcus Floridus.
Fulv. Urſinus.
Germanus Valens.
Gifanius.
Glareanus.
Had. Junius.
Heinſius.
Hermannus Figulus.
Hermolaus Barbarus.
Joan. Goropius Becanus.
Jovianus Pontanus.
Lambinus.
Landinus.
Linacer.
Lubinus.
Luiſinus.
Meurſ.
Muretus.
Nannius.
Onuphr. Panvinus.
Paſſeratius.
Pet. Ciacconius.
Pet. Crinitus.
Pet. Victorius.
Politianus.
Porphyrio.
Pulmannus.
Rondeletius.
Rubenius.
Rutgerſius.
Salmaſius.
Scaliger.
Schottus.
Sigonius.
Stephanus.
Tonſtallus.
Torrentius.
Turnebus.
Valla.
Woulardus.
Xiphilinus.

Q. HO-

Q. HORATII FLACCI CARMINUM SEU ODARUM LIBER PRIMUS.

Ode I. Πεϱγυμαλικὴ.

Ad MÆCENATEM.

Alios alia delectant: Horatius verò Poëtæ nomen, præſertim Lyrici affectat, tanquam ſibi honorificentiſſimum futurum; præſertim ſi eo dignus, vel ipſius Mæcenatis judicio, cenſeatur.

MÆcenas, *atavis edite regibus,*
O & præſidium, & dulce decus meum:
Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum
Colle-

CArminum Liber I.] Hæc eſt legitima inſcriptio, non vulgaris illa *Odarum libri*, aut *Odæ*. Carmen enim Horatio eſt, μέλος. Unde μελικοὶ, quos ipſe ſecutus, Græcorum Lyrici.

1. *Mæcenas.*] Exordium à natalibus Mæcenatis, cum grata beneficii atque accepti honoris commemoratione: ut qui per Mæcenatem ſit Auguſto gratus factus & familiaris. *Cruquius.* Primam Oden exponit Turneb. lib. 22. cap. 13. *Atavis.*] Atavus propriè avi non pater, ſed proavus eſt. Peculiare autem eſt auctoribus, ut *avos atavoſque* pro majoribus ponant. Vetuſtiſſimam ergo generis nobilitatem intelligit: & ut Propert. Eleg. 3. *Mæcenas eques Etruſco de ſanguine regum.* Torrentius. *Atavis edite regibus.*] Antiquis regibus prognate, cui Menodorus pater, Menippus avus, Gecinna rex Etruſcorum fuit atavus.

2. *Præſidium.*] Tutela vel propugnatio mea & dulce ornamentum. Ut Od. 39. lib. III. *Inſigne mæſtis præſidium reis*, id eſt, tutela. *Decus.*] Ornamentum. Virg. 2. Georg. *O decus, ô fama meritò pars maxima noſtra.* Et, *Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt.*

3. *Sunt quos.*] Εἰσὶν οἵ. Helleniſmus. *Sunt, quos.*] Sunt qui ludis delectantur, utpote Olympiacis, in quibus concitari ſolebat pulvis, quo currentes ſpargebantur. *Curriculo.*] Malim, inquit, Lambinus, *curriculi* nomine hoc loco currum ſignificari, quam ſpatium in quo curritur. Quocumque autem modo accipiamus, ad curulium certaminum ſtudium referemus, quo non minus Romani ludis ſuis Circenſibus, quam Græci Olympicis inſaniverunt. *Torrentius.* *Curriculo.*] Curru. *Pulverem.*] Equorum curſu pulvis excitatur: itaque ex eo quod ſubſequitur, id quod antecedit intelligere debemus. Od. 1. lib. 2. *Non indecoro pulvere ſordidos.* Lambin. *Olympicum.*] Inter reliquos Græciæ ludos longè celeberrimi fuerunt

 Olym-

Collegiſſe juvat: metaque fervidis
Evitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum Dominos evehit ad Deos.
Hunc, ſi mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus:

Illum,

Olympici: ſic dicti, propter Jovis Olympii delubrum, quod in Achaia fuit celebratiſſimum: qui ludi juxta Piſam & Elidem, in campo, cui *Olympia* nomen, magno conventu totius Græciæ, certamine equeſtri, quinto anno celebrari conſueverunt, in honorem Jovis Olympii. De ludis Circenſibus vide Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8.

4. *Metaque fervidis.*] Curuli certamine contendentium prima ac præcipua cautio eſt, ut ipſo curſus flexu contingere quidem metam videantur, non impingant tamen. In illo ſumma artis laus; in hoc ſummum etiam vitæ periculum. Omnis ergò in circumagendo ad metam certantium labor conſiſtit. unde pulcherrimæ à Circo ad vitam noſtram tralationes, uti in oratione pro Cælio: *In hoc flexu ætatis, fama adoleſcentis hæſit ad metas.* Torrentius. *Metaque evitata.*] Terminus (ad quem dirigitur curſus) cautè evitatus. *Fervidis.*] Rotæ enim currendo fervent.

5 *Palmaque nobilis.*] Præmium victoriæ, quæ homines nobilitat. Hic τελεία στιγμὴ ponenda eſt. Repetendum autem ἀπὸ κοινοῦ *juvat.* Qui hanc oden primi contaminare aggreſſi ſunt, offendit genus loquendi fortaſſe duriuſculum, ſed tamen Flacco uſitatum: ut infra,

Eſt qui nec veteris pocula Maſſici,
Spernit. ———

Et clarius Ode 1. lib. 4.

Me nec fœmina, nec puer
Jam nec ſpes animi credula mutui
Nec certare juvat mero.

Rutgerſ.

6. *Terrarum Dominos.*] Periphraſis Romanorum, juxta illud Poëtæ,

Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

Interim Græcorum inſaniam deridens, apud quos in Olympiis viciſſe, majus erat ac glorioſius, quam Romæ triumphaſſe. Unde *Olympionicarum vita*, tanquam feliciſſima etiam in proverbium abiit. *Torrent.* per *Terrarum Dominos* Herman. Figulus intelligit, Reges & Principes, qualis fuit Hercules, Corœbus, Alcibiades, aliique, qui in Olympiis victores fuiſſe dicuntur. Alii per *Terrarum Dominos*, Deos intelligunt. *Evehit ad Deos.*] Diis æquiparat. Vel hic ſe diis immortalibus parem putat, ſi ad quam maximos honores perveniat: ille, ſi ampliſſimas opes conſecutus ſit. Agricolam autem, qui immoritur ſtudio agellos patrios excolendi, adducere nunquam poſſis, quin quietè ruſticari malit, quam cum periculo mercaturam aggredi. *Rutgerſ.*

7. *Hunc ſi.*] *Hunc*, id eſt, alium, qui honoribus inſervit. *Mobilium.*] Multi libri habent *nobilium*, idque proprium videtur illius populi, ob rerum magnitudinem geſtarum epitheton. *Torrent. Mobilium turba Quiritum.*] Pop. Romanus in ſuffragiis ferendis ſemper erat mobilis & inconſtans.

8. *Tergeminis.*] Maximis atque ampliſſimis. Turn. lib. 3. cap. 20. & lib. 18. cap. 12. *Geminus* enim & *Tergeminus* & *Septemgeminus*, pro magnis ſæpè à veteribus uſurpantur, uti & *duplex.* Poſſimus etiam pro inſtauratis ſæpius reiteratiſque, vel iiſdem, vel novis magiſtratibus *Tergeminos* exponere, aut cum Porphyrione ad geminatos populi in thea-

tro

Illum, ſi proprio condidit horreo
Quidquid de Libycis verritur areis,
Gaudentem patrios findere ſarculo
Agros: Attalicis conditionibus
Nunquam dimoveas, ut trabe Cypria
Myrtoum pavidus nauta ſecet mare.

Luctan-

tro plauſus referre. *Torrent.* Loquitur enim de eo qui favorem vulgi captans, optet, quum ingreſſus ſit theatrum, plauſum ſibi edi à populo. Sic enim excipiebantur in theatrum principes, de quibus bene populus ſentiebat. Convenit cum hòc loco Ode 17. lib. 2.

—— quum populus frequens
Lætum theatris ter crepuit ſonum.

Stephan. Vel *Tergeminis* quaſi à tribus ordinibus, ſcilicet ſenatorio, equeſtri & plebeio illatis. *Rutgerſ. Tergeminis.*] Honoribus ampliſſimis, & maximis, vel, Ædilitate majore, Prætura, & Conſulatu. *Tollere.*] Extollere ad ſublimiorem dignitatis gradum.

9. *Illum, ſi proprio.*] Ita diſtinguunt vulgò, ut ejuſdem viri ſit, & agros ſarculo findere; & poſſidere quantum producit Africa. Atqui diſcrimen nimis manifeſtum eſt. Altero enim agricola deſignatur, ſedulus, beatus parvo: ut Epod. 2. altero dives, qualem alibi opponit Traſio, hoc eſt quod de Mario Plutarchus dicit:, πλεῖστον ἀρχαίων βασιλέων ὁμοῦ πολλαῖς κεκτημένος. Id enim per *Africæ meſſis* Poëtæ volunt. Deinde quid tantoperè mirandum eſt, ſi quiſque immenſas opes quietè poſſidere mavult; quam exigui lucelli cauſſa infido mari ſe committere? *Rutgerſ. Illum.*] *Illum*, id eſt alium hominem qui agriculturam exercet. *Si proprio condidit horreo.*] Si factus ſit dives & copioſus arator.

10. *De Libycis verritur.*] Notatur provinciæ Africæ fertilitas. Nec vero ab uno aliquo verri omnia vult Horatius; ſed divitem dicit, cui ex ſingulis quæ profert Libya abunde ſatis eſt. *Torrent.* *Areis.*] Agris latis, planis & apricis. *Cruquius. Libycis verritur areis.*] Quicquid colligitur ex agris fertilibus, cujuſmodi ſunt in Libya regione frumenti feraciſſima.

11. *Findere ſarculo.*] Agròs ligone fodere. vel, agros colere ſarculo, quod eſt genus raſtri, Græci τὸ σκαλίδιον appellant.

12. *Attalicis conditionibus.*] Nunquam eum de ſententia ſua deducas, quamvis regias opes ei offeras, cujuſmodi erant Attali regis Pergami.

13. *Nunquam dimoveas.*] Lambinus contrà omnium exemplarium fidem *Demoveas* mavult legere cum *Dimoveas* pro ad aliud ſtudium diſtrahere, aptiſſimè dicatur. Senſus enim eſt, effici non facile poſſe, ut, qui agriculturæ deditus eſt, ad res nauticas ſe convertat. *Torrent.* *Cypria.*] Cyprus enim omni materia ad navium ædificationem ſic abundabat, ut ab ima carina ad ſummum carcheſium, ſine ſubſidiis aliarum regionum totam navim abſolveret, & omnibus armamentis eam inſtrueret. Turneb. lib. 8. cap. 15. *Cypria.*] Nave ex trabibus Cypriis compacta, pro quavis nave.

14. *Myrtoum mare.*] Id mare ſive à Myrtoo Oenomai auriga, in illud præcipitato: ſive à Myrtilo quodam; ſive à muliere Myrtone quod Pauſanias mavult, ſit appellatum, pars eſt Ægei maris; uti & *Icarium*, ab Icaro ibi ſubmerſo. *Torrent. Pavidus nauta.*] Aptum hoc loco epitheton. Nam qui mutato, quo natura trahitur, ſtudio, mare ingreſſus eſt, non poteſt non expaveſcere. Alioqui audaces & intrepidi ſunt qui aſſue-

Collegiſſe juvat: metaque fervidis
Evitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum Dominos evehit ad Deos.
Hunc, ſi mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus:

Illum,

Olympici: ſic dicti, propter Jovis Olympii delubrum, quod in Achaia fuit celebratiſſimum: qui ludi juxta Piſam & Elidem, in campo, cui *Olympia* nomen, magno conventu totius Græciæ, certamine equeſtri, quinto anno celebrari conſueverunt, in honorem Jovis Olympii. De ludis Circenſibus vide Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8.

4. *Metaque fervidis.*] Curuli certamine contendentium prima ac præcipua cautio eſt, ut ipſo curſus flexu contingere quidem metam videantur, non impingant tamen. In illo ſumma artis laus; in hoc ſummum etiam vitæ periculum. Omnis ergò in circumagendo ad metam certantium labor conſiſtit. unde pulcherrimæ à Circo ad vitam noſtram tralationes, uti in oratione pro Cælio: *In hoc flexu ætatis, fama adoleſcentis hæſit ad metas.* Torrentius. *Metaque evitata.*] Terminus (ad quem dirigitur curſus) cautè evitatus. *Fervidis.*] Rotæ enim currendo fervent.

5 *Palmaque nobilis.*] Præmium victoriæ, quæ homines nobilitat. Hic τελεία στιγμὴ ponenda eſt. Repetendum autem ἀπὸ κοινοῦ *juvat.* Qui hanc oden primi contaminare aggreſſi ſunt, offendit genus loquendi fortaſſe duriuſculum, ſed tamen Flacco uſitatum: ut infra,

Eſt qui nec veteris pocula Maßici,
Spernit. ———

Et clarius Ode 1. lib. 4.

Me nec fœmina, nec puer
Jam nec ſpes animi credula mutui
Nec certare juvat mero.

Rutgerſ.

6. *Terrarum Dominos.*] Periphraſis Romanorum, juxta illud Poëtæ,

Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

Interim Græcorum inſaniam deridens, apud quos in Olympiis viciſſe, majus erat ac glorioſius, quam Romæ triumphaſſe. Unde *Olympionicarum vita*, tanquam feliciſſima etiam in proverbium abiit. *Torrent.* per *Terrarum Dominos* Herman. Figulus intelligit, Reges & Principes, qualis fuit Hercules, Corœbus, Alcibiades, aliique, qui in Olympiis victores fuiſſe dicuntur. Alii per *Terrarum Dominos*, Deos intelligunt. *Evehit ad Deos.*] Diis æquiparat. Vel hic ſe diis immortalibus parem putat, ſi ad quam maximos honores perveniat: ille, ſi ampliſſimas opes conſecutus ſit. Agricolam autem, qui immoritur ſtudio agellos patrios excolendi, adducere nunquam poſſis, quin quietè ruſticari malit, quam cum periculo mercaturam aggredi. *Rutgerſ.*

7. *Hunc ſi.*] *Hunc*, id eſt, alium, qui honoribus inſervit. *Mobilium.*] Multi libri habent *nobilium*, idque proprium videtur illius populi, ob rerum magnitudinem geſtarum epitheton. *Torrent. Mobilium turba Quiritum.*] Pop. Romanus in ſuffragiis ferendis ſemper erat mobilis & inconſtans.

8. *Tergeminis.*] Maximis atque ampliſſimis. Turn. lib. 3. cap. 20. & lib. 18. cap. 12. *Geminus* enim & *Tergeminus* & *Septemgeminus*, pro magnis ſæpè à veteribus uſurpantur, uti & *duplex*. Poſſimus etiam pro inſtauratis ſæpius reiteratiſque, vel iiſdem, vel novis magiſtratibus *Tergeminos* exponere, aut cum Porphyrione ad geminatos populi in thea-

tro

Illum, ſi proprio condidit horreo
Quidquid de Libycis verritur areis,
Gaudentem patrios findere ſarculo
Agros: Attalicis conditionibus.
Nunquam dimoveas, ut trabe Cypria
Myrtoum pavidus nauta ſecet mare.

Luctan-

tro plauſus referre. *Torrent.* Loquitur enim de eo qui favorem vulgi captans, optet, quum ingreſſus ſit theatrum, plauſum ſibi edi à populo. Sic enim excipiebantur in theatrum principes, de quibus bene populus ſentiebat. Convenit cum hôc loco Ode 17. lib. 2.

—— *quum populus frequens*
Lætum theatris ter crepuit ſonum.

Stephan. Vel *Tergeminis* quaſi à tribus ordinibus, ſcilicet ſenatorio, equeſtri & plebeio illatis. *Rutgerſ. Tergeminis.*] Honoribus ampliſſimis, & maximis, vel, Ædilitate majore, Prætura, & Conſulatu. *Tollere.*] Extollere ad ſublimiorem dignitatis gradum.

9. *Illum, ſi proprio.*] Ita diſtinguunt vulgò, ut ejuſdem viri ſit, & agros ſarculo findere; & poſſidere quantum producit Africa. Atqui diſcrimen nimis manifeſtum eſt. Altero enim agricola deſignatur, ſedulus, beatus parvo: ut Epod. 2. altero dives, qualem alibi opponit Traſio, hoc eſt quod de Mario Plutarchus dicit:, πλοῦτον ἀρκοῦντα βαſιλείαις ἐμοῦ πολλαῖς κεκτημένος. Id enim per *Africæ meſſes* Poëtæ volunt. Deinde quid tantoperè mirandum eſt, ſi quiſque immenſas opes quietè poſſidere mavult; quam exigui lucelli cauſſa infido mari ſe committere? *Rutgerſ. Illum.*] *Illum*, id eſt alium hominem qui agriculturam exercet. *Si proprio condidit horreo.*] Si factus ſit dives & copioſus arator.

10. *De Libycis verritur.*] Notatur provinciæ Africæ fertilitas. Nec vero ab uno aliquo verri omnia vult Horatius; ſed divitem dicit, cui ex ſingulis quæ profert Libya abunde ſatis eſt. *Torrent.* *Areis.*] Agris latis, planis & apricis. *Cruquius. Libycis verritur areis.*] Quicquid colligitur ex agris fertilibus, cujuſmodi ſunt in Libya regione frumenti feraciſſima.

11. *Findere ſarculo.*] Agrós ligone fodere. vel, agros colere ſarculo, quod eſt genus raſtri, Græci τὸ σκαλίδιον appellant.

12. *Attalicis conditionibus.*] Nunquam eum de ſententia ſua deducas, quamvis regias opes ei offeras, cujuſmodi erant Attali regis Pergami.

13. *Nunquam dimoveas.*] Lambinus contrà omnium exemplarium fidem *Demoveas* mavult legere: cum *Dimoveas* pro ad aliud ſtudium diſtrahere, aptiſſimè dicatur. Senſus enim eſt, effici non facile poſſe, ut, qui agriculturæ deditus eſt, ad res nauticas ſe convertat. *Torrent.* *Cypria.*] Cyprus enim omni materia ad navium ædificationem ſic abundabat, ut ab ima carina ad ſummum carcheſium, ſine ſubſidiis aliarum regionum totam navim abſolveret, & omnibus armamentis eam inſtrueret. Turneb. lib. 8. cap. 15. *Cypria.*] Nave ex trabibus Cypriis compacta, pro quavis nave.

14. *Myrtoum mare.*] Id mare ſive à Myrtoo Oenomai auriga, in illud præcipitato: ſive à Myrtilo quodam; ſive à muliere Myrtone quod Pauſanias mavult, ſit appellatum, pars eſt Ægei maris; uti & *Icarium*, ab Icaro ibi ſubmerſo. *Torrent. Pavidus nauta.*] Aptum hoc loco epitheton. Nam qui mutato, quo natura trahitur, ſtudio, mare ingreſſus eſt, non poteſt non expaveſcere. Alioqui audaces & intrepidi ſunt qui

Luctantem Icariis fluctibus Africum
Mercator metuens, otium, & oppidi
Laudat rura ſui: mox reficit rateis
Quaſſas, indocilis pauperiem pati.
Eſt qui nec veteris pocula Maſſici,
Nec partem ſolido demere de die
Spernit; nunc viridi membra ſub arbuto
Stratus; nunc ad aquæ lene caput ſacræ.
Multos caſtra juvant, & lituo tubæ
Permiſtus ſonitus, bellaque matribus
Deteſtata. Manet ſub Jove frigido

Vena-

aſſueverunt mari. *Idem. Pavidus ſecet mare.*] Propter naufragii metum.

15. *Luctantem Icariis fluctibus.*] Confligentem cum fluctibus Icariis. Sic Græci παλαίουσι. *Africum.*] Qui flat ab occaſu hyberno. Rectè ergo Virgil. *Creberque procellis Africus.*

16. *Otium & oppidi.*] Non otium ſui oppidi, ubi nullum eſt otium, ſed nihil quam negotium & vita ſollicita; ſed otium & rura ſui oppidi, id eſt, otium ruſticum, vitam tranquillam, & ab omni tumultu remotam. *Cruquius.*

18. *Rateis quaſſas.*] Naves laceras. *Indocilis pauperiem.*] Helleniſmus, pro indocilis ad patiendum. Vel qui doceri non poteſt pauperiem pati.

19. *Eſt qui nec veteris pocula.*] Eſt aliud genus hominum, qui genio indulgent. *Maſſici.*] Pro quovis vino generoſo: naſcitur autem in Maſſicis montibus, qui ſunt in Campania. *Lambinus.*

20. *Nec partem ſolido, &c.*] Hoc eſt diem frangere. Solidus autem dies totus eſt & integer, adminiſtrandis ſine intermiſſione, rebus dicatus. *Demere* ergo *partem de die*, eſt aliquot horas ab agendis rebus, quaſi furto ſublatas, dare voluptati. Demimus enim partem de toto; ſed adimimus totum ipſum. *Cruquius. Demere de die.*] Frangere diem intermittendo laborem, pabuloque corpus reficiendo.

21. *Membra ſub arbuto.*] Habens membra ſtrata ſub arbuto viridi, id eſt, ſub arbuto amœna & conviviis idonea.

22. *Ad aquæ caput.*] Caput vocamus, ubi primum erumpunt fontes, & eorum origines. *Sacræ.*] Pulchre enim Seneca Epiſt. XLI. *Magnorum fluminum capita veneramur: ſubita ex abdito vaſti amnis eruptio aras habet: coluntur aquarum calentium fontes.* Verum quoniam ſe flumina fere in ramos ſpargunt, nec uno ſemper oſtio in mare defluunt, hinc factum eſt, ut, cum diverſa eſſe quodammodo videantur, tot capita eis, quot exitus, attribuantur πολυκρηνικῶς. Hinc Rheni capita apud Cæſarem, &c. *Torrent. Sacræ.*] Omnis fons in origine ſacer eſt, ſuoque murmure ſomnos allicit.

24. *Bellaque matribus.*] Matres pro nuptis accipio: quæ bellum omne merito execrantur, ob crebras parentum liberorumque & conjugum mortes. *Torrent.*

25. *Deteſtata.*] Propter filiorum interitum. *Manet ſub, &c.*] Venatio non modo jucunda & utilis corpori exercendo, verum etiam multis nominibus ſemper commendata. Vide Xenophontem de Venatione. *Sub Jove frigido.*]

Υ'πὸ

Venator teneræ conjugis immemor:
Seu viſa eſt catulis cerva fidelibus,
Seu rupit teretes Marſus aper plagas.
Me doctarum ederæ præmia frontium
Dîs miſcent ſuperis: me gelidum nemus,
Nympharumque leves cum Satyris chori
Secernunt populo: ſi neque tibias
Euterpe cobibet: nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton:

Quod

Ὑπὸ δῖος, id eſt, ſub dio. Periphraſis aëris nocturni, qui ut humidior eſt, ita & frigidior. Et vide quanta ſit aſſuetudo vitæ cum delectatione, quæ incommoda commodis, dura mollibus anteferat. *Cruquius.*

26. *Teneræ conjugis immemor.*] Conjugis delicatæ.

27. *Fidelibus.*] Mira eſt canum fidelitas in dominos.

28. *Seu rupit teretes.*] Seu effugit aper ruptis retibus, ex tereti, & rotundo fune contextis. *Marſus aper plagas.*] Sabellus, pro quovis apro.

29. *Me doctarum.*] Nunc per contentionem deſcribit, quo ſtudii genere ipſe potiſſimum recreetur. *Ederæ.*] Daphne Apollini dilecta in laurum, Ciſſus à Baccho adamatus in ederam ſibi cognominem (nam eam Græci κισσὸν vocant) converſi fuere. Merito igitur Poëtæ, qui in Apollinis & Bacchi tutela ſunt, lauri atque ederæ frondibus coronantur. *Torrentius. Hederæ præmia frontium.*] Poëtæ victores coronis ederaceis donabantur.

30. *Diis miſcent ſuperis.*] Ad illum animi motum refer, quo divinitus agitati Poëtæ, talia interdum myſteria proferunt, ut cœleſtium conſortio interfuiſſe videantur. Hinc & illud eſt Ovid. VI. Faſtor. *Eſt Deus in nobis, agitante calescimus illo, Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet. Me gelidum nemus.*] Umbroſum, opacum. Nemus autem hic accipe per metonymiam pro Diis Silvanis & Faunis, iis enim cum Nymphis immixtum, dicit ſe converſari & canere carmina.

31. *Leves cum Satyris chori.*] In ſaltando celeres.

32. *Secernunt populo.*] Vel ita me alliciunt, ut nihil commune mihi eſſe velim cum populo. *Stephan.* Vel me ſemovent ab urbanis rebus popularique ſtudio. Turn. l. XI. c. 26. *Secernunt populo.*] Me dignum faciunt, ut propter excellentiam à vulgo ſegreger. *Si, neque tibias.*] Id eſt, quia Muſis ita viſum eſt, quarum favore & munere divina hæc beneficia conſecutus ſum. *Cruq. Si neque tibias.*] *Si*, id eſt, quia ſic placet Muſis, quarum favore hæc beneficia conſecutus ſum.

33. *Euterpe.*] Dulcis enim tibiarum concentus, vehementer animos afficit ac delectat. Innuit autem Euterpen Muſam, carminis ſuavitatem & gratiam ſibi non denegare. *Cruquius. Euterpe cohibet.*] Una ex muſis, eaque jucunda. *Polyhymnia.*] Hanc Muſarum unam, etiam *Polyhymniam* appellant: vel ob multiplicem rerum memoriam; vel ob Harmoniæ facultatem. *Torrent. Polyhymnia.*] Muſarum altera, cui bene dicendi facultas adſcribitur.

34. *Lesboum.*] A loco nimirum Leſbo inſula, idque propter Alcæum & Sappho egregios Lyricos, ex ea inſula oriundos. *Lesboum refugit tendere.*] Quale barbiton Sappho & Alcæus egregii Poëtæ in inſula Lesbo tendere ſolebant. *Barbiton.*] Inſtrumentum multarum chor-

Quod ſi me Lyricis vatibus inſeres,
Sublimi feriam ſidera vertice.

chordarum, quo Poëta Alcæus cecinit. *Cruquius.*

35. *Quod ſi me.*] Κατ' ἐξοχὴν effert Mæcenatis judicium in diſcernendis carminibus Lyricis, eumque tanquam Criticum ſtatuit: adeo ut fateatur aliis ſe ſatis commendatum iri, modo ab ipſo, vatibus Lyricis adnumeretur. *Quod ſi me.*] Si me (ô Mæcenas) inter Lyricos Poëtas numerabis, ad cœlum uſque evehar, idemque digito attingam, id eſt, fortunatus ero ſuper mortalium conditionem; vel ero in oculis omnium reſplendens, ut ſydus inter homines.

ODE II. προσευκτική.

Ad AUGUSTUM CÆSAREM.

Deos omnes iratos eſſe Romanis, ob Cæſaris cædem: unam imperii ſpem in Auguſto conſtitutam: & pro ejus incolumitate, ut parentis patriæ, vota facit.

IAM ſatis terris nivis, atque diræ
Grandinis miſit Pater: & rubente
Dextera ſacras jaculatus arceis,
Terruit urbem:
Terruit genteis, grave ne rediret
Seculum Pyrrhæ, nova monſtra queſtæ:

Omne

CUm *C. Cæſaris Dictatoris mortem crebra atque horrenda prodigia ſequuta fuiſſent, celebres ejus ſæculi Poëtæ in Auguſti ſucceſſoris gratiam, ea ſic interpretati ſunt, ut Dii cædis illius indignitate commoti, ultionem meditari viderentur.* Turnebus *lib. 6. cap. 8.*

1. *Jam ſatis terris.*] Heinſius κακέμφατον illud in *ſatis terris nivis*, reprehendit: quodque levi mutatione ſurrepſiſſe pro *terræ*, & hoc pro *tetræ* credit. Scribit ergo *tetræ nivis, diræ grandinis*, ominoſæ: ut quæ tot clades ac calamitates Populo Rom. portenderet. *Diræ.*] Aptiſſimum hic epithetum, quaſi Diis iratis immiſſæ. *Nivem* adjungit, nec frequentem in urbe, & inſtantis diluvii incrementum. *Torrent. Diræ.*] Grandinis formidandæ, ut à Jovis ira provenientis.

2. *Pater.*] Jupiter. *Rubente dextera.*] Tres eſſe manubias, quæ Tuſco vocabulo Deorum fulmina dicuntur, docet Turneb. lib. 6. cap. 1. & Cruquius in ſuis notis. Porro tertiam hic ſignificari manubiam, quæ reipub. ſtatum concutiat, cum ex rubente Jovis ob ignem plurimum dextera, intelligimus: tum ex eo, quod ſacras imperii arces, hoc eſt, ipſum Capitolium, petiverit. *Torrent. Rubente dextera ſacras.*] Fulmine ex igne rubente.

3. *Jaculatus.*] Græcè dicitur ἔβαλεν, id eſt, feriit. Turneb. lib. 21. cap. 20. *Jaculatus arces.*] Qui Capitolium, vel templa deorum quum fulmine percuſſerit, Romam terruit, id eſt, cives urbanos timere fecit.

5. *Terruit gentes, ne.*] Ἐφόβησε μή. Timorem incuſſit ne.

6. *Seculum Pyrrhæ nova monſtra.*] Ne tempus eluvionis rediret, cum Deucalion,

Omne quum Proteus pecus egit altos
Viſere monteis:
Piſcium & ſummâ genus hæſit ulmo,
Nota quæ ſedes fuerat columbis:
Et ſuperjecto pavidæ natarunt
Æquore damæ.
Vidimus flavum Tiberim, retortis
Littore Etruſco violentèr undis,
Ire dejectum monumenta Regis,
Templaque Veſtæ:

ſion, & Pyrrha ſoli ex univerſo hominum genere relicti Parnaſſum montem conſcenderint, ibi ut ſe tutos ab aquarum vi conſervarent. *Queſta.*] Quæ de admirabilibus monſtris querebatur.

7. *Omne quum Proteus.*] Pecus, commune etiam marinis animalibus nomen. Auget autem monſtrum, quod ne Proteus quidem & ipſe Deus, & Neptuni Phocarum cuſtos, littus uſquam invenerit; ſed gregem ſuum nova viſurum ſpectacula in montes egerit. *Torrent. Proteus.*] Quum Proteus Phocarum paſtor, & cuſtos, pecus, id eſt, vitulos marinos, eduxit ad viſendum altos montes. *Pecus egit Viſere.*] Helleniſmus, pro eduxit ad videndum, ἦγε ἐπισκέψασθαι, ad inſpicienda paſcua inſolita incognitaque. *Cruquius.*

9. *Piſcium & ſumma, &c.*] Naturæ contraria dicit diluvio contigiſſe; ſcilicet, ut in arboribus hærerent piſces: & damæ ſilveſtres in aquis natarent, quas Virg. maſculino genere dixit:

Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.

Comm. *Ulmo.*] Ulmus ponitur pro quavis arbore.

10. *Fuerat columbis.*] Atqui id avium genus in arboribus non nidificat. Ad turtures ergò referendum:

Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo.

Columbis.] Turturibus, vel palumbibus.

11. *Superjecto pavidæ natarunt.*] Sibi & terræ ſuperinjecto & ſuperimpoſito. *Lubin.*

13. *Flavum Tiberim.*] Id hujus amnis proprium epitheton: multo magis cum eluviem agris meditans,

Verticibus rapidis, & multa flavus arena
In mare prorumpit.

Flavum Tiberim.] Tiberim turbidum & arenæ colore flavum. Turn. lib. 22. c. 7.

14. *Retortis Littore.*] Loci hujus ſententia eſt; Tiberim infeſtum Romanis, veluti ſtudio, retortis ac repulſis ab Etruria undis, & retrò in caput & ſurſum verſus actis, urbem inundaſſe, & urbana ædificia diruiſſe. Vel vidimus Tiberim retorquentem undas ſuas ab oſtiis Tyrrheni maris Romam verſus, ire dejectum, &c. *Littore Etruſco.*] Undis repulſis à littore Etruſco, vel à Tyrrheno mari, in quod Tiberis influit.

15. *Monumenta regis.*] Regiam Numæ Pompilii.

16. *Templaque Veſtæ.*] Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2. tradit, Numam Pompilium ædem Veſtæ condidiſſe extra Romam, quadratam, medio inter Capitolium & Palatium loco, unis mænibus utroque colle circumcluſo: quæ quidem rotunda fuit, eo quod terra quæ rotunda eſt, Veſtæ dicta ſit, quod rebus omnibus veſtiatur, aut quod vi ſua ſtet, ut Ovid. in Faſtis, ait. *Cruquius.* *Veſta.*]

Iliæ dum ſe nimiùm querenti
Jactat ultorem: vagus & ſiniſtra
Labitur ripa, Jove non probante, U-
xorius amnis.
Audiet civeis acuiſſe ferrum,
Quo graves Perſæ melius perirent:
Audiet pugnas, vitio parentum
Rara juventus.
Quem vocet Divûm populus ruentis

Imperi

Fuit Veſta Saturni filia ex Ope, foci cuſtos, & præſes, cui Numa Pompilius ædem condidit.

17. *Iliæ dum ſe nimium.*] Iliæ Romuli matri, Tiberis uxori, abs qua Julius Cæſar ortum habuit. Turn. lib. 6. c. 8. *Querenti.*] Conquerenti de Cæſaris nece.

18. *Jactat ultorem.*] Magnificè gloriatur. *Vagus.*] Errans extra alveum. *Siniſtra.*] Ergo *ſiniſtrâ*, quia Tiberi currenti urbs à ſiniſtra.

19. *Jove non probante.*] Eſt formula uſitata, de eo quod præter æquum fit & bonum. Sic quod rectè fit, *æquo Jove* fieri dicitur. *Jove* ergo *non probante*, eſt, irato Jove: non quod Tiberis ſiniſtra ripa labatur. Sed *Jove non probante*, cædem Cæſaris: id eſt, quia non probat: participium enim vim Græcam habet, & cauſam notat. *Heinſius. Jove non probante.*] Hoc addit, non quod Jupiter Cæſaris necem vindicari ægrè ferret: (nam & ipſe ultor acceſſit:) ſed quod ei non placeret, conjugali potius amori, quam tuendæ Cæſaris dignitati, tam iniquam ultionem inſtitui, ut templa quoque dejicerentur. *Torrent. Jove non probante.*] Jove indignante, & penè invito.

20. *Uxorius amnis.*] Tiberi ſuæ uxori nimium indulgens.

21. *Audiet cives.*] Verſus proximos quatuor, tanquam vates interſerit Horatius, prædicens ſecuturam ex bellis civilibus vaſtitatem. *Audiet cives.*] Rara juventus, id eſt, poſteri noſtri, pauci admodum ex bellorum civilium reliquiis, ideoque rari, audient cives in civium corpora gladios exacuiſſe, quibus Perſæ Pop. Romani hoſtes, perirent melius, id eſt, juſtius perirent.

22. *Graves.*] Ab armorum genere. Hi namque Sarmatarum inſtar, ferreis laminis, aut præduro corio conſerto muniti, turmiſque inſtructi, mirum dictu, quanti roboris, quantæque formidinis exiſterent. *Cruquius. Graves Perſæ.*] Perſarum nomine Parthos ſignificat, Craſſi cæde, & quod Cæſarem, ultionem Craſſi parantem, periiſſe audierant, ferocientes. *Torrent.*

23. *Vitio parentum.*] Parentum culpâ.

25. *Quem vocet Divûm.*] Ἀπορία. More hominum facit, qui in rebus malis, ſemperque in deterius vergentibus, cum nihil amplius aut remedii ſupereſſe aut conſilii ſentiunt, ad preces & vota confugiunt, deiſque tutelaribus invocatis, ſe ſuaque commendant. Eſtque quædam παρασκευὴ ad id quod inſtituit, nimirum ut Auguſtum divum faciat, qui rebus jam propè deſperatis in tempore ſuccurrat. *Cruquius. Quem vocet Divûm.*] Hactenus de oſtentis, nunc ad eorum procurationes ac numinum obſecrationes convertitur. *Quem vocet Divûm.*] Ergo quem Divum vocet populus? &c.

26. *Im-*

Imperî rebus? prece qua fatigent
Virgines ſanctæ minus audientem
Carmina Veſtam?
Cui dabit parteis ſcelus expiandi
Jupiter? tandem venias precamur,
Nube candenteis humeros amictus
Augur Apollo.
Sive tu mavis Erycina ridens,
Quam Jocus circumvolat, & Cupido:
Sive neglectum genus, & nepotes

Reſpi-

26. *Imperî rebus.*] Eſt imperium ipſum. *Rebus.*] Libertati & dignitati ſenatus, vergentis ad ruinam. *Prece qua fatigent.*] Quibus precibus virgines Veſtales impenſe rogent & obſecrare debeant Veſtam?

27. *Virgines ſanctæ.*] Veſtales, perpetuæ Virginitatis honore venerabiles. Quare non Deos tantum immortales ſuis precibus flectere credebantur; ſed & apud Principes viros ſumma illarum in deprecando fuit auctoritas. *Minus audientem.*] Obſurdeſcentem Veſtam propter ſceleratam necem cognati ſui Julii Cæſaris.

28. *Carmina.*] Hymnos, & preces ſupplicantium.

29. *Cui dabit Jupiter, &c.*] Rectè Deos invocaturus, Jovem primum tanquam ſupremum cæli arbitrum agnoſcit: aliorum enim poteſtas omnis à Jove eſt, qui ſolus omnia, cæteri quantum ipſe permittit, poſſunt. *Cui dabit.*] Cui deorum dabit Jupiter partes, id eſt, munus delendi ſcelus, quod patraverunt Romani in occidendo Cæſare.

31. *Nube candentes.*] Ea amicti ſunt Dii cum in terras propitii deſcendunt; candida namque fauſta ſunt; ut contrà, nigra, infauſta. Nube ergo amictum Apollinem facit, vel quod Dii cum ad homines veniunt non temerè videri volunt: vel nubem pro tenuiſſimo amiculo accipit. *Turneb.* lib. 6. c. 8. *Amictus.*] Habens humeros candentes, nube amictos.

32. *Augur Apollo.*] Apollinem etiam primo loco implorat, quod Trojæ auctor, cum Trojanis omnibus eorum poſteris, tum Æneæ atque ejus ſtirpi, ex qua Cæſar, præcipuè faveret. *Torrent. Augur Apollo.*] Vates, qui præſentit futura. Divinationibus enim Apollo præeſſe credebatur.

33. *Erycina ridens.*] Poſt Apollinem patrem Auguſti, invocat matrem Æneæ (à quo Juliorum familia) Erycinam Venerem, cui Romæ extrà portam Collinam magna mole templum extructum ferunt in inſigni porticu, Syracuſis, ut tradunt, expugnatis à M. Marcello: eoque Deam ex Eryce monte Siciliæ eſſe tranſlatam Sibyllini carminis monitu: hanc autem meretrices Romæ colebant. *Cruquius. Erycina ridens.*] Venus ſic dicta à monte Eryce, ubi religioſiſſime colebatur.

34. *Quam Jocus.*] Circa quam Jocus volat, & Gratiæ.

35. *Sive neglectum genus.*] A Venere Æneadum genitrice, ad Martem Romuli patrem convertitur. Nam & hunc *Patrem* Romani in ſacris vocabant: auctor Macrob. lib. 1. Sat. *Genus, & nepotes.*] Genus ex oculis tuis rejectum (ô Mars) qui opem ferre negligis.

 36. *Reſpi-*

Reſpicis auctor.
Heu, nimis longo ſatiate ludo:
Quem juvat clamor, galeæque leves,
Acer & Mauri peditis cruentum
Vultus in hoſtem.
Sive mutata juvenem figura,
Ales in terris imitaris, almæ
Filius Maiæ, patiens vocari
Cæſaris ultor:
Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus interſis populo Quirini:
Neve te noſtris vitiis iniquum
Ocyor aura

Tollat.

36. *Reſpicis.*] Opitularis & faves: nam dii intuentes, adjuvare putantur. *Auctor.*] Mars, pater Romuli, qui Romam condidit.

37. *Heu nimis.*] Πάθος à diuturnitate & gravitate bellorum civilium. *Ludo.*] Bellis, quæ ſunt Martis ludi & oblectamenta.

38. *Leves.*] Galeæ expolitæ.

39. *Acer & Mauri peditis,*] Hunc locum ad hiſtoriam referas. Notum enim Jubæ regis adverſus Cæſarem bellum, & quanto Cæſarianis terrori fuit ejus exercitus, de quo Suetonius, Cæſare c.LXVI. *Acer & Mauri peditis.*] Virilis & truculentus, qualis erat Maurorum vultus.

41. *Sive mutata Juvenem.*] Et ſane in Auguſto divina ſemper indoles enituit: atque adeo Apollinis eſſe filius, vel ob notum parentis ejus Atiæ ſomnium, de quo Suetonius c.XCIV. vulgo exiſtimabatur. Tum ob præſtantiam ingenii, bonis artibus exculti; quæ magis quam armis adverſarios omnes, & in[illegible]os Antonium ipſum ſuperavit, M[illegible] aliis videbatur: nec temere ſane; magna enim Mercurio cum Trojanis, unde gens Julia, cognatio erat. *Torrent.* Vel alluſit haud dubiè ad Græcorum Mercurium, quem *Promachum* dicebant; qui Euboeos, imitatus Juvenem, dediſſe in fugam ab illis fertur. *Pauſanias Bœot.* Auguſtum ergo *Promachum* imperii, cum Promacho Mercurio contendit, imo tacitè eundem innuit. *Heinſius.* *Mutata.*] Mutata figura tui in formam Auguſti. *Juvenem figura.*] Auguſtum, cui Poëta aſſentatur, Mercurium eum eſſe dicens.

42. *Imitaris.*] Repræſentas.

43. *Patiens vocari.*] Qui pateris te vocari Cæſaris ultorem. Ordo eſt: Sive, ô tu ales, id eſt, alate Mercuri, filius almæ Majæ, patieris vocari Cæſaris ultor, imitaris in terris juvenem Auguſtum, mutata figurâ.

45. *Serus in cœlum.*] Utinam ſero in cœlum redeas, & diu vivas in terris.

46. *Quirini.*] Romuli; pro Pop. Romano.

47. *Noſtris vitiis iniquum.*] Noſtris contentionibus indignantem.

48. *Ocyor aura.*] Neſcio an eo alludat, quod credidit antiquitas, nimirum Deos primum cum hominibus familiariter egiſſe: at poſtea dolos, eorumque fraudes & cætera vitia cum ferre nequirent, iis deſertis, in cælos rediiſſe. vide

Heſiod.

Tollat. hic magnos potius triumphos,
Hic ames dici pater, atque princeps:
Neu ſinas Medos equitare inultos
Te duce, Cæſar.

Heſiod. *Cruquius. Ocyor aura.*] Velox ventus ne tollat te in cœlum è conſpectu noſtro.

49. *Hic.*] Romæ.

50. *Pater atque princeps.*] Et Auguſtus nullo unquam honore magis gaviſus eſt, quam cum *Patris patriæ*, ſummo conſenſu omnium, cognomen tulit. *Turneb.* lib. 6. cap. 8. *Pater atque princeps.*] Auguſtus, Senatusconſulto Pater Patriæ appellatus eſt.

51. *Neu ſinas.*] Vult, ut Auguſtus poſt patris ultionem, illatas à Parthis quoque injurias, vindicet. *Equitandi* etiam verbo aptiſſime utitur, quod gens illa ne urbana quidem negotia, niſi equitando obire,(ſi Straboni credimus) conſueviſſet. *Torrent. Medos.*] Parthos & Medos, quibus bellum inferre Auguſtus hoc tempore cogitabat. *Equitare inultos.*] Ex equo pugnare.

52. *Te duce, Cæſar.*] Qui non modo princeps inter homines, ſed Deus etiam effectus: ideoque dux invictiſſimus.

ODE. III. προσφωνητική.

Ad Navim, VIRGILIUM Athenas vehentem.

Navi Virgilium Athenas vehenti, incolumitatem precatur. Deinde in hominum temeritatem, audaciamque vehementer inſurgit: & naturam humanam in vetitum niti, oſtendit.

SIc te diva potens Cypri,
Sic fratres Helenæ, lucida ſidera,
Vento-

1. *SIc te.*] Ordo eſt: O navis, quæ debes finibus Atticis Virgilium tibi creditum, precor, ſic te regat ſalutare Veneris ſidus, &c. ut finibus Athenienſibus eum ſalvum reſtituas, veluti rem tuæ fidei commiſſam. *Diva potens Cypri.*] Cypri regina ac domina: κρατοῦσα Κύπρου: *Cypris* quoque appellata eſt Venus, ob ſingularem ejus inſulæ amorem. Quod vero navi propitiam optat Venerem, ad originem Deæ referendum eſt, quæ quod Cæli teſticulis, à Saturno filio abſciſſis & ſpuma maris nata fingeretur, ἀφροδίτη & ἀφρογένεια à Græcis nuncupata fuit: Quod egregie Ovid. in Epiſt. expreſſit, dicens: *Illa dedit faciles auras ventoſque ſecundos: In quare nec mirum, jus habet, orta mari.* Torrent. Vide & *Turneb.* lib. 9. cap. 27. Nota & Venus ἀναδυομένη, id eſt, ex mari exiens. de qua Plin. lib. 35. c. 10. Hinc *marina* dicta ab Horat. Od. 11. lib. 4. *Qui dies menſem Veneris marinæ Findit Aprilem.* Lambin. *Diva potens Cypri.*] Venus domina Cypri inſulæ, ubi præcipuè colebatur.

2. *Fratres Helenæ.*] De his Ode 12. hujus libri: *Quorum ſimul alba nautis Stella refulſit, Defluit, &c.* Illud vero notandum fratres iſtos non niſi conjunctos periclitantibus ſuccurrere. Hoc enim eſt, quod Plin. tradit lib. 11. cap. XXXVII. Caſtorum ſtellas, cum ſimul videntur, ſalutares credi: cum ſolitariæ, graves & noxias eſſe: Helenæ vero ſtellam diram ſemper & infeſtam. *Torrent.*

Ventorumque regat pater,
Obſtrictis aliis, præter Iapyga,
Navis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium: finibus Atticis
Reddas incolumem, precor,
Et ſerves animæ dimidium meæ.
Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec triſteis Hyadas, nec rabiem Noti:
Quo non arbiter Adriæ

Major,

vent. Fratres Helenæ.] Caſtor, & Pollux, nautarum opitulatores. *Lucida ſidera.*] Nautis ſua luce benevola.

3. *Pater.*] Æolus.

4. *Obſtrictis aliis.*] Aliis ventis vinctis, & in utre incluſis, quemadmodum ab Æolo omnes venti dati ſunt Ulyſſi præter Zephyrum, qui liber, & ſolutus eum deferat in patriam. *Præter Iapyga.*] Sunt peculiares quibuſque gentibus venti, non ultrà certum procedentes cœli tractum. Gellius lib. II. cap. XXII. *Iapygas, inquit ex ipſius Apuliæ ora proficiſcentem, Appuli eodem quo ipſi ſe nomine Iapygem dicunt. Eum eſſe propemodum Caurum exiſtimo: nam & eſt occidentalis & videtur adverſus Eurum flare* Virgilius vero Brunduſio ſolvit Orientem verſus. Nulli autem dubium quin ad utrem Ulyſſi plenum ventis præter Zephyrum ab Æolo donatum, reſpexerit Horatius. *Torrent. Iapyga.*] Ventum ex Apulia flantem, iis utilem, qui ex Italia in Græciam navigant.

5. *Navis quæ tibi.*] Navem, tanquam bonæ fidei debitorem admonet, ut quem ſoſpitem acceperit, ſoſpitem reddat. *Torrent.*

8. *Animæ dimidium meæ.*] Vitæ meæ dimidium. Amicorum enim una eſt anima in duobus corporibus.

9. *Illi robur & æs triplex.*] Pro triplicati æris robore dictum accipiamus: ut *æterna ferri robora* dixit Virg. & *orbem ære cavum triplici*, pro clypeo munitiſſimo: Quaſi ferreum æneumve fuiſſe dicat Poëta, qui primus navigare auſus ſit, Gr. σιδηρεόφρων & χαλκεοκάρδιος. *Torr. Illi robur.*] Erat ille animo robuſto, & pectore ferreo, qui nullius periculi metu territus, primus navigare auſus eſt. Illi erat χάλκεον ςῆθος. *Æs triplex.*] Acron & Lambinus volunt, verbum eſſe ab uſurariis tractum, quorum avaritia, ſpe lucri vel commercii inventum navigium ſit.

12. *Præcipitem Africum.*] Africum impetuoſum, qui præcipitat, quicquid impellit.

13. *Decertantem Aquilonibus.*] Colluctantem cum Aquilonibus.

14. *Hyadas, nec rabiem Noti.*] Stellas à fratre Hyante ſic dictas; noxias admodum, & pluvioſas, quia ſuo ortu & occaſu pluvias ſolent excitare. ἀπὸ τοῦ ὕειν dictæ.

15. *Quo non arbiter Adriæ.*] Quo Noto nullus eſt ventus major dominus maris Adriatici, id eſt, qui majus obtinet imperium in mare Adriaticum,

ſive

Major, tollere ſeu ponere vult freta.
Quem mortis timuit gradum,
Qui ſiccis oculis monſtra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infameis ſcopulos Acroceraunia?
Nequicquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili
Terras: ſi tamen impiæ
Non tangenda rates tranſiliunt vada.
AUDAX *omnia perpeti*

Gens

ſive concitare, ſive ſedare vult fluctus. *Arbiter.*] Per arbitrum ergo dominum intellige, & eum, qui alteri ſuo arbitratu imperat: ut Ode 7. lib. 2. *bibendi arbitrum appellat*, convivii regem, & qui leges bibendi in convivio ponit. *Lambinus. Adriæ.*] Nomen hoc in opt. ac vetuſtiſſimis codd. ſemper cum aſpiratione ſcribitur. *Torrent.*

16. *Seu ponere.*] Τίθεσθαι ad imitationem Græcam, moderari, regere, componere. *Cruquius.*

17. *Quem mortis timuit.*] Morti proximi ſunt qui navigant, ſcitumque illud Anacharſis apud Laërtium. Cum enim à nauta didiciſſet navium craſſitudinem eſſe quatuor digitorum, *Tantum*, inquit, *à morte abſunt, qui navigant.* Eleganter itaque Juvenal. Sat. XII. *I nunc & ventis animam committe dolato Confiſus ligno, digitis à morte remotis Quatuor, aut ſeptem: ſi ſit latiſſima tæda.* Torrent. Acron, tres gradus mortis conſtituit, fatum, caſum, & genituram. *Gradum.*] Quod genus mortis timuit? ad quam quaſi gradibus imus.

18. *Siccis oculis.*] Abſque lachrymis. ἀδάκρυς. *Monſtra natantia.*] Cete, piſces monſtroſos.

19. *Turgidum.*] Non improbo *turbidum*: illud orituram: hoc jam ortam tempeſtatem ſignificat. *Torrent. Cruq.*

20. *Acroceraunia.*] Non uno in loco ſumma montium à Græcis κεραύνια dicta invenias, quod crebro fulminibus iciantur. ea tamen Epiri juga ultro citroque ex Italia & Græcia navigantibus notiſſima fuere; media nempe, inter Hadriaticum & Ionium. *Torrent. Acroceraunia.*] Altos montes in Epiro à fulmine ſæpe ictos, idcirco infames propter crebra naufragia ibi facta.

21. *Nequicquam Deus.*] Fruſtra Dei providentia diſſociavit terras à mari, ſi homines nihilo minus audent navigare. *Abſcidit.*] Separavit.

22. *Oceano diſſociabili.*] Sic de elementis Ovid. *Diſſociata locis concordi pace ligavit. Diſſociabili.*] Quem neceſſe erat à terris ſecludi propter ſalutem hominum, aliorumque animantium, quæ uſui humano inſervientia terræ pabulo nutriuntur.

23. *Impia.*] Impii homines cum ratibus, qui Dei conſilium, in hoc, ſcilicet navigando, videntur contemnere.

24. *Vada.*] Loca in mari periculoſiſſima.

25. *Audax omnia perpeti.*] Ὁ πᾶν πράχειν, quidvis agere & ſuſcipere. Dicit nihil tam eſſe arduum, nihil tam periculoſum, quod mortalium cupiditas inauſum relinquat, idque exemplis confirmat. *Audax omnia perpeti.*] Parata ad quamvis facinoris pœnam perferendam.

26. *Ruis*

Gens humana, ruit per vetitum nefas:
Audax Japeti genus,
Ignem fraude mala gentibus intulit:
Poſt ignem ætheria domo
Subductum, macies, & nova febrium
Terris incubuit cohors:
Semotique prius tarda neceſſitas
Lethi, corripuit gradum.
Expertus vacuum Dædalus aëra
Pennis non homini datis:
Perrupit Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus arduum eſt.
Cœlum ipſum petimus ſtultitiâ: neque
Per noſtrum patimur ſcelus

Ira-

26. *Ruit per vetitum nefas.*] Impetu fertur, non ratione ad res lege vetitas.

27. *Japeti genus.*] Prometheus Japeti filius.

28. *Fraude mala.*] An aliqua fraus bona? Ulpianus ſane Pand. lib. IV. ad ea Prætoris verba, *Quæ dolo malo facta eſſe dicentur, de his judicium dabo. Non fuit*, inquit, *contentus Prætor dolum dicere; ſed adjecit malum; quoniam veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant.* Torrent. *Fraude mala.*] Furto. *Intulit.*] Hominibus diſtribuit.

30. *Subductum macies, &c.*] Poſt ignem è cœlo furtim ablatum. *Nova febrium.*] Inaudita morborum multitudo terram occupavit.

31. *Incubuit.*] Occupavit terras, obſedit atque oppreſſit. Incubandi verbo aptiſſime uſus eſt, quo pervicacia quædam & mira aſſiduitas ſignificatur: ut apud Virg. *defoſſoque incubat auro.* & *Ponto nox incubat atra.*

32. *Tarda neceſſitas.*] Neceſſitas mortis prius tardâ & maturâ ſenectâ venientis, celeravit gradum, & citius advenit.

34. *Vacuum Dædalus aëra.*] Aëra apertum, vel inanem, ab hominibus infrequentem.

35. *Non homini datis.*] Sed avibus, quibus proprium eſt volare.

36. *Acheronta Herculeus labor.*] Hercules per vim deſcendit ad inferos, ut inde tricipitem Cerberum ad ſuperos protraheret.

37. *Arduum eſt.*] Difficile eſt.

38. *Cœlum ipſum petimus.*] Cœlum ipſum affectamus, ut olim Gigantes & Phaëton. *Stultitia.*] Stultitiæ vocabulum, pro quocunque mentis errore ac vitio accipio. Senſus enim eſt, nos cœlum ipſum peccando laceſſere, ac Jovem provocare: qui cum ſcelerum juſtiſſimus vindex ſit, fieri non poſſe, ut impuniti maneamus. Culpæ enim pœnam eſſe comitem neceſſe eſt. *Torrent. Stultitia.*] Per ſtultitiam, unde noſtra vitia enaſcuntur.

39. *Per noſtrum ſcelus.*] Noſtris maleficiis & ſceleribus videmur quodammodo vim Jovi afferre, eumque cogere, ut aſſidue fulmen habeat in manibus. *Lambin. Per noſtrum ſcelus.*] Per noſtram impietatem.

40. *Po-*

Iracunda Jovem ponere fulmina.

40. *Ponere fulmina.*] Deponere fulmina, quæ Jupiter effectus iratus, ſumit in manus, ut improbos exanimet.

ODE IV. προσφωνητική.

Ad L. SEXTIUM.

Ex Veris deſcriptione, occaſio ſumpta, & communi moriendi conditione ac vitæ brevitate, ad carpenda gaudia hortatur Sextium.

SOLVITUR *acris hyems, grata vice Veris, & Favoni:*
Trahuntque ſiccas machinæ carinas:

Ac

T*Orrentius exiſtimat hanc oden ſcriptam fuiſſe ad L. Seſtium. Anno enim urbis conditæ* DCCXXX. *quo tempore floruit Horatius, conſules in Auguſti & Murenæ locum ſuffecti fuere, L. Seſtius P. F. & Cn. Calpurnius Piſo. Atque hic ille eſt Seſtius Bruti amicitia clarus, quam & eo devicto conſtantiſſime ſervavit: ob id, ipſi quoque Auguſto commendatus. auctor Dio extrem.* lib. XLIII.

1. *Solvitur.*] Similis deſcriptio apud Virg. *Vere novo gelidus canis cum montibus humor Liquitur & Zephyro putris ſe gleba reſolvit.* Notum quoque *Aprilem* menſem inde dictum tradi, quod *terram aperiat* hyeme adſtrictam: Nam *rura gelu tunc claudit hyems.* Torrent. *Solvitur.*] Veris adventu molleſcit, & relaxatur terra, quæ fuerat hyemis frigore vincta, & aſtricta. Hanc Oden Aprili conſecratam puto: nam Kal. Aprileis manifeſto deſignant illa: *Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto, Aut flore terræ quem ferunt ſolutæ.* Innuit enim morem veterum, quo matronæ Kal. Aprilibus myrto coronatæ lavabant. Cauſſam reddit Ovid.

Vos quoque ſub viridi myrto jubet ipſa lavari:
Cauſſaque cur jubeat, diſcite, certa ſubeſt.
Littore ſiccabat ſudantes rore capillos:
Viderunt Satyri turba proterva Deam.
Senſit: & oppoſita texit ſua tempora myrto;
Tuta fuit facto: voſque, referre vetat.

Alterum eſt, quod Palilium apertè meminit, quæ hoc menſe celebrata fuiſſe, nemo eſt, qui ignoret. Ea enim reſpexit illis:

Nunc & in umbroſis Fauno decet immolare lucis,
Seu poſcat agnam, ſive malit hædum.

Nam Palilibus, ut è Gratio obſervavit Hadr. Turneb. in luſtratione ovium ei Deo immolabant. Veriſſimum ergò quod dixi, non alium hac Ode celebrari menſem, quam Aprilem: unde decorè Horatius Venerem ſuo menſe choreas agitare fingit: decorè quoque navigationis meminit, quod eodem menſe, eadem præſes ejus Dea, maria, è quibus orta eſt, aperire creditur. Et ita Ovidius in Aprili: *Vere monet curvas materna per æquora puppes Ire, nec hybernas jam timuiſſe nives.* Rutgerſ. *Acris hyems.*] Hyems mordax, aſpera. *Grata vice veris, &c.*] Vere in vicem redeunte, quæ viciſſitudo poſt aſperam hyemem grata eſt, *Favoni.*] Zephyri, qui verno tempore flare incipit.

2. *Trahuntque ſiccas, &c.*] Habet & mare ſuam brumam. Quo tempore quemadmodum terra gelu, ſic ſævitia tempeſtatum, clauſum etiam mare dicitur. Eoque ſenſu egregiè Horat. lib. II. Serm. II. *Atrum defendens piſces hyemat mare.* Trahendi vero vocabulum ambiguum eſt. nam quoque trahi eas rectè dixeris, cum è pelago in terram ſubmo-

ventur;

Ac neque jam ſtabulis gaudet pecus, aut arator igni:
Nec prata canis albicant pruinis.
Jam Cytherea choros ducit Venus imminente Luna:
Junctæque Nymphis Gratiæ decentes
Alterno terram quatiunt pede: dum graveis Cyclopum
Vul-

ventur: ſed tunc ſiccæ non ſunt. Aptius ſane optimus dicendi artifex Virgil. cum intermiſſa navigatione reponuntur naves, *Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem*: & paulo poſt, *Subducite naves.* Cum vero rurſus exponuntur, *Deducunt ſocii naves, &c. Trahuntque ſiccas.*] Trahunt in mare ad navigandum naves ſiccas, atque ideo ſiccas, quod à principio Novembris uſque ad initium Martii conquieverant extra aquam in navalibus. *Machina.*] Quaſi phalangæ, teretes ſunt fuſtes, qui navibus ſubjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, aut cum ad littora ſubducuntur. *Lambin.* *Machina.*] Inſtrumenta quæ maximas habent virtutes ad moles ſuo loco movendas.

3. *Jam ſtabulis gaudet pecus.*] Ut in hyeme. *Aut arator igni.*] Mutari dicit uſum vitæ, mutatione temporis. Virg. *Ante focum ſi frigus erit, ſi meſſis in umbra.* Comm.

4. *Albicant pruinis.*] Albeſcunt.

5. *Jam Cytherea choros ducit.*] Merito Venerem chorearum ducem facit, quod ea vere & præſertim menſe ſuo Aprili, terras reviſent, omnia exhilarat, & calore oſſibus redeunte, amores conciliat, ut Lucret. & Virg. cecinere. *Jam Cytherea.*] Clementia temporis etiam invitari dicit animos ad ludum; ita ut de nocte ſaltationibus vacent, Venerique. *Comm. Cytherea choros ducit.*] Cythera inſula eſt contra Cretam, in quam ferunt Venerem primum vectam concha marina. *Venus.*] Venus dux chori jam cum Nymphis, & Gratiis ad Lunam ſaltat imminentem, id eſt, propinquam, & ſupra caput lucentem. *Imminente Luna.*] Simpliciter ad noctem refer; nam diis noctu potiſſimum gratæ ſunt terræ, ne mortalium oculis conſpiciantur. Quare de nocte ſic Statius, *Tunc Superis terrena placent*: atque hinc nocturnæ magorum ac ſagarum choreæ. Turneb. Adverſ. lib. IX. c. 27. *Imminente.*] Tempus præſens ſive incipiens, non aliter quam *tempus imminens* à Græcis, hoc eſt, ἐνεστὼς χρόνος dicitur. Principium autem Aprilis, Veneri ſacrum erat, ut ex Faſtis ſcimus. Venus ergo choros Calendis ſuis ducit, quas Græci, qui Calendis carent, *imminentem lunam*, ἱσταμένην σελήνην, hoc eſt, menſis principium aut Lunæ vocant. ſive ipſum novilunii tempus, quod imminebat. *Luna imminens* ergo, novilunium. *Heinſius.*

6. *Gratiæ decentes.*] Quæ ſunt Veneris & Liberi filiæ, nec immerito: Gratiæ enim per horum fere numinum munera conciliantur. Venus ſane nulla, ſine Gratia eſt, hoc eſt, comitate illa, qua ſe mulier commodat viro, ac ſubmittit ultrò. Quod in ἐρωτικῷ Plutarchus oſtendit. *Turneb.* lib. 30. cap. XI. *Gratiæ decentes.*] Quæ nudæ pinguntur, quia fides aperta & ſimplex eſſe debet. *Comm. Gratiæ decentes.*] Aglaia, Euphroſyna, Thalia.

7. *Alterno terram quatiunt pede.*] Nunc hoc, nunc illo pede terram pulſant numeroſe ſaltantes. *Dum graveis.*] Dum Vulcanus in Ætna monte cudit fulmina cum gigantibus, quorum opera, & miniſterio in iis fabricandis utitur. *Dum graves.*] Vel ſimpliciter intelligendum; quod eo tempore olla Ætnæ montis exæſtuare incipiat. Vel per *graves officinas*, ipſa membra genitalia ſignificavit, quæ vere naturalem coëundi fervorem accipiunt. *Comm.*

8. *Vul-*

Vulcanus ardens urit officinas.
Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto,
Aut flore, terræ quem ferunt ſolutæ.
Nunc & in umbroſis Fauno decet immolare lucis,
Seu poſcat agnam, ſive malit hædum.
PALLIDA *mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,*
Regumque turreis. ô beate Sexti,
Vitæ ſumma brevis ſpem nos vetat incboare longam:
Jam

8. *Vulcanus ardens.*] Conſequens ſane, ut qui ob ignis naturam ipſe ardeat, quicquid attigerit, perurat: quamquam & ad operis diligentiam hæc referri poſſunt. *Urit officinas.*] Non revera urit, ſed Poëta vehementem ignis ardorem exprimit, quo metalla liqueſcunt, *Urit officinas.*] Quod cum veris tempore crebriora exiſtant fulmina, diligentius ea tunc fabricare Vulcanum conveniat: ne Jovi ſcilicet tela deſint. *Torrentius.* *Vulcanus ardens urit officinas.*] Cum veteribus libris malo *viſit*: quod & in Pinakeriano exſtat. Ita lib. 3. Ode 28. de Venere, —*Quæ Cnidon Fulgenteſque tenet Cycladas, & Paphon Junctis viſit oloribus.* Apollonius lib. 3. de Vulcano: Ἀλλ' ὁ μὲν ἐς χαλκεῶνα καὶ ἄκμονας ἤει βεβήκει. *Rutgerſ.*

9. *Nitidum caput.*] Caput unguento delibutum & ſplendeſcens. *Impedire myrto.*] Implicari atque involvere. At *expedire* contrarium eſt. Et recte ex arbore *Myrtum* tantum nominat, Veneri nempe ſacram, unde & apud Romanos *Myrtea* dicta. Inter flores vero non diſtinguit, omnes fere Veneri gratiſſimi. *Impedire myrto.*] Coronare caput ſerto ex myrto, aut aliis floribus concinnato.

10. *Terræ quem ferunt ſolutæ.*] Quem veris calore laxatæ producunt terræ, quæ hyemis calore fuerant conſtrictæ.

11. *Nunc & in umbroſis.*] Anno jam expleto, ſcil. veris tempore. *Fauno decet.*] Faunum ac Faunam, quam & *Fatuam* vocabant, patrios Latinorum deos fuiſſe, ſic à *fando* dictos, quod in ſylvis, ille viris: hæc mulieribus fata præcinerent. Hinc *Faunum* etiam Romani, ſacrificiis & carminibus coluerunt. *Torr.* *Fauno decet.*] Fauno ruſticorum Deo, quem quidam volunt eundem eſſe atque Pana. *Immolare lucis.*] Sacrificare vel agnam, vel hœdum, utrum mavult.

12. *Seu poſcat agnam.*] Omnes fere MSS. *agna* & *hedo* vel *edo* ſine aſpiratione legunt, quod non video cur lectori tantopere diſpliceat. Cur enim non ut *facere*, ſic *immolare* cum quarto & ſexto caſu conjungamus? Apud Virgilium ſane, *cum faciam vitulâ*, & *cum faciam vitulam*, in diverſis exemplaribus optimæ fidei legitur.

13. *Pallida mors.*] Mors pallidos efficit. *Æquo pulſat pede pauperum.*] Indifferenter, & æque fortiter principum fores, atque pauperum caſas pulſat. *Tabernas.*] Domos humiliores.

14. *Regumque turres.*] Per *turres*, vel munitas Regum arces intelligo, à terrendo, ut volunt, dictas: vel celſas divitum domos.

15. *Vita ſumma brevis.*] Στιγμὴ χρόνου πᾶς ἐστιν ὁ βίος, inquit, Plutarchus. Quid enim puncto temporis brevius? & tamen ſi ad æternitatem reſpicias, ne puncto quidem temporis vivimus. *Vitæ ſumma.*] Pro paucorum annorum numero. *Comm.* *Vitæ ſumma.*] Breve vitæ ſpatium, longam ſperare vitam nos vetat.

Jam te premet nox, fabulæque manes,
Et domus exilis Plutonia: quo ſimul mearis,
Nec regna vini ſortiere talis,
Nec tenerum Lycidam mirabere: quo calet juventus
Nunc

16. *Jam te.*] Statim te opprimet mors, quæ, ſecundum Epicureos, nihil habet præter tenebras. *Fabulæque Manes.*] Ego *manes* dici *fabulas* exiſtimo, ex Epicureorum ſententia, quod nihil præter inane commentum ſint: ſic enim hoc vocabulo veteres uſi ſunt; nec dubium, quin Horatium imitari voluerit Perſius, Sat. II. cum ait:

Indulge genio, carpamus dulcia. Noſtrum eſt.
Quod vivis, cinis, & manes, & fabula fies.

Fabulæque.] Fabuloſi inferi, de quibus & Poëtæ, & Philoſophi tam multa fabulantur. *Manes.*] Dii boni *Manes* dicebantur, unde & *mane* tractum putant: nam *mane*, apud antiquos bonum dicebatur. *Comm.*

17. *Domus exilis Plutonia.*] Non quia ipſæ animæ exiles, hoc eſt, umbraticæ: vel quia inanis & vacua. Sed arctam, & anguſtam frequenti animarum concurſu redditam Plutoniam domum interpretabor. hyperbolice enim Flaccus ſignificat, per aſſiduas bellorum civilium cædes, tam immanes acervos, hoc eſt, tantas jam pridem acceſſiones factas mortuorum, ut metuendum ſit, ut vel ipſe Acheruns tametſi maximus & vaſtiſſimus, capacitate ſua, ſatis porro futurus non ſit morituro gregi *Douza Domus exilis.*] Virgil. *domos Ditis vacuas*, & *inania regna* vocat. *Domus exilis.*] Ut quid, magnam illam domum, quo paulatim omnes, tanquam ad fatale quoddam πανδοχεῖον cogimur, *exilem* dixit? Quare aliud excogitandum. Veteres fatalem illum locum, quo nunquam redituri à natura relegamur, *exilium* dicebant. Sic Seneca Herc. Fur. *Nocentum exilia*, locum illis apud inferos deſtinatum vocat. Et Flaccus lib. 2. Od. 3. *Et nos in æternum exilium impoſitura cymbæ.* Ergo *domus exilii* cenſerem legendum, quod eſt exilium. Utere, inquit, ætate tua, Sexti: jam enim nox & manes tibi inſtant, & exilium illud, quo cum relegatus fueris; neque vino, neque amoribus vacabis. *Heinſius. Domus exilis Plutonia.*] Per *exilem domum* intellexit Poëta *ſepulchrum*. Quod cur *exile* vocet, non eſt, quod rationem afferam, cum cuivis notum ſit, quam exigui loco claudamur mortui, qui tanto paratu tam lata terrarum ſpatia vivi conquirimus. Sepulcrum autem *domum* vocavit etiam Tibullus lib. 3. Eleg. 2. *Poſt hac carbaſeis humorem tollere velis, Atque in marmorea ponere ſicca domo.* Pedo in Conſolatione ad Liviam: *Claudite jam Parcæ nimium reſerata ſepulchra, Claudite plus juſto jam domus iſta patet.* Rutgerſ. *Exilis.*] Domus tenuis, & parva ſic dicta ob manes exiles illic habitantes, qui aſpectum oculorum fugiunt, nec poſſunt circumſcribi. *Quo ſimul mearis.*] Ad quam domum ſimul ac migraveris.

18. *Nec regna.*] Non eris bibendi magiſter, cui conſtituenti leges in conviviis, omnes parere neceſſe erit. *Regna ſortiere talis.*] *Sortiri judices, provincias*, Romani dicebant, cum qui judices ac provinciarum rectores futuri eſſent, ſorte legebantur. Eam in Repub. conſuetudinem ad conviviorum magiſteria, tanquam de re magna loqueretur, eleganter tranſtulit Horatius. *Talis.*] Talorum jactu: Veneris enim jactus regem vini efficiebat.

19. *Lycidam mirabere.*] Puerum mollem, & delicatulum. *Quo calet.*] Cujus amore juvenes nunc ardent.

20. *Mox*

Nunc omnis, & mox virgines tepebunt.

20. *Mox virgines.*] Ubi Lycidas adoleverit, virgines ejus complexu cupient potiri. *Virgines tepebunt.*] Amoris ardore paulatim inflammabuntur. *Lubin.* Vel ut Cruquius explicat: frigidiores erunt, quam ut te jam ſenio prope & frigore confectum accendere ſuo calore poterint. Vel *tepere* dicit, ob ſexus fœminei verecundiam.

ODE V. *προσφωνητική.*

Ad PYRRHAM.

Horatius ex Pyrrhæ illecebris, tanquam è naufragio enataverat, cujus amore irretitos affirmat eſſe miſeros.

QUIS *multa gracilis te puer in roſa*
Perfuſus liquidis urget odoribus
Grato, Pyrrha, ſub antro?
Cui flavam religas comam,
Simplex munditiis? heu, quoties fidem,
Mutatoſque Deos flebit: & aſpera

Nigris

1. QUis *multa.*] O Pyrrha, quis puer tenero, & gracili corpore, id eſt, quis adoleſcens ætati puerili proximus, te multis in roſis urget, id eſt, arcte avideque amplectitur? *Gracilis puer.*] Tenere molliterque educatus, impubis, rerum imperitus, decipi facilis. *In multa roſa.*] In odoribus ad laſciviam provocandam. Fortaſſis intelligit ῥοδωνιὰν λοπάδα, id eſt, genus odorati edulii & ſcitamenti, in quo roſæ intritæ in olla ad menſam ferebantur, de quo Athen. lib. 9. *Cruquius.*

2. *Perfuſus liquidis.*] Delibutus unguentis, quæ odores effundunt. *Liquidis odoribus.*] Unctionibus, quibus totum ſæpe corpus oblini ſolebat, quæ διαπλάσματα nominabantur. Liquidi vero odores ſiccis aridiſque opponi poſſunt, quæ διαπάσματα vocant.

3. *Antro.*] In fornice, vel lupanari, ubi meretrices aliquando latebant, ut alienos oculos in re pudenda fugerent: aliquando proſtabant impudice ad captandam prædam.

4. *Cui flavam.*] Cujus gratia crines flavos habes religatos, ut ei placeas.

5. *Simplex munditiis.*] Munditias proprie vocat, quæ ad corporis curam ſpectant; quibus Pyrrham ſuæ confiſam formæ, ſimplici uſam ſignificat. *Simplex munditiis.*] Simplici munditie contenta, abſque ſumptuoſo corporis cultu. *Heu quoties.*] Pathetica exclamatio in adoleſcentem miſerum, quem Pyrrha nunc ſuis illecebris detinet captivum; tantiſper ei ſuavis & jucunda benignaque futura, dum habet, quod donare poſſit. *Cruquius.* *Fidem.*] Promiſſa in levitatem, & perfidiam mutata.

6. *Deos flebit.*] Venerem cum ſuis pediſſequis, ſcilicet Gratiis, riſu, joco, oſculis, aliiſque hujuſmodi, quæ tales amores comitari, facileque mutari ſolent. *Aſpera nigris.*] Synchyſis: pro æquor nigra ventis aſperis. Et cur *nigris ventis*? An quia tempeſtates, quæ à ventis excitantur, nigræ ſunt? idcirco tempeſtatibus & hyemi nigra pecus immolatur. Ut Virg. lib. 3. Æneid. *Nigram hyemi pecudem, &c.* An quia nigra omnia deformia & injucunda ſunt? *Lambinus.*

Nigris æquora ventis
Emirabitur inſolens,
Qui nunc te fruitur credulus aurea:
Qui ſemper vacuam, ſemper amabilem
Sperat, neſcius auræ
Fallacis. miſeri, quibus
Intentata nites. me tabula ſacer
Votiva paries indicat uvida

Suſpen-

Aſpera.] Allegoria eſt ducta à mari ventis agitato, ſignificans meretricum blanditias, more tempeſtatum mobiles eſſe, & inconſtantes.

7. *Nigris.*] Tempeſtates à ventis agitatæ ſunt nigræ. *Æquora ventis.*] Per æquora ſignificat meretricem fallacem, quæ ex ſerena, & placida facta eſt ſæva & implacabilis.

8. *Emirabitur.*] Pro ſupra modum mirabitur. *Inſolens.*] Pro *inſuetus*, qui id de quo dicitur, facere non ſoleat, ut Donatus inquit. Sic inſolens belli, injuriæ, *Inſolens* etiam arrogantem & contra legem ac communem vitæ conſuetudinem audentem aliquid, ſignificat. Sic *inſolens Achilles.* Torrent. *Inſolens.*] Inſuetus, & talem in Pyrrha meretricum amorem non expertus.

9. *Te aurea.*] Te experitur admodum paratam, promptam ac liberalem: non aſperam, non duram, neque ferream: Vel *auream* pulchram accipe & formoſam, vel optatam, charam, amabilem. *Lambinus.* Vel qui te fruitur chariſſima ſibi, multumque amabili & optata, & ſibi inſtar auri cupita. *Turneb.* lib. 9. cap. 27. *Aurea.*] Sic eam vocat, in qua nihil ultra deſiderari poſſit, & auro contra caram, ut Plauti verbis utar. Atque ita Ovid. *Illa meis oculis aurea ſemper erit.* Torrentius. *Aurea.*] Te pulchra & amabili. Quid enim auro amabilius?

10. *Vacuam.*] Qui ſperat, te ſibi ſoli vacantem & paratam fore, aliis omnibus contemptis.

11. *Neſcius auræ*] Inconſtantiæ muliebris ignarus *Varium enim ac mutabile ſemper fœmina.*

12. *Miſeri, quibus.*] Miſeri ſunt ii, quibus non probata neque uſu cognita fulges, & amabilis videris.

13. *Intentata nites.*] Miſeros eos vocat, quibus illa, nondum bene perſpecta in amore placeat ac formoſa videatur; ut puta qui non niſi icti ſapiant; atque adeo ignari, meretricis illecebra capiantur: evaſuri, ſi tentamenta aliqua amoris ante cepiſſent. Sic enim Virgil. loquitur VIII. Æneid. *Neque prima per artem Tentamenta tui pepigi.* Torrentius. *Nites.*] Nitere, ad munditiem pertinet. *Me tabula.*] Ab eventu ſuo docet, quam ſint miſeri adoleſcentes, qui ſe impudicarum blandimentis illaqueari ſinunt: ſumpta metaphora, à naufragis. *Me tabula, &c.*] *Tabula votiva, ſacer paries,* verba ſunt rei quam tractat aptiſſima: ut miſeros enim amantes conſoletur, ſe quoque in eadem fuiſſe navi oſtendit, ſed facto naufragio enataſſe, cujus fidem faciat tabula, ex voto in Neptuni templo de pariete ſuſpenſa. *Torrent. Sacer.*] Sacellum, vel templum Neptuno dicatum. Eſt Allegoria ducta à naufragis, qui periculo elapſi Neptuno ſolebant ſuſpendere tabulam, in qua naufragii caſus depingebatur.

14. *Votiva paries.*] Quam vovi mediis in periculis, id eſt, Pyrrhæ blandimentis.

15. *Pe-*

Suſpendiſſe potenti
Veſtimenta maris Deo.

15. *Potenti Deo.*] Potens, eſt etiam potiens. *Turneb.* lib. 6. cap. 6. *Potenti.*] Neptuno imperium maris obtinenti.

16. *Veſtimenta maris.*] Naufragi ſua veſtimenta, in quibus fuerant ſervati, Neptuno etiam conſecrabant.

ODE VI. ὑποθετική.

Ad AGRIPPAM.

Varius tragœdiographus bella ab Agrippa geſta decantabit: Horatius vero conviviis tantùm, & amoribus deſcribendis aptus eſt, & idoneus.

SCRIBERIS Vario fortis, & hoſtium
Victor Mæonii carminis alite,
Quam rem cunque ferox navibus, aut equis
Miles te duce geſſerit.
Nos, Agrippa, neque hæc dicere, nec gravem
Peleidæ ſtomachum cedere neſcii,
Nec curſus duplicis per mare Ulyſſeï,

Nec

1. V*Ario fortis.*] Scribêris à Vario, Mæonii carminis alite, id eſt, majeſtate carminis Homerici; vel, penna, & ſtylo carminis Homerici; vel, ab heroïco Poëta cantu prædito plane Mæonio, id eſt, Homerico: fuit enim Homerus aut ex Mæonia, aut Mæonis filius. *Fortis.*] Invictus & ſtrenuus imperator. Laus à militari fortitudine. Scribit enim Paterculus, Agrippam, virtute, labore, vigilia, periculo, invictum. Ejus res geſtas lege apud Dionem, Appianum, &c. *Cruquius.*

2. *Mæonii carminis alite.*] Pari cum Homerico carmine fortuna atque eventu. Varium igitur cum Homero comparat, idque ad Agrippæ etiam gloriam ſpectat, cujus res geſtæ talem præconem ſortiantur. Lambinus legi vult *aliti*, & Varium alitem Mæonii carminis vocat. *Torrent.* *Alite.*] Ales etiam metaphoricôs pro Poëta ſumi poteſt, qui canendo, id eſt Heroïca deſcribendo, Homeri inſtar in altum fertur. *Cruquius.*

3. *Quam rem.*] Quamcunque rem. *Navibus aut equis.*] Omni quidem militiæ genere præſtabat Agrippa, ſed navali gloria magis enituit, præfectus univerſæ claſſi contra Sext. Pompejum, ac poſt victoriam roſtrata donatus corona. Nec otioſum videtur, quod navibus equos adjunxit Horatius: nam antequam bellis Siculis præficeretur, jam conſul, res præclare in Gallia geſſerat, ſecundus Romanorum tranſgreſſus Rhenum. Galli vero & Germani ſine equeſtris militis robore, non facile vincuntur. *Torrent.*

6. *Peleidæ ſtomachum.*] Pro θυμὸν dixit, & periphraſticôs Iliadem deſignat. *Stomachum.*] Iram implacabilem Achillis, Peleo & Thetide geniti. *Cedere neſcii.*] Qui placari noluit.

7. *Curſus duplicis.*] Id eſt, Odyſſeam, periphraſticôs, in quibus duplices Ulyſſis curſus deſcribit, id eſt, errores varios, perque maria ſpatioſa latos. Et quid ſi per *duplices* intelligamus, bis decennales? Alii & rectius, legunt, *duplicis,*

Nec ſævam Pelopis domum
Conamur tenues grandia: dum pudor,
Imbelliſque lyræ Muſa potens vetat
Laudes egregii Cæſaris, & tuas
Culpa deterere ingeni.
Quis Martem tunica tectum adamantina
Digne ſcripſerit? aut pulvere Troïco
Nigrum Merionem? aut ope Palladis
Tydiden ſuperis parem?
Nos convivia, nos prælia virginum

Sectis

plicis, id eſt, verſuti, callidi. *Cruquius*. *Cu ſus duplicis*.] Navigationes longas ſubdoli Ulyſſis, qui aliud loquebatur, aliud ſentiebat, unde à Græcis dictus eſt διπλοῦς. *Duplicis Ulyſſei*.] Rectè Lambinus explicat, ut Græci uſurpant διπλοῦς ἀνής. Neque omittendum quod Florens Chriſtianus annotavit, *duplicem* fortaſſe dici, quod bis inferos ingreſſus eſſet. Unde & à Simmia Rhodio in Ara vocatur δίζωος:

Παιδὸς τε μεγάλου ἀντίζυγος, φῶς δίζωος.

Quod Theognis dicit nullum ab inferis rediiſſe, niſi Siſiphum, & cum illius meminiſſet, ſi aut Herculis aut Theſei noluit, Ulyſſem ſaltem Siſiphi, ut fama eſt filium, omittere non debebat. *Rutgerſius*.

8. *Nec ſævam Pelopis*.] Cum Pelopis domum dicit, uberrimam bellorum ac rerum Tragicarum tanquam ſegetem proponit. *Torrent*. *Nec ſævam Pelopis*.] Alludit ad Thyeſta, Tragœdiam à Vario conſcriptam, in ejus commendationem. *Sævam Pelopis domum*.] Sævam propter varia homicidia in eadem familia perpetrata: nam Pelops à Tantalo patre, Atreus & Agamemnon ab Ægyſto, Clytemneſtra ab Oreſte filio eſt occiſa.

9. *Tenues grandia*.] Hos, qui tenui ſumus ingenio, non audemus dicere grandia, viribus noſtris imparia.

10. *Imbelliſque lyræ Muſa*.] Dum Polyhymnia Muſa Lyrica (quæ poteſtatem habet in Lyram, imbellem nempe, & ineptam ad res bellicas ſcribendas) me vetat deterere, id eſt, diminuere atque extenuare tuas & Cæſaris laudes.

11. *Egregii Cæſaris & tuas*.] Bene utriuſque laudes conjunxit, cum Cæſaris auſpiciis omnia geſta ſint: & alioqui nihil illis conjunctius, ſive affinitatem, ſive amicitiam, reſpicias; adeo ut certo tempore, ſi Dioni credimus, in iiſdem etiam ædibus vixerint.

12. *Culpa*.] Ingenii mei tarditate. *Deterere*.] Deterere laudes, dixit, pro adferre laudibus detrimentum.: facta enim dictis exæquanda ſunt, ut Saluſt. inquit.

13. *Martem tunica*.] Martem, id eſt, viros bellicoſos tectos, & indutos lorica, quæ dura, & ſolida eſt ut adamas.

14. *Pulvere Troïco*.] Id eſt, qui prælii tempore ſemper inter medios hoſtes verſabatur, neque vulnera extimeſcebat. Erat autem Meriones Idomenei comes atque amicus. *Lambin*.

15 *Merionem? aut*.] Virum fortiſſimum, pulvere Troïco ſqualidum, & obductum. *Ops Palladis*.] Pallas ſemper opem tulit Diomedi Tydei filio.

16. *Superis parem*.] Animo, & fortitudine diis æqualem. Nam Martem, & Venerem Diomedes vulneravit.

17. *Nos prælia, &c.*] Amantium conten-

Sectis in juvenes unguibus acrium
Cantamus, vacui; ſive quod urimur,
Non præter ſolitum leves.

contentiones & luſus facete admodum alludens ad heroum geſta. Se quoque in præliis verſari dicit, ſed non duris & multum ſanguinolentis: ſed mollibus & amatoriis, in quibus non opus eſt ferro & armis adamantinis; ſed unguibus, iiſque reſectis, ne vulnerentur amantes.

18. *Acrium.*] Virgines, & puellæ ita acres ſunt in juvenes, ut tamen ungues ſuos ad repugnandum ſectos habeant, ne forte pugna ſit cruenta, quod raro ſit.

19. *Vacui; ſive.*] Sive quod ſumus vacui, id eſt, valde otioſi, ſive quod urimur, id eſt, aliquantulum amamus. *Sive quod urimur.*] Senſus eſt, cum ſive amore vacuum, ſive non, ſemper hæc meditari ſtudia. Nec mirandum ſi inconſtanter amet, qui ita jam conſueverit. Quam levitatem ſuam Epod. XI. & Serm. VII. lib. II. abunde teſtatus eſt. *Torrent.*

20. *Non præter.*] Noſtro more leves, & inconſtantes, quod amatoribus proprium eſt, & uſitatum.

ODE VII. προσφωνητική.

Ad MUNATIUM PLANCUM Conſularem.

Alii alias laudant civitates, & regiones Horatius verò: reliquis anteponit Tibur, ubi natus eſt Plancus, quem ad diluendas vino curas cohortatur.

LAUDABUNT *alii claram Rhodon, aut Mitylenen,*
Aut Epheſum, bimariſve Corinthi
Mœnia,

1. *CLaram Rhodon.*] Rhodum, Epheſum, Mitylenen, ut urbes deliciis affluentes, uno verſu complectitur Mart. lib. X. Epigr. LXVIII.

Cum tibi non Epheſus, non ſit Rhodos aut Mitylene,
Sed domus in vico Lelia Patricio.

Dictæ autem *Mitylenæ*, à Macarei filia Mitylene; quemadmodum & à patre inſula ipſa Lesbos dicta, olim Macaria. *Torrent.* *Claram Rhodon.*] Rhodon claram propter elegantem ſtructuram trium civitatum, quæ ſunt in eadem Inſula. aut *claram*, id eſt, præclaram portibus, viis, mœnibus, legum præſtantia, &c. aut *claram*, id eſt, ſemper illuſtratam radiis Solis, qui puellæ Rhodiæ amore captus, Inſulam ab ea nominavit Rhodon. *Mitylenen.*] Mitylene urbs eſt in Lesbo.

2. *Epheſum.*] Nobiliſſimam civitatem ab Amazonibus extructam, & magnæ Dianæ templo nobilitatam. *Bimariſve Corinthi.*] Liv. lib. XLV. *Iſthmus duo maria ab occaſu & ortu ſolis finitima arctis faucibus dirimens.* Hoc eſt, quod *bimarem* hic Horatius vocet. Claudian. lib. I. in Eutropium. *Ephyreia Lais E gemino ditata mari.* Venuſtiſſime enim de meretriculæ quæſtu, perinde ac de opulentiſſimæ urbis copia, loquitur. Ephyra enim dicta fuit Corinthus, ut & διθάλασσος & ἀμφιθάλασσος. Quæ cum maxima opportunitas ſit ad diteſcendum, ἀφνειὸν τε Κόρινθον rectè dixit Homerus, II. Iliad. unde & κορινθιάζειν pro luxuriari, ut divitiis affluentes ſolent. *Torr. Bimariſve Corinthi.*] Corinthus dicitur bimaris, quod hinc Ionio, hinc Ægeo mari cingitur.

Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Inſigneis, aut Theſſala Tempe.
Sunt quibus unum opus eſt, intactæ Palladis urbem
Carmine perpetuo celebrare: &
Undique decerptam fronti præponere olivam.
Plurimus, in Junonis honorem,
Aptum dicit equis Argos, diteiſque Mycenas.

Me

3. *Thebas, vel Apolline.*] Thebæ urbs eſt in Bœotia à Cadmo ædificata, cujus filia Semele Bacchum peperit ex Jovis compreſſu. *Delphos.*] Nobile fuit Delphis Apollinis oraculum.

4. *Tempe.*] Loca amœniſſima in Theſſalia.

5. *Sunt quibus.*] Sunt Poëtæ, quibus unicum opus eſt. *Urbem.*] Athenas Minervæ inviolatæ urbem.

6. *Carmine perpetuo.*] Quod continua quadam ſerie nihil aliud tractet, quam Athenarum laudes. *Torrent. Perpetuo.*] Carmine non interrupto, ut aliud laudent.

7. *Undique decerptam.*] Qui enim opere integro Athenas laudare vellet, illi neceſſario à certamine Neptuni & Minervæ incipiendum eſſet. Cyclicus ergo Poëta, cui unum opus eſſet, carmine perpetuo Athenas celebrare, oleam non modo equo, verum omnibus potius arboribus ac frondibus præferret; Minervæ cauſa nempe & urbis, quæ ab ea nomen accepit. *Frons decerpta undique*, eſt ὁπιῦν φῦλλον, frons quælibet, id eſt, arbor quævis. Vide Heinſium in notis, de hac re pluribus differentem. *Fronti præponere.*] Per decerptam undique olivam, Cruquius notari credit, coronam oleaginam detonſam: ut Virg. 3. Georg. *Ipſe caput tonſæ foliis ornatus olivæ Dona feram, &c.* Erant enim apud veteres coronæ tonſiles, quas hic Poëta noſter, decerptas undique, id eſt, detonſas circum circa vocat, ut eſſent foliis brevioribus, ornatioribuſque. Quod autem pertinet ad novum loquendi genus, præponere fronti, id eſt, dare omnem operam ſcribendo ut fronti præponatur, hoc eſt, ut frons coronetur orneturque ſynecdochicῶs, pars pro toto. *Cruquius. Fronti præponere.*] Veteres, qui Poëmata ſe ſcribere profitebantur, utpote Muſis ſacri, coronas ſemper aliquas, tanquam inſignia ſui ſtudii, præferre ſolebant. Sic & eos, qui carmine Athenas laudare vellent, in honorem Palladis fronti obtendere olivam dicit, & quidem *undique decerptam:* oſtendens per hoc, ex omni eos loco ac materia colligere, quod ad Deæ atque urbis illius laudem ac materiam convertant. *Torrent. Undique decerptam.*] Frontem Oliva coronare, cujus folia undique, id eſt, circum circa detonſa, & breviora facta, majorem addunt ornatum. Aliis alia lectio magis arridet, vid. *Undique decerptæ frondi præponere Olivam*, ut ſit ſenſus, Omnibus omnium locorum & terrarum frondibus Olivam anteponere, quæ Palladis eſt propria.

8. *Plurimus.*] Plurimi, id eſt, multi dicunt.

9. *Aptum equis Argos.*] Hiſtoriæ hic recordemur, quæ Diomedem in Italiam venientem, ibi quoque Argos Hippium, patriæ recordatione, condidiſſe narrat: eaque Argyrippa, & poſtea Arpi dicta fuit. *Torrent. Equis Argos.*] Argos equis nutriendis idoneum? Unde Homerus appellat Ἄργος ἱππόβοτον. *Mycenas.*] Urbem opulentam, in qua regnavit Agamemnon; à Mycena Nympha ſic appellatam.

10. Pa

Me nec tam patiens Lacedæmon,
Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opimæ,
Quam domus Albuneæ reſonantis,
Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & uda
Mobilibus pomaria rivis.
Albus ut obſcuro deterget nubila cælo
Sæpe Notus: neque parturit imbreis
Perpetuos: ſic tu ſapiens finire memento
Triſtitiam, vitæque labores
Molli, Plance, mero: ſeu te fulgentia ſignis
Caſtra tenent: ſeu denſa tenebit
Tiburis umbra tui. Teucer Salamina, patremque

Quum

10. *Patiens Lacedæmon.*] Lacedæmon dicitur patiens ob ſeveram diſciplinam, ubi pueri ad Dianæ aram loris flagellati, uſque dum ſanguis viſceribus exiret, ne ingemuerunt quidem.

11. *Lariſſæ opimæ.*] Ἐριβώλακος, ἐριβώλου. Cum vero plures *Lariſſæ* fuerint, placet eam intelligi quæ in Theſſalia fuit; non tam ob urbis præſtantiam, quam ob campi circumquaque ubertatem atque amœnitatem regionis. Tum aliquid magnum dicere voluit Horatius, cum percuſſum ſe ait campi illius admiratione, ut & Lacedæmonis patientia. *Torrent. Lariſſa.*] Lariſſa eſt urbs in Theſſalia, à qua & Achilles Lariſſæus dictus eſt. *Percuſſit.*] Permovit, affecit.

12. *Domus Albuneæ.*] Nemus delectabile Albuneæ Nymphæ una cum fonte conſecratum *Albuneæ.*] De Albunea Lactant. lib. I. cap. 6. Et recte Virgil. VII. Æneid. ejus oracula Latinum regem conſulentem facit: cum ait, *Lucoſque ſub alta Conſulit Albunea, &c.* Torrent.

13. *Et præceps.*] Fluvius Anio de celſo ſcopulo multam aquam deorſum effundens. *Et Tiburni lucus.*] Multa exemplaria *Tiburti* legunt. Turneb. lib. XI. cap. 26. & lib. XXII. c. 3. utramque lectionem defendit. Lucum ergo intelligo, in Tiburni Herois memoriam de more conſecratum, ex Papinio. *Torrent. Tiburni.*] Tiburnus, primus Tiburis conditor dicebatur.

14. *Mobilibus.*] Pomaria diſcurrentibus rivis irrigua.

15. *Albus ut obſcuro.*] Leuconotum intelligit Poëta. Λευκόνοτοι auſtri ſunt quaſi anniverſarii, qui certa ſtataque anni tempeſtate ſpirant, ut Eteſiæ, & nubila detergent, ſerenitatemque reddunt: ἀπὸ τοῦ λευκαίνειν τὸν οὐρανόν. *Albus.*] Notus ſerenus. *Obſcuro.*] Cælo caliginoſo.

17. *Sic tu ſapiens, &c.*] Id eſt, facturus es, quod ſapientem decet, ſi finias triſtitiam molli mero. *Steph.*

19. *Mero.*] Vino ſuavi, maturo ac tempeſtivo. *Seu te fulgentia.*] Sive militiæ, ſive domi tuæ eris. *Fulgentia ſignis.*] Cum imperio Plancum exercitibus præfuiſſe, initio annotavimus. *Torrent. Signis.*] Aquila, Dracone, aliiſque id genus ſignis militaribus.

21. *Tiburis tui.*] Vel quod villam ibi haberet Plancus: vel quod gens Munatia Tibure oriunda, ut aliæ multæ illuſtres. *Torr. Tibur.*] Horatius Pindarico more hiſtoriam hanc huic Odæ interſeruit, ut Herois tanti exemplo, Plancum

Quum fugeret, tamen uda Lyæo
Tempora populea fertur vinxiſſe corona,
Sic triſteis affatus amicos:
Quò nos cunque feret melior fortuna parente
Ibimus, ô ſocii, comiteſque.
Nil deſperandum Teucro duce, & auſpice Teucro:
Certus enim promiſit Apollo,
Ambiguam tellure nova Salamina futuram.
O fortes, pejoraque paſſi

Mecum

ſuum in rebus etiam adverſis ad lætitiam aliquam invitet: & à Teucro exſule ſententiam profectam eſſe ferunt, quam proverbii loco uſurpamus ex Ariſtophanis Pluto: Πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσα, ἵν᾽ ἂν πράττῃ τις εὖ. *Torrent. Salamina.*] Civitatem Telamonis, qui duos habuit filios Teucrum, & Ajacem.

22. *Quum fugeret.*] Quamvis fugeret.

23. *Tempora populea.*] Figulus, Lambinus & alii populeam coronam cenſent adſcribendam fortitudini, quaſi Teucer poſt magnos ad Trojam exantlatos labores ea ſe corona dignatus fuiſſet. Atqui non video quid in fuga ſit laudis. Qua de cauſa Turnebi altera ſententia convenientior apparet, quæ Teucrum vult, dolore ſuppreſſo, ſpem vultu ſimulare, ſocioſque ſperare jubere. Senſus ergo eſt: Qamvis Teucer non ſine dolore metuque patrem Telamonem fugeret, tamen dulci Lyæo curas diſſolvit, corona populea caput ornavit, Herculique ſacra fecit. *Cruquius. Tempora populea, &c.*] Quod ea arbor Herculi ſacra ſit, magnis ærumnis laboribuſque perfuncto. An potius quod ad bacchantium coronas & genio indulgentium reſpexit? & probabilius eſt, ut lætitiam præ ſe ferret, alioſque bene ſperare juberet. *Turneb.* lib. XI. cap. 26. *Tempora.*] Caput vino madidum. Lyæus nomen Bacchi ponitur pro vino. *Populea corona.*] Herculi ſacra, qui eam apud Acherontem fluvium in Theſprotia repertam, ab inferis veniens ſecum attulit. *Torrent. Populea fertur.*] Corona ex frondibus populi arboris, quæ animi fortitudinem denotat.

24. *Triſteis.*] Renitenteis ac invitos propter exilium patriæ. *Cruquius.*

25. *Melior fortuna.*] Melior, quia fortuna mihi patriam dabit, at pater Telamon negavit.

27. *Nil deſperandum.*] Παρακέλευσις à fortitudine: quæ una atque adeo præcipua eſt ex iis rebus, quas in ſummo Imperatore duceque requiri ſcribit Cic. pro lege Manil. nimirum ſcientia rei militaris, fortitudo, auctoritas, felicitas. *Cruquius. Auſpice Teucro.*] De Teucro, quamquam Græco, Romanorum loquitur more. Auſpicia enim in exercitu penes unum Imperatorem erant, cujus ideo auſpiciis geri omnia dicebantur. Poſſimus etiam ita exponere, ut *auſpicem* ſe vocet, cui jam Deorum monita ac conſilia ab Apolline patefacta ſint. *Auſpice.*] Me Teucro hortatore.

28. *Certus enim.*] Apollo non fallax, aut mentiens.

29. *Ambiguam.*] Recte *ambiguam*, cujus audito nomine adhuc ambiguus atque anceps ſis, de qua agatur. *Torrent. Ambiguam.*] Promiſit duas fore Salaminas, quarum altera nunc eſt in Attica; alteram ego, & vos condemus in Cypro.

30. *Pejoraque paſſi.*] O paſſi graviora: *Virgilius.*

32. *Itera-*

Mecum ſæpe viri, nunc vino pellite curas:
Cras ingens iterabimus æquor.

32. *Iterabimus æquor.*] Iterum navigabimus.

ODE VIII. ἐρωτική.

Ad LYDIAM.

Juvenem Sybarin, Lydiæ amore perditum, & voluptatibus colliquefactum notat.

LYDIA dic, per omneis
Te Deos oro, Sybarin cur properes amando
Perdere: cur apricum
Oderit campum, patiens pulveris, atque ſolis?
Cur neque militaris
Inter æquales equitet: Gallica nec lupatis
Temperet ora frænis.
Cur timet flavum Tiberim tangere? cur olivum
San-

1. L*ydia dic.*] Meretrix delicatula non vulgaris formæ.

2. *Te Deos oro.*] Venerem, Cupidinem, cum ſuis aſſeclis. *Cruquius.* *Sybarin.*] Juvenem mollem. *Amando perdere.*] Venuſta antiphraſis, ut Sybarim Lydia amando perdat; dum amori tantum, nec ulli alii officio, operam eum dare patitur. *Torrent.* *Amando.*] Dum tui amore captus eſt, & ab eo amaris.

3. *Perdere.*] Ejus bona abligurire, & corporis vires frangere.

4. *Oderit campum.*] Oſtendit ergo miſerum Sybarim, arte militari ac labore præſtantem, meretricis tanquam faſcino, non permitti quicquam agere, quod ad prioris vitæ conſuetudinem pertineret. *Torrent.* *Campum.*] Campum Martium cur oderit. *Patiens pulveris.*] Quum poſſit pati pulverem, & ſolem, & alios etiam labores militares.

5. *Militaris.*] Militarem in morem, vel ut hominem militarem decet.

6. *Gallica nec.*] Gallicorum equorum ora. Turneb. lib. XI. cap. 28. *Lupatis.*] Frenis inſtar lupinorum dentium aſperis & inæqualibus, quibus equi ferociores coërcentur.

7. *Temperet.*] Moderetur, & ſibi parere doceat.

8. *Tiberim.*] Vegetius lib. I. cap. 10. *Romani campum Martium vicinum Tiberi delegerunt, in quo juventus poſt exercitium armorum, ſudorem pulveremque dilueret; ac laſſitudinem, curſuſque laborem natando deponerent.* *Cur olivum?*] Rogat, luctam cur pejus angue oderit? an quia metuebat olei odore dominam offendere. Inſanum illud palæſtræ apud Græcos ſtudium, omnibus notum: ſi quidem Anacharſim refert Laërtius, oleum, veſaniæ φάρμακον appellaſſe; quod eo uncti Athletæ, mutuo in ſe furere viderentur. *Torrent.* Per *olivum* τὸ κήρωμα denotat, id eſt, unguentum, quod ex cera fit oleo ſubacta, quo palæſtritæ in lucta utebantur. *Cruq.* *Tiberim tangere.*] Tiberim tranare. *Cur olivum.*] Cur luctam horret? luctaturi utebantur unguento, quod ex cera fit, oleo ſubacta.

9. *Vita-*

Sanguine viperino
Cautius vitat? neque jam livida geſtat armis
Brachia: ſæpe diſco,
Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito?
Quid latet, ut marinæ
Filium dicunt Thetidis ſub lacrymoſa Trojæ
Funera: ne virilis
Cultus in cædem, & Lycias proriperet catervas?

9. *Viperino.*] Sanguine venenoſo.

10. *Armis.*] Uſu & frequenti armorum pondere.

11. *Diſco.*] Diſco nobilitatus: qui quidem ludus erat primo Græcus, deinde à Græcis tranſlatus ad Romanos. *Diſco.*] Diſcum dictum volunt, à δίκειν, quod eſt βάλλειν, unde & δισκοβόλος, qui diſcum jacit. *Lambinus.*

12. *Sæpe trans finem.*] Sæpe ultra terminum, jaculo fortiter & expedite emiſſo nobilitatus.

13. *Quid latet.*] Cur non prodit Sybaris in publicum, ſed inter meretrices latet, & emolleſcit. *Ut marinæ, &c.*] Sybarim juvenem non aliter in meretriculæ contubernio latitantem facit, quam olim inter Lycomedis Scyri regis filias Achillem. *Torrent.*

14. *Filium dicunt Thetidis.*] Achillem, qui à matre Thetide habitu puellari indutus, ne agnoſceretur, in Inſulam Scyrum ad Diomedem eſt deductus. *Sub lachrymoſa Trojæ.*] Paulo ante everſionem Trojæ.

15. *Funera.*] Etiam Græcorum, quæ ad Trojam contigêre. Atqui ſi *Trojæ funera* pro Trojæ excidio interpreteris, non convenient tempora. Achillis enim latebræ totis annis decem præceſſere. *Torrent. Ne virilis cultus.*] Ne veſtitus virilis eum in bellum Trojanum protraheret.

16. *Lycias catervas.*] Quas nempe Sarpedon rex Lyciæ poſt Hectorem fortiſſimus, Priamo adduxerat. *Torrentius. Lycias proriperet.*] Ponuntur Lycii pro Trojanis; quibus opem ferebant: ſic cognominati à Lyco Pandionis filio. *Proriperet.*] Raptim vel temere traheret.

ODE IX. προσφωνητική.

Ad THALIARCHUM.

Quo magis ſævit hyems, eò magis voluptati indulgendum. Sic autem a Marone hyems genialis appellatur.

VIDES *ut alta ſtet nive candidum,*
Soracte: nec jam ſuſtineant onus
Silvæ

1. *Stet nive candidum.*] Vides, ut Soracte cooperiatur, vel, è longinquo appareat nive plenum à

2. *Soracte.*] Mons in Faliſcis, quem hodie appellant montem *Divi Sylveſtri*, eo quod in ejuſdem montis ſpelunca ad plurimum tempus ſe continuiſſe dicitur. *Onus.*] Nivis pondus.

3. Labo-

Silvæ laborantes: geluque
Flumina conſtiterint acuto?
Diſſolve frigus, ligna ſuper foco
Large reponens: atque benignius
Deprome quadrimum Sabina,
O Thaliarche, merum diota:
Permitte Divis cætera: qui ſimul
Stravère ventos æquore fervido
Deprœliantes, nec cupreſſi,
Nec veteres agitantur orni.
QUID *ſit futurum cras, fuge quærere: &*
Quem

3. *Laborantes.*] Oneris magnitudine laborantes, & non ſuſtinentes; onus nivis.

4. *Gelu acuto.*] Equidem acutum dici reor, Græco more, pro acri & vehementi: nam ὀξὺ plerumque ſignificat magnum & vehemens: & ſic dictum ab Horatio, ut à Pindaro χιὼν ὀξεῖα dicitur. Turneb. lib. xi. cap. 26. *Conſtiterint.*] Flumina vi frigoris congelata à curſu deſtiterunt ſupernè.

6. *Largè.*] Copioſè pro foci magnitudine. *Benignius deprome.*] Athenæus libro x. quo loco Alcæi verſus, quos hic imitatus eſt Horatius, recenſet; hoc inter cætera eleganter addidit, nullam eſſe anni tempeſtatem, unde Poëta ille bibendi occaſionem non ſumpſerit. *Benignius.*] Largius quam ſolebas prome de diota Sabina vinum quadrimum, id eſt, quatuor annorum.

7. *Quadrimum.*] Mediæ ætatis vinum poſcit, largiori convivio aptius, ne citò nimis ebrietas obrepat. At Venerem ſacrificio placaturus, bimi parcam meri poſtulat. Od. xvii. *Sabina diota.*] Quia vaſa illa vino ſervanda apta in Sabinis fierent: non quod vinum Sabinum Horatius depromi velit; id enim vilius habebatur. Infra Od. 20. *Torrent.*

8. *O Thaliarche.*] Turnebus primam hujus nominis ſyllabam aſpirari vult, quod θαλία Græcis etiam convivium ſignificet; nam convivii dominus præcepta hilaritatis hic proponere videtur. Nec ſcio an idem Thaliarchus ſit, qui & Sympoſiarchus, an potius qui celebritati alicui publicæ, in Deorum honorem inſtitutæ, præfuerit, quales ſeptemviri Epulonum. *Torrent.* *Diota.*] Veteres enim in teſtis, vaſis, doliis, fictilibus, vino horreis repoſita ſervabant, et quibus ea depromebant largius aut parcius, pro menſæ & convivarum ratione. *Cruquius.* *Diota.*] Diota eſt vas vinarium duas habens anſas, quadraginta, & octo ſextarios capiens.

9. *Permitte Divis.*] Committe cætera Deorum curæ, & procurationi. *Simul.*] Simul ac, id eſt, poſtea quam ventos inter ſe concertantes compeſcuerunt.

10. *Stravère ventos.*] Tranquillarunt, mitigarunt, ſopiverunt. *Fervido.*] Mari concitato, ut ſolet aqua in aheno fervens.

12. *Agitantur orni.*] Non commoventur.

13. *Quid ſit futurum.*] Vult eum in diem vivere. & recte Theocritus: οὐ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες. *Torrent.*

14. Quem

Quem ſors dierum cunque dabit, lucro
Appone: nec dulceis amores
Sperne puer, neque tu choreas,
Donec virenti canities abeſt
Moroſa. nunc & campus, & areæ,
Leneſque ſub noctem ſuſurri
Compoſita repetantur hora.
Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ riſus ab angulo,
Pignuſque dereptum lacertis,
Aut digito male pertinaci.

14. *Quem fors dierum.*] Quemcumque diem tibi dabit fors, id eſt, fortuna, ſeu potius Dei voluntas, τύχη δαίμων. *Lucro.*] In lucro deputa.

16. *Puer.*] Cum puer es, adoleſcens, juvenis. *Choreas.*] Chorea dicitur à choro, ubi junctis manibus ſaltatur.

17. *Donec virenti.*] Quamdiu tibi juveni, & adhuc virentis ætatis canities, (id eſt, ſenectus) abeſt querula.

18. *Campus & area.*] Poſtquam campum Martium dixiſſet, rectè addidit *areas*; loca nempe vacua, pura & ſine ædificiis, maxime uſu publica, conveniendi cauſa atque inambulandi. Non male Valla, *Campum* dici ait planiciem terræ amplam: quæ ſi fuerit anguſtior, *area* appellatur. Vide Vitruv. lib. 1. cap. 7. *Torrentius. Campus, & area.*] Campus Martius, & areæ, id eſt, loca, in quibus Rom. juventus ſe exercebat.

19. *Sub noctem.*] Paulò ante noctem. *Suſurri.*] Colloquia quæ edi ſolent ab amantibus voce leni, & ſubmiſſa. *Suſurri.*] Quod ἀλλήλοις ψιθυρίζειν aptiſſimè dixit Theocritus, loco à Lambino citato.

20. *Compoſita repetantur hora.*] Conſtituere diem aut locum propriè dicimus, cum ex conventione agendum aliquid certo loco aut tempore proponitur. Hinc *ad conſtitutum adeſſe, & venire. Compoſitam* igitur *horam* ſimili ratione dixit Horatius, quæ inter amantes conſtituta ſit. *Torrent. Compoſita.*] Hora conſtituta iterum atque iterum à te uſurpentur.

21. *Nunc & latentis.*] Et nunc repetatur à te gratus riſus, proditor, & index puellæ latentis, id eſt, in angulum ſe abdentis, ac deliteſcere ſimulantis. Ridet enim puella, ne diu quæratur, ſed ut ſeipſam prodat.

23. *Pignuſque dereptum lacertis.*] Armilla vi avulſa ex lacertis, aut annulus à digito malè, id eſt, parum pertinaciter retinente. Nam fingunt puellæ ſe velle retinere, quod cupiunt ſibi adimi. *Dereptum* ergo legendum non *direptum*. Eſt autem *deripere* de quovis loco rapere; ſed maxime de ſuperiore. *Diripere* autem eſt, dilacerare ac diſcerpere. *Lambinus.*

ODE X. Εὐχαριστική.

HYMNUS in MERCURIUM.

Quem laudat à facundia, à parentibus, à palæſtræ, & lyræ inventione, à maxima in furando calliditate, atque ab iis, quibus fungitur, muneribus.

MErcuri facunde, nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti catus, & decoræ
More palæſtræ:
Te canam magni Jovis, & Deorum
Nuntium, curvæque lyræ parentem,
Callidum, quidquid placuit, jocoſo

Con-

1. F*Acunde, nepos.*] Eloquentiæ Deus & orationis inventor. *Atlantis.*] Maja Atlantis filia Mercurium peperit ex Jove: unde & *Atlantides* dictus.

2. *Qui feros cultus.*] Quod autem Horatius *voce & palæſtra* eos à Mercurio expolitos conformatoſque tradit, quaſi tunc primum homines eſſe cæperint: id è Platonis philoſophia petitum videtur. Ille enim muſicæ ac gymnaſticæ, ſi modo rectè exerceantur, totius Reipub. ſalutem attribuit. Jam Mercurius harum duarum artium inventor eſſe perhibetur. Neque Hermas tantum, ſed & Hermathenas in gymnaſiis dedicabant: quo per inſertam Mercurio Minervam, apertius adhuc ſignificarent, animi pariter ac corporis conformandi rationem haberi debere. Tum etiam Hermerotas & Hermeraclas legimus, mixtas nempe Mercurii cum Amore & Hercule ſtatuas: quod Oratione, ut nihil amabilius, ſic neque robuſtius, efficaciuſque. Pluribus Torrentium de Hermis diſſerentem, ſuo loco vide. *Feros cultus.*] Agreſtes hominum primorum mores. *Hominum recentum.*] Id eſt, eorum, qui feritate mutata per eloquentiam Mercurii, nuper induerant humanitatem. *Cruquius.*

3. *Voce formaſti.*] Eloquentia, vel muſica conformaviſti. *Catus.*] Quaſi cautus; doctus, ſolers. *Decora.*] Quod viro maxime deceat. Quare apud Græcos ab adoleſcentia ſummo omnes in ea ſtudio exercebantur. Et ut palæſtras Græci λιπαρὰς: ſic Latini *nitidas, liquidaſque & unctas* vocant. *Torrent.*

4. *More palæſtra.*] Quis eſt mos palæſtræ? an palæſtra? Sed quis ita Latinè loquatur? Heinſius itaque concludit ſcripſiſſe Poëtam, *& decora hui More palæſtra. Humor decoræ palæſtra,* eſt oleum quo palæſtritæ unguntur: *Palæſtra.*] Palæſtra Græci exercebantur ad tuendam corporis valetudinem.

5. *Deorum nuntium.*] Bene Deorum nuntius fingitur Mercurius. nam quæ hominibus melioris vitæ præcepta tradidit, ea cælo attuliſſe, & Deorum immortalium juſſu propagaſſe, merito credebatur. Mercurius ergo tanquam *medicurrius*, quod ſermo medius inter homines exiſtens, eos inter ſe conciliet: vel, à *mercibus*, ut Feſtus vult; omnibus enim negotiationibus præeſt. *Torrentius. Deorum.*] Reliquorum Deorum interpretem.

6. *Parentem.*] Lyræ inventorem.

7. *Callidum.*] Aſtutum, & ingenioſum ad furtum occultandum, quod jocum, riſumque concitaret.

8. *Con-*

Condere furto.
Te, boveis olim niſi reddidiſſes
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra,
Riſit Apollo.
Quin & Atreidas duce te ſuperbos
Ilio dives Priamus relicto,
Theſſaloſque igneis, & iniqua Trojæ
Caſtra fefellit.
Tu pias lætis animas reponis
Sedibus: virgaque levem coërces
Aurea turbam, ſuperis deorum
Gratus, & imis.

ODE

8. *Condere furto.*] Græci ſane δόλιον & κλέπτην vocant. Sed & hoc eloquentiæ tribuunt, quæ hominem extra ſe rapere quodammodo poſſit, nos ad γοητείαν referimus. At Fulgentius furem vocari vult, quia inter furta, ac negotiantium capturas parum intereſt.

9. *Te boves.*] Dum terreret te minis, niſi boves redderes furto ſublatas, cum riſu expertus eſt tuam in furanda etiam pharetra, verſutiam. *Stephanus.* *Boves olim.*] Boves Admeti Regis, quos Apollo divinitate privatus paſcebat.

10. *Amotas.*] Abactas, & furtim ademptas. *Puerum minaci.*] Te qui puerilem vel ſervuli & bubulci formam aſſumpſeras, dum terreret minis.

11. *Viduus pharetra.*] Privatus pharetra.

12. *Riſit Apollo.*] Ridendum ſibi putavit.

13. *Atridas.*] Agamemnonem, & Menelaum. *Duce te ſuperbos.*] Qui te ducem Priamo præbebas.

14. *Ilio relicto.*] Priamus enim Mercurio duce per caſtra Græcorum venit ad Achillem, à quo redemit corpus filii ſui Hectoris. *Comment.*

15. *Theſſaloſque ignes.*] Theſſalicas ſeu Græcorum excubias. *Iniqua Troja.*] Caſtra Trojanis inimica.

16. *Fefellit.*] Sic latuit, ut à nemine cognitus, ac ne viſus quidem fuerit.

17. *Tu pias lætis.*] Id quoque ex puriore philoſophia ſumptum. Ut enim corpora terræ deberi exiſtimabant veteres: ſic defunctorum animas ilico à Mercurio ſuſcipi, ac vel cœlo reddi, vel ad inferos deduci. Ideo illum *Diſpenſatorem, ductoremque animarum ac janitorem* vocabant.

18. *Lætis ſedibus.*] Campis Elyſiis. *Bond.* *Virgaque.*] Virgil. *Tum virgam capit, hac animas ille evocat orco Pallentes: alias ſub triſtia tartara mittit, &c.* *Virgaque.*] Caduceo, quo Mercurius animas deducit ad inferos. *Levem coërces turbam.*] Incorpoream animarum multitudinem.

19. *Superis Deorum.*] Diis ſuperis, & inferis gratus.

ODE XI. προσφωνητική.

Ad LEUCONOEN.

Hortatur Leuconoën, omiſſa futurorum cura, voluptati indulgere; argumento à vitæ brevitate, & celeritate ducto.

TU ne quæſieris ſcire (nefas) quem mihi, quem tibi
Finem Dî dederint Leuconoë: nec Babylonios
Tentaris numeros, ut melius, quicquid erit, pati:
Seu plureis hyemes, ſeu tribuit Jupiter ultimam,
Quæ nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum. ſapias: vina liques: & ſpatio brevi
Spem longam reſeces. dum loquimur, fugerit invida
Ætas.

AD Leuconoën meretricem, geneſin per Mathematicos inquirentem.] *Non otioſe Leuconoën vocat mulierculam Genethliacorum vanitati fidem adhibentem. nam* λευκὰς φρένας ἔχειν, *hoc eſt*, alba habere præcordia, *eos dicebant Græci, qui leviter tantum ſaperent: ut contra,* μέλαινας φρένας, *prudentiæ cujuſdam profundioris indicium eſſe exiſtimabant, ducta metaphora ab aquis, quæ quo profundiores, eo nigreſcunt magis.* Had. Junius *Adag. Cent.* III.

1. *Scire, (nefas.)*] Lambinus ſeparat dictionem *nefas*, ab aliis: ego veterem lectionem ſequor, *Tu ne quæſieris, ſcire nefas, quem, &c.* Illud *nefas* vel pro ἀδύνατον expono, quod ſciri nequeat; vel quod homini permiſſum non ſit futura cognoſcere. *Torrent. Nefas.*] Impoſſibile eſt, vel malum eſt.

2. *Finem Dii dederint.*] Vitæ terminum. *Babylonios.*] Horatius dixit *Babylonios numeros*; ut *Chaldaïcas rationes, & Chaldaïcum prædicendi genus*, Cicero. nam gentis illius caput Babylon olim fuit. *Torrent. Babylonios.*] Mathematicos, qui Aſtrologiam inveniſſe dicuntur.

3. *Ut melius.*] Ut ſapias melius pati, quicquid acciderit. *Quicquid erit pati.*] Ὡς κρεῖττον ὂν πᾶν τὸ ἐσόμενον φέρειν. id eſt, *cum melius ſit pati quicquid evenerit*, quam à vaniſſimo illo hominum genere dependere. *Turneb. Lambin.*

4. *Hyemes.*] Annos.

6. *Sapias.*] *Sapere* vocat, quod & vivere vulgo dicimus: ut nimirum Epicuri diſcipulum decet, cui voluptas ſummum bonum. *Torr.* Quin tu igitur ſuperſtitioſis illis vanitatibus relictis, rectius ſapias, ſi voluptatibus te tradideris, & vina largius bibendo liques, & diſſolvas. *Lubin. Vina liques.*] Liquare nihil aliud eſt, quam tenuius facere: quod & ad voluptatem factitabant, nive & glacie ſæpe admixta utebantur. autem ad eam rem colis, ſacculiſque. Quinimo, ut plus capiamus ſacco frangimus vires: Et ſic ſaccis caſtrari vina dixit Plin. quemadmodum Græci ἐξαυγχίζειν ἢ ἀποθηλαιοῦν τὸν οἶνον dicunt, pro σακκίζειν, quod nos quoque *ſaccare* dicimus, pro liquare & extenuare, ſeu defecare. *Vina liques.*] Ut vina promas, & fundas. Aut, ut vina percoles: vina enim percolata ſunt delicatiora. *Spatio brevi.*] Et quum breve ſit vitæ ſpatium, ne ſpem differas in longum.

7. *Dum loquimur.*] Egregie hanc vitæ fugam ante oculos ponit Juvenal. Satyra IX.

— Feſtinat enim decurrere velox.

Ætas. carpe diem, quam minimum credula poſtero.

Floſculus, anguſta miſeraque breviſſima vita
Portio: dum vivimus, dum ſerta, unguenta, puellas
Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.

8. *Carpe diem.*] Fruere die præſenti. *Quam minimum.*] Nullam pene fidem adhibens diei futuro.

ODE XII. προσφωνητική.

Ad AUGUSTUM.

Collaudatis diis, heroïbus, viriſque aliquot claris, tandem ad divinas Auguſti laudes deſcendit.

QUEM *virum, aut heroa, lyra, vel acri*
Tibia ſumes celebrare Clio?
Quem Deum? cujus recinet jocoſa
Nomen imago,
Aut in umbroſis Heliconis oris,
Aut ſuper Pindo, gelidove in Hæmo?
Unde vocalem temere inſecutæ

Orphea

1. QUem *virum.*] Dion lib. 51. auctor eſt, poſt bellum Actiacum decretum fuiſſe à ſenatu, ut Auguſto, proinde ac Diis immortalibus hymni conſcriberentur. *Torrent. Quem virum.*] O Clio, quem virum fortem aut heroa ſemideum ſuſcipies celebrandum. *Lyra vel Tibia.*] Tibia acutior eſt & ſonora magis, ideoque hominum laudibus, quæ fere bellicæ ſunt, convenit. Lyra ut gravior, modeſtiorque, ita Deorum præconiis aptior habetur. *Acri.*] Tibia acriter ſonante.

2. *Sumes celebrare.*] Vult Horatius, conſueto Poëtarum more, quod ipſe canit, Muſam ei præcinere videri. *Torrent. Clio.*] Non ſine delectu Clio nominatur. Deorum enim hominumve laudes (κλέα vocant Græci, unde & Deæ nomen) ex antiquitatis hiſtoria petendæ ſunt. *Torrent. Clio.*] Una ex novem Muſis.

3. *Recinet jocoſa.*] Reſonabit. *Iocoſa imago.*] Dicta *imago*, ut Porphyrion vult, per ſubtractionem litterarum, pro imitago: eandem enim vocem repræſentat.

4. *Imago.*] Echo, vocis imago, quæ veluti ludens reſpondet.

5. *Heliconis oris.*] Helicon eſt mons Bœotiæ non procul à Parnaſſo, Apollini ſacer, & Muſis: unde Muſæ appellatæ ſunt Heliconides.

6. *Aut ſuper Pindo, &c.*] Pindus hic inter montes Muſis conſecratos habetur. Idem de *Hæmo*, ac *Rhodope*, qui in Thracia ſunt, Liberi patris ac Mænadum cætu nobiles, dicemus. *Torrent. Pindo.*] Monte Arcadiæ. *Hæmo.*] Monte Thraciæ.

7. *Unde vocalem.*] Voce præſtantem (ἔμφωνον) qua feras etiam demulſerit, atque arboribus auditus fuerit. *Vocalem temere inſequuntæ.*] Orphea ſonorum, & facundum Poëtam (Calliopes & Apollinis filium) ſylvæ ſecutæ ſunt *temere*, id eſt, αὐτομάτως, ſua ſponte & confuſè.

8. *Ophrea.*]

Orphea ſilvæ,
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapſus, celereſque ventos,
Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
Quid prius dicam ſolitis parentum
Laudibus? qui res hominum, ac deorum,
Qui mare, & terras, variiſque mundum
Temperat horis?
Unde nil majus generatur ipſo:
Nec viget quidquam ſimile, aut ſecundum;
Proximos illi tamen occupavit
Pallas honores.

Præ-

8. *Orphea.*] Calliopes filium; at patrem, plures Apollinem, nonnulli Oeagrum ei tribuunt: ob quam incertitudinem, *arte materna* dicere voluit Horatius. *Torrent.*

9. *Arte materna.*] Muſica. *Arte materna rapidos, &c.*] Sed quid eſt, quod Orphea, arte materna tigrides ac leones traxiſſe dicit? Scimus enim, nonnullos è veteribus ſcribere, Apolline genitum fuiſſe; ſed obtinuit, ut Oeagri fluminis & Calliopes crederetur. ut, Ovid. Eleg. in Ibin:

Neve venenato levius feriaris ab angue,
Quam ſenis Oeagri, Calliopeſque nurus,
Rutgerſ.

11. *Blandum & auritas.*] Et adeo blandum; ut quocunque voluerit poſſit ducere quercus auritas, id eſt, ſenſu audiendi præditas. *Fidibus canoris.*] Cithara canora.

13. *Quid prius dicam?*] Cum enim antea à Dea quæſierit, quem illa laudandum ſibi ſumeret; nunc apertius, *Quid*, inquit, *prius dicam*? & quaſi errare non poſſit, ſi majorum veſtigia ſequatur, ſibi ipſe reſpondens adjungit: *Solitis parentum laudibus*, cum *qui*, *&c.* perinde ac ſi diceret, majorum more à Jove ſe incepturum. *Torrent.* *Quid prius dicam.*] More majorum ab Jove Opt. Max. cœpit, à quo ſolemnis incipiebatur precatio, è ritu. Lambinus pro *parentum* legit *parentis*. *Turneb.* libro 29. cap. 29. *Prius dicam.*] Quid potius dicam, quam ſolitas & ab omnibus decantatas laudes parentis, id eſt, Jovis.

16. *Temperat.*] Regit, vel temperatum efficit. *Horis.*] Quatuor anni temporibus, Vere, Æſtate, Autumno, Hyeme.

17. *Unde nil.*] A quo Deo. *Majus generatur ipſo.*] Quia Deus eſt optimus Maximus.

18. *Secundum.*] Nihil Jovi eſt ſecundum, quia nullus ordo eſſe poteſt inter infinitum, & finitum.

19. *Proximos illi.*] Non refert quanto intervallo præcedat Jupiter, modo inter ipſum & Palladem nemo ſit medius. Nec mirum præferri eam cæteris, quæ ſine matre ex Jovis cerebro nata ſit, ac virgo permanſerit. Poſtea in laudandis aliis diis nullum ordinem ſervat, quia Bacchum & Dianam Apollini, anteponat. *Torrent.* Pro *Occupavit*, Heinſius ſcribit, *occupabit*. *Proximos illi.*] Pallas proxima eſt Jovi, ſed longo intervallo proxima.

20. *Pallas honores.*] Minerva non è

mulie-

Prælijs audax neque te ſilebo
Liber, & ſævis inimica virgo
Belluis: nec te metuende certa
Phœbe ſagitta.
Dicam & Alciden, puerosque Ledæ,
Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem: quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit,
Defluit ſaxis agitatus humor,
Concidunt venti, fugiuntque nubes,
Et minax (ſic Dii voluêre) ponto
Unda recumbit.
Romulum poſt hos prius, an quietum
Pompilî regnum memorem, an ſuperbos

Tar-

muliere concepta, ſed Iovis cerebro nata, vera & divina ſapientia.

21. *Audax.*] Bacchus, *ad prælia trudit inermes.* dictus Liber, quod animum curis liberat.

22. *Virgo.*] Diana venatrix.

23. *Certa.*] Adeo certa eſt, & inevitabilis Phœbi ſagitta, ut ſemper id feriat, quod petit.

25. *Alciden.*] Herculem Iovis, & Alcmenæ filium. *Puerosque Ledæ.*] Ut παῖδας Græci, ſic Latini pueros etiam pro filiis dicunt. Et quos à patre Græci διοσκούρους, ipſe à matre Ledæ pueros appellat. *Torrent. Puerosque Ledæ.*] Filios Ledæ.

26. *Hunc equis.*] Nempe Caſtorem equeſtri prælio nobilitatum. *Illum ſuperare.*] Et Pollucem pugna pedeſtri inſignem.

27. *Quorum ſimul.*] Quorum ſtella ſerena ſimul atque nautis apparuit. *Simul alba ſtella.*] Stellas geminas intellige. Solitariæ enim quod Ode 3. notavimus, obſunt. Hinc ergo inter ſalutares Deos, quos σωτῆρας vocant Græci, merito recenſentur.

29. *Defluit ſaxis.*] Pro fluere deſinit, ut Epiſt. ad Lollium 1. *Ruſticus exſpectat dum defluat amnis.* Simile illud Ovid. 3. Faſt. *potui dedoluiſſe ſemel:* ut in poſterum ultra non dolerem. & plura alia. *Torrent. Defluit ſaxis.*] Fluit de ſaxis humor ex nive, geluve in aquam reſolutus.

30. *Concidunt venti.*] Venti deſinunt flare. *Fugiuntque nubes.*] Nubes in fugam vertuntur.

31. *Minax.*] Unda nautis minans naufragium, quieſcit, quæ vento intumuerat. *Sic Dii voluêre.*] Vulgata exemplaria ſcribunt, *Quod ſic voluere.* Codex optimus Laurentianus, *Dii ſic voluêre.* *Voluêre.*] Filii Ledæ, Caſtor, & Pollux ſic voluêre.

33. *Romulum poſt.*] Romæ conditorem. *Quietum.*] Numa Pompilius à Romulo ſecundus Romanorum Rex, regnum armis paratum, Religione, Iuſtitia, & bonis operibus ſtabilivit.

34. *Superbos.*] Magnificos & excellentes honores Tarquinii Priſci, non Tarquinii Superbi, commemoratu certe in-

Tarquinî faſceis, dubito, an Catonis
Nobile lethum.
Regulum, & Scauros, animæque magnæ
Prodigum Paulum ſuperante Pœno,
Gratus inſigni referam Camœna,
Fabriciumque.
Hunc, & incomtis Curium capillis
Utilem bello tulit, & Camillum
Sæva paupertas, & avitus apto
Cum lare fundus.
Creſcit occulto velut arbor ævo

Fama

ſe indigni, propter Lucretiæ conſtuprationem.

35. *Tarquinî.*] Qui Thuſcis ſubactis, non faſces tantum, quos aptiſſime *ſuperbos* vocat Poëta; ſed & alia omnia decora & inſignia, quibus imperii dignitas eminet, Romam invexit. *Torrent. Faſceis, dubito, an.*] Virgarum faſces, quos ſecuribus alligatos lictores primum ante Reges, poſtea ante Conſules ad populi terrorem portabant. *Catonis.*] Catonis Uticenſis, qui violentas manus ſibi intulit, ne vultum tyranni aſpiceret, ut inquit Cicero.

37. *Regulum, &c.*] Regulum Carthaginienſes reſectis palpebris illigatum in machina perpetuis vigiliis necuerunt. *Scauros.*] Quorum clara extitit virtus in Republ. adminiſtranda.

38. *Prodigum Paulum.*] Paulum vitæ contemptorem, qui animam profudit ad Cannas, ubi cum quadraginta & quinque Romanorum millibus eſt occiſus, vide Livium. *Pæno.*] Hannibale.

39. *Gratus inſigni.*] Libens, ut memor meritorum Pauli in Patriam.

40. *Fabritiumque.*] Fabritium ter Conſulem, de cujus abſtinentia, continentia, ſeveritate, aliiſque egregiis animi dotibus, vide Plutarch. & Valer. Max.

41. *Hunc, &c.*] Fabritium. *Incomtis capillis.*] Nam eo tempore floruit, quo barbati Conſules optime atque innocentiſſime Rempub. rexere, intonſi uſque ad annum CDLIIII. ab V. C. quo tonſores primum in Italiam ex Sicilia P. Ticinius Mena adduxit. *Torrentius. Incomptis.*] Capillis impexis, Turpe eſt viro bellicoſo comam habere comptam, & calamiſtratam. *Curium capillis.*] Curius Samnitibus magnum auri pondus ſibi afferentibus dixit, *Se malle aurum habentibus imperare, quam poſſidere.*

42. *Tulit, &c.*] Protulit, produxit. *Camillum.*] Camillus ſexto menſe poſt Romam à Gallis captam, eos ex Italia expulit.

43. *Sæva paupertas.*] Acris, fortis atque animoſa; aut dura atque aſpera; non quod ipſa ſibi aſſueſcentibus talem ſeſe præbeat, ſed quod tales eos adverſus fortunæ caſus efficiat, *vere fæcunda virorum*, ut Lucanus ait. Optima enim ad militiam educatrix ac rectrix paupertas eſt. *Torrent. Sæva paupertas*] Paupertas aſpera, & perpeſſu difficilis. *Avitus apto.*] Fundus à ſuis majoribus ſibi relictus.

44. *Cum lare fundus.*] Cum domo non ſumptuoſa, ſed quæ fundum deceat.

45. *Occulto velut.*] Occulte, veluti

Fama Marcelli: micat inter omneis
Iulium ſidus, velut inter igneis
Luna minores.
Gentis humanæ pater atque cuſtos
Orte Saturno, tibi cura magni
Cæſaris fatis data: tu ſecundo
Cæſare regnes.
Ille ſeu Parthos Latio imminenteis
Egerit juſto domitos triumpho:
Sive ſubjectos Orientis oris
Seras & Indos:
Te minor latum reget æquus orbem:

Tu

arbor, quæ temporis progreſſu increſcit, hominibus non advertentibus.

46. *Fama Marcelli.*] Marcellum Octaviæ ſororis Auguſti filium intelligo, cui ille vix pueritiam egreſſo, filiam ſuam Juliam nuptui dedit. Suet. Aug. c. 63. *Torrent.* *Marcelli.*] Marcellus quinquies Conſul fuerat, tandem vero ab equitatu Hannibalis circumventus eſt, & occiſus.

47. *Iulium.*] A Marcello qui genti Juliæ jam inſertus erat, paulatim ad Auguſti laudem deſcenſurus, obiter patris ejus C. Iulii Cæſaris, & quidem tanquam in cælum relati, mentionem interjicit. *Torrent. Iulium.*] Stella crinita, quæ viſa eſt ſeptem noctes poſt Cæſarem occiſum, & credebatur eſſe Cæſaris anima in cœlum ſubvolans & in Deorum numerum recepta. *Inter ignes.*] Inter ſtellas.

49. *Pater.*] Jupiter.

51. *Fatis data.*] Per fata, juxta Stoïcorum opinionem, qui Deos immortales fatis obligati volunt ad obſervanda eorum ſtatuta. *Tu ſecundo.*] Ita regnes, ut Cæſar Auguſtus ſit ſecundus poſt te, ſcilicet ut tu in cœlo regnes, Cæſar in terris.

53. *Ille ſeu Parthos.*] Nihil contra Parthos aut Indos, auditu tunc tantum Romanis cognitos; vel ab Auguſto, vel ab ejus ducibus præclare geſtum: ſed virtutum ſuarum fama eos ad amicitiam petendam allexit. Et ſigna militaria, quæ Craſſo & Antonio ademerant, reddiderunt. Qua re adeo lætatus eſt, ut nulla unquam victoria magis: idque tot ejus teſtantur nummi, cum inſcriptione, SIGNIS RECEPTIS. *Latio imminentes.*] *Latio imminere* dicit, quicunque populi Romani imperium affectent, aut aliqua ex parte laceſſant. *Torrent. Latio imminentes.*] Inſidiantes Latio, quod hic ponitur pro toto Imperio Romano.

54. *Egerit juſto.*] Seu ſubegerit, vel in triumphum duxerit.

56. *Seras, & Indos.*] Populos in Æthiopia, apud quos altiſſimæ ſunt arbores, quæ non ſolum folia, ſed lanam etiam proferunt tenuiſſimam, ex qua conficiunt veſtimenta.

57. *Reget æquus.*] Ille æquus, id eſt, non invidens tibi, ſed æquo animo ferens tuum in cœlo imperium, te minor, id eſt, ſe inferiorem te gerens, reget terras. *Latum orbem.*] Si *latum* legamus, quod in tribus exemplaribus Torrentius reperit; melius conveniet cum verbo *æquus*. nihil enim populo jucundius gratiuſque æquitate regnantis.

58. *Tu*

Tu gravi curru quaties Olympum,
Tu parum caſtis inimica mittes
Fulmina lucis.

58. *Tu gravi curru.*] Tu tonabis; nam ex Jovis curru cœlum quatiente, vulgus opinatur tonitru fieri.

59. *Tu parum caſtis.*] Tu mittes inimica, id eſt, triſtia fulmina parum caſtis lucis, id eſt, lucis contaminatis & pollutis. Turneb. lib. 25. c. 14.

60. *Fulmina lucis.*] Ea enim fulmina, quum lucis aliquid divinum ineſſe crederetur, majore cura metuque procurabantur, ut à Jove iracundiore profecta. *Torrent.*

ODE XIII. ἐρωτικὴ.

Ad LYDIAM.

Moleſtè fert Telephum rivalem ſibi à Lydia anteponi.

QUUM tu Lydia Telephi
Cervicem roſeam, & cerea Telephi
Laudas brachia, væ, meum
Fervens difficili bile tumet jecur:
Tunc nec mens mihi, nec color

Certa

1. *QUum tu Lydia.*] De qua ante Od. VIII. Egregie hic zelotypi affectus, ſub perſona ſua deſcribit. Nihil enim amanti gravius, quam non modo amari alium ab ea quam ipſe amet; ſed coram etiam collaudari. *Torrentius. Telephi.*] Rivalis ſui.

2. *Roſeam.*] Cervicem pulchram inſtar roſæ. *Cerea brachia.*] A mobilitate & agilitate, quæ juvenem maxime decet, cerea Telephi brachia hic laudantur. Græci ῥαδινὸν vocant, ac tam variè uſurpant, quam Latini tenerum ac molle. *Torrent. Cerea.*] Brachia flexibilia, ceræ ſimilia.

3. *Væ, meum Fervens, &c.*] Scribe, *næ meum Fervens, &c.* ἐμφατικώτερον, ut in plane pathetica oratione. Comicus, *Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant.* Næ, *vere.* Græci dicerent ναὶ τόν. vehementer enim affirmat. *Heinſius. Væ.*] Interjectio eſt, dolentis.

4. *Difficili.*] Tumet jecur ira implacabili, quæ facile ſedari non poteſt. *Bile tumet jecur.*] Non modo *hepar aut fel* Virg. atque Horatius, ſed & *cor* Homerus, iracundiæ tanquam ſedem eſſe voluerunt. Quin etiam quoniam pectus ipſum, in quo hæc viſcera ſunt, veteres *ſtomachum* appellarunt: hinc *movere ſtomachum*, pro ad iram concitare, & *ſtomachari* pro iraſci dixêre; maximè quod irati toto pectore intumeſcimus. *Torrentius. Bile.*] Cholera, qua incaleſcente in iram inſurgimus. *Tumet jecur.*] Turgeſcit cyſtis fellis jecinori annexa, quæ bilis eſt receptaculum. *Tumet jecur.*] Germanus Valens; putat hoc dici, de κύστει χοληδόχῳ, id eſt, fellis receptaculo: quod ſine dubio hepati eſt adjunctum; & pro humoris copia aut paucitate intumeſcit aut extenuatur ac minuitur. *Lambin.* & vide Pet. Vict. var. lect. lib. 18. cap. 22.

5. *Tunc nec mens mihi.*] Sic Catullus de ſe,

Odi & amo: quare id faciam fortaſſe requiris.

Neſcio,

Certa ſede manet: humor & in genas
Furtim labitur, arguens
Quàm lentis penitus macerer ignibus.
Uror, ſeu tibi candidos
Turparunt humeros immodicæ mero
Rixæ: ſive puer furens
Impreſſit memorem dente labris notam.
Non, ſi me ſatis audias,
Speres perpetuum, dulcia barbarè
Lædentem oſcula, quæ Venus
Quinta parte ſui nectaris imbuit.
FELICES *ter, & amplius,*
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Divulſus querimoniis.
Suprema citius ſolvet amor die.

ODE

Neſcio, ſed fieri ſentio & excrucior.
Mens mihi.] Ratio. Nam amantes ſunt amentes. *Color.*] Animi perturbatio colorem variat, & pallida res amor eſt.

6. *Humor & in genas.*] Lachrymæ doloris interni indicium.

7. *Furtim labitur.*] Antequam advertam, & me invito. *Arguens.*] Demonſtrans.

8. *Quam lentis.*] Quam languidis flammis amoris intus tabeſcam. *Macerer, &c.*] Vim amoris, quo perfrui non poſſit amans, vel ob pudorem, vel ob aliam cauſſam, egregie exprimit. Tale eſt illud Virgilii: *eſt mollis flamma medullas: & tacitum vivit ſub pectore vulnus.* Torrent.

9. *Uror.*] Aſpectu crucior.

10. *Immodicæ mero.*] Rixæ ultra modum progredientes mero, id eſt, per ebrietatem & inter pocula ortæ.

11. *Puer furens.*] Telephus ardens libidine.

12. *Impreſſit.*] Momordit tibi labra. *Memorem notam.*] Ut Telephum odioſum faciat, monet eam ſtigmatis, quod mordendo labris ejus impreſſerat Telephus, quaſi ea baſiandi ratio, non amorem, ſed odium futurum portendat. *Cruquius. Memorem dente.*] Ne amoris ſui obliviſcare.

13. *Si me audias.*] Si mihi credis.

14. *Perpetuum, dulcia.*] Non ſperes perpetuum tibi fore amatorem. *Barbare.*] Inhumaniter.

16. *Quinta parte ſui.*] Quæ oſcula, Venus quinta parte ſuæ ſuavitatis, id eſt, concubitu replevit. Quinque etenim ſunt partes amoris: Aſpectus, colloquium, tactus, oſculum, concubitus.

17. *Amplius.*] Terque quaterque.

18. *Irrupta copula.*] Quorum conjunctio & concordia nullis diſſidiis dirimi poſſit. *Irruptam* ergo *copulam* dixit, imitatus Homericum illud, *δεσμὸν ἄρρηκτον. Lambin. Irrupta tenet.*] Indiſſolubilis conjunctio. *Nec malis.*] Nec amor divulſus malis querimoniis, id eſt, litibus, & rixis ſolvet ultima die citius, id eſt, ante mortem.

20. *Suprema.*] Ultima.

1. *O navis*

ODE XIV. ἀλληγορικὴ.

Ad Rempublicam bellum civile reparantem.

Allegoria perpetua eſt in hac Ode, ut teſtatur Fabius, lib. 8. qui etiam *navis* nomine Remp. ſignificari (quum alii potius Brutum intelligant) fluctuum tempeſtates pro bellis civilibus, portum pro pace atque concordia dici exiſtimat.

O Navis, referent in mare te novi
Fluctus: ô quid agis? fortiter occupa
Portum: nonne vides, ut
Nudum remigio latus,
Et malus celeri ſaucius Africo,
Antennæque gemant? ac ſine funibus
Vix durare carinæ

1. O *Navis.*] Ex Quintiliani ſententia omnia ad Rempub. ſunt referenda; & eam quidem, quæ extinctis tandem Pompejanorum partibus ſperari aliqua poterat, ſi inter Antonium & Auguſtum conveniſſet. Cæterum cum eos quoque in diſſenſionem ruere videret Horatius, quod aperte dicere nolebat, id pulcherrima allegoria texit, periturum funditus imperium ſignificans, niſi tam diuturna bella civilia, ſtabili aliqua pace componantur. *Torrent.* Faber Epiſt. Criticar: LIV. Probat hanc Horatii Oden non eſſe allegoricam; ſed hunc eſſe ſenſum: O Navis, quæ mihi tot ſolicitudines, tot tædia attuliſti nuper, dum te utebar, & per medios hoſtes metu perpetuo anxius ferebar; nunc autem mihi deſiderium es, propter tot amicos, quorum abitu maceror; quæ mihi præterea cura non levis es, ne ſcil. in poteſtatem hoſtium deveniant. Quid tibi aliud precer, niſi ut tot inſtantium periculorum caſus effugias, & quæ jam tempeſtatum ſævitia ad Palinurum pæne oppreſſa es, eo tandem pervebaris, ubi nullus metuendi locus ſis, & amici tutò poſſint conſiſtere. *Faber.* *In mare.*] In periculum.

2. *Fluctus: ô.*] Bellum civile redintegratum. *Quid agis?*] Quam male agis? *Fortiter occupa.*] Nullo tibi ſalutis alio ſcopo propoſito præter portum. Terent. *Ego in portu navigo.* Cruquius.

3. *Portum.*] Pacem & tranquillitatem.

4. *Nudum remigio latus.*] Nudatum remigiis, id eſt, ut Reſpubl. deſtituta eſt militibus.

5. *Malus.*] Malus arbor eſt, cui velum annectitur, ponitur hic allegoricè pro Ægyptio rege, à quo Pompejus eſt obtruncatus. *Saucius.*] Perfractus Africo, id eſt gravi bello.

6. *Antennæque.*] Meliores libri *Antennæ* legunt. *Antennæque.*] Senatores, & viri principes. *Sine funibus.*] Sine pecuniis, belli nervis. *Ac ſine funibus vix durare æquor, &c.*] Id eſt ſuſtinere atque perferre ac vincere maris vim.

7. *Vix durare.*] Lambinus exponit, pro *perferre*. Sed male, ni fallor. *Durare* enim cum agendi vim habet, durum efficere ſignificat: ut apud Virg.

—— natos ſævoque gelu duramus & undis:

Ita ut *durare* abſolute hic dixerit, pro ſubſiſtere ac permanere: ut noſter alibi

Poſſint imperioſius
Æquor? non tibi ſunt integra lintea:
Non Dî, quos iterum preſſa voces malò.
Quamvis Pontica pinus,
Silvæ filia nobilis,
Jactes & genus, & nomen inutile:
Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit. tu, niſi ventis
Debes ludibrium, cave.
Nuper ſollicitum, quæ mihi tædium,
Nunc deſiderium, curaque non levis,
Interfuſa nitentes

Vites

Virg. *Durate & voſmet rebus ſervate ſecundis.*

8. *Imperioſius æquor.*] Imperioſum autem æquor aptiſſime vocat, cui omnino parendum ſit: ut à ſeveritate imperiorum, Manlio illud odioſum *imperioſi* cognomen adhæſit. *Torrentius.* *Imperioſius.*] Severiorem civilis belli tempeſtatem.

9. *Integra lintea.*] Integra vela, id eſt, integri exercitus.

10. *Non Dii, quos, &c.*] Qui ſunt illi Dii, quos ei dicit deeſſe; ego exiſtimo ex conſuetudine veterum id eſſe ſcriptum, qui in puppi ſacrarium quoddam habebant, veluti lararium. *Turneb.* lib. 19. cap. 2. Torrentius ſtatuit, etiam ad Deorum iram referri poſſe, qui mutuis civium Romanorum odiis offenſi, non facile ſeſe invocantibus aures præbeant. *Non Dii.*] Dii tutelares, ut Caſtor & Pollux, ſeu quivis alius Deus, quod erat Navis inſigne. *Quos iterum preſſa.*] Quos nunc ſub Octaviano tu oppreſſa invoces.

11. *Quamvis Pontica.*] Quamvis generis nobilitate glorieris, nihil eam curant milites. *Steph.* *Pontica pinus.*] In Ponto magna eſt arborum copia, unde naves fiant.

13. *Jactes & genus.*] Dicit, nihil profuturam populo Romano antiqui nominis gloriam: ſi rebus bello civili tantopere afflictis, duces iterum armis contendant. Aut perituram funditus Rempub. niſi Auguſti arbitrio regi ſe patiatur. *Torrent.* *Jactes & genus.*] Quamvis generis claritate, & antiquitate glorieris. *Et nomen inutile.*] Et famam, quæ tibi nil proderit.

14. *Pictis timidus.*] Non navis picturæ, ſed robori & ornamentis fidunt nautæ; ſic milites non in generis ſplendore, ſed armis, & exercitu ſpem collocant.

15. *Niſi ventis.*] Niſi in naufragio vis fieri ludibrio ventis, id eſt, inflatis & ambitioſis ducibus.

16. *Cave.*] Noli amplius movere bellum.

17. *Nuper ſollicitum.*] Dupliciter Horatius affectus fuit: nam quam diu ſub Bruto militavit, ob militiæ labores & moleſtiam: & quod partium illarum imbecillitatem cerneret, ingens tædium ſentiebat: poſtea vero Auguſto reconciliatus, tædio quidem nullo nauſeans, ſed ingenti deſiderio publicæ ſalutis curam retinebat. *Torrent.* *Nuper ſollicitum.*] O Reſpub. quæ mihi ex tuis malis ſolicitudinem, & tædium induxeras.

18. *Nunc deſiderium.*] Quæ nunc me abſentem tui deſiderio afficis.

19. *Interfuſa nitentes.*] Pro *Vites æquora fuſa inter Cycladas.*] Oſtendit autem

Vites æquora Cycladas.

tem non minus periculoſum fore afflictæ jam Reipub. diuturnius bellum, quam exarmato ac fatiſcenti navigio, ſi Ægeo in mari, inter tot ſaxa ac ſcopulos agitari contingat. Recte etiam Cycladibus comparemus plures belli civilis duces, omnes æque Reipub. perniciosos. Plura qui velit, Turnebum adeat lib. XIX. cap. 11. *Torrent. Nitenteis.*] Cycladas longe apparentes.

20. *Vites æquora.*] Suadeo, ut fugias periculorum anguſtias, quibus te facile extricare non poſſis. *Cycladas.*] Cycladæ ſunt Inſulæ in mari Ionio, numero LIII. ſic appellatæ, quod in cycli formam diſponuntur.

ODE XV. *Προφητική.*

NEREI vaticinium de ruina Trojæ.

Paridi præſertim multa mala denuntiat, ſuam mollitiem ei exprobrans.

PASTOR *cum traheret per freta navibus*
Idæis Helenam perfidus hoſpitam,
Ingrato celeres obruit otio
Ventos, ut caneret fera
Nereus fata. Mala ducis avi domum,
Quam multo repetet Græcia milite,

Con-

1. *PAſtor.*] Per contemptum de Paride, qui in Ida monte paſtor fuerat. Poſtquam ergo hoſpitis ſui Menelai uxorem Helenam viro abſente ex Sparta rapuiſſet, non Trojam ilicò reverſus eſt, ſed plures provincias adiens, tandem in patriam redit. Hinc ergo *trahere* dixit, pro lenta navigatione circumducere. *Steph. Torrent. Paſtor.*] Paris.

2. *Idæis Helenam.*] Navibus fabricatis in Ida Phrygiæ monte, ubi Paris fuit educatus. *Perfidus.*] Perfidus, quia jura hoſpitalitatis fregerat.

3. *Ingrato celeres obruit otio Ventos.*] *Otium ventorum* vocat *ſacrum ſilentium.* Quare? quia jam dicturus erat Nereus. Solent autem ſilentium ventorum & maris, orationibus Deorum præmittere Poëtæ. Nereus ergo majeſtate orationis ſuæ, εὐφημίαν ventis invitis, & ut Plautus loqueretur, ingratiis induxit. Ideo *ingratum* vocat *otium.* Heinſius. *Ingrato.*] Otio moleſto compreſſit ventos, ne ſpirarent, nihil enim ventis magis eſt ingratum, quam non flare.

4. *Fera.*] Fata luctuoſa, non ſolum Paridi, ſed omnibus etiam Trojanis.

5. *Nereus fata.*] Sunt qui *Proteus* pro *Nereus* legendum eſſe contendunt. Vide Turneb. lib. XIX. cap 3. & Junium lib. 4. Animadv. cap. 23. *Nereus fata.*] Deus marinus, Ponti filius, à mendacio alienus. *Mala avi.*] Id tangit Horatius, quod ſuo tempore vulgare erat: nempe, ut rei bonæ eventum, *bonis avibus:* malæ, malis ceſſiſſe dicerent, ex Augurum obſervatione. *Avis* ergo hic augurium ipſum & omen denotat. *Eraſmus. Mala.*] O Pari, tu quidem malis auſpiciis ad domum paternam ducis Helenam.

6. *Quam.*] Quam Græcia cum magno exercitu requiret.

7. *Con-*

Conjurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.
Eheu! quantus equis, quantus adeſt viris
Sudor! quanta moves funera Dardanæ
Genti! jam galeam Pallas, & ægida,
Curruſque, & rabiem parat.
Nequicquam, Veneris præſidio ferox,
Pectes cæſariem: grataque fœminis
Imbelli cithara carmina divides:
Nequicquam thalamo graveis
Haſtas, & calami ſpicula Cnoſſii

Vita-

7. *Conjurata.*] Omnibus Græciæ proceribus, jurejurando in portu Aulidis obſtrictis, ad unanimiter dimicandum, donec Helenam eſſent nacti. *Rumpere.*] Diſſolvere tuas illicitas nuptias & evertere antiquum Priami regnum.

9. *Eheu.*] Quidam contendunt legendum, *Heu, heu. Eheu.*] Dolentis eſt.

10. *Sudor.*] Labor bellicus *Funera.*] Quantas ſtrages commoves Trojanæ genti; quæ olim dicta eſt Dardane, à Dardano qui vixit tempore Moyſis, Anno mundi 1738.

11. *Jam galeam Pallas.*] Palladem potius, quam *Martem* nominat, quoniam dea illa una cum Junone, Græcorum ſe veluti ducem præſtitit, & alioqui bellis & ipſa præeſt: unde armata fere, oculis torvis, aſpectu virili, capite galeato, ægidem pectore præferens, &c. At *ægidem* illam horrificam nemo melius expreſſit Virgilio 8. Æneid. *Ægidaque horrificam turbatæ Palladis arma, &c.* Quod vero *currus* addit, ſciendum, quadrigas bigaſque bellicas Palladis inventum credi. Jam poſtremo loco *rabiem* adjungit, ſine qua nullum geritur bellum, quantumvis juſtum. *Torrent. Ægida.*] Scutum Palladis.

12. *Rabiem parat.*] Furorem belli.

13. *Nequicquam.*] Fruſtrà. Nam Venus cum non ſit bellicoſa, non poteſt eſſe Paridi præſidio. *Ferox.*] Animoſus.

14. *Pectes.*] Ornabis capillum.

15. *Imbelli.*] Cithara bello non apta eſt, ſed menſæ ad hilaritatem. *Cithara carmina divides.*] Sic dicimus lyram percutere κατ' μέρος, idem quod ſigillatim, diſtinctè & accommodatè, modo hunc, modo alium atque alium lyræ nervum digitis carpere, aut plectro tentare, & hoc eſt, quod ait Horat. *imbelli cithara carmina dividere.* Bernard. Martini. *Carmina divides.*] Minuriendo ad citharam cantillabis, ac ſic divides. *Heinſius.* Vel nequicquam carmina diſtincte, apte & accommodate lyra canes: carmina aliis atque aliis nervis carptis ac percuſſis modulaberis. *Lambinus. Divides.*] Nequicquam ſuis numeris aptum carmen ad imbellem citharam canes. Vel, nequicquam diſtribues carmina alternatim, ut ſolent citharædi: qui dum carmina canunt, modo ſua voce, modo lyræ ſono utuntur.

16. *Nequicquam thalamo.*] Fruſtra etiam thalamo te continens, belli ſtrepitum vitabis. Sic Torrentius exponit. Sed melius cum ſenſu convenire crederem, ſi per *thalamum*, nuptias illas illicitas intelligamus. *Graves haſtas.*] Haſtas odioſas thalamo nuptiali, propter copulæ disjunctionem.

17. *Cnoſſii.*] Sagittas Cretenſes. eſt Cnoſſos, urbs Cretæ, quæ olim claruit arte ſagittandi.

18. *Stre-*

Vitabis, ſtrepitumque, & celerem ſequi
Ajacem: tamen, heu, ſerus adulteros
Crineis pulvere collines.
Non Laërtiaden, exitium tuæ
Gentis, non Pylium Neſtora reſpicis?
Urgent impavidi te Salaminius
Teucer, te Sthenelus ſciens
Pugnæ, ſive opus eſt imperitare equis,
Non auriga piger: Merionem quoque
Noſces. ecce furit te reperire atrox
Tydides, melior patre.
Quem tu, cervus uti vallis in altera
Viſum parte lupum, graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu,

Non

18. *Strepitumque, & celerem.*] Strepitum pugnantium. *Sequi.*] Celerem ad ſequendum: erat Ajax tam celer pedibus, ut nemo fugiens eum evaderet.

19. *Serus.*] Serò crines tuos adulteros, olim unguentis delibutos, pulvere deturpabis, id eſt, ſerò tandem trahèris mortuus & cades. *Adulteros crines.*] Τοὺς σοῦ μοιχοῦ, tuos adulteri. Tamen *adulterum crinem* Græci dicebant, ſpeciem tonſuræ, qua effeminati utebantur. Unde μοιχὸν κάρσεως dicebantur, qui ſic tonderi ſolebant. *Heinſius.*

20. *Crines pulvere collines.*] Rectè crines illos fœdari pulvere ait, qui adulterii irritamentum fuerint. *Torrent.*

21. *Laërtiaden.*] Ulyſſem Laërtis filium.

22. *Pylium Neſtora.*] A Pylo urbe, Neſtor denominatur Pylius.

23. *Urgent.*] Inſequuntur. *Te Salaminius, &c.*] Sthenelum ut pugnaciſſimum recenſet Horatius, una cum Teucro & Idomeneo Ode IX. lib. IV. ac ſingulari rei militia præditum fuiſſe Homerus oſtendit. P. Victor. lib. Var. lect. 28. cap. 3.

24. *Teucerque & Sthenelus.*] Quidam legunt, *Teucer, te Sthenelus.* Alii *Teucer & Sthenelus. Teucerque.*] Teucer, qui in Cypro condidit Salaminam. *Sthenelus.*] Capanei filius, unus eorum, qui in equo Trojano ſe abdiderunt. *Sciens.*] Doctus ad pugnandum, & equorum peritiſſimus moderator.

26. *Merionem.*] Vide ſupra Od. 6.

28. *Tydides melior patre.*] Quem Virg. Achilli comparat. Patribus autem deteriores fere naſci filios, videbimus Od. 6. l. 3. *Tydides.*] Diomedes, patre ſuo Tydeo fortior & valentior.

29. *Cervus uti.*] Notant autores animalia, quibus cor parvum eſt, audacia eſſe: quibus prægrande, pavida. Plin. lib. XI. cap. 26. At homini contrà evenit: unde μεγαλόφρων. Quod vero cervinum cor Agamemnoni Achilles apud Homerum objicit, non ad cordis amplitudinem, ſed ad naturæ conſtitutionem referemus. *Torrent.* *Quem tu.*] Quem tu, homo mollis & luxurioſus, fugies, ſicut cervus fugit lupum viſum in altera parte vallis.

31. *Sublimi anhelitu.*] Ut fit, cum agitato pectore, quem hauſimus aërem anhelantes reddimus, & in ſublime jacimus. *Sublimi.*] Anhelitu qui ex alto pectore ducitur.

32. *Tuæ.*]

Non hoc pollicitus tuæ.
Iracunda diem proferet Ilio,
Matroniſque Phrygum claſſis Achillei.
Poſt certas hyemes uret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

32. *Tuæ.*] Tuæ Helenæ, cui multa de te glorioſe jactaveras.

33. *Iracunda diem.*] Iracunda claſſis Achillei (propter ereptam ſibi Briſeïda) proferet diem Ilio matroniſque Phrygum. *Proferet Ilio*] Prorogabit tempus, id eſt, bellum Trojanum producet & retardabit.

35. *Poſt certas.*] Poſt annos novem à fatis certo decretos. *Achaicus.*] Ignis Græcus; nam Achaia eſt pars Græciæ.

36. *Iliacas domos.*] Domos Trojanas.

ODE XVI. PALINODIA.

Veniam petit à puella, quam Jambis læſerat: culpamque transfert in iram, cujus vim indomitam deſcribit.

O Matre pulchra filia pulchrior,
Quem criminoſis cunque voles modum
Pones jambis: ſive flamma,
Sive mari libet Adriano.
Non Dindymene; non adytis quatit
Mentem ſacerdotum incola Pythius;

Non

1. *Pulchrior.*] Nunquid mulier hanc laudem agnoverit, ut dicatur pulchrâ pulchrior;

2. *Quem criminoſis.*] Quemcumque voles modum, id eſt, quamcunque voles rationem, tu præſcribes ad mordaces jambos meos abolendos, quos in te ſcripſi.

3. *Jambis criminoſis.*] Jambica, ſeu carminis genus mordax in puellam hanc ſcripſerat: id ejus nunc arbitrio aboleri expetit. Hinc etiam ἰαμβίζειν apud Græcos, pro mordere & inſectari: quique eo ſcribendi genere delectantur, ἰαμβισταὶ dicti. *Sive flamma.*] Solebant enim veteres quicquid deteſtabantur, vel in profluentem abjicere: & ſic in Ignem lignis infelicibus, hoc eſt, de infelici arbore ſumptis, ea exurere. *Torrent. Turneb.* lib. 18. cap. 4. *Sive flamma.*] Sive jambos exurere voles, ſive in mare dejicere.

4. *Adriano.*] Mare Adrianum ponitur pro quovis mari. *Turneb.* 21. c. 15.

5. *Dindymene.*] Pulcherrima comparatione vim iræ demonſtrat, cum iratum fanatico comparat. æque graviter enim & mente & corpore agitantur. Fanatici autem nomine & Lymphatum, & Ceritum, & Larvatum, & quocunque alio ſimili furore correptum accipio. cujus morbi, quia obſcura ratio eſt, veteres cauſam ad Deos retulerunt, quaſi numine afflati eſſent, qui talia paterentur: unde & ἔνθεοι & θεοφορούμενοι vocabantur. *Torrent. Dindymene.*] Dea Cybele Dindymene dicta à Dindymis Phrygiæ monte, in quo ſacra ſibi per Corybantes inſtituit. *Non adytis quatit.*] Non ex adytis: locis templi ſacris & ſecretis, ad quæ nulli niſi ſacerdoti fas erat accedere.

6. *Incola Pythius.*] A Pythone ſerpente miræ magnitudinis; è terræ putredine

Non Liber æque: non acuta
Sic geminant Corybantes æra,
Triſtes ut iræ: quas neque Noricus
Deterret enſis, nec mare naufragum,
Nec ſævus ignis, nec tremendo
Juppiter ipſe ruens tumultu.
Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam undique
Deſectam; & inſani leonis
Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.

Iræ

tredine ſtatim poſt diluvium nato, ac Latonam jam gravidam Junonis juſſu infeſtante, ideoque poſt ab Apolline adhuc juvene ſagittis interfecto, Deum ſic cognominari voluerunt. Quin & ludi in honorem ejus inſtituti, hinc *Pythia* vocabantur. *Torrentius. Incola Pythius.*] Apollo, qui in dandis oraculis mentem ſacerdotis incolit, id eſt, quatit, movet, cogit.

7. *Æque: non.*] Non æque, ſed vehementius ira animos hominum commovet, quam Cybele, Apollo, aut Liber concutit mentem ſacerdotum. *Acuta.*] Tympana acute ſonantia.

8. *Corybantes æra.*] Si quis forte ſacerdotum mentes à numinibus agitari neget; is æra à Corybantibus pulſa conſideret: ſciatque non lenius animos noſtros ira, quam illa crebrò repetitis ictibus impelli, nec minus perturbari quam illi ſolent, quos aſſiduus æris ſonitus ita affectos reddit, ut etiam cum nullum audiunt, audire tamen imaginentur. Hinc κορυβαντιᾶν, pro Corybantum more affici & inſanire, ſeu μανικῶς κινεῖσθαι, ut exponit Strabo lib. x. *Torrent. Corybantes æra.*] Sacerdotes Cybelis, quæ tympanorum pulſu & cornuum cantu Jovis vagitum celabant Saturnum.

9. *Noricus.*] Noricus, pro quovis enſe. In Norico, (quam regionem plerique nunc appellant Bavariam) optimi fiunt gladii ex ferro probatiſſimo. Homo iratus neque enſes, neque quodvis aliud periculum extimeſcit.

12. *Ruens tumultu.*] Deſcendens cum fulmine tremendo. Pro Jove tonante ponitur.

13. *Prometheus addere.*] Japeti & Clymenæ filius, propter ſingularem ingenii excellentiam, hominem primum ex limo finxiſſe exiſtimatur, animum vero ex particulis aliorum animalium undique disjectis illi indidiſſe. Nam à Leone iracundiam, à Sue libidinem, à Vulpe aſtutiam, & ab aliis aliud mutuatus eſt. *Principi.*] Primo homini ex limo efformato.

14. *Coactus particulam.*] Neceſſitate compulſus, quod in beſtiis fingendis omnes naturæ facultates conſumpſiſſet. *Undique.*] Ex omnibus animalibus.

15. *Et inſani.*] Et rabidi leonis furorem. *Inſani Leonis.*] Hoc ergo eſt quod Horus Apollo tradidit, Ægyptios per *leonem*, perturbationem illam, quam θυμὸν vocant Græci, ſignificaſſe. *Torrentius.*

16. *Stomacho.*] *Stomachum* pro pectore dixit, in quo cor. Sanguine enim ibi ebulliente, perturbatio illa naſcitur, qua ad iram concitamur. *Torrent. Stomacho.*] Hinc dicunt Latini ſtomachum movere, pro, iratum facere, & ſtomachari, pro iraſci.

17. *Thye-*

Iræ Thyeſten exitio gravi
Stravêre, & altis urbibus ultimæ
Stetêre cauſæ cur perirent
Funditus: imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.
Compeſce mentem, me quoque pectoris
Tentavit in dulci juventa
Fervor, & in celeres jambos
Miſit furentem. nunc ego mitibus
Mutare quæro triſtia, dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, animumque reddas.

17. *Thyeſten exitio gravi.*] Thyeſti ſuos filios frater Atreus edendos appoſuit, eo quod Thyeſtes cum Atrei uxore concubuiſſet.

18. *Stravêre.*] Dejecêre de ſtatu. *Ultimæ.*] Extremæ fuerunt cauſæ, uſque ad everſionem; Vel quibus nullæ graviores potioreſque.

21. *Aratrum exercitus.*] Urbs tum eſſe deſinit, cum in ea aratrum ſit circumductum: aratro etiam priſci in condendis urbibus utebantur.' *Interea Æneas urbem deſignat aratro.* Virgil. *Inſolens.*] Exercitus ſuperbus; quia victoria natura inſolens eſt & ſuperba.

22. *Compeſce mentem.*] Comprime animum, nec me imitare, quem pœnitet iræ. *Me quoque.*] Excuſat ſe Horatius, conferens iræ cauſam in adoleſcentiæ fervorem. *Pectoris fervor.*] Ira eſt ebullitio ſanguinis circa cor.

24. *In celeres Iambos.*] De hoc Epiſt. ad Piſones;

Syllaba longa brevi ſubjecta, vocatur Iambus,
Pes citus.

25. *Furentem.*] Propter iram. *Nunc ego mitibus.*] Nunc ſtudeo mitia perſequi, triſtia relinquere.

26. *Dum mihi fias, &c.*] Mutato, inquit, ſcribendi ſtylo, pro opprobriis laudes dicere non deſinam; donec hac ſatisfactione placata, mecum in gratiam redeas: ut *recantare opprobria*, ſit contrario ea cantu tollere, atque irrita facere Græci παλινῳδεῖν dicunt, unde, παλινῳδία *Torrent. Dum mihi.*] Ea conditione, ut fias mihi amica.

27. *Recantatis amica.*] Recantatis convitiis atque maledictis, quibus tu etiam me laceraſti, id eſt, tu quoque recantes in me ſparſa convitia, mutataque ſententia, me redames. *Cruquius.*

28. *Animumque reddas.*] Atque ea conditione, ut me in ſpem ducas tecum in gratiam redeundi.

Ode XVII. προτρεπτική.

Ad Tyndaridem.

Invitat eam in Lucretilem, commendans ab amœnitate, nec non oſtendens commoda, quæ ex eâ percipiet.

Velox *amœnum ſæpe Lucretilem*
Mutat Lycæo Faunus: & igneam
Defendit æſtatem capellis
Uſque meis, pluvioſque ventos.
Impune tutum per nemus arbutos
Quærunt latenteis, & thyma deviæ
Olentis uxores mariti:
Nec virides metuunt colubras,
Nec Martialeis hædilia lupos:
Utcunque dulci Tyndari fiſtula
Valles, & Uſticæ cubantis

Le-

1. Velox *amœnum ſæpe.*] Caprinos pedes habent Fauni, velocitati accommodos. *Lucretilem.*] Lucretilis mons eſt in Sabinis, in cujus valle villam habuit Horatius amœniſſimam.

2. *Mutat.*] Sæpe demigrat in Lucretilem ex Lycæo, qui mons eſt in Arcadia, in quo ſacra Fauno, vel Pani paſtorum Deo, celebrabantur. *Faunus, &c.*] Vide turneb. lib. 19. cap. 3.

3. *Defendit æſtatem capellis.*] Prohibet æſtum fervidum à meis capillis uſque, id eſt, ſemper. Victor var. lect. 30. cap. 11.

4. *Pluvioſque ventos.*] Ventos pluviam ferentes.

5. *Impune tutum.*] Sine damno.

6. *Deviæ.*] Olentis mariti uxores deviæ, id eſt, capellæ errantes de recta via quærunt arbutos, &c.

7. *Olentis uxores mariti.*] Fœtentis capri, qui à Virgilio dicitur, *vir gregis*, hic maritus: per ἀκυρολογίαν.

8. *Colubras.*] Alii legunt, *colubros.*

9. *Hædilia.*] Lambinus non uno in Codice *Hædilia* ſcriptum meminit, & *hædulea* legendum affirmat, quæ ſunt hœdulorum ſepta. Auratus legit *hæduliei. Hædilia lupos.*] Nec hœdorum ſtabula ſeu greges metuunt lupos Martiales, id eſt, lupos Martis tutelæ conſecratos: nam vi & inſidiis pecora ſpoliant. *Dolus an virtus quis in hoſte requirat?* Virgilius:

10. *Utcunque dulci Tyndari, &c.*] Fauni fiſtulam interpretor, ex priſcorum opinione, qui loca vocis imaginem referentia, à Faunis & Satyris incoli credebant, ut convallem ſuæ villæ Horatius: ſed & eos modo tibia, modo fiſtula canere credebant. Turneb. lib. 8. cap. 15. *Utcunque dulci.*] Ubicunque ô Tyndari iſtæ valles & levia ſaxa montis Uſticæ perſonnêre dulci fiſtula Fauni vel Panos, qui propulſator eſt cujuſcunque mali à monte Lucretili.

11. *Uſticæ cubantis.*] Uſtica, mons eſt in Sabinis leviter declinans ac depreſſus, inſtar hominis cubantis. Sic, *ſupinum Tybur* dixit.

Levia perſonuêre ſaxa.
Dî me tuentur: Dîs pietas mea,
Et Muſa cordi eſt: hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.
Hîc in reducta valle, Caniculæ
Vitabis æſtus, & fide Teïa
Dices laboranteis in uno
Penelopen, vitreamque Circen.
Hîc innocentis pocula Lesbii
Duces ſub umbra: nec Semeleïus
Cum Marte confundet Thyoneus.

Præ-

12. *Levia.*] Saxa levigata, vel attrita. *Perſonuêre ſaxa.*] Sonitu fuere completa.

13. *Dii me tuentur, &c.*] Αἰτιολογία, cur apud Lucretilem ei ſint omnia tuta, ab innocentia, Deorumque cultu, & Muſarum ſtudio. *Cruquius.*

14. *Muſa cordi eſt.*] Carmen meum placet Diis. *Hinc tibi copia.*] Ex hoc meo agro, opulenta ruris honorum copia, id eſt, frugum terræ copia manabit tibi ad plenum. *Ruris honores*, ſunt ruri naſcentia.

15. *Benigno.*] Liberali & largo cornu. Alludit ad Cornucopiæ, quod Hercules cum Acheloo in ſpeciem tauri mutato congreſſus, ei detraxit: quo ſignificatur omnium rerum ubertas & copia.

17. *In reducta valle.*] In valle ſecreta, quæ flexuoſos habet receſſus, à ventis tuta. *Canicula.*] Ex Canicula, dies caniculares nomen ſumunt.

18. *Teïa.*] Carminibus Lyricis, quæ ſunt paria & ſimilia verſibus Anacreontis cujus patria fuit civitas Teïa.

19. *Dices laborantes.*] Cantabis amatoria. *Laborantes in uno.*] Tale illud Od. 28. hujus lib. *Quanta laboras in Charybdi.* Et fortaſſe eo argumento ſcripſit aliquid Anacreon. Nam Odyſſeam Homeri Anacreontis Lyræ accinere ridiculum ſit. *Torrent. In uno.*] Ulyſſis amore. utraque enim Ulyſſem ardenter amavit, quarum altera fuit Ulyſſis uxor, altera mulierum veneficarum crudeliſſima.

20. *Vitream Circen.*] Sic à colore *vitream* dici crediderim, eadem ratione, qua cæteros quoque Deos marinos, vel *cærulos* vel *glaucos* vocamus: & *virides Nereïdum comas*, Od. 28. lib. 3. Turneb. lib. 8. cap. 15. *Vitreamque Circen.*] Circen pulchram & pellucidam inſtar vitri.

21. *Innocentis Lesbii.*] Optimæ quidem notæ vinum pollicetur, quale Leſbium, cui poſt Chium ſumma gloria; ſed quod temperatè ſumatur, ne Bacchus Martem provocet. *Torrent.*

22. *Duces ſub umbra*] Alludit ad illud Anacreontis, πιεῖν ἀμυστὶ, hoc eſt, uno ſpiritu exhaurire pocula. *Cruquius. Duces.*] Hic bibes pocula vini Lesbii innocentis, id eſt, non onerantis caput propter tenuitatem. *Nec Semeleïus.*] Nec à vino & poculis ad rixas & arma venietur, quod ſæpe contingit inter homines bibaces & ebrioſos.

23. *Confundet Thyoneus.*] Sunt qui Bacchi hoc cognomen à Thyone ejus matre,

Prælia: nec metues protervum
Suſpecta Cyrum; ne male diſpari
Incontinenteis injiciat manus,
Et ſcindat hærentem coronam
Crinibus, immeritamque veſtem.

matre, quæ Semele quoque dicta fuerit, deducant. Alii à *θύειν τὸ ἱερουργεῖν*, vel à *θύειν τὸ ὁρμᾶν* (*θύειν* enim apud Græcos & ſacrificare & proruere atque impetu ferri ſignificat.) Et horum ſane, vel Horatio auctore, probabilior ſententia eſt. Ad Bacchi enim cognominis hujus proprietatem reſpexiſſe Poëtam exiſtimo. Turnebus aliter illum locum interpretatur lib. 12. cap. 8. & 15. cap. 22. *Torrent.*] *Confundet.*] Commiſcebit prælia Bacchus, Semeles filius.

25. *Suſpecta.*] Nec tu à Cyro ſuſpecta & obſervata quod alium ames, metues eum. fuit Cyrus Horatii rivalis vel Tyndaridis maritus vel amicus. *Ne male.*] Ne ſceleratè tibi imbecilliori petulantes manus injiciat.

26. *Incontinenteis injiciat manus.*] *Manus incontinenteis* vocat, qui incontinentem habent herum. *Manum* autem *injicere* Jureconſultorum locutio eſt. Quare & Horatium de Cyro Tyndaridem ſuo jure vindicante interpretabimur, Paſſeratii tamen explicatio, quam Lambinus commemorat, mihi non diſplicet ut amatorem amicæ viribus impari, malè ac crudeliter verbera inferentem intelligamus. *Torrent.*

27. *Et ſcindat.*] Coronam è floribus, cujuſmodi in conviviis utebantur antiqui.

28. *Immeritamque.*] Veſtem quæ parum commeruit à Cyro dilacerari.

ODE XVIII. τετρακωλική.

Ad QUINTILIUM VARUM.

Vinum moderatè ſumptum exhilarat animum, at hauſtum immoderatè, furorem concitat.

NUllam, *Vare, ſacra vite prius ſeveris arborem*
Circa mite ſolum Tyburis, & mœnia Catili
Siccis omnia nam dura Deus propoſuit: neque
Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines;

Quis

1. S*Acra vite.*] Vite Baccho conſecratâ. *Prius ſeveris.*] Potius plantaveris.

2. *Mite ſolum.*] Cedens atque obſequens, quod facile à cultoribus ſibi imperari permittat. *Mite.*] Fundum bene excultum, vel mites uvas efferentem. *Tiburis.*] De quo vide ſupra Od. 7. *Catili.*] Catilus fuit frater Tyburis, à quo conditum eſt Tybur. Poëta igitur ſuâ utitur licentiâ ponens fratrem pro fratre. *Catili.*] Pro Catilli, qui Amphiarai filius fuit: poſt prodigialem illam patris necem, cum Euandro in Italiam venit, atque ibi Tiburtum, Coram & Catillum filios procreavit, qui una Tibur condiderunt, ac fratris Tiburti nomine appellarunt. *Torr.* Turn. l. 21. c. 3.

3. *Siccis omnia.*] Iis qui ſobri ſunt, ac nimis ſeveri & vino nequaquam madidi.

4. *Mordaces.*] Edaces curæ.

Quis poſt vina gravem militiam, aut pauperiem crepat?
Quis non te potius, Bacche pater, teque decens Venus?
At ne quis modici tranſiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero
Debellata: monet Sithoniis non levis Euius:
Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum
Diſcernunt avidi. non ego te candide Baſſareu
Invitum quatiam; neç variis obſita frondibus

Sub

5. *Quis poſt.*] Quis benè potus crepat, id eſt, commemorat, vel queritur militiam eſſe rem gravem. *Crepat.*] Inter alia ſignificat, eundem de re aliqua ſermonem ſæpius repetere, nec quærendo tantum, ſed laudando etiam: cum nihil aliud ſit, quam crebrum ſermonem uſurpare, & ad Bacchum & Venerem referri debet. *Torrent.*

6. *Quis.*] Quis non te potius, ô Bacche, crepat & prædicat?

7. *Ne quis.*] Ne quis ſupra modum bibat. *Modici.*] Vini moderatè bibiti. *Tranſilias munera*] Veriſſimum eſt, quod de Vini natura Plin. ſcribit lib. 14. cap. 5. neque viribus corporis utilius aliud, neque aliud pernicioſius, ſi modus abſit. Muret. Var. lect. lib. 6. cap. 12. Ang. Politian. Miſcell. cap. 61.

8. *Lapithis.*] Centaurea rixa ſuper mero debellata cum Lapithis monet, &c. id eſt, pugna à Centauris habita cum Lapithis, inde exorta, quod Centauri inter epulas Perithoi nuptiales plus nimium poti, Lapitharũ uxoribus vim inferre conarentur. *Rixa.*] Veteres ita uſi, ut non tam jurgium, quàm ex jurgio pugnam, *Rixæ* verbo ſignificarent, præſertim Juriſconſulti noſtri. *Super.*] Poſt ebrietatem. *Super mero.*] Pro in convivio, ſive inter vina dixit: ut & *ſuper cœnam*, pro inter cœnandum.

9. *Debellata.*] Simpliciter pro pugnata ac commiſſa dixit, cum *debellare* bellando vincere ſit. *Torrentius. Debellata.*] Rixa armis dijudicata. *Sithoniis.*] Thracibus non levis, id eſt, iratus Bacchus dictus Euius, à voce Bacchantium εὐοῖ. *Non levis.*] Non ad Lycurgi Thracis exitium referendum, quem non vinolentia, ſed contemptus numinis perdidit: verum ad turbulenta gentis totius convivia, de quibus mox Od. 27. *Torrent. Euius.*] Cur ita dictus, incertum eſt. Probabilior illorum ſententia, qui ſic appellatum exiſtimant, quod, cum bello Gigantæo ſtrenue admodum ſe geſſiſſet, Jupiter eum collaudans, εὖ υἱὲ dixit. *Idem.*

10. *Quum fas.*] Quum licitum & illicitum diſtinguunt exiguo fine, id eſt, nullo diſcrimine. Nam ebrii exiguam differentiam eſſe volunt inter turpe & honeſtum.

11. *Avidi.*] Cupidi ad explendam libidinem. *Candide.*] O bone Bacche! qui Baſſareus eſt appellatus à veſtis genere, qua Baſſarides, Bacchi ſacerdotes inducebantur. *Baſſareu.*] Græci dicunt, non Bacchum modo vocari *Baſſaren*, pro quo *Baſſareus* dicere maluit Horatius; ſed & Bacchas *Baſſaras* & *Baſſaridas*, idque à certo ſeu calceamenti, ſeu veſtis genere, cum vulpinis pellibus, quod Baſſarai βασσάραι dictæ ſunt etiam ἀλώπεκες. Ego tamen veſtem fuiſſe malim. Alii ἀπὸ τοῦ βαΐζειν, pro βοᾶν, *Baſſarum* aut *Baſarum* dictum volunt. *Torrent.*

12. *Invitum.*] Tunc homines bibunt Baccho invito, quum bibunt uſque ad ebrietatem. *Invitum quatiam.*] Ante can-

Sub divum rapiam. ſæva tene cum Berecynthio
Cornu tympana, quæ ſubſequitur cæcus amor ſui,
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,
Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro,

candidum vocavit, apertum ac ſincerum, qualis revera eſſe creditur. Ceterum quia intemperantia laceſſitus, eam ſeveriſſime punit, negat Poëta ſe iracundiam ejus provocaturum. *Quatere* enim movere & exagitare ſignificat. *Torrent. Obſita frondibus.*] Operta atque obducta frondibus. hinc *myſtica vannus Iacchi.* Pampinis autem vel hedera ciſtæ illæ tegebantur, quas commoviſſe, nulli impunè ceſſit. Quo Plauti locus ille ſpectat: *Scis ubi mea commovi ſacra, quas turbellas ſoleam dare.* Idem. Turneb. lib. 21. cap. 21.

13. *Sub divum.*] Nec divulgabo arcana tua multis pampinis operta, id eſt, non proferam in lucem res ſecretas meæ fidei commiſſas. *Sæva tene.*] Comprime tympana & cornua tua, id eſt, reprime ebrietatem, quemadmodum tuæ ſacerdotes ad furorem accenduntur, tympano tuo audito & cornu Berecynthio, id eſt, Phrygio.

14. *Cornu tympana.*] Et magna quidem ſacrorum omnium cognatio erat, ſed præcipue matris Deûm, ac Bacchi, quod Catulli de Attide carmen maniſeſte oſtendit. *Quæ.*] Quæ tympana, id eſt, quam ebrietatem. *Amor ſui.*] Φιλαυτία, arrogantia & linguæ incontinentia, ſunt tres comites ebrietatis.

15. *Vacuum.*] Caput ſine cerebro, id eſt, ſine prudentiâ.

16. *Prodiga.*] Fides effuſa in ſecretis prodendis, omnia conſilia nudans veluti vitrum, quod nihil occultat.

ODE XIX. ἐρωτική.

De GLYCERA.

Se Glyceræ amore ita uri dicit, ut non bella, ſed amores tantum ſcribere poſſit.

MATER ſæva Cupidinum,
Thebanæque jubet me Semeles puer
Et laſciva licentia
Finitis animum reddere amoribus.
Urit me Glyceræ nitor

Splen-

1. *Mater ſæva.*] Quod miris modis in amoribus crucientur amantes. *Cruquius. Mater.*] Venus, crudelis mater eſt multorum affectuum, qui eam comitantur.

2. *Thebanæque.*] Bacchus qui colitur Thebis. *Puer.*] Semeles filius.

3. *Licentia.*] Otium quod in laſciviam ſemper reſolvitur.

4. *Finitis animum.*] Definitis, certis & conſtantibus. quod dicit, Glyceræ in amorem ſui pelliciendi gratia; quod ei gratius id fore intellexerat. *Cruquius. Finitis animum reddere amoribus.*] Ad amores extinctos animum reducere.

5. *Urit me.*] Incendit me Glyceræ pulchritudo. Turnebus lib. 21. cap. 21.

Splendentis Pario marmore puriùs:
Urit grata protervitas,
Et vultus nimium lubricus aſpici.
In me tota ruens Venus
Cyprum deſeruit: nec patitur Scythas,
Et verſis animoſum equis
Parthum dicere: nec quæ nihil attinent.
Hîc vivum mihi ceſpitem, hîc
Verbenas pueri ponite: thuraque
Bimi cum patera meri:
Mactata veniet lenior hoſtia.

ODE

6. *Splendentis.*] Quæ ſplendet clarius marmore candidiſſimo, quod in Inſulâ Paro effoditur.

7. *Protervitas.*] Petulantia vel ira ficta, quæ in puella gratior eſt amatoribus, quam obſequela, pudor aut taciturnitas.

8. *Lubricus.*] Vultus lubricus aſpectu; *ut vidi, ut perii, ut me malus abſtulit error.* nam veluti in via lubrica difficile eſt ſine caſu vel prolapſione inſiſtere, adeò certè eſt difficile Glyceræ ſplendorem aſpicere & complexum ejus non expetere.

9. *Tota ruens.*] Totas vires effundens.

10. *Cyprum deſeruit.*] Egregie obſeſſum ſe amore deſcribit: ſiquidem Venus relicta inſula ſibi longe gratiſſima, tota in ipſum proruebat. Paphus autem & Amathus & Idalion, Cypri oppida fuere. *Torrent. Cyprum.*] Inſulam, ubi religioſiſſimè colebatur. *Scythas.*] Scytharum & Parthorum bella deſcribere.

11. *Et verſis, &c.*] Eodem referendum illud Virgilii: *Fidentemque fuga Parthum, verſiſque ſagittis.* Bland. codd. habent *Averſis. Verſis.*] Parthi fugientes ex equis pugnant.

12. *Nec quæ.*] Nec Venus me patitur ea dicere quæ nihil ſpectant ad amorem, id eſt, bella dicere.

13. *Hic vivum.*] Ad Venerem placandam, ut faciliùs Glyceræ complexu fruar. O pueri, id eſt, ô ſervi, ponite & parate mihi ceſpitem vivum, id eſt, viridem (cujus herba adhuc viridis eſt) ut ſuper eam Veneri ſacrificem. Nota, quod in rebus longam moram non ferentibus, ceſpes locum aræ obtinebat. *Ceſpitem.*] Lambinus *cæſpitem* per diphthongum ſcribit. *Turn.* lib. 21. c. 21.

14. *Verbenas ponite.*] Sic Virgilius: *Verbenaſque adole pingues & maſcula thura.* Bene verbenas, ceſpitem & thus Veneri promittit, quæ non placatur ſanguine. Cum itaque Veneris quoque proprium, atque apud Romanos pene perpetuum cognomen ſit *Genitrix*; nefas merito videri poſſet, cæſis eam hoſtiis venerari, per quam vita conceditur. Eamque ob cauſam Eraſmus hunc locum ſic exponit, ut *venturam* dicat *Glyceram leviorem, quam mactata ſit hoſtia.* Nannius Miſcell. 3. *Acron. Torrent. Verbenas.*] Herbas ſacras.

15. *Bimi.*] Duorum annorum.

16. *Mactata.*] Poſtquam factum fuerit ſacrificium, Glycera veniet multo lenior & manſuetior, non proterva.

1. *Vile.*]

ODE XX. προσφωνητική.

Ad MÆCENATEM.

Invitat Mæcenatem ad convivium, minimè ſumptuoſum.

VILE potabis modicis Sabinum
Cantharis, Græca quod ego ipſe teſta
Conditum levi: datus in theatro
Quum tibi plauſus,
Care Mæcenas, eques: ut paterni
Fluminis ripæ, ſimul & jocoſa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.
Cæcubum, & prælo domitam Caleno
Tu bibes uvam: mea nec Falernæ

Tem-

1. V*Ile.*] Per ſe quidem vile, præſertim Mæcenati aſſueto melioribus, ſed multiplici nomine commendandum. Nam & apud ſe natum, & à ſe conditum ſcribit, & quidem eo tempore, quo Mæcenati tanto totius Pop. Rom. conſenſu, ob reſtitutam ei valetudinem in Theatro applauſum fuit. Alii *vile* vocant, quia inemptum. Sed illud malim. nullius enim notæ vinum Sabinum. *Torrent.* *Vile.*] Non magni precii. *Sabinum.*] Vinum in montibus Sabinis natum.

2. *Cantharis.*] In poculis modicis, non admodum capacibus. *Græca teſta.*] Dolia veterum fictilia fuiſſe dicit Torrentius: & hinc *teſtam* pro dolio dixiſſe. Lambinus negat: nam antiquitus, dicit, condebant vinum in teſtis, id eſt, amphoris, ſeu cadis fictilibus: quarum optimæ erant quæ fingebantur in Græcia. *Græcam* autem *teſtam*, Cumanam vel Samiam intellige. *Turn.* lib. 16. cap. 5. *Teſta.*] Cado fictili, vel amphora, quæ fingebatur in Græcia.

3. *Conditum levi.*] Diligentem aſſervationem vini, quod daturus eſt, indicat: ſiquidem teſtam ipſe ſua manu obleverat: quod vel cera, vel pice, vel craſſiore aliquo gummi fieri conſuevit. *Levi* autem & *livi* dicitur. hinc *relinere*. Torrent. *Levi.*] Picavi, vel pice illivi, à verbo *lino*.

4. *Quum.*] Quo tempore populus in theatro tibi applaudebat; recepta valetudine.

5. *Eques.*] In equeſtri dignitate permanens. *Ut paterni.*] Sic, ut ripæ Tiberis & mons Vaticanus ſimul reſonarent ad acclamationem & plauſum populi tibi datum, quemadmodum in Theatro excipi ſolebant viri benè de Republica meriti, mali contrà ſibilis explodebantur.

6. *Paterni fluminis.*] Propter patriam ejus Thuſciam, ubi Tiberis oritur. *Comment.* *Fluminis.*] Tiberis, qui fluit ab Hetruria Mæcenatis patria.

7. *Vaticani.*] Vaticanus mons eſt theatro Pompei vicinus, prope Tiberim.

8. *Imago.*] Echo, quæ ultimæ ſeu extremæ vocis deſinentis repercuſſione jocari videtur.

9. *Cæcubum.*] Vinum Campaniæ regionis. *Domitam.*] Preſſam.

10. *Uvam*] Tu bibes etiam vinum. Calenum, ſic dictum ab urbe Calenis.

Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

Mea nec.] Ergo nec Falernum habeo tibi vinum, nec Formianum, quæ illis temporibus vina fuere generoſiſſima. Falernus regio eſt Campaniæ, ubi multi ſunt colles vitiferi. Formiæ, urbs eſt Latina juxta Cajetam, quam Lacones condidere.

11. *Temperant.*] Id eſt, pocula mea non ſunt temperata vino Falerno, &c. *Lamb.*

ODE XXI. διχορεικὴ.

In DIANAM & APOLLINEM.

Hortatur virgines & pueros, ad canendas eorum laudes.

DIANAM *teneræ dicite virgines:*
Intonſum pueri dicite Cynthium,
Latonamque ſupremo
Dilectam penitus Jovi.
Vos lætam fluviis, & nemorum coma,
Quæcunque aut gelido prominet Algido,
Nigris aut Erymanthi
Sil-

1. D*ianam.*] Latonæ filiam ex Jove, quæ in cælo Luna, in terris Diana, apud inferos Hecatę nominatur. *Dicite.*] Cantate.

2. *Intonſum.*] Ἀκερσεκόμης ſive ἀκειροκόμης dictus Apollo, quod comam non tondeat; eadem nempe ratione qua Jupiter *Axur* ſive *Axurus*, qui etiam intonſa coma pingitur. Comam enim intonſam luctu carentis ſignum eſſe tradit Heſychius. Hinc eſt, quod etiam nobilium pueri qui ad cyathum ſtabant, comati erant & ſplendide culti, ut & citharœdi. *Intonſum.*] Capillis proxilis Sol pingitur, quia radios extendit uſque in longiſſima. Pingitur ętiam imberbis, quia nunquam ſeneſcit. *Cynthium.*] Sic dictum à Cynthio ſublimi monte, qui Delo imminet, ubi natus eſt.

3. *Latonamque.*] Latona Dianam & Apollinem peperit ex Jove.

4. *Penitus.*] Valdè, vel familiariter.

5. *Vos lætam.*] Vos virgines cantate Dianam, quæ gaudet fluviis & nemorum frondibus, id ęſt, venatione. *Comâ.*] Quidam *comam* lęgunt; ſed minus rectè.

6. *Quæcunque.*] Quæcunque nemorum coma prominet, aut in Algido (qui mons eſt in agro Tuſculano, diſtans ab urbe Roma quindecim millia paſſuum) aut in Erymantho, monte in Arcadia: aut in nigris, id ęſt, umbroſis ſylvis Cragi, qui mons eſt in Lycia. *Gelido Algido.*] Rectè eum ab algendo dictum volunt Grammatici. Diſtat Roma XII. M. paſſuum, ad ingreſſum Regilli lacus. Dianæ ſacrum fuiſſe etiam conſtaț. *Torrent.*

7. *Nigris aut Erymanthi.*] Sic lib. 4. Od. 12.

—— *Cui pecus & nigri*
Colles Arcadiæ placent.

Virgil. quoque 3. Georg.

—— *Aut ſicubi nigrum.*
Ilicibus crebris ſacra nemus accubat umbra.

Den-

Silvis, aut viridis Cragi:
Vos Tempe totidem tollite laudibus,
Natalemque, mares, Delon Apollinis,
Inſignemque pharetra,
Fraternaque humerum lyra.
Hic bellum lacrymoſum, hic miſeram famem,
Peſtemque à populo, & principe Cæſare in
Perſas, atque Britannos
Veſtra motus aget prece.

Denſitas enim ſilvæ nigredinem efficit, ut & aquæ profunditas. Virg. 4. Georg. *Quæ niger humectat flaventia culta Galeſus.* Eſt autem *Erymanthus* Arcadiæ mons, ob aprum in eo ab Hercule domitum inprimis nobilis. *Torrent.*

8. Cragi.] *Gragi* habent lib. Mss. omnes. Græci κράγος ſcribunt. Eſt Tauri montis pars in Lycia agreſtium deorum antris celebris. *Torrent.*

9. *Vos Tempe.*] Vos mares, id eſt pueri laudate Tempe, loca amœniſſima in Theſſalia.

10. *Natalemque.*] Delon in qua nati ſunt Apollo & Diana. *Delon Apollinis.*] Multi quidem Dianam in Delo natam volunt. Horatius tamen in illorum videtur fuiſſe ſententia, qui Apollinem quidem in Delo, ſed Dianam in Ortygia, quæ alia quam Delus inſula, natam credunt. Qua de re plura Muretus ſuis in Catulli Carmen ſeculare commentariis. *Torrent.*

11. *Inſignemque.*] Laudate etiam Apollinis humerum, inſignem pharetra & lyra, quam ipſe à fratre Mercurio dono acceperat.

12. *Fraternaque lyra.*] Auctor Hyginus, Mercurium cum Apollinis boves abegiſſet, deprehenſum, lyram donaſſe, ac viciſſim ab eo virgulam illam accepiſſe, de qua ſupra Od. 10. Lyrâ autem ſibi conceſſâ Orpheum Apollo docuit; ac poſtea interemto Orpheo ei lyram conceſſit. Hinc ratio cantat, ut nunc lyra, nunc cithara Apollini tribuatur. *Torrent.*

13. *Hic bellum.*] De Apolline ut ſalutari ac conſervatore, & mala omnia depellente, hic loquitur; quem Græci ἀλεξίκακον appellant. quamvis etiam idem & noxius, peſtemque immittat ſalutem; ad necem pigros credebantque de re pulcherrime Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 17. *Torrent.* *Hic bellum.*] Hic Apollo motus veſtra prece à Pop. Rom. & Principe bellum, famem, peſtem, abiget in Perſas atque Britannos, Pop. Romani hoſtes. *Miſeram.*] Famem miſeram.

14. *Aget.*] Depellet. Turneb. lib. 6. cap. 24.

ODE XXII. σαπφική.

Ad ARISTIUM.

Vitæ integritas & innocentia, ubique tuta eſt; idque ſuo exemplo probat.

INTEGER *vitæ, ſcelerisque purus*

Non

1. INteger vitæ.] Integrum vitæ vocat hominem, cui totius vitæ ratio optime conſtat. Vitæ enim integritas perfectionem aliquid abſolutumque ſignificat.

Non eget Mauri jaculis, neque arcu,
Nec venenatis gravida ſagittis,
Fuſce, pharetra:
Sive per Syrteis iter æſtuoſas,
Sive facturus per inhoſpitalem
Caucaſum, vel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.
Namque me ſilva lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen, & ultra
Terminum curis vagor expeditus,
Fugit inermem.
Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit eſculetis:

Nec

ficat. *Torr. Integer vitæ.*] Innocens, & qui ſuam vitam ſcelere non reddit impuram.

2. *Mauri jaculis.*] Optimi codices teſtantur legendum eſſe *Mauris:* nam alibi quoque ſic loquitur Horatius, ut Od. VI. lib. 2. *Maura unda.* & alibi, *Mauris anguibus.* Turneb. lib. 17. cap. 5. *Jaculis.*] Cujuſmodi utuntur Mauri, qui optimi erant jaculatores. Ælian. lib. de Animal. 14. c. 5.

3. *Gravida.*] Pharetra plena ſagittis veneno imbutis.

5. *Sive per Syrtes.*] Quaſcunque Syrtes hîc intelligamus & quæcunque itinera vel terra vel mari, nihil ei timendum eſſe Poëta oſtendit, quem dii ob vitæ innocentiam tueantur; non adverſus ferarum vim tantum, ſed quævis alia etiam ab homine diſcrimina. *Torrent. Sive per.*] Sive iter fecerit per Syrtes (Libyæ ſolitudines mediterraneas, arenoſas, pulverulentas, & ſiticuloſas) ſive per Caucaſum, Scythiæ montem altiſſimum, Promethei pœna nobilem.

6. *Inhoſpitalem.*] Inhabitabilem propter æſtum.

8. *Lambit.*] Præterlabitur & placidè tangit, alluit. *Hydaſpes.*] Hydaſpes, Indiæ fluvius, de quo multa fabuloſa ab hiſtoricis ſcribuntur.

9. *Me ſylva.*] Lupus fugit me inermem in ſylva Sabina, dum canto meam Lalagen, id eſt, Lalagæ amicæ meæ laudes, & *dum vagor ultra terminum*, id eſt, dum expatior ultra agri mei fines: *curis expeditus*, id eſt, liber à curis.

11. *Expeditus.*] Torrentius legendum cenſet *Expeditis*; ita etiam legit Porphyrion, ποιητικῶς dictum interpretans; ut *curas expeditas* dixerit, cum ipſe curis expeditus ſit.

12. *Inermem.*] Mirum ſanè hoc, quod ferus lupus Horatium fugerit inermem: vitæ igitur integritati eſt hoc aſſignandum.

13. *Quale.*] Qualem portentoſum lupum.

14. *Daunia.*] Apuliæ pars, ſic dicta à Dauno illic rege, quem Diomedis ſocerum fuiſſe volunt: de qua provincia Plin. lib. 3. cap. XI. Alii à Dauno fluvio; alii à Dauno Turni vel avo vel patre (cognomines enim fuere) vocatam malunt. Unde & Apulia ipſa interdum Daunia, & Apuli Dauni dicuntur. Horatius lib. 4. Od. 14. de Aufido loquens: *Qui regna Dauni præfluit Apuli.* Torrent. *Militaris* autem dicitur, quia viros effert fortes & ad militiam aptos.

Eſcu-

Nec Jubæ tellus generat, leonum
Arida nutrix.
Pone me, pigris ubi nulla campis
Arbor æſtiva recreatur aura:
Quod latus mundi, nebulæ, maluſque
Jupiter urget:
Pone ſub curru nimium propinqui
Solis in terra domibus negata:
Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

Eſculetis.] In ſylvis quæ eſculis aboribus glandiferis ſunt conſitæ.

15. *Jubæ tellus.*] Mauritania in qua Juba regnavit, terrarum ultima ad occaſum ac fretum Gaditanum. Plin. l. 5. cap. 1. Quamquam hic pro Africa poſuit, quam leones infeſtant adeo, ut & urbes totas obſideant; captos incolæ cruci affigant, quo ſimilis pœnæ metu alii à noxà abſterreantur. Auctor Polybius, teſte Plinio lib. 8. cap. 16.

16. *Arida.*] Propter aquarum penuriam.

17. *Pone me pigris.*] Deſcriptio circulorum, alterius borealis ſive arctici, alterius auſtralis, ſive antarctici, à frigore, nebulis, & aëris intemperie. *Cruquius. Pigris ubi, &c.*] Campos aſſiduo aſtrictos frigore *pigros* vocat, inſtar hominum, qui ipſi quoque nimio frigore ignavi ſegneſque efficiuntur. Hinc *iners & ignavum frigus* Poëtæ appellant. *Torrent. Pigris.*] In frigidis locis Arctico vel Antarctico ſubjectis, ubi aquæ glacie pigreſcunt.

18. *Æſtiva recreatur aura.*] Tepido temperatur vento.

19. *Quod latus.*] Quam partem mundi.

20. *Jupiter.*] Malignus & inſalubris aër perpetuò premit & occupat.

21. *Sub curru.*] Sub Zona torrida, in Africa. *Propinqui.*] Sol illic directos dejicit radios, obliquos alibi.

22. *Domibus.*] Credebant antiqui Zonam torridam fuiſſe inhabitabilem; at jam notum eſt multis eo navigantibus, eam vitæ humanæ protrahendæ ſatis eſſe idoneam.

23. *Dulce.*] Dulciter.

ODE XXIII. λεγχηλικά.

Ad CHLOEN.

Non eſt cur Chloë viri contactum fugiat, quum ſit jam viri potens & ætate matura.

VITAS *hinnuleo me ſimilis Chloë,*

Quæ-

1. *Vitas.*] Libri meliores ſcribunt; *Vitat hinnuleo, &c.* Syllabæ ratio mutationem induxit, ut *vitas* ſcriberetur. Sed Poëtæ id non tam anxiè curant, ut multis exemplis videre eſt. vide Gul. Canterum Nov. lect. lib. 5. c. 12. *Hinnuleo.*] Sic *equuleus* & *hædulens*, pro equulus & hædulus. Tum *hinnulus* non cervarum tantum aut caprearum ſoboles eſt, ut Varro & Columella teſtantur;

Quærenti pavidam montibus aviis
Matrem, non ſine vano
Aurarum & ſilvæ metu.
Nam ſeu mobilibus veris inhorruit
Ad ventum foliis; ſeu virides rubum
Dimovere lacertæ;
Et corde, & genibus tremit.
Atqui non ego te, tigris ut aſpera,
Getuluſve leo, frangere perſequor.
Tandem deſine matrem
Tempeſtiva ſequi viro.

tur; ſed equi etiam ex aſina fætus, *hinnus* dicitur, ut aſini ex equa *mulus*. *Torrent.* Scribitur & *Innuleo* ſine *H*. Turn. lib. 26. cap. 36. *Hinnuleo.*] Similis hinnulo pullo cervino, quo nihil timidius.

2. *Aviis.*] In montibus ſine viis, quà feræ diſcurrere ſolent.

3. *Matrem.*] Cervam.

5. *Nam ſeu mobilibus.*] Muretus non uno in codice legi affirmat: *Nam ſeu mobilibus vitis inhorruit Ad ventum foliis*. Sic & Scaliger legebat. *Seu.*] Sive veris adventus inhorruit, & paulo horridior incumbit; id eſt, tremuit mobilibus foliis. Sed per Hypallagen lege ſic: ſive folia mobilia inhorruerunt veris adventu. Poëta per veris adventum ſignificat Favonium, veris comitem.

6. *Rubum.*] Sentem, vel môrum agreſte. Angl. *the bramble-buſh.*

8. *Et corde.*] Et animo & corpore. *Genibus tremit.*] Pavor enim incipiens genuum quoque tremore arguitur: ut *tarda trementi Genua labant*. Torrent.

9. *Atqui.*] Atqui, ô Chloë, ego non perſequor te frangere, ut aſpera Tigris atque ut leo Gætulus. *Tigris.*] Tigris truculentum eſt animal & velociſſimum.

10. *Gætuluſve.*] Africus leo; eſt enim Gætulia pars Africæ. *Frangere.*] Ut te frangam & occidam.

12. *Tempeſtiva.*] Viro apta & matura, annos nata decem & ſeptem. Juſtinianus *viripotentem* vocat, quæ jam matura viro ſit.

ODE XXIV. [illegible]

Ad VIRGILIUM, qui mortem Quinctilii deflebat immoderatè

QUIS *deſiderio ſit pudor, aut modus*
Tam cari capitis? præcipe lugubres
Can-

1. QUis *deſiderio.*] Virgilius Muſam alloquitur. Vide Sigonii Emendat. lib. 2. *Quis deſiderio.*] O Muſa Melpomene cui pater vocem liquidam dedit cum citharâ, præcipe, id eſt, præmonſtra, vel doce, cur quenquam pudeat deſiderio tam chari hominis affici? aut quis debeat eſſe finis ejus deſiderio?

2. *Lugubres Cantus.*] In antiquis libris *lugubris* legebatur. Putus putus Græ-

Cantus Melpomene: cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit.
Ergo Quinctilium perpetuus ſopor
Urget? cui Pudor, & Juſtitiæ ſoror
Incorrupta Fides, nudaque Veritas,
Quando ullum inveniet parem?
Multis ille quidem flebilis occidit:
Nulli flebilior quam tibi, Virgili.
Tu fruſtra pius, heu, non ita creditum,
Poſcis Quinctilium Deos.
Quod ſi Threïcio blandius Orpheo

Audi-

Græciſmus eſt, quem non adverterunt docti. *Melpomene lugubris cantus*, eſt quod Græci dicerent, ἡ τῶν θρηνῶν ἁρμόζων Μελπομένη, cum intelligunt, Θεά. Latini quia articulum non exprimunt, obſcuritatem vitare non poſſunt. *Melpomene lugubris cantus*, eſt, *lugubris cantus dea*. Quare, inquit, ô Melpomene, quis tandem modus futurus ſit Quintilium lugendi. *Heinſius*. *Lugubres cantus.*] Querulos cantus, ad deplorandam Quintilii mortem accommodatos.

3. *Cui liquidam, &c.*] Canoram, claram, ſuavem, non raucam. Macrob. lib. 6. cap. 3. Turneb. lib. 26. cap. 36. *Pater.*] Jupiter cujus filiæ dicuntur Muſæ ex Mnemoſyne.

5. *Ergo.*] Vox indignantis aut dolentis eſt. *Quintilium.*] Niſi temporum ratio obſtaret, crederem hunc Quinctilium Varum fuiſſe, de quo ſupra Od. 18. Ergo alium fuiſſe neceſſe eſt, & eum quidem ut arbitror, de quo Euſebius Chronic. Olymp. CLXXXIX. his verbis: *Quinctilius*. Cremonenſis, Virgilii & Horatii familiaris, moritur. *Torrent.* Turn. lib. 30. cap. 28. *Perpetuus.*] Perpetua mors occupat.

6. *Juſtitiæ ſoror.*] Egregiè eſt enim fides, juſtitiæ fundamentum, ut Cicero inquit, id eſt, dictorum conventorumque conſtantia ac veritas. Tum benè veritatem fidei & juſtitiæ adjungit, quarum nulla ſine alia eſſe aut ſubſiſtere poteſt; *Cicero* lib. 1. Officior.

7. *Incorrupta Fides.*] Fides quæ neque prece neque pretio corrumpitur. *Nudaque Veritas.*] Veritas aperta, ſimplex ac ſine fuco.

8. *Quando.*] Raro aut nunquam.

9. *Occidit.*] Mortuus eſt ille, multis bonis deplorandus.

10. *Nulli flebilior.*] Auget quidem his verbis Virgilii luctum, ſed paulatim labitur ad conſolationem. Cum enim omnibus moriendum ſit, neque quiſquam ab inferis revocetur, ſapientem decet, dolori modum ponere. *Torrent.*

11. *Tu fruſtra pius.*] Monet cum diis non eſſe pugnandum, ne pro pietate in amicum, ſit impius in Deos, quorum nutu cecidit Quinctilius, non revicturus unquam pro arbitratu hominis *Cruquius*. *Tu fruſtrà pius.*] Tu, quamvis pius es, in vanum poſcis Deos, ut Quintilium ab inferis excitatum tibi reſtituant. *Creditum.*] Non ita tibi conceſſum à diis, nunquam moreretur. Recte enim Lucret. lib. 3. *Vitaque mancipio nulli datur, omnibus uſu.* Precariam quippe vitam agimus, dantis arbitrio poſituri.

13. *Quid ſi.*] Equidem crediderim legendum, *Qui ſi Threïcio, &c.* Propter τὸ *tu fruſtra pius, &c.* Judicet lector.

Cru-

Auditam moderere arboribus fidem:
Non vanæ redeat ſanguis imagini:
Quam virga ſemel horrida
Non lenis precibus fata recludere,
Nigro compulerit Mercurius gregi.
Durum: SED *levius fit patientia,*
Quidquid corrigere eſt nefas.

Cruquius. Quod ſi Threïcio.] Quod ſi tu blandius & delectabilius Threïcio Orpheo moderêre fidem, id eſt citharæ chordam, auditam arboribus, id eſt, quam arbores audiebant & ſequebantur. Non redeat tamen ſanguis vanæ imagini, id eſt, animæ incorporeæ, quam Mercurius non lenis precibus (ſed inexorabilis) ad revocandam fati neceſſitatem ſemel compulerit & congregaverit in animarum multitudinem, virga ſua horridâ, id eſt, caduceo; de quo vide ſupra Ode XII. Ad Orphei autem & Eurydices fabulam reſpicit, omnibus notam.

15. *Vanæ imagini.*] Quid imaginem vocet, optimè intelliget, qui meminerit loci illius Virgiliani lib. 6.

Et ni docta comes tenues ſine corpore vitas
Admoneat volitare cava ſub imagine formæ.

17. *Non lenis.*] Qui non eſt ea lenitate, ut precibus fati nexus, & neceſſitatem reſolvat ac reſcindat. *Lenis recludere.*] Genus loquendi Græcum. *Lambinus. Fata recludere.*] Id eſt, ea quæ fato ſeu divina voluntate ſemel ſtatuta, & jam concluſa ſint, revocare ac diſſolvere. *Torrent.*

19. *Durum.*] Durum eſt talis amici mortem ferre. *Patientiâ.*] Patiendo Recte igitur Virgil.

Superanda omnis fortuna ferendo eſt.

Et Mimographus:

Feras non culpes, quod mutari non poteſt.

20. *Nefas.*] Non licet, vel, non eſt poſſibile, ἀδύνατον.

ODE XXV. μιμητική

Ad LYDIAM jam vetulam.

Inſultat ei, quod jam vetula, meritò ab amatoribus ſpernatur.

PARCIUS *junctas quatiunt feneſtras*
Ictibus crebris juvenes protervi:
Nec tibi ſomnos adimunt: amatque
Janua limen:
Quæ prius multum faciles movebat

Car-

1. P*Arcius.*] Rariùs quam antea. *Junctas.*] Quaſi clauſas.
2. *Ictibus.*] Lapidum jactu.
4. *Janua limen.*] Janua tua clauſa eſt, nec à limine recedit.
5. *Quæ prius.*] Quæ quidem janua crebrò olim aperiebatur. *Faciles movebat.* Janua autem quo ſæpius, eo facilius

Cardines. audis minus, & minus jam,
Me tuo longas pereunte noctes
Lydia dormis?
Invicem mœchos anus arrogantes
Flebis, in ſolo levis angiportu,
Thracio bacchante magis ſub inter-
lunia vento:
Quum tibi flagrans amor, & libido,
Quæ ſolet matres furiare equorum,
Sæviet circa jecur ulceroſum,
Non ſine queſtu:
Læta quod pubes ederâ virenti
Gau-

lius ac minore ſtrepitu aperitur, cardine non ita renitente, ſed facili ac obſequioſo. *Torrent.*

6. *Audis minus.*] Audis quotidiè minus & minus vocem amatoris excluſi, dicentis: O Lydia, dormis tu longas noctes, dum ego, qui tuus ſum, pereo?

7. *Me tuo longas, &c.*] Amantis verba inter gemitus & ſuſpiria, quæ rarius audiri dicit Horatius, corrupta meretriculæ per ætatem forma.

9. *Invicem mœchos.*] Quos tu, inquit, florente ætate ſuperba & arrogans amatores conteroſiſti, iidem te vetulam pari arrogantia ac faſtu contemnent; nec flens reperies, qui amare te velint. *Mœchos* igitur *καταχρηστικῶς* pro quibuſvis amatoribus dixit. *Torrent. Invicem mœchos.*] Tu levis anus & contempta, viciſſim flebis arrogantes mœchos, in ſolo angiportu, id eſt, cum fueris ſola in angiportu derelicta ab amatoribus, Thracio vento bacchante magis ſub interlunia. *Arrogantes.*] Amatores te faſtidientes.

10. *Levis.*] Vilis, ac nullius pretii, utpote quæ de noctu in angiportu amatores quærat. *Solum* quoque *angiportum* vocat deſertum & infrequentem, ut Virg. lib. IV. Georg.

—— *Te ſole in littore ſecum Te veniente die, &c.* Torrent.

11. *Thracio bacchante.*] Auget abjectiſſimi ſcorti vilitatem, quod nocte & ea quidem frigida ac tempeſtuoſa, nec ulla apparente luna, tam turpes, impellente libidine conditiones, in angiportis ſub divo quærit, & ægre invenit. Turneb. lib. 26. cap. 36. *Thracio bacchante.*] Aquilone ſeu Borea è Thracia furenter flante. *Sub interlunia.*] Paulò ante, vel, circiter interlunii tempus, quando ſunt noctis tenebræ. Plinius vocat illud tempus *Lunæ ſilentium.*

14. *Quæ ſolet matres.*] Que ſoles equas ad libidinis furorem concitare: hinc mulieres libidinoſæ dicuntur à Græcis *ἱππομανεῖς*, id eſt, equæ furentes. *Furiare.*] Ad furorem & inſaniam adigere. Turneb. lib. 19. cap. 29.

15. *Ulceroſum.*] Circa jecur tuum ulceribus madens, propter ardorem libidinis.

16. *Non ſine queſtu.*] Non ſine querimonia; eo quòd juvenes vetulis anteponunt puellas.

17. *Pubes ederâ, &c.*] Hic pullam hederam viridi opponit, ſicut alibi viridem myrtum vocat, antequam pulla eſſe incipit: Locus à Poëta ita fuerat conceptus: *pubes hedera virenti Gaudeat pulla,*

Gaudeat, pulla magis atque myrto:
Aridas frondeis hyemis ſodali
Dedicet Hebro.

ODE

pulla magis atque. myrti Aridas frondes, &c. Quereris inquit; juventutem magis viridi quam pulla delectari hedera juvencula videlicet quam anu. quodque aridas myrti frondes abjiciat & Hebro conſecret. Cum Poëta ergo ſimpliciter dixiſſe poterat, amatores myrtos ſuas deponere, maluit ἀστεΐζεσθαι & venuſtè loqui. Myrtos, inquit, ſuas aridas, cum ætate illius quam amant, quia vetula eſt, Hebro dedicant; & amorem transferunt. Hactenus *Heinſius*. *Hedera virenti, & pulla myrto.*] Juvenculas comparat Horatius hederæ & myrto; fruticibus perpetua coma virentibus: Anus extincti floris mulieres aridis frondibus ac caducis, quas ex arboribus ripæ ſuæ adſitis decidentes, hyeme ingruente volvit Hebrus. Virens hedera & pulla myrtus ſimiliter viridis. Pulla enim myrtus de arbore, cujus folia etiam tum, quum maxime virent; nigra ſunt, colore nempe obſcuro ac nigro viridantia. *Salmaſ. Virenti.*] Viridiore ætate; puellis nimirum.

18. *Pullâ magis atque myrto.*] Quodque magis gaudeat pullâ myrto, id eſt, ſubviridi myrto penè nigrâ. Metaphora eſt: nam myrtus nigra ponitur pro formâ conſtante, quæ non facile perit, qualis eſt in puellâ ſubfuſcâ & nigrante: laudant Galli hunc colorem, quum puellam ſic coloratam appellant *belle Brunette.*

19. *Aridas frondes hyemis ſodali.* Quod edentulas & rugoſas anus ætate frigidas dedicet Hebro Thraciæ fluvio frigidiſſimo, qui idcirco dicitur hyemis ſodalis, quòd Septentrioni ſubjacet, ubi maximum eſt frigus. De quo in Epiſt. ad Julium Florum:

— Hebruſque nivali compede vinctus.

Quicquid enim abominamur, in profluentem aut in ignem abjici optamus. Et Scaliger quidem *igni* pro *Hebro* aptius dici potuiſſe indicat, ſed male. Scortillum enim marcidum jam, atque exoletum, cui potius marito, quam Hebro, hyemis ſodali, conveniat; at juvencularum, quas ederæ ac myrto comparat, conditio, ob virorem illum tenaciſſimum, merito expetenda. *Torrentius.* *Aridas frondes hyemis ſodali Dedicet Hebro.*] Inter ea quæ Cæſar Scaliger Horatium perperam dixiſſe pronuntiat, etiam illud criminatus eſt, quod aridas frondes Hebro dedicarit, cum ex flammis potius exurendæ, committi debuiſſe videantur, quam fluminibus abſorbendæ tradi. Nimirum non eo modo, quo vulgò legitur Horatium ſcripſiſſe puto: ſed mutatione fere nulla: *dedicet Euro.* ut aridas frondes eodem modo ventis diſſipandas donet; quo ſequenti carmine: *Triſtitiam & metus Tradit protervis in mare Creticum Portare ventis.* Ac *Eurum* hyemis ſodalem vocet, ut alibi *Zephyros* Veris comites appellavit. *Rutgerſ.*

Ode XXVI. ἐγκωμιαστική.

Ad MUSAM, de ÆLIO LAMIA.

Muſarum cultores minus curis, & mœroribus eſſe obnoxios. Poëta ſuum Lamiam Muſæ Pimpleæ commendat.

MUsis *amicus, triſtitiam & metus*
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis: quis ſub Arcto
Rex gelidæ metuatur oræ;
Quid Tyridatem terreat, unice
Securus: ô quæ fontibus integris
Gaudes, apricos necte flores,
Necte meo Lamiæ coronam
Pimplea dulcis. nil ſine te mei

Poſſunt

1. M*Uſis amicus.*] Vera ac ſolida felicitas eſt cum Muſis verſari: ab earum contubernio ægritudo & metus longiſſime abſunt. Semper ibi lætitia, ſemper cantus & choreæ, ac veluti aſſidua quædam ebrietas, qua exhilarati animi, ab omni penitus rerum periturarum ſollicitudine liberentur. *Torrent.* *Muſis amicus, &c.*] Ordo eſt: Ego amicus Muſis tradam triſtitiam & metum protervis ventis portare in Creticum mare, id eſt, ut portent eas animæ ægritudines in mare.

2. *Tradam.*] Tradere ventis, eſt oblivioni tradere, perinde ac ſi diceret, ego omnes curas ex animo ejiciam. Vide P. Victor. var. Lect. libro 30. capite 8.

3. *Quis ſub Arcto, &c.*] Quis, nominativi eſt caſus: Gelidæ autem oræ genitivi. Loquitur autem Horat. de tempore ſuo, quando male adverſus Germanos ac Dacos pugnatum eſt. Timorem ergo Rom. intelligit, non ſubditorum regi Scythiæ. *Glareanus.* *Quis ſub.*] Unice ſecurus, id eſt, non admodum ſollicitus à quibus Æolus rex oræ gelidæ metuatur, & quid terreat Tyridatem Armeniæ regem: quaſi dicat, Quid noſtra intereſt, qui muſas colimus, reges & potentes viros ſuis affectibus exagitari? *Arcto.*] Sub urſa, ſigno cœleſti.

5. *Tyridatem.*] Alii *Mithridatem.*

6. *O quæ fontibus.*] Ordo eſt, O Pimplea dulcis, quæ gaudes integris fontibus, necte flores, necte coronam meo Lamiæ. *Fontibus integris.*] Integrum dicimus, quidquid firmum, validum ac ſincerum, non affectum, non vitiatum exiſtit. Lucret. enim lib. 4. cum ait: *Juvat integros accedere fontes.* Intactos atque illibatos intelligit. *Integris.*] Fontibus puris & plenis, id eſt viris bonis & incorruptis.

7. *Apricos.*] Flores in apricis locis naſcentes ſunt pulchriores.

8. *Lamia.*] Qui conſul fuit anno octavo poſt mortem Horatii cum M. Servilio.

9. *Pimplea dulcis.*] Muſæ à Pimpla Macedoniæ monte, & fonte Muſis ſacro appellantur Pimpliades. *Sine te mei.*] Sine Muſarum inſtinctu Poëſis mea, in laudem Lamiæ facta, nihil honoris ei acquiret.

Poſſunt honores. hunc fidibus novis,
Hunc Lesbio ſacrare plectro
Teque, tuaſque decet ſorores.

10. *Poſſunt.*] Quidam legunt *Proſunt*. *Hunc fidibus novis.*] Hunc, id eſt, Lamiam decet te tuaſque ſorores fidibus Latinis & plectro Leſbio, id eſt, carmine lyrico (quali Sappho & Alcæus ex Leſbo uti conſueverunt) ſacrare, id eſt, immortalitati conſecrare. *Fidibus novis.*] Novum etiam dicebant veteres, quicquid mirandum, magnum aut eximium erat. Ut Virg.

Pollio & ipſe facit nova carmina.

Torrent.

ODE XXVII. ὠδική.

Ad convivas ſodales ſuos de hilaritate, & ne inter potandum rixentur, & poculis ipſis pugnent, barbarorum more.

NATIS in uſum lætitiæ ſcyphis,
Pugnare, Thracum eſt: tollite barbarum
Morem, verecundumque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
Vino, & lucernis Medus acinaces
Immane quantum diſcrepat. impium
Lenite clamorem ſodales,

Et

1. N*Atis in uſum.*] Pugnare cum ſcyphis natis, id eſt, natura factis in uſum lætitiæ, eſt hominum barbarorum, cujuſmodi ſunt Thraces, gens per ebrietatem rixis dedita.

2. *Pugnare Thracum eſt.*] Thraces bibendo ferociores fieri, ac per vinolentiam illicitos tentare concubitus, unde rixa ac prælia oriuntur, jam ante vidimus. Tum enim pocula ad hilaritatem comparata, furentibus arma ſuppeditant: ſicut & Virg. 2. Georgic. *Magno Hylæum Lapithis cratere minantem facit.* Græci ἀκρατοπότας eos vocant, uti & Scythas. *Torrentius.*

3. *Verecundumque Bacchum.*] Et prohibete rixas ſanguineas à Baccho, quem cum verecundia & modeſtia tractare debetis; Hypallage eſt.

5. *Vino.*] A vino & conviviis nocturnis (quæ lucernis indigent) magnopere diſcrepat ferrum. *Et lucernis.*] De lucernarum lychnorumque in conviviis uſu, vide quæ Torrentius notavit ad Sueton. Cæſare, c. 37. Tum lucernas cum vino conjungit, quia olim noctu potiſſimum convivia agitabantur. Vide Od. 8. lib. 3. *Lambin. Acinaces.*] Thraces enim ferro accincti accumbebant, & bibere æquales cyathos recuſantem compellebant: quod æquè inhumanum eſt, ac cogere aliquem ſitim pati, ut pulchre Sophocles ait. *Torr. Acinaces.*] Gladius Perſicus, pro quovis gladio.

6. *Immane quantum.*] Quam multum diſcrepat? id eſt, mirum in modum & ſummopere. *Immane* hic ponitur pro magno.

7. *Lenite clamorem.*] Compeſcite vociferationem & tumultum.

8. *Cubito*

Et cubito remanete preſſo.
Vultis ſeveri me quoque ſumere
Partem Falerni? dicat Opuntiæ
Frater Megillæ, quo beatus
Vulnere, qua pereat ſagitta.
Ceſſat voluntas? non alia bibam
Mercede. quæ te cunque domat Venus,
Non erubeſcendis adurit
Ignibus: ingenuoque ſemper
Amore peccas. quidquid habes, age,

8. *Cubito remanete preſſo.*] Recte Lambinus ex hoc loco colligi exiſtimat quo corporis habitu atque ſitu, veteres olim, tum Græci, tum Romani cœnare ſint ſoliti: ita nempe compoſiti, ut, capite leviter erecto, ſuffulto plumis dorſo, reclinata in lævum cubitum cervice, infera vero parte in longum porrecta, nec jacere dici poſſent, nec ſedere, ſed medium quid, quod proprie *accumbere*. Torrent. *Cubito remanete.*] Ne inſurgite ad pugnam, ſed diſcumbite cubito innitentes, veterum Romanorum more.

9. *Vultis ſeveri, &c.*] Si vultis ut convivium vobiſcum celebrem omiſſis rixis, ſermonem de rebus facetis & feſtivis inter nos habeamus oportet. *Figul. Severi me quoque.*] Vini auſteri & acrioris ſaporis, ob nimiam vetuſtatem.

10. *Dicat Opuntiæ.*] Non alia bibam conditione niſi frater Megillæ (unus è convivis) dicat quo vulnere, id eſt, cujus puellæ amore, ſit ſaucius, & qua ſagitta Cupidinis pereat, id eſt, quam amet puellam.

11. *Megillæ, quo beatus.*] Megilla dicta eſt Opuntia, ab Opunte Locridis urbe, ubi nata eſt. *Quo beatus Vulnere.*] Cujus puellæ amore felix. Occulti enim amoris minor multò voluptas eſt: ut enim Græci ajunt, κάλλιον τὸ φανερῶς ἐρᾷν ἢ λάθρᾳ. Solere autem veteres in conviviis ſortiri, quo quiſque ordine aut loco amores ſuos proponeret, locus ille Propert. lib. 4. demonſtrat:

Sit ſors & nobis talorum interprete jactu
Quem gravibus pennis torqueat ille puer.

Id ergo Flaccus noſter, ut ſodales à rixa ad lætitiam convertat, extra ſortem à ſodali ſuo fieri optat, gratiam ipſe bibendo relaturus. *Beatus.*] Quomodo beatus qui perit? Lene enim amoris tormentum, quo amantes videntes ſcienteſque pereunt: ut Tibull. lib. 4.

Uror ego ante alias juvat hoc, Cherinthe, quod uror,
Si tibi de nobis mutuus ignis adeſt.

Torrent. Amans ergo, eo quod potiatur, beatus dici poteſt: quod ſerviat autem & quod ſemper ſollicitus ſit, miſer eſt. *Lambin.*

13. *Ceſſat voluntas?*] Multi codices habent *Voluptas. Ceſſat Voluntas?*] Negas puellam, quam amas, nominare?

14. *Mercede.*] Nullo alio pretio adducat ad bibendum. *Quæ te cunque domat Venus.*] Quæcunque Venus aut amica ſub ſuum te jugum mittit, non eſt cur pudeat pœniteatve te eam amare, quia liberta eſt, & ingenua.

16. *Ignibus.*] Amoribus non ignobilibus. *Ingenuo amore.*] *Ingenuum* vocat *amorem*, qui adoleſcentem bene natum decet. *Ingenuoque ſemper.*] Ingenuam, non ſervilem aut mercenariam ſemper amans.

17. *Quicquid habes, age.*] Quæcunque

Depone tutis auribus. ah miſer
Quanta laboras in Charybdi!
Digne puer meliore flamma.
Quæ ſaga, quis te ſolvere Theſſalis
Magus venenis, quis poterit Deus?
Vix illigatum te triformi
Pegaſus expediet Chimæræ.

ODE

ea ſit quam amas, age, dic mihi in aurem non vulgaturo.

18. *Depone.*] Eſt enim *Deponere*, fideli cuſtodiæ tradere. Unde *depoſitum* pro contractu ipſo apud Juriſconſultos, qui vel in primis bonam fidem deſiderat. *Torrent. Tutis auribus.*] Auribus fidelibus & clauſis ad rem creditam continendam. *Ah miſer.*] Horatius audito puellæ nomine exclamat.

19. *Quanta laboras in Charybdi.*] Quanto in periculo verſaris! Quam ſævam, rapacem & avaram meretricem (propter voracitatem Charybdi ſimilem) nactus es! *Laboras in Charybdi.*] Omnes libri MS. *Quanta laborabas Charybdi* legunt, quemadmodum & interpretes. Significat enim detecto jam morbo ac querela in amici ſinum depoſita, minus quam ante periculum eſſe: quam lectionem ſequor. Recte autem audito rapaciſſimæ meretricis nomine, eam Charybdi comparat, ut paulo poſt Chimæræ. *Torrent. Charybdis.*] Poëtæ dicunt fœminam fuiſſe voraciſſimam, quæ quod Herculis boves rapuiſſet, à fulmine icta, in mare præcipitata ſit, & in hujuſmodi monſtrum verſa, quod adhuc priſtinam ſervat naturam: abſorbet enim univerſa. *Eraſmus.*

20. *Flamma.*] Meliori amore.

21. *Quæ ſaga.*] Quæ mulier venefica & incantatrix? quis Magus poterit te ejus amore liberare. *Theſſalis venenis.*] Id eſt, herbis efficaciſſimis, cujuſmodi ſunt in Theſſalia.

23. *Vix illigatum.*] Pegaſus te illigatum, id eſt, te in illa implicitum & impeditum vix ſolvet ab hac triformi Chimæra. Poëta, ut ſuprà meretricem Charybdi, propter rapacitatem, ita hic Chimæræ, propter varios dolos & libidinum incitamenta, comparat. *Triformi Chimæra.*] Recte *triformem* vocat: notus enim ille Heſiodi verſus: Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. quem ſic vertit Lucretius: *Prima leo, poſtrema draco, media ipſe Chimæra.*

24. *Pegaſus.*] Pro Pegaſo vectus Bellerophon, qui Palladis auxilio miranda illa præſtitit. Vide Plutarch. de claris mulieribus, cap. IX. *Torrent. Pegaſus expediet.*] Equus alatus, Bellerophontis Neptuni & Meduſæ filius. *Chimæræ.*] Chimæra, Typhaonis & Echidni filia, monſtrum horrendum, tria habuit capita, unum Leonis, alterum Capræ, tertium Draconis, unde dicta eſt triformis.

Hanc

ODE XXVIII. ἀρχυτογραφική.

Inducitur Archytas Philoſophus & Geometra, nautæ cuidam reſpondens, quod omnibus ſit moriendum, petenſque à nauta, ne ſinat corpus ſuum jacere in littore inſepultum, ſed aliquantulum arenæ corpori injiciat.

TE maris & terræ, numeroque carentis arenæ
Menſorem cohibent, Archyta,
Pulveris exigui prope littus parva Matinum
Munera: nec quidquam tibi prodeſt
Aërias tentaſſe domos, animoqe rotundum
Percurriſſe polum, morituro.
Occidit & Pelopis genitor conviva deorum,
Tithonuſque remotus in auras:
Et Jovis arcanis Minos admiſſus, habentque

Tar-

HAnc Oden in mortem Archita Tarentini conſcripſit Horatius: ac primum quidem ipſe defunctum alloquitur. poſtea vero philoſophum, tanquam recenti adhuc cadavere loquentem facit, atque ita carmen deducit, ut ridere Pythagoricos voluiſſe videatur, Pythagoræ cum diſcipulus fuit. Torrent.

1. *Te maris.*] Archytæ cadaver ſic nauta alloquitur: O Archyta parva munera exigui pulveris prope littus Matinum cohibent, (id eſt, continent) te menſorem maris, terræ, & arenæ, quæ caret numero. *Turneb.* lib. 7. c. 20.

2. *Menſorem.*] Ridiculè: quoniam Pythagorici omnia conſtare numeris volebant, etiam arenam metientem fingit. Hinc ἄμμον μετρεῖν in proverbiis. *Torrentius. Turneb.* lib. 26. cap. 1. *Menſorem.*] Geometram.

3. *Parva*] Munera parvi ſumptus, id eſt, parvum ſepulcrum, quod munus & officium viventes præſtare debent mortuis. *Matinum.*] Matinus, mons eſt in Apulia, juxta quem Archytas jacet ſepultus.

4. *Prodeſt.*] Ad mortem effugiendam.

5. *Aërias.*] Quod fis adeo curioſus in aſtris obſervandis.

6. *Polum.*] Cælum mente peragraſſe.

7. *Occidit, &c.*] Deinceps loqui Archytam volunt: ſed quia Carmen illud inſtar Satyræ eſt, non erret fortaſſis, qui orationem continuet uſque ad verſum, *Me quoque devexi.* aptius enim ſub alterius quam Archytæ perſona renatum illum Pythagoram irriſerit. *Torrent. Occidit.*] Reſpondet Archytas: Non eſt mirum, me Mathematicum & Philoſophum eſſe mortuum, quum mors ſit omnibus communis. *Genitor, conviva.*] Tantalus, qui Deos in convivium recepit.

8. *Tithonuſque.*] Tithonus, Laömedontis filius, tandem poſt longiſſimam vitam in Cicadam transformatus dicitur. *Remotus in auras.*] Rectè. longa enim ætate in auras potuiſſe evaniſſe, quam mortuus eſſe videri poterat: nam *longa Tithonum minuit ſenectus.* Malim tamen hunc locum de avecto Auroræ curru Tithono intelligere. *Torrent.*

9. *Minos.*] Minos rex Cretæ, qui nono quoque anno ſermones cum Jove conferre ſolebat.

Tartara Panthoïden, iterum Orco
Demiſſum: quamvis clypeo Trojana refixo
Tempora teſtatus, nihil ultra
Nervos, atque cutem morti conceſſerat atræ,
Judice te, non ſordidus autor
Naturæ, verique. SED *omnes una manet nox,*
Et calcanda ſemel via leti.
Dant alios Furiæ torvo ſpectacula Marti:
Exitio eſt avidis mare nautis.
Miſta ſenum, ac juvenum denſantur funera: nullum
Sæva caput Proſerpina fugit.

Me

10. *Panthoïden.*] Facetè admodum Pythagoræ illam animæ in diverſa corpora tranſmigrationem (quam μετεμψύχωσιν καὶ παλιγγενεσίαν Græci vocant) irridet: & cum Panthoiden, hoc eſt, Euphorbum, Panthoi filium appellat eum, qui natura Mneſcrahi filius: & cum iterum orco demiſſum ait, ſemel nempe, ut Euphorbum à Menelào; denuo, ut Pythagoram à civibus ſuis interfectum: qui tamen mortem, ut rem nihili contemnendam eſſe docuerit, qua nemo ſcilicet periret, ſed in aliud velut domicilium demigraret. Sic enim Ovid. lib. xv. Metamorph. *Torrent. Panthoïden.*] Pythagoram, qui animarum tranſmigrationem in alia corpora ſuo confirmabat exemplo, dicens, ſe fuiſſe apud Trojam Euphorbum Panthoi filium. *Iterum.*] Sæpe mortuum, tranſeunte ejus anima in alios.

11. *Quamvis clypeo.*] Quamvis per detractum è poſte templi Euphorbi clypeum teſtatus ſe Trojanis temporibus Euphorbum fuiſſe nihil præter corpus interire ſibi perſuaſerat.

14. *Non ſordidus autor.*] Nobiliſſimus indagator naturalis veritatis. *Autor.*] Qui omnia quæ veritatis ac naturæ indagationi obſtarent, fortiter contempſerit. Verum & hoc loco ridet Horatius. Vide Val. Maximum lib. 8. cap. 7.

15. *Una manet nox.*] *Una* autem id eſt, omnibus communis. naſcimur enim morituri. Pro *nox*, Torrent. *mors* legi mallet. *Nox.*] Una mortis neceſſitas omnes expectat.

17. *Furiæ.*] A furiis conflantur bella quæ Martis ſunt ludi.

18. *Avidis mare.*] In multis codicibus, *avidum* ſcribi teſtatur Torrentius. Nam *avidum mare* vocat, quod tot fluminum hauſtu, tot abſorptis undique divitiis, nunquam ſaturetur: vel *avidum* pro ingens ac vaſtum, ſumpta ab avaris tralatione, quibus nihil ſufficit.

19. *Miſta.*] Cujuſque ætatis homines interire oportet, quamvis diverſo mortis genere. *Denſantur.*] Torrentius legit, *Denſentur. Denſantur.*] Cumulantur.

20. *Proſerpina fugit.*] Acron, Hypallagen eſſe vult, pro nullum caput Proſerpinam fugit, ſed malè. Ad veterum enim ſuperſtitionem reſpicit Poëta; qua credebant eos, qui morti eſſent proximi, à Proſerpina primum tonderi, nec aliter mori poſſe quam ſi his veluti primitiis Orco auctorarentur: Ut Virgil. de Didone;

Nullum illi flavum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat. Torrent.

Canterus Nov. lect. l. 4. c. 20. *Proſerpina.*]

Me quoque devexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit undis.
At tu nauta, vagæ ne parce malignus arenæ
Oſſibus & capiti inhumato
Particulam dare. ſic, quodcunque minabitur Eurus
Fluctibus Heſperiis, Venuſinæ
Plectantur ſilvæ, te ſoſpite: multaque merces,
Unde poteſt, tibi defluat æquo
Ab Jove, Neptunoque ſacri cuſtode Tarenti.
Negligis immeritis nocituram
Poſtmodo te natis fraudem committere forſan.

De-

na.] Mors; eſt enim Proſerpina mortis & vitæ arbitra.

21. *Devexi Orionis.*] Ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, Οὐρίων: unde Dores Ὠρίων, alii Ὀρίων fecere. *Notum* vero *Orionis comitem*, eleganter dixit Horatius, ut *veris comites Eteſias ventos*, lib. 4. Od. 12. quod quemadmodum illi ver, ſic Notus Orionem ſequitur. *Orion* enim inter horrenda ſidera, ut Arcturus & Hædi, tempeſtatem ciet; ut Epod. 15. *Nautis infeſtus Orion.* Virgil. quoque *aquoſum* & *nimboſum* vocat. *Torrent.* *Devexi.*] Devexum, intellige, vel qui ad occaſum vergit, vel qui in declivi coeli parte ſitus eſt. Nam Orion, ſive oriens ſive occidens, nimbos & ventos excitat, qui idcirco ipſius comites dicuntur.

22. *Illyricis.*] Firmum, eſt caſtellum vergens ad Illyriam, unde hic Archytas dicitur Firmanus.

23. *At tu.*] Archytas nautam orat, ne remaneat inſepultus. Ordo eſt: At tu nauta, ne parce malignus dare particulam vagæ arenæ oſſibus & inhumato capiti, id eſt corpori meo. *Ne parce.*] Quomodo Archytas hîc nautam orat, ut terram ſibi inhumato injiciat, cum Odæ initio, id jam ante factum fuiſſe conſtet? Sed Poëta tanquam humatione aliqua jam facta, orationem exorſus eſt: Archytas vero, tanquam projecto adhuc cadavere loquitur. Turneb, l. 26. cap. 1. *Torrent.* *Ne parce malignus.*] Ne ſis tam malignus ut parcas. Vel velis hilariter ac bono animo dare, &c. *Cruquius.*

25. *Sic, quodcunque.*] Adjurantis eſt, vel comprecantis. Rogat enim, ſi nauta eum ſepeliverit, ut omnes tempeſtates à navigantibus avertantur in ſylvas.

26. *Venuſinæ.*] Sylvæ Venuſinæ luant, pro quibuſcunque ſylvis. Venuſium civitas eſt Apuliæ.

27. *Te ſoſpite.*] Te ſalvo.

28. *Unde poteſt.*] Undecunque eſt occaſio. *Æquo ab Jove.*] A Jove tibi favente.

29. *Tarenti.*] Ubi Neptunus devotius colebatur.

30. *Negligis, &c.*] Leve eſſe putas. Ordo eſt, forſan tu negligis committere fraudem nocituram poſtmodo te natis immeritis, id eſt, paulò poſt ex te natis.

31. *Fraudem.*] Culpam committere (me non ſepeliendo) quæ ſit culpa etiam tuis liberis immerentibus nocitura. *Committere forſan.*] Quidam legunt, *forſit.* vel *forſet.* alii *fors.* Muretus, *Committere? fors &c.* Canterus Nov. lect. lib. 4. cap. 8.

 32. *De*

Debita jura, viceſque ſuperbæ
Te maneant ipſum. precibus non linquar inultis:
Teque piacula nulla reſolvent.
Quanquam feſtinus, non eſt mora longa, licebit
Injecto ter pulvere curras.

32. *Debita jura.*] Si me inhumatum relinquas, juſta ſepulturæ cadaveri inſepulto debita, & pœnæ graves reciprocæque ſuperbis factis dignæ te expectent. *Viceſque ſuperbæ.*] Nempe ut inſepultus viciſſim ab aliis tam ſuperbè negligaris; nam tu me nunc negligis. Notum autem Simonidis ſomnium, quo hæc ſepeliendi etiam ignotos pietas unicè commendatur. *Torrent.*

33. *Precibus inultis.*] Veteres autem, quod juſta ex cauſa diris teſtationibus alicui imprecabantur, id ita credebant eventurum. *Torrent.* *Inultis.*] Execrationibus & diris meis fruſtratis, ac ſi diceret, eventura precatus ſum.

34. *Teque.*] Nulla te ſacrificia expiabunt, niſi meo cadaveri terram injeceris.

35. *Non eſt.*] Perſuadet à facili.

36. *Injecto ter pulvere.*] Simpliciſſimum ſepulturæ genus erat, quod injecta terra vel arena fiebat; idque ſine piaculo ab eo, qui in cadaver inſepultum inciderat, omitti haud poſſe credebatur. Quare *præcidaneam porcam* à veteribus dictam Feſtus tradidit, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo juſta non feciſſet, hoc eſt, glebam non objeciſſet; quod mos erat eis facere priuſquam novas fruges guſtarent. Sic ille pontificali gleba in os injecta religioſus fieri locus dicebatur. *Torrent.* *Cælius* lib. 9. cap. 45. *Ter pulvere.*] Ter manes vocabant. Virgilius:

—— *Et magna manes ter voce vocavi.*

Curras.] Licebit ut naviges. *Muret.* Var. lect. lib. 1. cap. 11.

ODE XXIX. λεγχηλκή.

Ad ICCIUM.

Mirum eſt, & monſtri ſimile; Iccium Philoſophum, ſtudio intermiſſo, ad militiam tranſiiſſe, divitiarum cupiditate.

ICCI, beatis nunc Arabum invides
Gazis, & acrem militiam paras
Non ante devictis Sabææ
Regibus, horribilique Medo
Nectis catenas. quæ tibi virginum

Sponſo

1. *Beatis.*] Divitiæ (ut putat vulgus) beatos efficiunt. *Turn.* l. 9. c. 13. *Invides.*] Æmularis Arabum divitias, quarum particeps cupis fieri per militiam.

3. *Devictis.*] Regibus, non à Romanis, ſed olim ab Alexand. devictis.

4. *Regibus.*] Militiam paras contra Reges Sabææ, quæ Æthiopiæ eſt Metropolis, & civitas regia.

5. *Nectis catenas.*] Ut in miſeram ſervitutem abducas. *Nectis.*] Fabricas. *Quæ tibi.*] Quæ virgo tuæ ſerviet libidini (virgo quidem barbara quamvis pulchra) poſtquam ſponſus ejus erit à te occiſus.

7. *Puer*

Sponſo necato barbara ſerviet?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum ſtatuetur unctis,
Doctus ſagittas tendere Sericas
Arcu paterno? quis neget arduis
Pronos relabi poſſe rivos
Montibus, & Tiberim reverti:
Cum tu coëmtos undique nobileis
Libros Panæti, Socraticam & domum
Mutare loricis Iberis,
Pollicitus meliora tendis?

7. *Puer ex aula.*] Pueri commendatio, quod & genere regio natus, & ab extrema uſque India petitus. Hoc enim auget pretium: ut in Terent. *Ex Æthiopia eſt uſque hæc.* Torrent. *Ex aula.*] Puer regius, vel, nobili genere natus.

8. *Ad cyathum.*] De veterum conſuetudine, qua pueri nobiles ad pocula divitibus miniſtranda adhibebantur, Athenæus lib. 10. cap. 7. Eleganter ergo & abſolutè, *pueros ad cyathos* dicebant, pro pincernis. Vide *Turneb.* lib. 3. cap. 23. *Canter.* novar. lect. 3. cap. *Ad cyathum.*] Ad miniſtrandum tibi pocula. *Unctis.*] Capillis unguento delibutis.

9. *Sericas.*] Doctus optimè ſagittare, ut Seres, populus Parthis vicinus.

10. *Quis neget, &c.*] Rectè monet Porphyrion, id ex proverbio dici, deſumpto ex Euripidis Medea: *Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί. Surſum verſus ſacrorum fluminum feruntur fontes.* cujus verſus initium, *ἄνω ποταμῶν*, omiſſis cæteris proferunt Græci, cum adverſus naturæ ordinem fieri aliquid ſignificant. Quaſi Horatius crediſſet prius naturalem rerum ordinem potuiſſe inverti, quam ab eo philoſophiam relinqui. *Eraſmus* Chiliad. *Torr.* *Quis.*] Ordo eſt, quis neget relabi poſſe rivos pronos arduis montibus, & Tiberim poſſe reverti, quum tu, pollicitus meliora, tendis mutare loricis Iberis libros nobiles Panætii, undique coëmptos, & domum Socraticam?

14. *Libros Panæti.*] Quales libri illi tres, quos περὶ τῶν καθηκόντων, ſive de *Officiis*, ut vertit Cicero, accuratiſſimè ſcripſit. *Socraticam, &c.*] Scripta autem Socratica penè in proverbium abierunt, quamvis nihil ipſe ſcripſerit. *Torrent.* *Panæti.*] Philoſophi ſectæ Stoïcæ nobiliſſimi. *Domum.*] Familiam Socraticam, Platonem, Xenophontem, & alios veteres Academicos.

15. *Mutare.*] Philoſophiæ ſtudio omiſſo, arma capere. *Loricis Iberis*] Quæ præ cæteris commendabantur, ob ferri ut arbitror temperaturam. *Torrent.* *Iberis.*] Loricis Hiſpanicis.

16. *Pollicitus meliora*] Quam militiam perſequi, & rei militari operam dare. *Tendis.*] P. Victorius Var. lect. lib. 17. cap. 13. legendum eſſe contendit, *temnis.* Quaſi diceret, non dubitas, non vertis religioni, audes. *Tendis?*] Contendis & in animo habes? Vel urges, pergis?

ODE XXX. Σαπφικὴ, vel κλητική.

Ad VENEREM.

Rogat Venerem, ut in ædem Glyceræ ſibi dedicatam veniat.

O Venus, regina Cnidi Paphique,
Sperne dilectam Cypron, & vocantis
Thure te multo Glyceræ decoram
Transfer in ædem.
Fervidus tecum puer, & ſolutis
Gratiæ zonis, properentque Nymphæ,
Et parum comis ſine te Juventas,
Mercuriuſque.

1. CNidi.] eſt Cnidus urbs Cariæ, ubi Venus ſanctiſſimè colebatur. Paphos urbs in Cypro inſula, de qua ſupra Ode XIX. Vide Strabonem lib. 14. & Plin. lib. 36. cap. 5.

2. *Sperne.*] Minoris facito. *Dilectam Cypron.*] Meritò illi dilectam: tum quod univerſa illa inſula ejus numini devota eſſet; tum quod tot præclara in ea templa diverſis locis ædificata. unde & Paphia., Idalia &c. dicta eſt, à totidem Cypri oppidis. *Torrent. Vocantis.*] Glyceræ, te invocantis, & tibi ſacrificantis.

4. *Transfer.*] Migra in ſacellum, à Glycera tibi conſecratum.

5. *Puer.*] Cupido.

6. *Solutis Gratiæ zonis.*] Veneris comitatum deſcribens, rectè illi *Gratias* adjungit, ut ſuprà Od. 4. Ipſius enim & Liberi filiæ ſunt, nec immerito. *Gratiæ* enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Tum *Gratias* & juvenes & virgines eſſe ferunt, ac *ſolutis zonis*, vel ob eam, quæ in nubentibus requiritur, obſequii conjugalis facilitatem, qua zona ſolvitur virginea: vel quia natura munifici omnibus patent, ac minime tecti vel fraudulenti ſunt. Quare nudæ quoque aut veſte certè pellucida Gratiæ nobis proponuntur. *Torrent.* Turneb. lib. 9. cap. 13. *Gratiæ.*] Gratiæ, tres ſunt virgines, Veneris comites; quæ pinguntur ſolutis ac perlucidis veſtibus, quia amicorum animi ſoluti inter ſe & aperti eſſe debent. *Nymphæ.*] Nympharum varia ſunt genera: Naiades, Oreades, Dryades, &c.

7. *Parum comis.*] Juventas ſevera & triſtis ſine te, id eſt, ſine rebus Venereis. *Juventas.*] Ut Ganymedes Jovi, ſic *Juventas* Diis cæteris pocula miniſtrat. *Horam* quoque eam vocabant veteres: & ut *Heben* Græci, Herculi: ita *Horam* Romani Quirino ſuo uxorem dedêre. Venerem ergo Juventas comitatur, quia utraque alteri decorem conciliat. At illa juvenilis ætatis alacritas ac gratia omnis à Venere proficiſci creditur. *Torrent. Juventas.*] Juventas Dea, Jovis & Junonis filia, quam Græci appellant *Heben*, id eſt, pubertatem.

8. *Mercuriuſque.*] Multum valet Eloquentia ad amorem conciliandum.

ODE XXXI. *Alcaica.*

Ad APOLLINEM.

Non divitias petit ab Apolline, ſed tranquillam hilaremque vitam, & ut ſit mens ſana in corpore ſano.

QUID *dedicatum poſcit Apollinem*
Vates? quid orat, de patera novum
Fundens liquorem? non opimas
Sardiniæ ſegetes feraces:
Non æſtuoſæ grata Calabriæ
Armenta: non aurum, aut ebur Indicum:
Non rura, quæ Lyris quieta
Mordet aqua, taciturnus amnis.
Premant Calena falce, quibus dedit
Fortuna vitem: dives & aureis
Mercator exſiccet culullis

Vina

1. DEdicatum.] Apollinem, divinis honoribus affectum, cui Auguſtus in Palatio templum dedicaverat.

2. *Vates.*] Horatius de ſe loquitur in tertia perſona. *De patera.*] De calice fundens vini primitias, ſacrificantium more. *Novum liquorem.*] Eo ſenſu, quo Virg. Eclog. v. *Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.* Novum autem vocabant quicquid pulchrum admirandumque eſſet. Qualia diis immortalibus offerebantur. *Torrent.*

3. *Opimas Sardiniæ.*] Torrentius conſentientibus ſex libris M. S. legendum cenſet, *Opimæ Sardiniæ ſegetes feraces.* Seges enim hic pro agro ipſo ſumitur. Feſtus: *Seges dicitur ea pars agri, quæ arata & conſita eſt, à ſerendo dicta.* Virg. *Nec Cereri opportuna ſeges,* &c. Torrentius.

4. *Sardiniæ.*] Horatius non poſcit agros fertiles pinguis Sardiniæ, quæ inſula eſt in mari Tyrrheno à Sardis Herculis filio ſic nominata. Vide Solin. capite 10.

5. *Æſtuoſæ.*] Calabriæ Solis ardore torridæ, quæ eſt ora Italiæ proxima Siciliæ omni bonorum genere plena, equorum præſertim.

6. *Indicum.*] Virgilius,

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.

7. *Lyris quieta.*] Lyris eſt Campaniæ fluvius lenis, & altus.

8. *Mordet.*] Alluit, vel lambit, ut ſuprà Od. XXII.

9. *Premant.*] Calcent in torculari uvas abſciſſas cultello inſtar falcis, quæ Calena dicitur à Calibus oppido in agro Sabino, ubi optima naſcuntur vina.

10. *Dives.*] Ordo eſt; & dives mercator charus diis ipſis, quippe ter aut quater anno impunè reviſens Atlanticum mare, exſiccet vina aureis culullis reparata merce.

11. *Exſiccet.*] Bibat in poculis vina empta, vel permutata Syriis mercibus. *Culullo.*] *Cululli* propriè ſunt calices fictiles, quibus Pontifices, virgineſque Veſtales utebantur. Pro vaſis potoriis, utitur & Horatius ad Piſones:

Reges

Vina Syra reparata merce.
Dis charus ipſis: quippe ter, & quater
Anno reviſens æquor Atlanticum
Impune. me paſcunt olivæ,
Me cichorea, leveſque malvæ.
Frui paratis & valido mihi
Latoë dones: at precor integra
Cum mente, nec turpem ſenectam
Degere, nec cithara carentem.

Reges dicuntur magnis urgere culullis, &c.
Turneb. lib. 9. cap. 14. diminutivum à culeis eſſe vult. *Torrent.*

12. *Syra merce.*] Siquidem Syria nardum ac balſamum, multaque alia odoribus & unguentis apta mittebat, quibus vina permutari ſolere oſtendit, etiam lib. 4. Od. 12. *Reparata* autem *Syra merce* vocat *vina*, non quod empta ſint nummis ex venditione Syræ mercis confectis, ut ex Franciſco Duareno Lambinus annotat: ſed tanquam viciſſim ſeu invicem parata, ut fieri inter permutantes ſolet. Utrimque enim paratur aliquid ſeu acquiritur. Nec opus eſt circuitione. Ipſa enim merce, non ſolum mercis pretio, vina parari poterant. *Parandi* namque verbum generale eſt, ſive per emptionem, ſive per permutationem, ſive aliter acquiramus. Similia ferme ſunt *ſcribere* & *reſcribere*, *ponere* & *reponere*, *tractare* & *retractare*, quo verbo eleganter lib. 4. uſus eſt Lucretius:

—— Ardet abundans
Natura & Venerem ſalientum læta retractat. Torrent.

¶ 13. *Dis charus.*] Nimirum Dioſcouris Caſtori & Polluci navigationis diis ἀλεξικάκοις. *Cruquius.*

14. *Atlanticum.*] Mare remotiſſimum.

15. *Impune.*] Sine naufragio, ergo diis charus eſt mercator.

16. *Cichorea.*] Græci κιχώριον, nomen eſſe Ægyptium volunt. Latini *intybum* & *ambubejam* appellant. Horatius, hic poëtica libertate penultimam produxit, ſecundam corripuit. *Torrentius. Cichorea.*] Herba eſt notiſſima. *Leveſque malvæ.*] Malvæ lubricæ, quæ ventrem gravem levant & molliunt.

17. *Paratis.*] Iis quæ ego paravi. *Valido.*] Mihi ſano.

18. *Latoë dones.*] O Apollo Latonæ fili. Ordo eſt, ô Latoë, precor ut dones mihi valido frui paratis, cum mente integra, & dones degere ſenectam nec turpem, nec cithara carentem. *Integra.*] Cum mente ſana. Orandum ergo, ut ſit mens ſana in corpore ſano.

19. *Nec turpem.*] Non delirantem, vel inhonoratam ſenectutem, ſed laudabilem, & jucundam.

Ode XXXII. προσφωνητική.

Ad Lyram.

Alloquitur Lyram, eamque poſcit, ut ſibi adſit, & ſecum canere non deſinat.

Poscimus, ſi quid vacui ſub umbra
Luſimus tecum, quod & hunc in annum
Vivat, & pluréis: age, dic Latinum
Barbite carmen,
Leſbio primum modulate civi:
Qui ferox bello, tamen inter arma,
Sive jactatam religarat udo
Littore navim:
Liberum, & Muſas, Veneremque, & illi
Semper hærentem puerum canebat:
Et Lycum, nigris oculis nigroque
Crine decorum.
O decus Phœbi, & dapibus ſupremi

Gra-

1. *Poſcimus.*] Bland. cod. tres habent *Poſcimur*: hoc ſenſu: ô barbite, poſcimur à Mæcenate, id eſt, precatur nos Mæcenas, ut ſi quid in occulto ſcripſimus, in publico canamus. *Cruq. Canterus* Nov. lect. lib. 5. cap. 12. *Poſcimus.*] Poſcimus te ô Barbite, ſi quid memoria dignum in occulto per otium ſcripſimus, ut id evulgetur, & in publicum prodeat. *Vacui.*] Tunc optimè canit Poëta, cum hoc agit, nec aliis ſeſe curis diſtrahi patitur. *Torrent.* *Vacui.*] Otioſi & à negotiis liberi.

2. *Luſimus.*] Cecinimus.

3. *Latinum.*] Cujus ego ſum author, & princeps.

4. *Barbite.*] *Barbitos* dici volunt quaſi βαρύμιτος, quod citharæ quoddam genus ſit, graviorem ſonum emittens. A lyra vero vix diſcrepaſſe primum Anacreontis carmen oſtendit. *Torrent.*

5. *Leſbio primum.*] Qui primum uſurpatus eſt ab Alcæo ad canendos verſus Lyricos. Nota quod Participium Verbi deponentis Paſſivè profertur.

6. *Qui ferox.*] Qui quidem Alcæus vir militaris, & bellicoſus, tamen ſive bella gereret, ſive in portu à navigatione conquieſceret, citharæ ſolatium & ſtudium non omiſit.

9. *Liberum.*] Convivia, quæ vino abundant.

10. *Illi ſemper hærentem.*] Sic Cic. pro Roſcio, *hærere gladiatori*, pro aſſiduo ſequi. Cupido autem Veneris aſſiduus comes eſt. *Torrent.* *Puerum.*] Cupidinem.

11. *Lycum.*] Puerum, quem Alcæus amabat.

12. *Crine.*] Priſci laudabant in pueris & puellis, oculos, & crines nigros.

13. *O decus Phœbi.*] Barbiton hic rectè *Phœbi decus* appellat. Nam & citharam ipſe invenit & lyram à Mercurio donatam tanquam ſuam uſurpavit. *Torrent.*

14. *Gra-*

Grata teſtudo Jovis, ô laborum
Dulce lenimen, mihi cunque ſalve
Rite vocanti.

14. *Grata.*] O cithara, ſupremi Jovis epulis apta.

15. *Mihi cunque, &c.*] Laborant enarratores in expoſitione τὸ *cunque*. Equidem credo παρέλκον eſſe; ſicut & πως Græcis non raro eſt inclinativum & vel ornat atque explet ſolum. ut apud Thucyd. διαλαθεῖν πως, latitans utcunque. *Cruquius. Mihi cunque.*] Salve cithara dulce ſolatium mihi te cunque, id eſt, te quovis tempore vocanti.

ODE XXXIII. προσφωνητική.

Ad ALBIUM TIBULLUM.

Ne plus æquo doleat, ſibi rivalem à Glycerâ indignè anteponi.

ALBI, *ne doleas plus nimio, memor*
Immitis Glyceræ: neu miſerabiles
Decantes elegos, cur tibi junior
Læſa præniteat fide.
Inſignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor: Cyrus in aſperam
Declinat Pholoën: ſed prius Appulis
Jun-

1. *Albi.*] Hunc *Albium Tullum* fuiſſe, cujus Elegi nunc quoque tantopere ob ſummam elegantiam, ac Latini ſermonis puritatem, à doctis omnibus laudantur, nemo temporum peritus negaverit. Exemplis autem obteſtatur eum, ne in ſe fieri doleat, quod paſſim etiam aliis contingit. *Torrent. Ne doleas.*] Ne fortè doleas plus multò.

2. *Immitis.*] Glyceræ crudelis, quod amantem non redamet, ſed fidem datam violet. *Miſerabiles.*] Rebus miſerabilibus carmen Elegiacum imprimis erat attemperatum.

3. *Cur tibi junior.*] Pro *quod* tibi junior. *Juniorem* intelligo non ætate, ſed amoris obſequio. Duplici enim nomine dolebat Albius, & quod novum illa præferebat, & quod fregerat fidem. *Pranitere* pro *præferri* dixit: quo enim quiſque *nitidior*, eo ob ſpem lucri etiam gratior. *Torrent. Cur tibi.*] Quod rivalis junior tibi anteponatur, & pluris fiat à Glycera.

4. *Læſa præniteat.*] Fracta fide, quam tibi dederat Glycera.

5. *Inſignem tenui, &c.*] Exemplo oſtendit, quanta ſæpe in amoris jugo ſit diſparitas. *Torrent. Inſignem.*] Ne fortè doleas plus juſto, hoc te ſcire volo, quòd Lycoris Cyri amore incenditur, at Cyrus ſpernit Lycorida. *Tenui.*] Tenera ac levi. vel ut aliis parva fronte.

6. *Torret.*] Inflammat.

7. *Declinat.*] Cyrus propenſus eſt in amorem Pholoës aſperæ, & protervæ. *Appulis.*] Pro quibuſvis lupis.

9. *Quam.*]

Jungentur capreæ lupis,
Quam turpi Pholoë peccet adultero:
Sic viſum Veneri: cui placet impares
Formas, atque animos ſub juga ahenea
Sævo mittere cum joco.
Ipſum me melior cum peteret Venus,
Grata detinuit compede Myrtale
Libertina, fretis acrior Adriæ
Curvantis Calabros ſinus.

ODE

9. *Quam.*] Quam Cyro morem gerat Pholoë. *Turpi adultero.*] Turpem vocat, quem Pholoë honeſte admittere nequeat, cum Glyceram nulla juſta cauſſa contempſerit. Cyrum quidem deſultoriè amaſſe indicio eſt, quod Tyndaridem quoque Horatii amicam appetiverat. ſupra Od. XVII. *Torrent.* *Adultero.*] Amatore: ſic infrà amatorem nominat adulterum, Od. 36.

10. *Sic viſum Veneri.*] Quotieſcunque ratio non apparet, *Sic viſum*, interponitur. Turneb. lib. 6. cap. 22. *Sic viſum.*] Sic placitum eſt Veneri una cum ſævo joco, id eſt, Cupidine. *Impares.*] Formas inæquales, & diſcordes inter ſe jungere, utpote, quum deformis formoſam, ſenex puellam, vel quis alius forma, vel moribus diſparem amat.

11. *Sub juga.* Subjugus item homo non qui ſuo arbitratu, ſed alieno juſſu quippiam facit, dicitur. *Eraſmus.* *Sub juga.*] Sub durum & difficilem amorem, quum maritus cogitur omnia facere, non ſuo, ſed conjugis arbitratu. Atqui,

Non bene inæquales veniunt ad aratra juvenci.

12. *Sævo cum joco.*] Venus enim miſeros amantes, malè conjugatos, crudeli quadam voluptate ſibi ludum facit: uti Fortunæ ludus, rerum humanarum perturbatio eſt. Hinc *perfidum ridens Venus*, lib. 3. Od. 27. *Torrent.*

13. *Melior.*] Quum elegantior puella me expeteret.

14. *Grata compede.*] Hoc eſt, ſplendida quidem, ſed ſtulta ſervitute. Stulti enim eſt, ut ait Seneca, compedes ſuas, quamvis aureas, amare. Loquitur de more formoſa. *Figulus.* *Grata.*] Grata ſervitute me devinxit. *Myrtale.*] Nomen concubinæ. *Myrtale libertina.*] Pro liberta dixit, hoc eſt, quæ ex ſervitute libera facta ſit. Grata autem à Myrtale compede ſe detentum dicit, quod ſervitus illa, qua tali dominæ ſerviat, ipſi non injucunda ſit. *Torrent.*

15. *Acrior.*] Amicæ dominantis impotentiam, cum maris ſævitia comparat. *Curvantis ſinus.*] Eo maris æſtum oſtendit, cum in terram receptum, ſinus portuſque efficit. *Torrent.* *Acrior.*] Iracundior fretis Adriæ: vel potius durior & protervior.

16. *Curvantis.*] Quod Calabriam ambit, vel, quod ſeſe in Calabriam inſinuat. Hoc quoque maris æſtum oſtendit, cum in terram receptum ſinus efficit.

ODE XXXIV. Δικωλικὴ.

Ad ſe ipſum.

Quem pœnitet, quòd Epicureos ſequutus, parum ſtudioſè deos coluerit.

PARCUS *Deorum cultor, & infrequens,*
Inſanientis dum ſapientiæ
Conſultus erro: nunc retrorſum
Vela dare, atque iterare curſus
Cogor relictos, namque Dieſpiter
Igni coruſco nubila dividens,
Plerumque per purum tonanteis
Egit equos, volucremque currum:
Quo bruta tellus, & vaga flumina,
Quo Styx, & inviſi horrida Tænari
Sedes,

1. P*Arcus.*] Frequenter, *parcere* apud veteres, pro omnino nolle, ac penitus abſtinere accipitur: ut *parcit diffundere vinum.* Virg. *Parce pias ſcelerare manus.* Torrent. *Parcus.*] Tardus. *Infrequens.*] Rarus, non aſſuetus, inſolens.

3. *Conſultus.*] Vocabant *conſultum* virum bonum, ac juris publici peritum, qui conſilii cauſſa ab imperitioribus adibatur. Plerunque tamen addebant id, cujus peritiam profitebantur: venuſtè vero hîc pro Epicureo ponitur. *Torrent. Conſultus.*] Dum erro conſultus, hoc eſt, peritus Epicureæ ſapientiæ, quæ docet contemnere omnes religiones. *Nunc.*] Nunc mutare conſilium cogor. Metaph. à nautis ducta, qui quum aberraverint, retrò navigant.

4. *Atque iterare curſus.*] Atque recurrere, & eadem redire via, fortaſſe ab Epicureis ad Stoicam profeſſionem.

5. *Dieſpiter.*] Jupiter diei, & lucis pater.

6. *Igni.*] Fulmine nubes diſrumpens.

7. *Plerumque per purum.*] Ex vulgi opinione hæc à Poëta dicta ſunt. Non enim alia ex cauſſa cœlo ſereno tonat, quam nubilo, nempe aëre inter ſe colliſo: quia tamen id rarius, nec cauſa æque cognita, ideo & ſignificantius creditur, & inter prodigia omnium opinione gentium refertur. *Torrent.* Turneb. libro.9. cap.9. & 13. lib.22. c.20. lib.24. cap. 31. &c. *Per purum.*] Per aëra, vel cœlum ſerenum: fulmina puro cœlo facta portendunt hominibus triſtia: Poëta igitur non vano deorum metu perterritus, reſipiſcit.

8. *Egit quos.*] Tonuit. *Currum.*] Vide ſupra, Od. XII. verſ. 58.

9. *Quo bruta tellus.*] Non male hîc Porphyrion: *Bruti*, inquit, *graves & tardi dicuntur, quod terra perpetuum eſt.* Unde & *bruta fulmina*, quæ & vana, quod nulla eveniant ratione naturæ. Atqui talia pro certiſſimo divinitatis indicio habebantur. *Torrent. Bruta tellus.*] Tellus immobilis, gravis, & ſine ſenſu.

10. *Styx.*] Inferorum palus. *Inviſi.*]
Tænari

Sedes, Atlanteuſque finis
Concutitur. valet ima ſummis
Mutare, & inſignem attenuat Deus,
Obſcura promens. hinc apicem rapax
Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit: hic poſuiſſe gaudet.

Tænari odioſi ſedes. Eſt Tænarus urbs Laconiæ, vel promontorium, unde fingunt Poëtæ deſcenſum eſſe ad inferos.

11. *Atlanteuſque finis.*] Atlas mons eſt in ultimo Oceani ſinu, cujus cacumen cerni non poteſt.

12. *Valet ima ſummis.*] Rectè humanæ vitæ commoda divino arbitrio dari atque auferri credebant veteres: ſed iidem ex Stoicorum maximè placitis, animum in Hominis poteſtate eſſe, dicebant, qui utramque fortunam juxta ferre poſſet. *Torrent.* Muretus rectè annotat Horatium hanc ſententiam ab Heſiodo mutuatum eſſe, Ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει. *Valet ima ſummis.*] Deus alta poteſt humilia reddere, humiliaque in altum attollere.

13. *Attenuat.*] Deus obſcurat & deprimit excellentem.

14. *Obſcura.*] Quæ non apparent, aperiens. *Hinc apicem.*] Ab hoc homine apicem, id eſt, ſummitatem poteſtatis aufert Fortuna, id eſt, deus hic poſuiſſe gaudet, id eſt, in alium opes & honores transfert. Poëta Fortunam, & Deum pro eodem hic ponere videtur. Vel potius *Fortunam* Dei miniſtram vocat, quandoquidem paulo ante ipſum Deum auctorem fecit.

15. *Cum ſtridore acuto.*] Malim hic *Stridorem*, pro ſonitu migrantis Fortunæ interpretari, quam pro fletu & ejulatione eorum, à quibus migraverit, ut interpretes voluerunt. De hac vero rerum viciſſitudine multa præclare, Seneca Thyeſte extremo Act. III. *Torrent. Stridore acuto.*] Cum ſtrepitu luctuoſo.

ODE XXXV. προσφωνητική.

Ad FORTUNAM.

Obſecrat eam, ut Cæſarem conſervet in Britannos iturum.

O DIVA, *gratum quæ regis Antium,*
Præſens vel imo tollere de gradu
Mor-

PLacet Torrentio vetuſti codicis inſcriptio, AD FORTUNAM QUAE ANTII COLITUR. Antium *enim Latii oppidum inprimis nobile, & Volſcorum olim caput (nunc* Neptunium *vocant) templum Fortunæ, cujus etiam in tutela erat, habuiſſe traditur celeberrimum, uti & Præneſte, atque utroque loco ſortes hiſtoricis omnibus cognitæ. Vide Macrob. Sat. lib. 1. cap. 10. & lib. 5. cap. 16.*

1. *O Diva.*] Lege Franc. Luiſini Parerg. lib. 1. cap. 22. ubi hæc Ode declaratur. *O Diva.*] O Fortuna Jovis ſubminiſtra. *Gratum.*] Et ob coloniæ celebritatem, & ob templi donis opulenti amplitudinem. *Antium.*] Quæ præſides Antio urbi, in qua templum tibi conſecratur.

2. *Præſens vel imo, &c.*] Hoc eſt, *Valet ima ſummis mutare, &c.* Et facetè A-

Mortale corpus, vel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos:
Te pauper ambit ſollicita prece
Ruris colonus: te dominam æquoris,
Quicunque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina:
Te Dacus aſper, te profugi Scythæ,
Urbeſque, genteſque, & Latium ferox,
Regumque matres barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni:
Injurioſo ne pede proruas
Stantem columnam: neu populus frequens

Ad

tè Æſopus interrogatus, quid ageret Jupiter, reſpondit: τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ, hoc eſt, *excelſa deprimit, humilia extollit.* Unde manifeſtum eſt, nihil eſſe id quod *Fortuna* dicitur, ſed divina providentia cuncta diſponi. Optime etiam Juvenalis ait, Sat. x.

Nullum numen habes, ſi ſit prudentia: ſed nos
Te facimus fortuna deam, cœloque locamus.

Perinde ac ſi diceret, noſtra temeritate & inconſtantia fieri, ut Fortuna quæ per ſe nihil eſt, etiam in deorum numero collocetur. *Torrent. Præſens.*] Potens, & parata hominem de ima plebe in altum efferre.

4. *Vertere:*] Mutare in cædes & funera.

5. *Ambit.*] Te rogat.

7. *Quicunque.*] Omnis te rogat, qui laceſſit, id eſt, qui navigat, & remis impellit pelagus Carpathium Bithyna carina, qua merces ex Bithynia ferrentur.

9. *Dacus.*] Gens bellicoſa juxta Iſtrum fluvium degens. *Profugi.*] Scythæ in plauſtris tanquam in domibus habitantes, certam ſedem nuſquam habentes.

10. *Latium ferox.*] Animoſum atque elatum, tum per ſe, tum quod in eo ſita eſſet Roma, tot gentium imperio ſuperba. Unde factum exiſtimo, ut ſublata republ. imperio in unius poteſtatem redacto, Cæſares quoque qui rerum potiebantur, aureum Fortunæ ſimulachrum per manus traditum in interiore cubiculo ſervaverint, quæ unà cum Imperio ſucceſſori tradebatur. Hinc etiam factum: ut per Fortunam Cæſaris juraretur. *Torrent.*

11. *Matres.*] Solent matres timere liberis.

12. *Purpurei.*] Reges purpura ornati.

14. *Stantem columnam.*] Porphyrion hic *columnam* ſumit, pro incolumitate dignitatis ac domus regiæ. Sed quare non Tyrannum ipſum *columnam* vocet? qui dum viget velut ingens coloſſus aliquis, aut inſcripta notis publicis columna, admirationi eſt omnibus: at imperio deturbatus, ut illa ætate conſumpta, contemnitur. *Torrent.* Per *Columnam ſtantem* Cruquius putat deſignari Cæſarem, à cujus ſalute & incolumitate vult dependere, ſuſtinerique culmen imperii Romani. *Stantem columnam.*] Statum imperii ne evertas. *Neu populus.*] Neve populus congregatus.

Ad arma ceſſanteis, ad arma
Concitet, imperiumque frangat.
Te ſemper anteit ſæva Neceſſitas:
Clavos trabaleis, & cuneos manu
Geſtans ahena: nec ſeverus
Uncus abeſt, liquidumque plumbum.
Te Spes, & albo rara Fides colit
Velata panno: comitem abnegat,

Ut-

tus, concitet quietos ad arma, & deſtruat Imperium.

17. *Sæva Neceſſitas.*] Acron & Porphyrion legunt *Serva Neceſſitas*, ſed nullo ſenſu idoneo. Et inepte ſanè *ſervam* vocemus illam, quæ clavos, cuneos, uncos, ac plumbum geſtans, alios coërceat, ipſa inſuperabilis. Vide Turneb. lib. 9. cap. 14. *Torrent. Neceſſitas.*] Idcirco Neceſſitas dicitur Fortunam præcedere, quod certiora ſunt, & ſtabiliora, quæ fiunt neceſſariò, quàm quæ fortuitò.

18. *Clavos trabaleis.*] Si hæc de Fortuna tanquam de miniſtra providentiæ ſive decreti accipiamus, *clavos uncoſque ac cuneos, liquidumque plumbum*, non pro pœnis tormentiſque exponemus; ſed pro vinculis illis, quibus Neceſſitas Fortunam antecedens, quod ſemel conſtitutum eſt, nodo plus quam Herculano firmat ac munit: Sin vero ipſi Fortunæ dominatum tribuamus, tum Neceſſitatem tanquam lictoris fungentem officio, hiſce inſtructam veluti ſecuribus præire dicemus, quibus inviti quoque ad parendum compellantur. Sed prior ratio magis placet. *Torrent.* vide & *Lambin.* Turneb. lib. 22. cap. 27. *Clavos trabaleis.*] Trabales ſunt clavi magni, quibus trabes configuntur, vel, ut alii volunt, ſunt prægrandes pali ad inſtar clavorum cuſpidem habentes, ad torquendum & cruciandum noxios parati. *Cuneos manu.*] Quibus inſertis non ſolùm res finduntur, ſed etiam combinantur.

19. *Nec ſeverus uncus, &c.*] Vide Turneb. lib. 9 cap. 14. & lib. 23. cap. 27.

20. *Uncus abeſt.*] Unco utebantur antiqui ad maleficiorum pœnas, ſed hic ſignificat hamum ferreum, quo ſaxa & cæmenta firmiſſimè inter ſe devinciuntur, præſertim plumbo liquido adjecto.

21. *Te ſpes.*] Ut fortunam anteit *Neceſſitas*, dura nimis atque immitis: ſic ſequitur *Spes*, ſolatium ac lenimen laborum. Quod & Pandoræ arcula ſignificat. Mirandum verò, ita innatam eſſe omnibus mortalibus ſpem, cùm rerum exitus in nullius noſtrûm ſit poteſtate, ut frequenter ab Homero monemur, cum ait: *καὶ ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται*. *Te ſpes.*] Ordo eſt, te Spes albo velata panno, & rara Fides colit. Alludit ad candidatos, qui veſte candida induti, quum peterent Magiſtratum, aut dignitatem, ſperabant ſe *εὐτυχεῖς* futuros. *Albo panno.*] Hunc locum Servius explicat lib. 10. Æneid. *Cana fides & Veſta.* Et ſupra Od. 24. *Incorruptam Juſtitiæ ſororem* vocat; ideo ſtola alba indutam eſſe convenit, quæ tota pura ſit ac candida, neque à recto ullis deterrita minis diſcedat. *Torrent. Rara.*] Fides nuda & ſimplex: vel quæ à paucis colitur.

22. *Nec comitem.*] Nec ipſa (Fides ſcilicet) ibi omnes eſſe recuſat; fidelis enim amicus non deſerit amicum olim florentem, nunc miſerum.

23. Ut

Utcunque mutata potenteis
Veſte domos inimica linquis.
At vulgus infidum, & meretrix retro
Perjura cedit: diffugiunt cadis
Cum fæce ſiccitatis amici
Ferre jugum pariter doloſi.
Serves iturum Cæſarem in ultimos
Orbis Britannos, & juvenum recens
Examen Eois timendum
Partibus, Oceanóque rubro.
Eheu, cicatricum, & ſceleris pudet,
Fratrumque. quid nos dura refugimus
Ætas? quid intactum nefaſti
Liquimus? unde manus juventus
Metu Deorum continuit? quibus

Peper-

23. *Utcunque.*] Quandocunque tu, facta inimica, linquis & deſeris, quos antea beaveras, veſte tua mutata, aut luctu aut pauperie.

24. *Veſte mutata.*] Intelligo vero veſtem mutatam non à Fortuna, ſed ab his quos afflictos, ac proinde in luctu conſtitutos reliquerit: quem mutandæ veſtis morem, nemo ignorat. *Torrent.*

25. *Retrò.*] Retrocedit & diffugit re mutata & adverſa.

26. *Cadis cum fæce.*] Amicitiam nempe fingunt, quamdiu vel minimum aliquid ſupereſt, quod abſumant. Atqui ultrà modum vino deditum eſſe oportet, qui amphoram exſiccat & fæcem quoque exſorbet. Tales vero nunc *Menſæ amicos* appellamus. unde elegans dictum illud ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία. *Fervet olla, vivit amicitia.* Eraſmus Chiliad. *Torrent.*

28. *Ferre jugum, &c.*] Puto doloſos pariter jugum ferre, qui non ſyncere ſe conſortes præbent, neque bona fide, ideoque in rebus adverſis deſerunt. Turneb. lib. 9. cap. 14. *Pulmann. Doloſi.*] Amici doloſi, & fraudulenti in ferendo pariter jugo cum amicis calamitate affectis diffugiunt, conſumptis amicorum divitiis.

29. *Serves iturum.*] O diva gratum quæ regis Antium, ſerves iturum Cæſarem, &c.

30. *Et juvenum.*] Et ſerva novum exercitum, ex juvenibus conſcriptum, Eois, id eſt, orientalibus partibus, Medis, Perſis, &c. horribilem.

32. *Oceanóque.*] Et formidoloſum Britannis, qui incolunt partem mundi Solis occaſui propinquam, cujus radiis Oceanus quaſi rubeſcit.

33. *Cicatricum.*] Pudet vulnerum in bello civili acceptorum.

34. *Fratrumque.*] Fratrum interfectorum, qui contrariarum erant partium. *Quid.*] A quo ſcelere refugimus nos, qui ſumus dura ætas, id eſt, homines hujus ætatis, ſine miſericordia?

35. *Nefaſti.*] Nefarii.

37. *Metu.*] Religione adverſus deos. *Quibus.*] Quæ templa deorum non violavit Juventus.

38. *Onti-*

Pepercit æris? ô utinam nova
Incude diffingas retuſum in
Maſſagetas, Arabaſque ferrum.

38. *O utinam.*] O fortuna, utinam nova incude diffingas, id eſt, de novo fingas & re fabrices ferrum retuſum in bello civili, quod non in cives, ut in prima fabricatione, ſed in hoſtes Maſſagetas, & Arabes formari debeat. Ego certè hanc explicationem (cum bona Lambini venia) neque pinguem eſſe puto, neque elegantia Horatiana indignam, ſed cum genuino ſenſu totius Odæ, optime conſentire.

39. *Diffingas retuſum.*] Lambinus priore editione *deſtringas recuſum* ſubſtituit: poſtea mutata ſententia à Guil. Cantero lib. 7. cap. 30. monitus, illud ſuum *deſtringas* in *defigas* vertit, ſed *recuſum* retinuit. Turnebus lib. 2. cap. 14.

40. *Maſſagetas.*] Populum Scythicum ultra mare Caſpium.

ODE XXXVI. *Εὐχαριστική.*

Ad POMPONIUM NUMIDAM.

Ob cujus ex Hiſpaniâ reditum, gaudio exultat, & hortatur eum ad lætitiam.

ET thure, & fidibus juvat
Placare, & vituli ſanguine debito
Cuſtodes Numidæ Deos:
Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima
Caris multa ſodalibus,

Nulli

1. *ET thure & fidibus.*] Hæc ſacrificiis omnibus communia, nullum enim ſine thure ac muſica. Illud vero peculiare, ut, vel pro voti ratione, vel cujuſque dei cultu, hoſtiæ mutarentur. *Torrent.* *Fidibus.*] Carmine lyrico.

2. *Sanguine debito.*] Vel ob voti religionem, vel ob amicitiæ pietatem; ut omittam conſueſſe veteres amicos peregre abeuntes redeunteſque conviviis excipere, quæ *adventitia* ac *viatica* vocabant, quale nimirum ob Numidæ ſui reditum hic celebrat Horatius. Inter Deos vero peregrinantium cuſtodes, vel præcipue colebatur Mercurius: unde & ἐνόδιος, teſte Heſychio. *Torr.* *Debito.*] Debito, vel voti, vel officii cauſa.

3. *Deos.*] Caſtorem & Pollucem navigationis præſides, iratos forſan futuros, niſi ſacrificia eis promiſſa perſolveret.

4. *Qui nunc.*] Ordo eſt: Qui nunc ſoſpes reverſus ab ultima Heſperia, dividit multa oſcula charis ſodalibus, nulli tamen plura, quam dulci Lamiæ, memor pueritiæ actæ non alio rege, & memor ſimul mutatæ togæ. *Heſperia ab ultima.*] Numidam tunc à bello Cantabrico rediiſſe crediderim, ut *ultimam* vocet *Heſperiam*, eam Hiſpaniæ partem, quæ ad ſeptentrionalem eſt Oceanum: in qua multa bella ab Auguſti ducibus, nec ſine clade, geſta. *Torrent.* *Heſperia.*] Hiſpania: non ab ea Heſperia, quæ apud hunc Poëtam ſæpe pro Italia ponitur.

 6. Di-

Nulli plura tamen dividit oſcula,
Quam dulci Lamiæ: memor
Actæ non alio rege puertiæ,
Mutatæque ſimul togæ.
Creſſa ne careat pulchra dies nota:
Neu promptæ modus amphoræ,
Neu morem in Salium ſit requies pedum:
Neu multi Damalis meri

Baſ-

6. *Dividit oſcula.*] Erant quotidiana Romanis oſcula, quæ obvii, quamvis non magna familiaritate juncti, invicem impertiebantur. De quibus conqueritur Martialis lib. XI. Epigr. 29. Sed ea tum maxime præbebant, cum jam profecturi valere dicebant; vel reverſi peregre, ſalvere jubebant ſuos. *Torrent.*

7. *Memor.*] Memor pueritiæ exactæ ſub eodem magiſtro, & communi doctore.

8. *Actæ non alio rege puertiæ &c.*] Ego non de magiſtro explicandum cenſeo, ſed de eo rege, quem pueri συνομήλικες & ejuſdem ætatis ac viciniæ, ſolent ſibi per ludum, ſorte aut ſuffragiorum numero eligere, quem ſequantur, cujuſque juſſis obtemperent. Huic explicationi ſuffragatur apertè, quod ſtatim ſequitur, *mutatæque ſimul togæ.* Hoc ſcil. vult Horatius, maxime Lamiam à Numida fuiſſe amatum, quod cum ambo æquales eſſent, eodem & communi rege pueri ſimul luſerant, & grandiores facti, uno eodemque tempore, virilem togam ſimul ſumpſerant. Ludi iſtius mentionem facit Pollux, quem vide in βασιλίνδα. *Bernard. Martini. Non alio rege puertia.*] Rex pueritiæ, de quo tam multa fruſtrà viri docti, eſt παιδώναξ: ut ἱππώναξ, χειρώναξ. Rex enim non eſt βασιλεὺς hoc loco, verum ἄναξ, ὁ φροντιστὴς, curator & inſpector. Ἀνακῶς enim eſt ἐπιμελῶς, diligenter, & cum cura. Qui ergo adoleſcentum præſunt moribus, cuſtodes ſcilicet, ad verbum παιδώνακτες, ſunt puerorum reges. Ergo παιδώνακτες iidem qui ἀγελάρχοι Platoni. Duobus enim aut pluribus nobilioribus pueris, idem rex pueritiæ, hoc eſt, cuſtos, dabatur. *Heinſius.*

9. *Mutatæque ſimul togæ.*] Cumque eſſent ætate pares, ſimul & eodem tempore prætexta depoſita, togam virilem ſumpſerunt. Turn. lib. 9. cap. 14.

10. *Creſſa ne careat.*] Cretenſi ſeu creta, vel niveo lapillo notetur hæc dies. *Creſſa nota.*] Candidum calculum, creſſam notam appellat, qua veteres dies fortunatos ſignare conſueverunt. Sunt qui hoc loco pro *Creſſa* legunt *Threſſa*, quod hic mos fuiſſe perhibetur Thracibus. Vide Plin. lib. 7. c. 4. *Eraſmus.*

11. *Neu promptæ.*] Neve in bibendo ſit menſura, ſed promatur vinum in amphora magna.

12. *Neu morem in Salium.*] Neu ceſſent ſaltus & tripudia in morem Saliorum, id eſt, ut ſaltant Salii, Martis Gradivi ſacerdotes, à Numa Pompilio primum inſtituti. Salium eſt Adjectivum quarti caſus.

13. *Neu multi Damalis.*] Torrentius, Damalim, ſi modo Numidam amaverit, ei, ut mulierum mos eſt, pepercisse potius credit. Atque ſic Horatii verba interpretatur: ut, poſtquam nullum amphoræ modum conſtituerit, ad Thraciam ſive Schyticam potationem convivas invitet. In qua Baſſo victoriam pollicetur, potori adeo ſtrenuo,

Baſſum Threïcia vincat amyſtide:
Neu deſint epulis roſæ,
Neu vivax apium, neu breve lilium.
Omnes in Damalim putres
Deponent oculos: nec Damalis novo
Divelletur adultero,
Laſcivis ederis ambitioſior.

nuo, ut ne Damalis quidem bibendo eum ſuperare poſſit. *Neu multi Damalis.*] Neque Damalis, quæ multi meri eſt, & mulier bibaciſſima, Baſſum vincat in potando, ſed cum Numida potiùs contendat bibendo.

14. *Amyſtide.*] Thracæ & Scythæ acerrimi erânt potores. Ab his natum potandi genus quod ἄμυστιν vocant: hinc ἀμυστὶ πίνειν, & uno verbo ἀμυστίζειν dicebant Græci. Vide Turneb. lib. 18. cap. 27. Cælius lib. 4. cap. 26. *Amyſtide.*] Poculo capaciſſimo, quod ſine interſpiratione hauſtim, & labris non clauſis epotabatur. Alii dicunt amyſtidem hoc loco non poculum ſignificare, ſed intemperatum inter Thracas bibendi genus, in quo compotatores potum in alvum non ſecus atque in dolium infundebant, idque confertim, & ſine reſpiratione: cui ſorbillare paulatim, eſt contrarium. Angli appellant *Carowſing or drinking of health.*

15. *Neu vivax apium.*] Apium diu virens. *Breve lilium.*] Lilii flos magnus eſt, ſed durat brevi tempore.

17. *Omnes in Damalim putres.*] Omnes defigent & conjicient in Damalim ſuos oculos putres, id eſt, oculos ebrios fluidos ac ſolutos, quales ſtrenue potantium eſſe ſolent, quos *nare* eleganter dixit Lucret. l. 4. vel libidine fractos. Turneb. lib. 28. cap. 27. & lib. 24. cap. 23.

18. *Deponent oculos.*] Defigent, conjicient. Vel *deponent*, condent & quaſi ſepelient. Nam depoſiti dicuntur deplorati & quaſi deſperati. *Lambin. Nec Damalis novo.*] Non tamen illa divelletur à novo amatore Pomponio Numida.

20. *Ambitioſior.*] Eum arctius ambiens, quam ederæ complectuntur arbores.

ODE XXXVII. *ἀσυρφωνηται*

Ad Sodales.

Quos hortatur ad indulgendum Genio, ob victoriam Actiacam Auguſti.

NUNC *eſt bibendum, nunc pede libro*
Pulſanda tellus: nunc Saliaribus
Ornare

1. *NUnc eſt bibendum.*] Ob eam etiam victoriam, templum Apollini illic inſtitutum, & ludi quinquenales, & urbs dicta Nicopolis. Ea enim victoria Auguſtum orbis terrarum dominum fecit. *Torrent.* Vide & *Bradæi* Miſcell. lib. 1. cap. 21. *Nunc pede libero.*] Nunc poſt Auguſti victoriam liberè tripudiandum eſt.

2. *Saliaribus.*] Unde & in proverbio erat, *Saliares cœnas* dicere opiparas & copioſas. Loquitur hîc de his epulis, quæ

Ornare pulvinar Deorum
Tempus erat dapibus, ſodales.
Antehac nefas depromere Cæcubum
Cellis avitis, dum Capitolio
Regina dementeis ruinas,
Funus & imperio parabat,
Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum: quidlibet impotens
Sperare, fortunaque dulci
Ebria. ſed minuit furorem

Vix

quæ decreta ob res bene geſtas ſupplicatione, deorum lectiſterniis, ad pulvinaria, quam fieri poterat ampliſſimè de more apponebantur. de cujus ſuperſtitionis ad placandam deorum iram, initio, *Livius* lib. 5. & *Valerius* lib. 1. cap. 11. *Torrent.* *Saliaribus.*] Dapibus opiparis, & delicatis, cujuſmodi Salii, Martis ſacerdotes, uti conſueverunt.

3. *Pulvinar Deorum.*] Lectulos, & pulvinos, quibus dii imponebantur. Turneb. lib. 7. cap. 17.

4. *Tempus erat.*] Rectè ſic edi Lambinus curavit, ut veluti ceſſantes accuſet; omnes enim ad demonſtrandam publicam lætitiam odioſa eſt mora. *Torrent.* *Tempus erat dapibus.*] Tempus eſt.

5. *Antehac nefas depromere Cæcubum.*] Antehac nefas erat in luctu ſcil. è cellis avitis depromere vinum Cæcubum, id eſt, vinum generoſum. Cæcubum dictum à Cæcubis Campaniæ populis, apud quos naſcitur, ſed nunc devicto Antonio cum Cleopatra, hoc erat illud tempus, in quo decebat epulari.

6. *Cellis avitis.*] Cellæ avitæ denotant vini vetuſtatem, in qua laus ſumma eſt. *Dum Capitolio.*] Interea dum demens Cleopatra ruinam, & everſionem urbi, & Reipub. Rom. moliretur.

7. *Regina.*] Nulla facta Antonii mentione, cauſſam belli omnem Cleopatræ Ægypti reginæ imputat. Cauſa enim præcipua obtendebatur, quod mulier Ægyptia Romanum affectaret imperium. *Torrent.*

8. *Funus.*] Exitium.

9. *Cum grege.*] Scaliger & Cruquius, legendum contendunt, *congrege.* & per ſynchyſin exponunt, congrege virorum turpium, id eſt, congregibus viris turpibus, morboque contaminatis. *Turpium Morbo.*] Eunuchos ergo *turpes morbo viros* appellat, qui nempe ex gynæceo deſumpti, inter fæminas viri, inter viros fæminæ eſſent: quoſque ex ædilitio edicto redhiberi olim potuiſſe, etiam apud Gellium legimus, ſi forte emptor Eunuchum eſſe, cum emeret ignoravit. *Torrent.* Vel per *morbum*, impudicitiam eorum intelligit, ut *Pulmannus* vult. Vide *Turn.* lib. 9. c. 43. *Turpium Morbo.*] Cum grege Eunuchorum, turpi morbo laborantium, quos Cleopatra cubicularios habebat.

10. *Quidlibet impotens.*] In eo impotens, quod ſe continere non poterat, quin ea ſperaret, quæ ſperanda non erant.

11. *Fortuna dulci Ebria.*] *Ἄοινον μέθην*, hoc eſt, *citra vinum temulentiam.* Vide Muret Var. lect. lib. 5. cap. 16. & Junium lib. 3. Animad. cap. 6.

12. *Ebria.*] Rebus ſecundis elata, & ob hoc improvida, ut ſolent eſſe ebrii.

Vix una ſoſpes navis ab ignibus:
Mentemque lymphatam Mareotico
Redegit in veros timores
Cæſar, ab Italia volantem
Remis adurgens: accipiter velut
Molleis columbas, aut leporem citus
Venator in campis nivalis
Æmoniæ: daret ut catenis
Fatale monſtrum: quæ generoſius
Perire quærens, nec muliebriter
Expavit enſem, nec latenteis
Claſſe cita reparavit oras.
Auſa & jacentem viſere regiam
Vultu ſereno fortis & aſperas

Tra-

ebrii. *Sed minuit furorem.*] Sed ejus in ſperando inſaniam compreſſit, vix una navis ſuperſtes, in qua fugit Cleopatra.

14. *Lymphatam Mareotico.*] Mentem furioſam vino, quod apud Mareotidem in Ægypto paludem naſcitur, vel, mentem fanaticam Mareotici regni, id eſt, regni Ægyptiaci opulentia dementatam. *Mareotico.*] Mareoticum vero vinum quod fuerit: Stephani de Urbibus verba declarant: *Μάρεια πόλις καὶ λίμνη τῇ Ἀλεξανδρείᾳ παρακειμένη. ἡ καὶ Μαρεῶτις λέγεται, ἀφ' ἧς καὶ Μαρεώτης οἶνος.* Vide & Turneb. lib. 8. cap. 11.

15. *In veros timores.*] Actiaco enim prælio, ipſo ſtatim initio, fugam meditabatur Cleopatra: ſed cum Cæſaris Liburnicæ acriter inſtarent, tum demum vehementer extimuit. *Torrent. In veros timores.*] In timores, mentem ejus graviter concutientes.

16. *Volantem.*] Celeriter fugientem.

17. *Remis adurgens: accipiter velut.*] Ordo eſt, Cæſar remis adurgens, id eſt, celeri navigatione Cleopatram perſequens (velut accipiter, &c.) ut illam in vincula conjiceret, quaſi monſtrum fatis ſibi reſervatum.

20. *Æmoniæ.*] Non Thraciam, ſed Theſſaliam, aut Theſſaliæ, qua Macedonas attingit, partem, ſic vocat: ab Æmone Deucalionis filio, non ab Æmo monte Thraciæ. *Torr. Æmoniæ.*] Thraciæ, ab Hæmone monte frigido, & nivoſo.

22. *Nec muliebriter, &c.*] Arrepto enim ferro ſibi manum intuliſſet, niſi Proculejus, à Cæſare intra ſepulcrorum clauſtra ad eam miſſus, obſtitiſſet. *Torr. Nec muliebriter.*] Nec more mulierum extimuit enſem, nec celeri navigio in abſtruſas Ægypti latebras ſe contulit, ubi latitaret.

24. *Claſſe cita reparavit, &c.*] Quod ergo ultimos regni ſui fines non inſtauravit, non formidini attribuendum: qui hoc ipſo, forti eam animo fuiſſe demonſtrat; quod mori maluerit, quam ingenti ſubditorum clade, ipſa impar hoſti, infelix bellum trahere. *Torrent.* Vide & *Canterum* Nov. lect. lib. 4. c. 30. Turn. lib. 9. cap. 14.

25. *Jacentem viſere.*] Regnum ſuum deſperatum, & dejectum.

26. *Et aſperas.*] Et fortis, id eſt, impavida

Tractare ſerpenteis, ut atrum
Corpore combiberet venenum,
Deliberata morte ferocior;
Sævus Liburnis, ſcilicet invidens,
Privata deduci ſuperbo
Non humilis mulier triumpho.

pavida ad apponendos ſuo corpori ſerpentes ſeu aſpides.

27. *Atrum.*] Ideò atrum, quia veneno interempti, plerumque nigreſcunt & inflantur.

29. *Deliberata morte ferocior.*] Propter deliberatam & præmeditatam mortem promptior effecta, ferocior, quàm prius fuerat.

30. *Sævis Liburnis.*] *Sævas* vocat Horatius ob belli uſum, maximè adverſus Cleopatram, quam regno exuêre; futuræ ſæviores, ſi ad triumphum vehere licuiſſet. *Torr. Pet. Victor.* Var. lect. l. 10. c. 9. *Sævis Liburnis.*] Sc. invidens, id eſt, nolens ad triumphum Cæſaris Romam deduci, ſævis Liburnis, id eſt, in hoſtilibus navibus Liburnorum, quorum auxilio parta fuerat Auguſto Victoria.

31. *Privata deduci ſuperbo.*] Invidens etiam, quod tanquam privata (non amplius regina) duceretur in ſuperbo Cæſaris triumpho, exiſtens mulier non ignobilis, ſed ſummo loco nata.

ODE XXXVIII. ἀποφαντικὴ.

Ad MINISTRUM.

Vult famulum ſuum nihil aliud adhibere ad externum convivii apparatum, quam myrtum.

PERSICOS *odi, puer, apparatus:*
Diſplicent nexæ philyra coronæ:

Mitte

1. *PErſicos odi.*] Odi regales & ſumptuoſas delitias, ſcilicet odores, unguenta, coronas operoſas, quibus uti ſolebant Perſæ in conviviis. *Perſicos.*] De Perſarum, ſed regum præcipuè ac ſatraparum, in conviviis luxu ac ſplendore, cum alii, tum Athenæus lib. 4. Verum quoniam contrà decorum eſſet Poëtam id dicere ſe odiſſe, quod ne optare quidem auſit, *regios* nempe *apparatus:* de unguentis odoribuſque Perſicis loqui Horatium exiſtimo. Id enim Perſarum gentis inventum eſſe, auctor eſt Plin. l. 13. c. 1. unguentis enim perpetuo madent. Unde & Plautinum illud:

Non omnes poſſunt olere unguenta exotica.

Perſicos etiam odores commemorat Spartianus in vita L. Ælii Cæſaris. Alioqui de modeſto veterum Perſarum nihil ad panem, præter naſturtium adhibentium victu, corporumque exercitatione, multa præclara Xenophon lib. 1. de Cyri inſtitut. Vide & Victorium var. lect. lib. 10. cap. 15. *Torrent.*

2. *Nexæ coronæ.*] Puras ſe amare ſuo in convivio coronas, ait, non unguento imbutas, ac lemniſcis ornatas. Sed & Servius in illud Virgil. lib. 5.

Puniceis ibant evincti tempora vittis,

intelligi ait *Lemniſcatas coronas*, quæ de frondibus ſint & diſcoloribus faſciis. Nec verò coronas tantum veteres, ſed & palmas quibus victores decorabantur, lemniſcis ornabant, quæ & lemniſcatæ,

Mitte ſectari, roſa quo locorum
Sera moretur.
Simplici myrto nihil allabores
Sedulus curo: neque te miniſtrum
Dedecet myrtus, neque me, ſub arcta
Vite bibentem.

Q. HO-

ſcatæ, tanquam cæteris inſigniores, dicebantur: ut in Oratione pro Roſcio: *Audio multas ejus infames eſſe palmas, hanc etiam lemniſcatam.* Addam Auſonii verſus:

Et quæ jamdudum tibi palma Poëtica floret,
Lemniſco ornata eſt, quo mea palma caret.

Hæ vero coronarum faſciolæ ſeu teniæ, ex lana olim fiebant, uti nunc quoque ex linteolo fieri cernimus, poſtea ex arborum libris, tiliæ præſertim, quam etiam *philyram* vocant Græco vocabulo, & hic Horatius, & Ovid. lib. 5. Faſtor.

Ebrius incinctus philyra conviva capillos
Cantat.

At Plin. lib. 16. c. 14. *Philyras* appellat non arbores ipſas, ſed tenuiſſimas illas tunicas, multiplici membrana, coronarum lemniſcis celebres; quem locum vide, & Ulpianum lib. de Legat. 3. Poſtremo ad ſimilitudinem lemniſcorum in coronis, Medici lineamenta illa oblonga, quæ vulneribus indi ſolent, *lemniſcos* vocant; ut Celſus lib. 7. cap. 18. Vide Politian. Micell. cap. 72. Turneb. lib. 18. cap. 29. *Torrent. Philyra coronæ.*] Tenuiſſima tiliæ membrana, qua flores floribus annectebantur.

3. *Mitte ſectari.*] Omitte ſtudioſè quærere, quo in loco ſuccreſcunt roſæ tardius enaſcentes, ex quibus fiunt coronæ.

4. *Sera.*] Roſa ſerotina, quæ elapſo ſuo tempore, non niſi in raris locis invenitur. *Moretur.*] Maneat & ultra cæteras roſas duret. *Sera moretur.*] Hunc ſui quoque ſæculi luxum graviter notat Seneca Epiſt. 23. his verbis: *Non vivunt contrà naturam, qui hyeme concupiſcunt roſam, fomentoque aquarum calentium, & colorum apta imitatione, bruma lilium florem vernum exprimunt?*

5. *Simplici Myrto.*] Myrti in coronis uſum, eamque conviviis etiam adhiberi ſolitam, dicemus lib. 2. Od. 7. Suidas etiam *μυῤῥινᾶν* pro ἀρχῆς ἐπιθυμεῖν dici ſolere ait, quod qui principatum gerebant, myrto coronabantur. *Torrent.*

6. *Sedulus curo.*] Sedulò curo, ut nihil laborioſè addas ad convivium condecorandum præter myrtum.

7. *Myrtus, neque me.*] Myrtus Veneri gratiſſima, & ad diſcutiendum vini vaporem utiliſſima, non faciet te minoris eſſe gratiæ, neque me ſub ſpiſſa & umbroſa vite bibentem. *Sub arcta vite.*] Negat tenuitati ſuæ eos ſumptus convenire. Tale ergo illud Juvenalis,

Non capit has nugas humilis domus.

Q. HORATII FLACCI CARMINUM SEU ODARUM LIBER SECUNDUS.

Ode I. πραγματικὴ.

Ad C. ASINIUM POLLIONEM.

Pollionem monet, ut tragœdiarum de bellis civilibus ſcripturam tantiſper intermittat, dum Reſpublica ſit compoſita. Deinde commendat illius ſcripta.

Motum ex Metello conſule civicum,
Bellique cauſas, & vitia, & modos,
Ludumque Fortunæ, graveiſque
Principum amicitias, & arma

Non-

Epigraphe vetuſti codicis talis eſt, AD ASINIUM POLLIONEM, VIRUM CONSULAREM, UT INTERMISSIS TRAGOEDIIS, BELLI CIVILIS DESCRIBAT HISTORIAM. *Turnebus. lib.* 10. *cap.* 21.

1. *Motum ex Metello conſule.*] Tu Pollio tractas motum civilem ex Metello, id eſt, ex eo tempore quo Metellus fuit Conſul, &c. periculoſæ plenum opus aleæ, &c. Intermitte hanc ſcriptionem, &c. Et ſine Muſam tragicam pauliſper deſiderari in theatris. *Ex Metello conſule.*] Conſulem vocat Horatius, qui ante conſul fuerit, belli civilis unà cum Lentulo veluti tuba quædam & præcipuus auctor. Quamquam fortaſſis Pollio paulo altius hiſtoriam ſuam exordiens, ab illo anno incepit, quo Pompejus conſul factus, tandem Metellum Scipionem collegam aſſumpſit, Anno V. C. DCCI. Tunc enim lata lex de jure magiſtratuum, quæ abſentes à petitione honorum ſubmovebat, ne Cæſare quidem excepto, unde belli origo cepit. Vide Suet. Cæſ. cap. 28. *Torrent.*

2. *Cauſas, &c.*] Dominandi cupiditatem. *Vitas, &c.*] Arrogantiam, Avaritiam, Ambitionem. Pompejus enim non ferebat parem, nec Cæſar ſuperiorem. *Modos.*] Modos, quibus Fortuna luſit in his contentionibus, nunc adverſa, nunc proſpera.

3. *Graveſque.*] Amicitias noxias & inſidas..

4. *Principum amicitias.*] Cæſar Pompeii ope factus conſul, & M. Craſſum ei reconciliavit, & cum utroque ſocietatem iniit, ne quid in Repub. fieret, quod diſplicuiſſet uni è tribus. Cum autem ii non reipub. ſalutem reſpicerent, ſed ſuam quiſque potentiam augere niteretur, & ſibi & reipub. exitio fuère: hoc eſt, quod *graves principum amicitias*, dixit. *Torrent.* Vel *Principum*,

Octa-

Nondum expiatis uncta cruoribus,
Periculoſæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per igneis
Suppoſitos cineri doloſo.
Paulum ſeveræ Muſa tragœdiæ
Deſit theatris: mox ubi publicas
Res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes cothurno,
Inſigne mæſtis præſidium reis,
Et conſulenti Pollio curiæ:
Cui laurus æternos honores

Dal-

Octaviani, Lepidi, Antonii. *Et arma.*] Et arma ſanguine civili oblita, nondum lota, nec aliqua expiatione puta effecta.

5. *Nondum expiatis.*] Videtur ad veterum ceremonias reſpexiſſe, quibus à cæde commiſſa expiabantur rei. Turn. lib. 10. cap. 21.

6. *Periculoſæ opus aleæ.*] Antiqui vocabant *aleam*, non ludum tantum, taloſve quibus luditur; ſed quidquid incertum ex fortuito penderet eventu. Eadem etiam ratione belli civilis hiſtoriam *opus plenum periculoſæ aleæ* dicit, ob incertas eorum voluntates, de quibus quis, tam recenti adhuc hominum memoria ſcripſerit, ut ultor facile ad manum ſit. *Torrent. Aleæ.*] Opus plenum fortunæ, quæ, ut *alearum* luſus, dubium habebit eventum, tibique periculoſum, quod multorum vitia quum tu notaveris, in eo non paucis diſplicebis.

7. *Et incedis per ignes.*] Allegoria amœniſſima: namque ut ex ſcintillis reconditis, ſi moveantur incautius, maximæ ſæpe flammæ, omnia quæ ſunt obvia, ſecum rapiunt: ita principum vitia vel minima, ſi minus caute notentur, mox recrudeſcit memoria, & id vel ipſa morte gravius ferunt. *Cruquius.*

8. *Cineri doloſo.*] Cineri, qui tegit ignes ſubjectos.

9. *Paulum ſeveræ Muſa.*] Paulisper intermittat tua Muſa tragœdias ſcribere, eaſque ſcenæ committere. Turneb. lib. 10. cap. 21.

10. *Ubi publicas.*] Poſtquam belli civilis hiſtoriam (quæ res publicas continet) ſoluta oratione & ordine conſcripſeris.

11. *Grande munus.*] Tragœdiæ ſcriptionem, quæ grandia continet, revocabis.

12. *Cecropio cothurno.*] Sublimitate eloquentiæ, & ſtylo Tragico. *Heinſius*, ſcribendum credit, *Cecropii repetes cothurni. Cecropio repetes.*] Athenienſi cothurno (quo tragœdi in theatris calceabantur) ſic dicto à Cecrope Athenarum rege, qui primus ſcripſit tragœdias.

13. *Inſigne mæſtis.*] O Pollio, qui rei inſignis es patronus, & curiæ, id eſt, ſenatui, in ſtatuendo de rep. das conſilium, id à te expetenti. *Inſigne præſidium.*] Pollionis etiam oratoris laudem adjicit. *Præſidium reis.*] Id eſt, qui & cauſis agendis, reiſque defendendis & conſilio dando, ſententiaque dicenda, cum in ſenatu magnis de rebus conſultatur, multum vales. *Lambin.*

14. *Et conſulenti, &c.*] Imperatori, hiſtorico, poëtæ, oratori etiam optimi ſenatoris laudem accumulat. *Torrent.*

15. *Laurus æternos.*] Victoria, quæ lau-

Dalmatico peperit triumpho.
Jam nunc minaci murmure cornuum
Perſtringes aures : jam litui ſtrepunt :
Jam fulgor armorum fugaces
Terret equos, equitumque vultus.
Audire magnos, jam videor duces
Non indecoro pulvere ſordidos :
Et cuncta terrarum ſubacta,
Præter atrocem animum Catonis.
Juno, & Deorum quiſquis amicior
Afris, inulta ceſſerat impotens
Tellure : victorum nepotes
Rettulit inferias Jugurthæ.
Quis non Latino ſanguine pinguior.

Cam-

laurum meruit. *Æternos honores.*] Nihil enim Romæ majus quam triumphaſſe. *Torrent.*

16. *Dalmatico peperit.*] Salonam Dalmatiæ civitatem vicerat Pollio, de qua egerat triumphum.

17. *Jam nunc.*] Tam graphicè exprimis res geſtas ô Pollio, ut jam mihi videar non audire, ſed intereſſe prœliis quæ narras. *Minaci murmure.*] Murmure mortem minitanti.

18. *Perſtringis aures.*] Percutis, vel obtundis aures.

22. *Non indecoro pulvere.*] Pulvere glorioſo ſordidos, qui fortiter pugnantes pro patriæ libertate ceciderunt.

23. *Et cuncta terrarum.*] Et omnes terrarum partes imperio Rom. à Cæſare ſubjugatas, præter invictum animum Catonis.

24. *Præter atrocem animum.*] Ingens magni illius Catonis laus, citius orbem terrarum domari potuiſſe, quam viri unius animum inflecti. *Atrocem* autem Catonis *animum* vocat crudum, ac nullo unquam vitio tentatum : hoc enim *atrox* apud veteres ſignificat, teſte Nonio.

25. *Juno & Deorum, &c.*] Juno & alii Dii, qui Numidis faverant in bello Jugurthino, & Afrorum calamitate, neceque Jugurthæ offenſi; victores ipſos, nempe Romanos, eorumque poſteros Jugurthæ Manibus, tanquam victimas mactarunt ac parentarunt. *Lambin. Amicior.*] Qui faverat Numidis in bello Jugurthino.

26. *Inulta ceſſerat impotens.*] Ab Africa diſceſſerat, haud potens ſuum odium explere.

27. *Victorum nepotes.*] Romanorum poſteros nuper cæſos in Africa mactavit, tanquam victimas Jugurthæ manibus immolandas.

28. *Inferias Jugurthæ.*] Dictæ *inferiæ* mortuorum ſacra, quod inferis ſolvantur, ad placandos Manes. Sic Pallanti apud Virg. juvenes inferuntur. Ad hunc itaque morem reſpexit Horat. quo mox ſublato introducta gladiatorum paria, qui ante ſepulchra dimicarent: unde & *buſtuarii* appellati ſunt. *Torrent.* Sub *Jugurtha* Annibalem quoque intelligi vult & omnes Afros.

29. *Quis non latino ſanguine pinguior.*] Qui campus, factus pinguior Romanorum ſanguine, & ſepulchris, non teſtatur impia prœlia, in quibus civem ci-

vis

Campus ſepulcris impia prælia
Teſtatur, auditumque Medis
Heſperiæ ſonitum ruinæ?
Qui gurges? aut quæ flumina lugubris
Ignara belli? quod mare Dauniæ
Non decoloravêre cædes?
Quæ caret ora cruore noſtro?
Sed ne relictis Muſa procax jocis
Ceæ retractes munera næniæ:
Mecum Dionæo ſub antro
Quære modos leviore plectro.

ODE

vis trucidavit? quaſi diceret: Omnis campus eſt pinguior Romanorum ſanguine.

31. *Auditumque Medis.*] Auditum ab extremi orbis habitatoribus pro ſtragis magnitudine.

32. *Heſperiæ.*] Italicæ ruinæ.

33. *Qui gurges?*] Quæ aquarum congeries? Eſt lamentatio belli navalis.

34. *Dauniæ.*] Ex Daunia ſive Apulia, fortiſſimi olim milites; quare & *militarem* vocat ſupra Od. 22. *Cædes* vero pro cæſorum militum ſanguine dicere videtur. *Torrent.* *Dauniæ.*] Italorum cædes Dauniæ dictæ, à Dauno, rege Apuliæ, quæ pars eſt Italiæ.

35. *Decoloravêre.*] Sanguine infecere, & à proprio colore mutavere Lucan.

Tum primum rubuit civili ſanguine Nereus.

37. *Sed ne relictis Muſa procax jocis.*] Poëta dum tragicum laudat, ipſe penè tragicus factus eſt. revocat igitur ſuam Muſam à luctu & lamentis ad res amœnas, & amatorias, carmini lyrico aptiores. Ordo, & ſententia horum verborum hæc eſt: ſed tu, ô procax, id eſt, (petulans Muſa) ne iterum tractes lugubre carmen, primò inventum à Simonide poëta in Inſula Cea nato, jocis (id eſt, rebus laſcivis) relictis: quære mecum modos (id eſt, verſus faciliori ſtylo) ſub antro Dionæo (id eſt, ſub, antro Venereo) in quo res leves & Venereæ ſunt canendæ.

38. *Cea retractes munera næniæ.*] Turn. lib. 21. cap. 27. *Næniæ.*] Næniæ, carmen eſt lugubre, quòd cum lamentatione extremum atque ultimum defunctis canitur.

40. *Plectro.*] Plectrum, Latinè pecten, eſt inſtrumentum citharœdi, quò fides plectuntur, id eſt, percutiuntur, à πλήττω, percutio.

1. Nul-

ODE II. προσφωνητική.

Ad C. SALLUSTIUM CRISPUM.

Proculejum laudat ob liberalitatem in fratres. Contemptus pecuniæ, cupiditatumque refrænatio, ſolum regem efficit & beatum.

NULLUS argento color eſt, avaris
Abditæ terris, inimice lamnæ
Criſpe Salluſti, niſi temperato
Splendeat uſu.
Vivet extento Proculejus ævo:
Notus in fratres animi paterni:

Illum

1. *NUllus argento color.*] Pulcherrimum quidem aurum & argentum, quæ duæ metalli ſpecies, ſplendoris ſui veluti radiis, intuentium oculos perſtringunt, ſed perire colorem illum nitoremque ſignificat Horatius, cum nullum inde vitæ fructum commodumque accipimus; ſplendorem in uſu ipſo, non materia conſiſtere affirmans: carere enim ſatius eſt, quam non uti cum habeas. *Torr.* *Nullus argento.*] Ordo eſt: ô Criſpe Saluſti, inimici lamnæ, (id eſt, laminæ) ab avaris in terris abditæ, & defoſſæ, nullus eſt color, vel ſplendor argento, (id eſt, argentum nihil habet pulchritudinis) cujus nullus eſt uſus moderatus, Turneb. lib. 10. cap. 21. Alii leg. *abdito*.

2. *Inimice lamnæ.*] Cum Saluſtium inimicum lamnæ dicit terris abditæ; ad *lamenam Saluſtianam*, ſive *as Saluſtianum* vulgò dictum, ſine dubio alluſit: quod in Centrorum Alpino tractu primus effodit Salluſtius, de quo Plin. lib. 34. cap. 2. cum de orichalco agit. *Heinſius.*

3. *Criſpe Saluſti.*] Qui ad C. Salluſtium Criſpum, rerum Romanarum auctorem, carmen hoc ſcriptum fuiſſe arbitrantur, quod interpretes omnes facere video, hi non ſatis exacte temporum rationem obſervant. Credo ergo nepotem ejus fuiſſe, quem Annalium ſuorum initio commemorat Tacitus, omnium Liviæ & Tiberii ſecretorum ſub Auguſti exitu conſcium. *Torrent.*

5. *Extento.*] Ævo producto ad poſteros, id eſt, Proculejus vivet in æternum. *Proculejus.*] Exemplo probat, quod ante docuit. Atque equidem C. Proculejum intelligo, Terentiæ, uxoris C. Mæcenatis fratrem. De quo Dio initio lib. 54. Hic enim Auguſti temporibus gratia & auctoritate plurimum potuit, ejus bellis omnibus civilibus comes, quod ex Plutarcho in vita Antonii & Plinii lib. 7. cap. 45. facile conſtat. *Torrent.* Turn. lib. 28. cap. 24.

6. *Notus in fratres.*] Fratres Proculeji, quibus bello civili ſpoliatis, diviſo patrimonio ille ſuccurrerit, *Cæpionem* & *Murenam* vocat Acron. Atque equidem *L. Licinium Varronem Murenam* (de cujus unà cum Faunio Cæpione in Auguſtum conſpiratione Suetonius & alii) Proculeji ac Terentiæ fratrem fuiſſe autor eſt Dio initio lib. 54. Acron exiſtimabat Cæpionem fratrem Murenæ, quem conjurationis ſocium fuiſſe audiverat. *Torrent.* *Notus in.*] Nobilitatus propter animum paternum in ſuos fratres, qui hoſtes publici poſt Cæſaris victoriam judicati, omne patrimonium amiſerunt.

7. Illum

Illum aget penna metuente ſolvi
Fama ſuperſtes.
Latius regnes, avidum domando
Spiritum, quam ſi Libyam remotis
Gadibus jungas, & uterque Pœnus
Serviat uni.
Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, & aquoſus albo
Corpore languor.
Redditum Cyri ſolio Phraaten,

Diſſi-

7. *Illum aget.*] Porphyrion legit *agit*, ut & in vetuſtiſſimis exemplaribus ſcriptum eſt. Aptiſſimè etiam Horatius Famæ pennam tribuit, *pedibus celeri ac pernicibus alis*. Unde & *volare famam* vulgo dicimus. Et quia, quæ metuimus, ea ne contingant diligentiſſimè cavemus, factum eſt, ut *metuere* pro *cavere* dicatur. *Torrent.* Muret. var. lect. lib. 1. cap. 7. *Illum aget.*] Fama perennis Proculeio ſuperveniens, extollet eum penna cujus nulla unquam diſſolutio futura eſt: ſignificatur æternitas, quæ neque perit, neque perire metuit.

9. *Latius regnes, &c.*] Poſtquam liberalitatem commendavit, oſtendere voluit, quomodo contrarium ei vitium tolli poſſit: docens interim, quanto glorioſius ſit, ſibi ipſi quam aliis imperare: non quo Saluſtium inſtruat, ſed ut vitæ ejus inſtitutum collaudet. Pulcherrimum ergo regnum ſe ipſum regere. Nam terrarum orbis ſuis finibus concluditur; humanus vero animus nullis ſpatiis continetur, quod Alexandri Macedonis immenſa cupiditas oſtendit. Stoïci enim dicunt tollendos eſſe affectus, non tolerandos: & Poëta lib. 3. Od. 14.

Eradenda cupidinis pravi ſunt elementa.

Torrent, *Latius regnes.*] Latius poſſis regnare, ſi animum tuum à cupiditatibus refrænes, quam ſi orbem univerſum poſſideas.

10. *Remotis.*] Gadibus disjunctis, & procul ſitis ab ipſa Libya. Gades oppidum eſt Hiſpaniæ à Pœnis conditum.

11. *Et uterque Pœnus.*] Tam Carthago, quæ eſt in Africa, quam illa Carthago, quæ eſt in Hiſpania, *Spartica* dicta. *Uterque Pœnus.*] Id eſt, Eous & Occiduus, qui Gaditanus eſt. Turneb. lib. 30. cap. 5.

12. *Uni.*] Tibi uni.

13. *Creſcit indulgens.*] Hydropicus dum bibendi deſiderio obſequitur, morbum ſuum auget. *Dirus hydrops.*] Hydrops morbum ipſum ſignificat, quo corpus intumeſcit contra naturam, & qui eo morbo laborat *hydropicus* dicitur. Atqui hoc loco morbi nomen ad ægrum tranſtuliſſe videtur. *Torrent.*

14. *Cauſſa morbi.*] Cauſſa morbi proxima, eſt nimius ille humor, depravato jam ſanguine à jecinore vehementer refrigerato, dimanans; qui quamdiu venis hæſerit, fieri nequit, ut ſanetur æger. *Torrent.*

15. *Fugerit venis.*] Fugerit è venis, id eſt, ex hépate infirmato *Et aquoſus.*] Et niſi fugerit ex pallido, & pigro corpore ipſe hydrops, qui aquam inducendo facit languorem in corpore.

17. *Redditum Cyri.*] Lambinus in hi-

 ſtoria

Diſſidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus, populumque falſis
Dedocet uti
Vocibus: regnum, & diadema tutum
Deferens uni, propriamque laurum,
Quiſquis ingenteis oculo irretorto
Spectat acervos.

ODE

ſtoria parum diligens eſt. Nos lectorem obiter monebimus, ut ſi locum hunc penitius velit intelligere, Juſtinum adeat loco infrà citato, & Dionem extremo libro 54. Phraate enim ob tyrannidem in exilium à ſuis acto, regnum Tiridates occupavit. Sed Auguſtus Phraaten reſtituit, Tiridatem Romæ regifico ſumptu aluit. Sumpta ergò hinc occaſione, Poëta noſter ex decreto philoſophiæ, negat Phraaten, quia regno reſtitutus ſit, in beatorum numerò collocandum: cum ſolus beatus ille ſit, ſolus rex, qui ſe ipſo contentus, ingentes divitiarum acervos deſpicit ac contemnit. *Cyri* igitur *ſolium* Parthorum regnum vocat. Vide Juſtin. lib. 42. *Torrent.* Turneb. lib. 6. cap. 2. *Redditum Cyri ſolio, &c.*] Ordo eſt: virtus diſſidens plebi, (id eſt, virtus à plebe diſcrepans) eximit numero beatorum, (id eſt, beatum non reputat) Phraaten redditum ſolio Cyri, (id eſt, in Cyri ſedem reſtitutum) & virtus dedocet, (id eſt, virtus ſecus docet) populum uti falſis vocibus, deferens uni (id eſt, ſapienti) regnum, & tutum diadema, & deferens propriam laurum, id eſt, gloriam ſpecialem, & perpetuam, ei, qui ſpectat ingentes acervos, (id eſt, qui intueri poteſt pecuniæ cumulos) oculo irretorto, (id eſt, oculo continenti) qui ad aſpectum pecuniæ non magis movetur, quàm lapis. *Phraaten.*] Perſarum regem, Cyri filium. Glareanus *Phraorten* legendum cenſet.

18. *Diſſidens plebi.*] Ad naturæ enim præſcriptum, non vulgi opinionem vivendum. Cruquius veriorem credit lectionem eſſe codicum Bland. *diſſidens plebis*, ita ut τὸ *diſſidens* verbale, cum genitivo *plebis*, perpetuam quandam & quaſi naturalem diſceſſionem à plebe denotet. judicet lector doctus.

19. *Populumque.*] Populus inter beatos, reges, ac omnes alios divites, numerat.

23. *Oculo irretorto.*] Et cum plurima in oculis animi ſint indicia; tum illud præcipuum fortitudinis & conſtantiæ, non connivere, præſertim ad ullam comminationem, quod qui præſtat, invictus ſit. Ergo Horatius oculos irretortos vocat, qui non nictent, neque conniveant. quos quoniam auri fulgor non præſtringat, ſignum ſit animum quoque adverſus omnem cupidinem eſſe invictum. *Rectis* ergo *oculis intueri*, idem eſt, quod *irretortis*, non obliquis, non ſtrabis, ut invidi ac malè affecti ſolent. Nam qui aliquid, quod nolint, vident; quique præ invidia ſtrabi identidem redduntur, iis etiam *oculos dolere*, antiquitus dictum. *Torrentius.* Turneb. lib. 10. cap. 21.

1. Æquam

ODE III. παραινετική.

Ad DELIUM.

Moderate ferenda ùtraque eſt fortuna, & hilaritèr vivendum, quum omnibus impendeat æqua moriendi conditio.

ÆQUAM memento rebus in arduis
Servare mentem, non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitia, moriture Deli.
Seu mæſtus omni tempore vixeris,
Seu te in remoto gramine per dies
Feſtos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni:
Quo pinus ingens, albaque populus
Umbram hoſpitalem conſociare amant
Ramis, & obliquo laborat

Lympha

1. *ÆQuam memento.*] Mentem æquabilem, non fractam in rebus adverſis.

3. *Ab inſolenti.*] A geſtiente, & profuſa hilaritate temperatam in rebus ſecundis.

4. *Moriture Deli.*] Torrentius *Delli* ſcribendum eſſe contendit: quia credit hunc *Dellium* fuiſſe, cujus non uno in loco lib. 1. apud Dionem fit mentio. Paulo enim ante pugnam Actiacam ab Antonio transfugit ad Cæſarem. Sed & Plutarchus amorum Antonii & Cleopatræ Dellium quodammodo conciliatorem facit. Deinde dubitat etiam Torrentius an non *Dillius* legendum pro *Duillius* ſive *Duellius*. In antiquiſſimo codice Bland. invenit Cruquius *Bellium*, quod pro *Gellio* poſitum credit. *Moriture Deli.*] O Deli, qui moriturus es, ſive mæſtus vixeris, ſive hilaris.

6. *Seu te in remoto.*]. Seu te recumbentem ad bibendum feceris beatum in gramine remoto, id eſt, in loco herboſo à frequentia hominum remoto, & ſecreto.

7. *Bearis.*] Hoc eſt tantiſper, dum voluptatibus iſtis frueris, beatum feceris. Beatam enim vitam in ſecuritate atque indolentia ponebat Epicurus; nec aliud ei *beatè vivere*, quam cum voluptate vivere. *Torrent.*

8. *Interiore nota.*] Turneb. lib. 1. Adverſ. cap. 1. & *Joh. Brodaeus* Miſcell. 1. cap. 3. *Interiore nota.*] Vino optimo, & vetuſtiſſimo, quale erat Falernum in interiore parte cellæ vinariæ reconditum, Conſulum nominibus vini cadis inſcriptis, ad tempus, & vini præſtantiam ſignificandum.

9. *Quo pinus.*] Lambinus legit, *Qua. Quo pinus.*] In quo gramine. *Albaque populus.*] Populus arbor, cujus frondes internæ ſunt albæ.

10. *Amant.*] Φιλοῦσιν, id eſt, ſolent, more Græco, quod Cruquio non placet. *Amant.*] Amanter conſociant ſuos ramos ad umbram faciendam, quæ velut hoſpitium ſit epulantibus.

11. *Obliquo laborat.*] Rivus enim quo incurvus magis ac tortuoſus, eo & luctatur magis ac ſonorior eſt: unde &

loqua-

Lympha fugax trepidare rivo.
Huc vina, & unguenta, & nimium breves
Flores amœnæ ferre jube roſæ:
Dum res, & ætas, & ſororum
Fila trium patiuntur atra.
Cedes coëmptis ſaltibus, & domo,
Villaque, flavus quam Tiberis lavit:
Cedes, & extructis in altum
Divitiis potietur hæres.
Diveſne, priſco natus ab Inacho,
Nil intereſt, an pauper, & infima
De gente ſub dio moreris,
Victima nil miſerantis Orci.

Omnes

loquaces Nymphæ lib. 13. Od. 13. à ſtrepitu nempe illo quem aqua, cum obliquis fertur ſpatiis, jucundiorem reddit. *Torrent.*

12. *Lympha fugax.*] Bene *fugacem* vocat *lympham*, quæ propter fluorem illum, & quia natura deorſum fertur, conſiſtere nequit. *Trepidare* autem quaſi ſtrepitare dici volunt, à pedum ſtrepitu, qualis repentino aliquo motu concurſantium eſſe ſolet. Unde etiam pro timere ac feſtinare accipitur. *Torrent. Trepidare rivo.*] Trepide fluere, & cum murmure.

13. *Huc vina.*] Ad hunc locum. *Nimium breves.*] Etſi parum refert, tamen *brevis* mallem ſecundo caſu, ut *breve lilium* dixit. Rectè ergò & Juvenal. Sat. 9.

—— Feſtinat enim decurrere velox
Floſculus, anguſtæ miſeræque breviſſima vitæ
Portio. ——

Adoleſcentiam *Floſculum* vocans, quæ & *bona ætas* appellatur teſte Nonio. *Torrent. Brevis.*] Roſæ citò deflorescentis.

Quam longa una dies, ætas tam longa roſarum eſt. Virg.

14. *Flores roſæ.*] Flos ipſe roſa eſt. Aptiſſime autem vina, unguenta ac roſam Gratiis Amoribuſque dicatam conjungit, ut ſæpe Anacreon. *Torrentius.*

15. *Dum res.*] Dum res familiaris, & ætas juvenilis patiuntur, & dum Parcæ etiam patiuntur, quarum fila dicuntur atra, quod omnibus mortem minentur.

17. *Cedes coëmptis.*] Diſcedes ab omnibus divitiis, & à villa etiam quam Tiberis præterfluit.

18. *Flavus quam.*] Vide Oden 1. lib. 1. *Tiberis lavit.*] Dicimus *lavere* & *lavare*: ſed *lavere* frequentius, pro humectare, ſi Priſciano credimus.

19. *Et extructis.*] Et divitiis coacervatis potietur hæres, fortaſſe ingratus.

21. *Inacho.*] Argivorum rege.

23. *Sub dio.*] An vivas ſine domo, & ſub cœlo nudo habites. *Sub dio.*] Miror ſic ubique Lambinum ſcribere, cum & vetuſta exemplaria *ſub divo* habeant. *Torrent.*

24. *Victima nil.*] Tu exiſtens victima Plutoni mactanda, id eſt, qui es moriturus. *Nil miſerantis Orci.*] Ab urgendo *Orcus* dictus, auctore Feſto, quod is Deus maximè ad mortem urgeat: unde proverbium, *Orco implacabilior.*

Omnes eòdem cogimur, omnium
Verſatur urna: ſerius, ocyus
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impoſitura cymbæ.

bilior. Nil miſerantis Orci.] Orci, quem nullius miſeret.

25. *Omnes eodem.*] Omnes ad mortem compellimur. *Omnium verſatur urna.*] Janus Douza, ſic hunc locum legit: *Omnium Verſatur urnâ ſerius, ocyus, Sors exitura.* Urna enim auferendi, non nominandi caſu poſita hoc loco. *Omnium.*] Ordo eſt: ſors omnium exitura ſerius, vel ocyus, & nos impoſitura cymbæ in æternum exilium, verſatur in urna.

26. *Verſatur urna.*] Idem eſt, *verſari ac moveri urnam*: quod priuſquam ſortes extrahant, confundi eas urnæ agitatione ſolenne ſit. Et cum non conſtet ratio, cur alii aliis citius tardiuſque moriantur, quadam veluti ſortitione mori videntur. *Torrent.* *Urnâ.*] In urna fatali, in quam conjiciuntur omnium ſortes vitæ mortiſque. *Serius, ocyus.*] Sive tardius, ſive celerius moriendum eſt.

27. *Æternum Exilium.*] Sortiti enim hunc terrarum orbem veluti domicilium quoddam, morte mutamus ſolum, nunquam redituri. Plures libri *Exitium* legunt. *Torrent.*

28. *Cymba.*] Navi Charontis, quæ animas per Acherontem fluvium traducit.

ODE IV. προσφωνητική.

Ad XANTHIAM PHOCEUM.

Non eſt cur Xanthias erubeſcat, quod Phyllida ancillam amet, quum multis magnis viris idem uſu venerit.

NE ſit ancillæ tibi amor pudori,
Xanthia Phoceu: prius inſolentem
Serva Briſeis niveo colore
Movit Achillem.
Movit Ajacem Telamone natum

Forma

1. *NE ſit ancilla, &c.*] Romani contemptim *Ancillariolos* vocabant eos, qui tam humilem ac ſordidam Venerem ſectarentur, ut Martialis lib. 12.

Ancillariolum tua te vocat uxor, at ipſa
Lecticariola eſt. eſtis Alarda pares.

Ne ſit ancilla.] Ut non pudeat te amare ancillam Phyllidem.

2. *Prius inſolentem.*] Achillem antea non amare ſolitum. *Inſolentem Achillem.*] Arrogantem & ferocem & factorum ſuorum ſuperbia elatum. *Inſolens* enim, ut Donatus ait, eſt qui præter legem agit humanam ac naturalem: qualem reponi vult Horatius ad Piſones:

Iura neget ſibi nata, nihil non arroget armis. Torrent.

3. *Serva Briſeis.*] Ex Lyrneſſo capta: ergo ſerva, jure belli. *Niveo colore.*] Colore candido, id eſt, ſua pulchritudine.

5. *Telamone natum.*] Non Ajacem, qui fuit Oilei filius.

6. For-

Forma captivæ dominum Tecmeſſæ:
Arſit Atreides medio in triumpho
Virgine rapta:
Barbaræ poſtquam cecidère turmæ
Theſſalo victore, & ademptus Hector
Tradidit feſſis leviora tolli
Pergama Grajis.
Neſcias, an te generum beati
Phyllidis flavæ decorent parentes:
Regium certe genus, & penateis
Mœret iniquos.
Crede non illam tibi de ſceleſta
Plebe delectam: neque ſic fidelem,

Sic

6. *Forma captiva.*] Pulchritudo Tecmeſſæ, quæ ex Ajace filium peperit Euryſacen.

7. *Atrides medio.*] Agamemnon Atreï filius in media victoria vehementer amavit Caſſandram. *Medio in triumpho.*] Triumphum vocat ἅλωσιν Trojæ, triumpho dignam. *Torrent.*

8. *Virgine rapta.*] Caſſandra Priami filia, è templo Palladis rapta à Græcis.

9. *Barbaræ poſtquam.*] Phrygiæ turmæ, quia Phryges proprie barbari dicebantur.

10. *Theſſalo victore.*] Recte Achillem victorem vocat; quamquam enim ante captum Ilium à Paride interfectus fuerit; viciſſe tamen videtur, per quem factum eſt, ut cæſo Hectore, ac tot viris fortiſſimis, Troja caperetur. Tum ſequitur *Ademptus Hector tradidit:* pro adempto Hectore factum ut traderentur Pergama. *Torrent. Theſſalo victore.*] Achille, qui fuit ex Laryſſa urbe Theſſaliæ. *Et ademptus Hector.*] Et poſtquam Hector morte peremptus ab Achille, tradidit, Græcis decennali bello feſſis, Pergama leviora tolli, id eſt, faciliora, ut tollerentur, & everterentur.

11. *Feßis.*] Sic Virgilius:

—— Fracti bello fatiſque repulſi
Ductores Danaum tot jam labentibus annis.

13. *Neſcias, an.*] Fortaſſe tali loco nata Phyllis eſt, ut tibi honeſtum ſit eam amare. *Lambin. Neſcias, an.*] Incertum eſt, an pulchra Phyllis (quamvis captiva) ſit ſummo loco nata. *Beati.*] Parentes nobiles, & divites.

15. *Regium genus mœret.*] Id eſt, mœrendo commemorat, non quod generis eam pœniteat. *Penates iniquos.*] Qui ſcilicet tutelæ ipſorum fidentem tam dura ſorte in ſervitutem cadere permiſerint. *Torrent. Iniquos penates* cenſet Cruquius, quibus augendæ rei familiaris nulla cura eſt. *Regium certe.*] Dolet certè ſe tam regiis parentibus ortam penates ſibi habere inimicos, adeo ut jam captiva ſit, & præ paupertate ſuo ſtemmati reſpondere nequeat.

17. *De ſceleſta plebe.*] Sceleſtus, interdum eſt δυστυχὴς, non ſemper ὁ μιαρὸς, id eſt, *infelix*. Plaut. in Moſtell.

Sceleſtiorem ego annum argento fœnori
Nullum unquam vidi.

Heinſius. *De ſceleſta.*] Impura, & abjecta plebe eſſe natam.

18. *Plebe delectam.*] Tres codices habent *dilectam*. Atque ita haud dubiè

ſcri-

Sic lucro adverſam potuiſſe naſci
Matre pudenda.
Brachia, & vultum, tereteſque ſuras
Integer laudo: fuge ſuſpicari,
Cujus octavum trepidavit ætas
Claudere luſtrum.

ſcribendum eſt, auctore Feſto. *Di* enim & *dis*, ſegregativæ ut ita dicam particulæ ſunt. Secernimus enim à multis quos retineamus; atque hinc *diligere* etiam amare ſignificat. Et alioqui minus hic dubitandum; non enim pro arbitrio Phyllidem hanc ſibi legit Xanthias, ſed belli ſorte oblatam adamavit. Atqui in dilectu faciendo judicium præcedit. *Torrentius.* *Neque ſic fidelem.*] Hæc ad Phyllidis laudem pertinere dicunt, Cruquius contrà ironicōs accipienda putat. *Neque ſic fidelem.*] Neque crede mulierem tam fidelem, & à lucro abhorrentem potuiſſe naſci à matre erubeſcenda, id eſt, à matre, quæ propter vitæ turpitudinem ſuis liberis eſt pudori.

19. *Lucro averſam.*] Libri meliores *adverſam* habent. *averſam* tamen retineo, ut *averſus mercaturis*. Generoſum autem animum lucri contemptus arguit. *Torrent.*

21. *Tereteſque ſuras.*] Tibias longas, & rotundas.

22. *Integer laudo.*] Integrè ſe ac ſincerè laudare Phyllidem dicit. *Fuge.*] Pro noli. Id nunc credi vult ob ætatem quoque, natus annos quadraginta: tunc enim calor ille adoleſcentiæ deferbuit. *Torrent.* *Integer laudo.*] Caſtus laudo. *Fuge ſuſpicari.*] Noli ſuſpicari me Phyllidis amore eſſe captum, quod eam laudo, quippe quadragenarius ſum, id eſt, languidior ad res venereas, quam adoleſcens annos viginti natus.

23. *Trepidavit ætas.*] Cujus ætas properavit finire octavum luſtrum, id eſt, quinquennium octavum, ſcilicet 40. annos.

ODE V. In LALAGEN.

Pulcherrima Lalage eſt virgo viro immatura, ergo ab ejus cupiditate mens revocanda.

NONDUM *ſubacta ferre jugum valet*
Cervice: nondum munia comparis

Æqua-

1. N*ondum ſubacta, &c.*] Pulcherrima intactæ adhuc bovis cum immatura virgine comparatio, atque adeo tota hæc Oda allegorica eſt, niſi quod ſub finem juvencæ nomine Lalagen ſe intelligere oſtendit. *Juges* autem, inquit Feſtus, *ejuſdem jugi pares:* unde & *conjuges*, *ſejuges*. Et quia ut jugi, ſic matrimonii quoque onera pariter ferenda ſunt: hinc factum ut *jugi* vocabulum, & ea quæ à jugo veniunt, ad matrimonium & ad res matrimoniales paſſim transferantur. *Torrent.* *Nondum ſubacta.*] Lalage nondum eſt ad concubitum matura. Metaph. eſt perpetua, ducta à juvenca, quæ nondum ſubiit jugum, nec taurum irruentem ferre queat.

2. *Cervice.*] Cervice ſubacta, id eſt, ſuppoſita: vel domita. *Nondum munia.*] Nondum officia conjugii valet exæquare cum ſuo pari id eſt, marito.

Æquare: nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
Circa virenteis eſt animus tuæ
Campos juvencæ: nunc fluviis gravem
Solantis æſtum, nunc in udo
Ludere cum vitulis ſalicto
Prægeſtientis. tolle cupidinem
Immitis uvæ: jam tibi lividos
Diſtinguet Autumnus racemos
Purpureo varius colore.
Jam te ſequetur. currit enim ferox
Ætas: & illi, quos tibi dempſerit,
Apponet annos. jam proterva
Fronte petet Lalage maritum.

Dile-

Munia comparis.] Idem, ut ſi *conjugis* diceret.

3. *Nec tauri.*] Perſiſtit in allegoria. Juriſconſulti autem noſtri *virum ferre* ac *virum pati* poſſe dicunt virgines, quæ jam nubiles ſunt ac maturæ viro. eademque ratione *viripotentes* appellant, venuſta admodum compoſitione. *Torrentius. Tauri ruentis.*] Pondus viri robuſti ad concubitum prompti.

6. *Iuvencæ.*] Tuæ puellæ.

7. *Solantis æſtum.*] Refrigerantis æſtum.

9. *Prægeſtientis.*] Vehementer cupientis ludere non cum tauris moroſis, ſed cum vitulis lætis in udo ſalicto, id eſt, in loco, ſalicibus conſerto. *Tolle cupidinem.*] Eſt alia allegoria ducta ab immatura.

10. *Immitis uvæ.*] Puellæ impuberis, ad concubitum propter teneriorem ætatem ineptæ. *Lividos diſtinguet.*] Jam tibi, inquit, Autumnus ipſo colore indicium faciet, quid tutò carpas, quidque adhuc relinquas.

11. *Diſtinguet Autumnus.*] Autumnus tibi fructus maturos depinget, id eſt tempus ſubſequens iſtam tibi virginem maturabit.

12. *Purpures varius colore.*] Id eſt, diſtinctus & ornatus purpureo colore, id eſt, pomis & uvis purpurei coloris. *varius* ni fallor, idem ferè valet, quod πεποικιλμένος, id eſt, diſtinctus ac depictus. *Torrent.*

13. *Jam te ſequetur.*] Puella, quæ propter ætatem immaturam te nunc refugit, propediem matura, te ultrò petet. *Currit, &c.*] Non tarda eſt ætas, cito pede labitur. *Ferox ætas.*] Sic juventutem vocat, quod ætas illa ob ſanguinis fervorem feroces nos faciat. *Torrent.*

14. *Et illi, quos.*] Et ætas, id eſt, tempus adjiciet tuæ Lalagi florentes annos, quos tibi detraxit, id eſt, illa matureſcet, tu verò ſeneſces. *Quos tibi dimiſerit.*] Tibi, hoc eſt, ætatis tuæ floſculo, ut quod tibi decedit, illi accedere quodammodo videatur. *Torrent.*

15. *Jam proterva.*] Jam vel ipſa tacente, vultus ille protervus ac lubricus, indicio erit, ultrò eam maritum appetere. *Jam proterva.*] Jam tua Lalage te maritum petet fronte inverecunda, id eſt, non pudebit eam maritum petere.

17. *Di-*

Dilecta, quantum non Pholoë fugax,
Non Chloris: albo ſic humero nitens,
Ut pura nocturno renidet
Luna mari, Gnidiuſve Gyges:
Quem ſi puellarum inſereres choro,
Mire ſagaceis falleret hoſpites:
Diſcrimen obſcurum, ſolutis
Crinibus, ambiguoque vultu.

17. *Dilecta, quantum.*] Dilecta à quocunque, qui eam viderit, magis quam Pholoë, & Chloris fœminæ pulcherrimæ. *Fugax.*] Viros fugiens, ut inde plus ametur.

18. *Albo ſic humero.*] Lalage ſic ſplendens humeris albis, quemadmodum luna pura, id eſt, luna nullis nebulis obducta reſplendet in mari tempore nocturno.

20. *Cnidiuſve Gyges.*] Puer formoſiſſimus Cnidius dictus ex Cnido inſula Veneri dicata.

21. *Quem ſi puellarum.*] Quem Gygen, ſi inter puellas proſtitueres, diſcrimen obſcurum, id eſt, parva differentia falleret peregrinos quantumvis acutos, & perſpicaces. Nam ignoraretur ille ab hoſpitibus, qui eum aſpiciant, quia crinibus longis utitur, & intonſis, faciemque habet tam venuſtam, & politam, ut ambigi poſſit, ſitne puer, an puella.

23. *Diſcrimen obſcurum.*] Incertum, quod ægre internoſci queat.

24. *Ambiguo vultu.*] De quo ambigeres ad obtutum, maſculuſne eſſet, an puella. *Cruquius.*

ODE VI. προσφωνητική.

Ad SEPTIMIUM.

Optat habere ſuæ ſenectutis ſedem, Tibur, & Tarentum, quorum laudat amœnitatem.

SEPTIMI *Gades aditure mecum, &*
Cantabrum indoctum juga ferre noſtra, &
Barbaras Syrteis, ubi Maura ſemper
Æſtuat

1. *Septimi Gades.*] Porphyrion vocat hunc Septimium equitem Romanum, Horatii commilitonem. Amicum certe fideliſſimum fuiſſe neceſſe eſt, qui ad tam longinqua & diſſita loca comitem ſe offerat. *Torrentius. Gades aditure.*] Qui, ſi opus eſt, mecum aditurus es Gades ultimam Hiſpaniæ inſulam.

2. *Cantabrum indoctum.*] Cum hæc ſcribebat Horatius, nondum Agrippa Cantabriam Auguſti auſpiciis perdomuerat. *Torrentius.* De Cantabrorum moribus & vitæ genere, Strabo lib. 3. De victoria Cæſaris in Cantabros, Aſtures, &c. *Florus* lib. 4. cap. 12. *Cantabrum indoctum.*] Populum Hiſpaniæ ferociſſimum, qui nondum didicit Romano Imperio obedire.

3. *Barbaras Syrtes.*] Syrtes inhoſpitales. Vide Od. XXII. lib. I. *Ubi Maura.*] Ubi unda Africana veluti fervens exun-

Æſtuat unda:
Tibur Argeo poſitum colono
Sit meæ ſedes utinam ſenectæ,
Sit modus laſſo maris, & viarum,
Militiæque.
Unde ſi Parcæ prohibent iniquæ,
Dulce pellitis ovibus Galeſi
Flumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
Ille terrarum mihi præter omneis
Angulus ridet: ubi non Hymetto
Mella decedunt, viridique certat

Bacca

exundat. *Maura unda.*] Cruquius dubitat, an non legendum *Malva*, quod flumen eſſe dicit maximum ab Oriente ad Mauritaniam Tingitanam, quæ Africæ eſt ultima. *Oroſius* lib. 1. cap. 2.

5. *Tibur Argeo.*] Duo fideliſſimi codices *Argivo*. *Poſitum colono.*] Tibur conditum à Tiburno colono Argivo.

7. *Sit modus.*] Utinam Tibur ſit finis mihi, navigationibus, itineribus, & militia defatigato.

9. *Unde, ſi Parca.*] A quo Tibure ſi Parcæ, id eſt, tres ſorores lanificæ (Erebi, & Noctis filiæ) me prohibent.

10. *Pellitis ovibus.*] De ovibus Tarentinis, quas & *Græcas* vocabant, loquitur; quæ ad hirtarum differentiam *tectæ* etiam & *pellitæ* dicebantur; quod pellibus deſuper adverſus aëris injuriam tegebantur, uti cæteris molliores. Varro lib. II. cap. II. rei ruſt. Colum. lib. 7. cap. 4. Errant itaque qui *pullatis* legi debere contendunt. *Torrent.* *Pellitis ovibus.*] Adibo Galeſum Calabriæ fluvium juxta Tarentum, ubi oves aliis pellibus præterquam ſuis ſunt coopertæ propter excellentem lanæ bonitatem, ne ſua vellera inquinentur ad tincturæ nocumentum.

11. *Et regnata petam.*] Et adibo Tarentum, in quo regnavit Phalantus Lacedæmonius, quo duce Lacones Apollinis oraculo Tarentum condiderunt. *Regnata petam Laconi.*] Tarentum dicit, quæ urbs fuit magnæ olim Græciæ clariſſima, ſita in peninſula: unde & *angulum* appellat Poëta. & originem quidem à Cretenſibus habuit, quorum Dux *Taras* Neptuni filius, ei nomen dediſſe traditur; idque veteres etiam nummi atteſtantur; poſtea vero Parthenii Lacedæmone incertis patribus orti, duce Phalanto locum occuparunt, ac cum pleraque alia, tum flumen ibi repertum patriis nominibus appellarunt. vide Juſtin. lib. 3. *Torrent.*

14. *Ridet, ubi non.*] Arridet, placet. *Ubi non Hymetto.*] Ut intervina *Falerna*, ſic inter mella *Hymetto*, palma olim dabatur. At Tarentina mella cum Hymettiis contendere vult Horatius, cum *decedendi* verbo utitur. Nemo enim inferiori, aut etiam pari de via cedit, vel prætereunti aſſurgit. Qui honor cum majoribus tantum tribuatur, hinc [illegible] *decedere* & *aſſurgere* dicimus, pro imparem ſe fateri. *Torrent.* *Hymetto.*] Ubi mella non dant locum, id eſt, ubi mella non ſunt deteriora melle ſuaviſſimo, quod colligunt apes in Hymetto Atticæ monte, thymo, aliiſque herbis odoriferis abundante.

16. *Bacca*

Bacca Venafro:
Ver ubi longum, tepidaſque præbet
Jupiter brumas, & amicus Aulon,
Fertili Baccho minimum Falernis
Invidet uvis.
Ille te mecum locus, & beatæ
Poſtulant arces: ubi tu calentem
Debita ſparges lacryma favillam
Vatis amici.

ODE

16. *Bacca Venafro.*] Et ubi oliva propter bonitatem contendit cum oliva, quæ oritur in Venafro, oppido in Campaniæ littore ſito: vel pro agro ei oppido vicino: oleumque Venafranum commendat Serm. 2. & 8. lib. 2. De quo etiam Plin. lib. 15. cap. 2. unde & Martialis diſtichon illud lib. 13. intelligitur:

Hoc tibi Campani ſudavit bacca Venafri,
Unguentum quoties ſumis & iſtud olet.

18. *Juppiter.*] Aër. *Aulon Fertili Baccho.*] Sic pleraque exemplaria. *Canterus* tamen & *Paſſeratius* exiſtimant legendum eſſe *fertilis.* Ego veterem lectionem ſervo, ut Aulon Baccho fertili *amicus* ab Horatio dicatur, quemadmodum *Bacchi cura Falernus ager* à Tibullo. Poſſumus etiam ſic interpretari, ut *fertili Baccho* ſexti caſus ſit per Metonymiam pro vite, cujus feracitate Aulon amicus ſit dominis, nempe ob commoda quæ inde proveniunt. *Torrent. Aulon.*] Aulon mons eſt Tarento vicinus, ferax, fertilis uvis, cujus uva non invidet, id eſt, non cedit, neque eſt deterior uvis Falernis. De Aulone monte Martialis:

Nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulon,
Det pretioſa tibi vellera, vina mihi.

21. *Ille te mecum.*] Ille locus, ubi hæc omnia ſunt. *Beatæ.*] Beatæ arces, id eſt, fertiles montes.

22. *Poſtulant arces.*] Non fruſtrà *arces* dixit, ob arcem illam Tarenti olim munitiſſimam, de qua Polybius Fragmento lib. 8. & Liv. lib. 25. & alioqui loca omnia editiora *arces* vocant poëtæ. *Torrent. Ibi tu calentem.*] Ibi tu mihi mortuo juſta perſolves, favillam calentem, id eſt, cineres meos lachrymis conſpergens.

23. *Debita ſparges.*] Quod ſupremum eſt lugentis defunctum amici munus, poſtulat, ut conditos urna cineres lacrymis ſpargat. hinc illa paſſim obvia in Epitaphiis verba, CUM LACRYMIS POSUIT. Quin & ampullæ in urnis reperiuntur exiguæ, quas impletas lacrymis ſepulcris inferebant. uſque adeo & non humari & ſine lacrymis humari infauſtum erat: ut

Nos viles animæ inhumata infletaque turba.

Torrent. *Debita ſparges.*] Lachryma debita propter noſtram amicitiam.

24. *Vatis amici.*] Tui Horatii.

1. Sæpe

ODE VII. Ad POMPEIUM, Vel ut alii, POMPILIUM VARUM.

Cui reditum gratulatur in patriam.

O SÆPE *mecum tempus in ultimum*
Deducte, Bruto militiæ duce,
Quis te redonavit Quiritem
Dîs patriis, Italoque cælo,
Pompei, meorum prime ſodalium?
Cum quo morantem ſæpe diem mero
Fregi, coronatus nitenteis
Malobathro Syrio capillos.
Tecum Philippos, & celerem fugam
Senſi, relicta non bene parmula:

Quum

1. SÆpe mecum.] Ordo eſt, ô Pompei prime meorum ſodalium ſæpè deducte mecum in ultimum tempus (id eſt, qui ſæpe mecum deductus fuiſti à Bruto in periculum mortis) quis redonavit te Quiritem diis patriis Italoque cœlo? id eſt, quis te patria ejectum, iterum fecit civem Romanum? *Tempus in ultimum.*] Vocat *ultimum* tempus, ut alìubi *ſupremum*, quo morti proximos nos eſſe credimus. *Torrent.*

3. *Redonavit.*] Tanquam poſtliminio reverſum alloquitur, hoc eſt, qui ab hoſtibus captus, ad patriam remeaverit, & jus Quiritum recuperaverit. *Torrent.*

4. *Diis patriis.*] Sic Virg. 2. Æneid. *Dii patrii ſervate domum.* ut apud Græcos θεοὶ πάτρῳοι & πατρῷοι. Macrob. lib. 3. cap. 4. *Italoque cælo.*] Italæ regioni.

5. *Prime ſodalium.*] Princeps, vel amiciſſime meorum ſodalium.

6. *Morantem ſæpe.*] Diem longum, æſtivum.

7. *Fregi.*] Diem frangere, eſt partem diei in vino & poculis ponere, & tranſigere. Vide Oden 1. lib. 1. *Coronatus nitenteis.*] Habens capillos coronatos, & delibutos Malobathro, quod eſt unguentum Syrium pretioſiſſimum, factum ex folio in Indicis paludibus naſcente ſine radice.

8. *Malobathro Syrio.*] Joſ. Scaliger in Propert. *Syrium* dici vult, non quod in Syria naſceretur, ſed quod ex India, ubi naſcitur, Antiochiam Syriæ emporium adveheretur. Græci μαλάβαθρον ſcribunt, & per antonomaſiam φύλλον appellant, ut Latini *folium*, unde *foliatum*. Vide Plin. lib. 12. cap. 4. *Torr.*

9. *Philippos.*] Ubi Caſſius, & Brutus ſunt victi.

10. *Senſi, relicta.*] Vidi, & expertus ſum. *Relicta parmula.*] Probroſum enim militi haſtam clypeumve metu abjicere; quod qui faciunt ῥίψασπιδες appellantur. Atque adeò apud Græcos omnes infamia notabantur, qui ordinem deſerebant, aut clypeum abjiciebant. Sed & Modeſtinus Juriſconſultus lib. 3. de re Militari: *Miles*, inquit, *qui in bello arma amiſit, vel alienavit, capite punitur.* Torrent. *Non benè parmula.*] Indecorè, quia fugi clypeo abjecto.

11. *Quum*

Quum fracta virtus, & minaces
(Turpè) ſolum tetigêre mento.
Sed me per hoſteis Mercurius celer
Denſo paventem ſuſtulit aëre:
Te rurſus in bellum reſorbens
Unda fretis tulit æſtuoſis.
Ergo obligatam redde Jovi dapem:
Longaque feſſum militia latus
Depone ſub lauru mea: nec
Parce cadis tibi deſtinatis.

Obli-

11. *Quum fracta virtus.*] Bruti ſcilicet, ſub quo tunc militavit Horatius. Nam ad Bruti exitum eum reſpexiſſe arbitror. Deſperatis enim rebus ſuis cum mori decreviſſet, fruſtrà ſe virtutem coluiſſe, quæ inane tantum nomen eſſet, re ipſa Fortunæ ſerviret. conqueſtus eſt. Dio lib. 47. *Torrent.* *Et minaces.*] Quum Caſſius, & Brutus, vel eorum milites de virtute ſua gloriantes turpiter ceciderunt.

12. *Turpe ſolum.*] Terram cruore fœdatam cum ſuis mentis tetigere. *Solum tetigere mento.*] Solent qui in vulnera procumbunt prono capite dentes labris infigentes mordicus terram appetere, & quidem ferociſſimi quique, ne dolore victi vocem aliquam edant indignam ſua exiſtimatione ac priore vita. Sic Virg.

Procubuit moriens & humum ſimul ore momordit. Torrent.

13. *Mercurius celer.*] Hic Mercurio ſalutem ſuam acceptam fert, quod Philippenſi acie non perierit; alibi Fauni, alibi Muſarum beneficio periculum arboris bellique evaſiſſe. Facetè autem de ſe ipſo narrat, quod de Hectore, de Ænea Homerus, quos Venus atque Apollo caliginoſo tectos aëre, præſenti periculo eripuere. *Torrent.*

14. *Denſo aëre.*] Nube, quæ denſior eſt aër.

15. *Reſorbens.*] Retrahens; Metaph. ducta à Charybdi, qua ſignificat, Pompejum cum impetu mentis & furore correptum, ad Bruti partes eſſe reverſum.

16. *Fretis æſtuoſis.*] Æſtus marinos appellant boni ſcriptores, maris acceſſus & receſſus: maris fervorem. *Undam* autem reſorbentem dixit, ut exprimeret vim nominis Græci ἀμπώτις, quaſi ὕδατος ἀνάποσις, id eſt, aquæ reſorptio aut repotio. *Lambinus.* *Fretis æſtuoſis.*] Per freta æſtuoſa, id eſt, bella ferventia.

17. *Ergo obligatam.*] Vult, ut voti reus votum ſolvat, ipſe ei cœnam adventitiam daturus, ut Numidæ dedit lib. 1. Od. 36. *Dapem* igitur pro ſacrificii adipe interpretor. Alii cœnam ipſam à reduce ipſo poſci volunt, non ab Horatio præberi; ſed repugnat, quod ſequitur:

—— *Latus depone ſub lauru mea, &c.*

Torrent. *Obligatam redde dapem.*] Promiſſum, ac debitum redde epulum.

18. *Latus.*] Pro corpore: latera namque corpus utrimque ut validi muri ſuffulciunt: hinc ad ſanitatis conſervationem & corporis firmationem monuerunt majores, lateribus parcendum. *Cruquius.* *Latus.*] Corpus.

19. *Sub lauru.*] Sub meo patrocinio; nam laurus eſt incolumitatis, & cuſtodiæ ſymbolum.

20. *Deſtinatis.*] Vaſis vinariis ad tuum reditum reſervatis.

21. *Obli-*

Oblivioſo levia Maſſico
Ciboria exple: funde capacibus
Unguenta de conchis. quis udo
Deproperare apio coronas,
Curatve myrto? quem Venus arbitrum
Dicet bibendi? non ego ſanius

Bac-

21. *Oblivioſo.*] Imple ad ſummum & ebibe ciboria levia, (id eſt, expolita, pocula capaciora) Maſſico oblivioſo, id eſt, vino Campaniæ impleta, quod vinum liberius epotum oblivionem malorum affert, vel per ſe, vel propter ſomnum ſubſequentem.

22. *Ciboria.*] Κιβώριον Ægyptium nomen eſſe teſtatur Heſychius de certo poculi genere. Idem affirmat Athenæus initio lib. 3. non quod propriè poculum ſignificet, ſed fabæ Ægyptiæ ſive folium, ſive florem, aut fructum potius, ad cujus ſimilitudinem facta pocula *ciboria* appellentur. Vide *Had. Junium* Animdv. lib. 1. cap. 10. *Torrent.* Turneb. lib. 1. cap. 10.

22. *Exple.*] Ad puerum, infunde ad ſummum uſque. *Cruquius.*

23. *Unguenta.*] Nullum apud veteres ſolenne ſine unguentis & coronis floribuſque convivium. *Torrent.* *Conchis.*] Teſtis, in quibus unguenta ſervabantur.

24. *Udo Apio coronas.*] Cum *udum* dicit, eam ut puto, apii ſpeciem intelligit, quod *eleoſelinon* ſeu *paluſtre* vel *ruſticum* vocant, ripas amans. Quamquam ad coronamenta quod attinet, idem hortenſis apii, qui & ruſtici, uſus: ut lib. 4. Od. 11. Verum merito dubitari poſſet, cur ad conviviorum coronas uſi olim ſint apio, cum mœſtum ac lugubre ſemper habitum fuerit. Sepulcra enim apio coronari ſunt ſolita; unde τοῦ σελίνου δεῖται, id eſt, *apio indigere* ægrotantem dicebant, cum exigua eſſet ſpes. Idem de myrto dici poteſt. An dicemus, ideo fortaſſis eadem quæ funeribus, etiam conviviis admiſcuiſſe veteres, ut mortalitatis memores, tanto hilarius agerent? An potius diverſis rationibus eadem re, cujus variæ naturæ ſint, aliter atque aliter nos uti poſſe? Apium reſiſtere creditur ebrietati, & Myrtus Veneri ſacra. Convivali itaque lætitiæ conveniunt. Vide *Torrentium* hac de re pluribus in hunc locum diſſerentem. Victor. Var. lect. lib. 16. cap. 2. *Deproperare.*] Celeriter nectere, & ex Apio & Myrto concinnare coronas in conviviis aſſuetas.

25. *Venus arbitrum.*] Venereus talorum, vel teſſerarum jactus regem bibendi conviviique magiſtrum efficiebat, quem jactum alii putarunt eſſe numerum ter ſenarium: alii, quum omnes tali jacti cadebant diſſimiliter, vultuque diverſo apparebant.

26. *Dicet bibendi.*] Eleganter Poëta juris verbo uſus eſt. Prætor enim ut *dare*, ſic *dicere* quoque & *addicere judicem* vel *arbitrum* dicitur, quem cauſſæ cognitioni præficit. *Torrent.* *Arbiter bibendi*, συμποσίαρχος, præfectus convivii. *Franc. Luiſinus* lib. 2. cap. 22. *Dicet bibendi.*] Dabit. *Non ego ſanius.*] Certè ego Horatius in hoc lætiſſimo noſtro convivio, etiam ad furorem uſque lætus ero; & non temperantius, non ſanius bacchabor & bibendo inſaniam, quam Edoni Thraciæ populi bibaciſſimi & furioſi. Quippe te tanto amico præter omnem ſpem & exſpectationem recepto, dulce mihi & gratum eſt furenter potare, bacchari & inſanire; atque ebrium diſcutere & ſaltare. *Lubinus.*

27. *Edo-*

Bacchabor Edonis: recepto
Dulce mihi furere eſt amico.

27. *Edonis.*] Thraciæ populo bibaciſſimo. *Recepto.*] Amico præter ſpem mihi reddito.

28. *Furere eſt.*] Furenter potare, & bibere.

ODE VIII. [illegible]

In JULIAM BARINEN.

Non eſt cur Barini juranti credatur, quum nullas perjuriorum det pœnas, ſed potius ex iis pulchrior exoriatur.

ULLA ſi juris tibi pejerati
Pœna, Barine, nocuiſſet unquam:
Dente ſi nigro fieres, vel uno
Turpior ungui,
Crederem. ſed tu, ſimul obligaſti
Perfidum votis caput, eniteſcis
Pulchrior multo: juvenumque prodis
Publica cura.
Expedit matris cineres opertos

Fal-

1. *JUris pejerati.*] Jurare eſt religioſe aliquid affirmare, quod perinde ſervetur ac ſi jus eſſet; unde & *perjurare* idem quod *jurare*: ſic & *jus pejerare* dixit Horatius; & *jus pejeratum* pro perjurio. Cujus pœnæ ſi ullum, inquit, in te veſtigium extaret, poſſem juranti credere; nunc vero cum pejeraſſe etiam profit, quid dicam aliud, quam amantium perjuria Deos negligere? *Torrent.* *Juris tibi pejerati.*] Juriſjurandi abs te violati, id eſt perjurii.

3. *Dente ſi nigro.*] Ridicule, quæ perjuræ meretrici metuendæ ſunt pœnæ, enarrat. Credebat enim veterum ſuperſtitio eos, qui Deos pejerando lædere veriti non fuiſſent, aliqua corporis parte mutilari debilitarique. *Torrent.* Turneb. lib. 26. c. 31. *Dente ſi nigro fieres.*] Si minima parte corporis fieres deformior.

5. *Crederem.*] Crederem tibi juranti, vel crederem, Deos eſſe vindices perjurii in rebus amatoriis. *Sed tu, ſimul obligaſti.*] Hoc eſt, tuo ipſius voto malum tibi imprecata es. In omni enim jurejurando tacita quædam ineſt execratio, qua ob contemptam religionem obſtringitur is qui pejerat. Quod autem capiti precamur, toti homini precamur. Caput enim principale eſt, unde cujuſque imago qualis ſit cognoſcitur. Quare locus ille religioſus eſſe cenſetur, ubi caput ſepultum eſt, non etiam ubi cetera membra ſine capite. *Torrentius.* *Simul obligaſti.*] Simulac, id eſt, poſtquam per caput tuum juraſti ac te obſtrinxiſti. Nam qui vota facit ac ſe devovet, ligat ſe inreligione. *Salmaſ.*

8. *Publica cura.*] In publicum prodis à multis juvenibus amice amata.

9. *Expedit matris.*] Utile eſt tibi, & aliis (ſi perjuria non puniantur, matri mortuæ promiſſa non perſolvere. *Matris*

Fallere, & toto taciturna noctis
Signa cum cælo, gelidaque divos
Morte carenteis.
Ridet hoc, inquam, Venus ipſa, rident
Simplices Nymphæ, ferus & Cupido
Semper ardenteis acuens ſagittas
Cote cruenta.
Adde quod pubes tibi creſcit omnis:
Servitus creſcit nova: nec priores
Impiæ tectum dominæ relinquunt,
Sæpe minati.

Te

tris cineres.] Cujus manes ſc. per eos pejerando læſerit, ac tantam cineri atque oſſibus ejus injuriam intulerit. Per oſſa enim & cineres ſuorum jurare & obteſtari ſolitos antiquos, notum eſt ex Tibull. lib. 3.

Parce per immatura tua precor oſſa ſororis
Sic bene ſub tenera parva quieſcat humo.

Torrent.

10. *Et toto taciturna.*] Et omnem mundi majeſtatem fallere, ſcilicet ſydera quæ ſunt viſa nocte ſilenti. *Toto taciturna, &c.*] Tale hoc Æneæ jusjurandum lib. 4.

—— Per ſidera juro,
Per ſuperos, & ſi qua fides tellure ſub ima eſt.

Et lib. IX.

—— Cælum hoc & conſcia ſidera teſtor.

12. *Morte carentes.*] Deos immortales ἀθανάτους. Nihil enim vulgatius quam per illos jurare.

13. *Ridet hoc Venus.*] Hæ perpetuæ amantium inter ſe querimoniæ. Qualis illa etiam Ariadnes longe pulcerrima apud Catull.

Nunc jam nulla viro juranti femina credat.

Quod ergo *Venerem ridere* ait Horatius, id ad conſuetum muliercularum jusjurandum referemus, per Junonem ſuam Veneremque jurantium. *Torrentius. Ridet hoc.*] Hoc deridet Venus.

—— Perjuria ridet amantum
Jupiter, & ventos irrita ferre jubet.

Tibullus.

14. *Simplices Nymphæ.*] Nymphæ faciles, minime malæ, non iracundæ Veneris comites, nimirum Jocus, Riſus, Fletus.

16. *Cote cruenta.*] Quam Deus ſcilicet ille telis ſuis acuendis non aqua, ut fieri ſolet, ſed cruore perfundat, amantium malis gaudens. *Torrent. Cote cruenta.*] Cote aſperſa ſanguine ſagittarum, quæ in illa cote acuuntur, vel, cruenta dicitur cos, propter cædes ex amore orientes, vel, quod immoderatus amor exitium amantis maturet.

17. *Pubes tibi creſcit.*] Juventus perjurii tui, & doli meretricii ignara.

18. *Servitus creſcit nova.*] Amatores accedunt novi, qui tibi ſerviant. *Nec priores.*] Nec veteres amatores domum tuam relinquunt, quamvis id ſæpe minentur propter tuum perjurium.

20. *Sæpe minati.*] Ut de ſe Tibullus ait:

Juravi quoties rediturum ad limina nunquam?
Cum bene juravi, pes tamen ipſe redit.

21. *Ju-*

Te ſuis matres metuunt juvencis,
Te ſenes parci: miſeræque nuper
Virgines nuptæ, tua ne retardet
Aura maritos.

21. *Juvencis.*] Matres filiis ſuis juvenibus metuunt, ne à te corrumpantur.

22. *Te ſenes parci.*] Senes etiam te metuunt, ne dilapidetur patrimonium liberis ſuis relictum. *Miſeræque nuper Virgines.*] Id eſt, quæ minus formoſæ ſunt & amabiles, juvenibuſque nuper in matrimonium collocatæ, metuunt, ne tua popularis *aura*, ne publicus favor ratæ tuæ pulchritudinis & venuſtatis, illorum maritos in ſui amore occupatos detineat & retardet, illoſque in ſe amandis ſegniores reddat. *Lubinus.*

24. *Aura maritos.*] Torrentius *auram* pro vento interpretatur, ut eleganti ſimilitudine novos maritos meretriculæ forma, veluti vento aliquo, in via retardari detinerique ſignificet. *Aura maritos.*] Ne tui odores, venuſtas, & blanditiæ, maritos ſuos ab ſeſe alienent, itaque tuo amore occupatos detineant.

ODE IX. παραινετική.

ad VALGIUM.

Ut tandem aliquando mortem pueri ſui Myſtæ deflere deſinat.

NON ſemper imbres nubibus hiſpidos
Manant in agros, aut mare Caſpium
Vexant inæquales procellæ
Uſque: nec Armeniis in oris,
Amice Valgi, ſtat glacies iners
Menſeis per omneis: aut Aquilonibus
Querceta Gargani laborant,

Et

1. NOn ſemper.] Primi verſus octo, nihil quam continent ab adjunctis, hyemis inertis & penitus inamænæ deſcriptionem, ita ut eorum ſententia ſit, non ſemper eſt hyems. Quo argumento & ordine naturæ vult monere Valgium, non ſemper eſſe dolendum. *Cruquius. Non ſemper imbres nubibus.*] Imbres è nubibus non ſemper manant in agros aſperos, horridos, & ſenticoſos, id eſt, non eſt ſemper hyems.

2. *Mare Caſpium.*] Mare in Scythia.

3. *Vexant inæquales.*] Rectè *vexari mare inæqualibus procellis* dicit. Mare enim natura planum eſt, unde & *æquor* appellatum. Commotum vero exaſperant ventorum procellæ; quod *vexare* vocat Horatius, quoniam quietum eſſe non ſinunt. *Torrent. Inæquales procellæ.*] Procellæ tempeſtuoſæ, quæ mare reddunt inæquale.

4. *Uſque.*] Semper. *Armeniis in oris.*] Armeniæ regio eſt in Aſia inter montes Taurum, & Caucaſum ſita.

5. *Iners.*] Glacies, quæ fluvios & agros efficit pigros, atque otioſos.

7. *Querceta.*] Cruquius ex Bland. codice, probat legendum eſſe *Querqueta.*

Et foliis viduantur orni.
Tu ſemper urges flebilibus modis
Myſten ademptum: nec tibi Veſpero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente Solem.
At non ter ævo functus amabilem
Ploravit omneis Antilochum ſenex
Annos: nec impubem parentes
Troïlon, aut Phrygiæ ſorores
Flevêre ſemper. deſine mollium
Tandem querelarum, & potius nova
Cantemus Auguſti trophæa
Cæſaris, & rigidum Niphaten,

Medum-

Querceta Gargani.] Quercus altæ in Gargano Apuliæ monte, non ſemper ventis agitantur.

8. *Foliis viduantur.*] Vide l. 1. Od. 10. *Et foliis.*] Nec foliis ſemper nudantur orni, id eſt, fraxini ſylveſtres.

9. *Tu ſemper.*] Tu aſſiduè inſequeris Myſten mortuum carminibus Elegiacis ad fletum provocantibus. *Urges flebilibus, &c.*] Ut *urgere opus* dicimus, pro aſſidue eſſe in opere: ſic dictum hoc ab Horatio, tu Myſten mortuum aſſidue deploras ac defles. *Lambin.*

10. *Nec tibi Veſpero.*] Pulchrè ait Varro lib. 3. Rei Ruſt. cap. 5. *Lucifer interdiu, noctu Veſperus dicitur.* Horatius minus accurate Veſperum vocat etiam interdiu. Vide Plin. lib. 5. cap. 8. *Torr. Nec tibi Veſpero.*] Nec mane, nec veſperi Myſtis amor te deſerit. Eſt Veſper ſtella Veneris, quæ Solem occidentem ſubſequens, dicitur Veſper, orientem verò antegrediens nuncupatur Heſperus, vel Lucifer.

12. *Fugiente Solem.*] Hoc eſt, ante Solis ortum illuceſcente. *Cruquius.*

13. *Ter ævo functus.*] Neſtorem ſignificat. Sciendum præterea, *ætatis* appellatione, annos triginta intelligi & errare illos qui autumant Neſtorem trecentos annos vixiſſe. *Lambin. Hartungius. Ter ævo functus.*] Neſtor (qui tertiam ætatem hominum vivebat, id eſt nonaginta annos) non ſemper ploravit Antilochum filium ſuum ex Euridice, cæſum in prælio ab Hectore.

14. *Amabilem Antilochum.*] Meritis ſane ſuis *amabilem* dixit Antilochum, qui patri Neſtori jam ſaucio, in acie periclitanti adverſus Memnonem ſuccurrens, ipſe pro patre occubuerit. *Torrent.*

15. *Impubem parentes.*] Imberbem Troilum Priami filium.

16. *Aut Phrygiæ ſorores.*] Aut Troili ſorores, Polyxena, Caſſandra, &c.

17. *Deſine mollium.*] Deſinere pro relinquere apud optimos auctores quarto ferè caſui adjungitur. Cic. *Libenter me hercule artem deſinerem.* Et Gellius, *deſinere artem athleticam.* Torrent. *Deſine mollium.*] Deſine à muliebribus querelis: Græcorum more ponitur Genitivus poſt Verbum finiendi.

19. *Trophæa.*] Cæſaris victorias; ſunt enim trophæa victoriæ ſigna. Legendum *Tropæa.* Vide Luiſin. libro 2. capite 12.

20. *Et rigidum Niphaten.*] Et cantemus Niphaten, qui vel frigidus eſt Scythiæ

Medumque flumen gentibus additum
Victis, minores volvere vortices,
Intraque præſcriptum Gelonos
Exiguis equitare campis.

chiæ fluvius vel mons eſt Armeniæ nive horridus, & inacceſſus. *Rigidum Niphaten.*] Bene *rigidum*; quod ipſa nominis ratio oſtendit: à nivis enim defluxu dictus *Niphates*, qui Armeniæ mons. Et per *Medum flumen*, Euphraten intelligit. De Parthis ergo ſive Medis hic loquitur Poëta, qui & Armenia hinc ceſſerant, & ſigna militaria Auguſto reſtituerant. *Torrent.*

21. *Medumque flumen gentibus.*] Et cantemus Mediæ flumen adjunctum gentibus nimirum Armeniis, Parthis, & aliis à Cæſare victis. Cantemus (inquam) hos fluvios, quia minores aquarum globos jam volvunt; nam ſentientes ſe cum Armeniis, & Medis eſſe debellatos, anguſtius fluunt propter acceptæ cladis dolorem. *Gentibus additum.*] Quin cantemus rigidum illum & frigore horridum Niphatem, & Medum flumen, quaſi acceptæ cladis ſenſu triſte & dolore affectum, ſuiſque gentibus, Parthis, Medis, Auguſti virtute devictis additum, vicinum, & adjacens, una lugere, minuſque ſuperbè de ſe ſentire, minus tumide fluere, minores aquarum globos ac vortices volvere, ſeque pudore quaſi conſtringere. *Lubin.*

23. *Intraque præſcriptum Gelonos.*] Et cantemus Gelonos Scythiæ Europææ populos, intra exiguos terminos ab Auguſto præſcriptos equitare, id eſt, non excurrere, & vagari, ubi libuiſſet.

ODE X. ἀντιστροφική.

Ad LICINIUM.

Mediocritas & animi æquabilitas in utraque fortuna eſt ferenda.

RECTIUS *vives, Licini, neque altum*
Semper urgendo: neque, dum procellas
Cautus horreſcis, nimium premendo
Littus

UT *ex epigraphe quadam conjicit Torrentius, Is fuit* L. Licinius Varro Murææna, *Terentia, Mæcenatis ac Proculeji frater: qui ſi Horatii præceptum ac fratris Proculeji exemplum ſecutus, fortunam ferre potuiſſet, non tam triſtem exitum, in Auguſti perniciem conſpirans, ſortitus eſſet. De quo Dio initio lib.* 54. Lubinus *M. Licinium Craſſum, Prætorem Romanum fuiſſe indicat.*

1. *Rectius vives.*] Exorditur allegoricôs, à remotione vitæ in repub. nimis ſplendidæ, propter æmulationis pericula, & omnino abjectæ, propter convicia: hortaturque Licinium, viam vitæ mediam ut ingrediatur, ſi volet bene tutoque vivere. *Cruquius. Rectius.*] Facilius, commodius. *Neque altum.*] Eſt Allegoria, qua ſignificat, neque ſublimia nimis appetenda, neque quod ad infima, & ſordida metus gratia ſic debemus deſcendere, ut nulla habeatur dignitatis ratio. *Altum.*] Pro alto mari. *Altum* enim nunc, quod ſuperius, nunc quod inferius eſt, ſignificat: nunc quod magnum & glorioſum, nunc quod preſſum & obſcurum. Exempla Nonius ſuppeditabit. *Torrent.*

2. *Semper urgendo.*] Semper occupando profundum mare, in alto mari ſemper navigando.

3. *Cautus.*] Cautus reformidas.

4. *Lit-*

Littus iniquum.

AUREAM *quiſquis mediocritatem*
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret invidenda
Sobrius aula.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ graviore caſu
Decidunt turres, feriuntque ſummos
Fulmina monteis.
Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene præparatum
Pectus. informeis hyemes reducit
Jupiter: idem
Summovet. non, ſi male nunc, & olim
Sic erit. quondam cithara tacentem
Suſcitat Muſam: NEQUE *ſemper arcum*
Tendit Apollo.
Rebus anguſtis animoſus, atque

For-

4. *Littus iniquum.*] Littus flexuoſum & clivoſum: vel littus nautis, propter vada, & ſaxa, periculoſum.

5. *Auream mediocritatem.*] *Aurea* vocamus, quæcunque vel pulcra vel pretioſa ſunt. Nihil autem mediocritate aut pulcrius, aut pluris æſtimandum. Atque adeo in omni vita medium illud conſectari debemus, in quo conſiſtit, quod rectum eſt atque perfectum. Ut Ariſtoteles De morib. ad Nicomachum lib. II. *Torrent.*

6. *Obſoleti.*] Domicilii, paupertate ſqualidi.

7. *Invidenda.*] Caret aula ſumptuoſa, quæ propter magnificentiam cadit in invidiam.

10. *Graviore caſu.*] Hinc illud Juvenalis: *Tolluntur in altum Ut caſu graviore ruant.*

11. *Decidunt turres.*] De alto ruunt.

12. *Fulmina montes.*] Lambinus ait, in codicibus aliquot ſe reperiſſe *Fulgura*, eamque lectionem complectitur. At omnes Torrentii codices *fulmina* habent, quod & melius eſt.

13. *Sperat infeſtis, metuit ſecundis.*] Pectus benè præparatum, id eſt, animus bene inſtitutus, in rebus adverſis fortunam bonam ſperat, in ſecundis metuit alteram ſortem, id eſt, fortunam malam.

15. *Informes hyemes.*] Hyemes aſſiduis imbribus terram deformantes.

17. *Summovet.*] Idem abducit. *Non ſi male nunc, &c.*] Poſthac. Non ſemper eadem manet fortuna.

18. *Quondam cithara tacentem.*] Apollo non eſt ſemper iratus, ſed quondam, id eſt, interdum citharam ad cantandum provocat.

21. *Rebus anguſtis animoſus.*] In rebus difficilibus fortis eſto, animoque plenus, in ſecundis humilis eſto, & animum contrahe.

22. *Idem.*]

Fortis appare: ſapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

22. *Idem.*] Quiſquis es.

23. *Contrahes vento.*] Canterus novar. lect. lib. 4. cap. 2. in codice ut ait, pervetuſto, *Contines* ſcribi affirmat: ipſe autem *contine* legendum exiſtimat. *Contrahes vento.*] Supprimes vela vento nimium proſpero & ſecundo inflata, & turgida.

ODE XI. συμβουλευτική.

Ad Q. HIRPINUM.

Omiſſis curis, vivendum eſt hilariter.

QUID *bellicoſus Cantaber, & Scythes,*
Hirpine Quincti, cogitet, Adria
Diviſus objecto, remittas
Quærere: nec trepides in uſum
Poſcentis ævi pauca. fugit retro
Levis juventas, & decor, arida

Pel-

1. QUid bellicoſus.] Ordo eſt: ô Q. Hirpine, remittas quærere quid cogitet bellicoſus Cantaber, & quid cogitet Scythes diviſus objecto Adria. *Cantaber & Scythes.*] Eodem tempore, quo geſtum in Hiſpania bellum, Scythæ quoque tumultuabantur. Quo ſe macerare Quinctium vetat, timentem ne quid inde damni accipiat. *Torrent.* *Cantaber, &c.*] Populus Hiſpaniæ, vide ſupra Ode VI. *Scythes.*] Gens orientalis, vide Ode XXXV. lib. I.

2. *Quincti.*] Gentis Quinctiæ cognomina *Cincinnatus*, *Barbatus*, *Capitolinus*, *Criſpinus*: an etiam *Hirpinus* neſcio. Hirpini ſane Apuliæ populi. Cæterum Quinctii Alba Romam traducti fuere. *Torr.* *Adria diviſus.*] Loci intercapedo & Adriatici maris interfuſio inter Romanos & Scythas, faciunt ad ſecuritatem Quinctio promittendam, ne ita ſollicitus ſit ad quemvis rumorem. *Cruquius.*

3. *Diviſus objecto.*] Scythes ſejunctus à nobis maris Adriatici interfuſione. Adria in neutro genere ponitur pro mari Adriatico.

4. *Nec trepides in uſum.*] Nec feſtines quærere in hac ætate juvenili, parcendo in uſum ævi, id eſt, vitæ totius, etiam ſenilis, quæ pauciſſimis eſt contenta. *Cruquius.* *Nec trepides in uſum.*] Nec ſis anxius propter uſum vitæ, quæ pauca poſcit, quia vita brevis eſt.

5. *Fugit retro.*] Imberbis juventus tandem ſeneſcit.

6. *Levis Juventas.*] Lib. I. Ode 30. Deæ nomen eſt *Juventas*; hîc ætatem ſignificat, ut & Ode 4. lib. 4. *Lævis* autem mallem à λεῖος. *Arida canitie.*] Vel à corporis conſtitutione ſicca & frigida, quæ canos facit: vel μεταφορικῶς, ut *aridum victum*, *aridam vitam* dicimus, *hominem* quoque *aridum*, qualis Menedemus ille Terentianus, & quales fere ſenes omnes, aridi, parci, miſeri. *Torr.* *Levis juventas.*] Volucris & acer, ut *Cruquius* exponit. *Arida.*] Sicca ſenectute Venerem abigente, & ſomnum facilem, id eſt, ſomnum

Pellente laſcivos amores
Canicie, facilemque ſomnum.
Non ſemper idem floribus eſt honos
Vernis: neque uno luna rubens nitet
Vultu. quid æternis minorem
Conſiliis animum fatigas?
Cur non ſub alta vel platano, vel hac
Pinu jacentes ſic temere, & roſa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Aſſyriaque nardo
Potamus uncti? diſſipat Euius
Curas edaceis. quis puer ocyus
Reſtinguet ardentis Falerni
Pocula prætereunte lympha?

Quis

gravem, & longum: nam ſomnus ſenibus difficilis eſt, & brevis propter caloris defectum, & morborum moleſtiam.

9. *Non ſemper idem, &c.*] Hac ſucceſſione florum viciſſim occumbentium mortalitatis noſtræ admonemur. Si ergo nihil tam venuſtum, nihil tam nitidum, cujus decor diuturnus ſit, quod florum ac lunæ exemplo cernimus; cur animum imbecilliorem, quam ut æternum aliquid conſulere aut ſtatuere poſſit, inani cura fatigamus? *Florum* verò *honorem* vocamus nitorem illum jucundiſſimum; ut *ruris honores*, fruges ipſas. *Torrent. Honos.*] Pulchritudo.

11. *Minorem.*] Inferiorem quam ut futura Dei conſilia comprehendat.

13. *Cur non ſub alta.*] Ordo eſt: cur non potamus uncti dum licet jacentes ſic temerè, id eſt, in umbra jacentes, ſine ullis ceremoniis, ut caſus tulerit, nulla habita perſonarum ratione?

14. *Sic temere.*] Qualemcunque ſedem vel locum ex tempore præbebit humus; vel platanum pinumve oſtendere videtur, ſub qua ſine exquiſito aliquo cultu, roſa & nardo delibutus, potare velit. *Torrent. Steph.*

15. *Canos odorati capillos.*] Quid? an Horatius ſui parum memor, velit Hirpinum in juventa, in ætatis flore caneſcere, & ad amores hortari, à quibus abhorret arida canities? an *canos capillos* interpretabimur unguento delibutos & candidos reſplendenteſque? An alludit ad albam roſam, qua capillos vellit internecti. *Cruquius. Odorati capillos.*] Habentes capillos odoratos roſa, id eſt, roſæ ſucco, vel ipſa roſa internexos.

16. *Aſſyriaque nardo.*] Unguento nardino. Eſt nardus herba in unguentis componendis laudatiſſima. *Aſſyria* pro Syria, non quod in Syria nardus naſcitur, ſed quod montis, in quo oritur pars una ad Syrios, pars altera ad Indos flectitur, unde dicta eſt Nardus Indica. Dioſc. lib. 1.

17. *Euius.*] Bacchus.

18. *Quis puer ocyus.*] Loquitur Poëta, quaſi jam ſit in convivio, dicens, quis ſervus refrigerabit pocula ardentis vini Falerni prætereunte lympha, id eſt, quis refrigerabit pocula aqua fluviatili diluta, ne in ebrietatem incidatur?

20. *Prætereunte lympha.*] Ergo & fontis rivulum ibi fluxiſſe cogitemus.

Quam-

Quis devium ſcortum eliciet domo
Lyden? eburna, dic age, cum lyra
Maturet, incomptum Lacænæ
More comam religata nodum.

Quamquam & *præterrunte lympha*, dicere videri poſſet, pro obiter, ac proinde parce ac leviter infuſa, quæ vini ardorem reſtingueret. *Torrent.*

21. *Quis devium ſcortum.*] Quis evocabit è domo ſua Lyden, meretricem non publicam, ſed ſecretius cognitam? quæ quum ſit devia, id eſt, à via publica ſemota, minus eſt vulgaris, minuſque omnium libidini expoſita. *Devia* enim Latini vocant, quæ viam non habent, τὰ ἄνοδα, difficilia & ardua. *Salmaſ. Devium ſcortum.*] Quod deviando, domos cognitas oberrando, corpore merendo, cithara canendo, quæſtum faceret. *Cruq. Eliciet domo.*] Hoc quoque meretriculæ nobilitatem arguit, quæ precibus blanditiiſque perducenda eſſet, non ultro occurreret. *Torrent.*

22. *Eburna, dic age, cum lyra.*] Ego cum Cruquio locum hunc ſic ordinandum, intelligendumque cenſeo, ô puer age, dic Lydiæ, ut maturet venire cum lyra eburnea (erat enim fidicina) habens comam religatam in nodum compeum more Lacænæ, id eſt, pexum tantum, & negligenter compoſitum more mulieris Laconicæ. Feſtinantes enim mulieres pexum tantum capillum in nodum colligere conſueverunt.

23. *Maturet incomptum.*] Sic plures & meliores codd. Alii vero legunt, *in comptum*, ſeparatim. Verba hæc perturbata admodum ſunt, adeo ut mendum ſubeſſe ſuſpicer. Nam ſi *incomptam* & *modo* legerimus, ut Xiphilinus legit, nihil planius aut apertius. Retenta vero communi ſcriptura, veteres ſequor interpretes: ut, *maturet* & properet venire, *Lyde religata comam* in nodum Lacænæ more comptum. Vetat enim eam magno ſtudio ornare comam. Nodum tamen, quo comam nulla alia arte excultam cohibebant, non vulgarem fuiſſe crediderim, ſed aliquo ornamento comptum, quod amatorem allicere poſſet. Addam poſtremò Porphyrionem legere *religare*, pro *religata*, nec diſplicet. *Torrent.*

ODE XII. προσφωνητική.

Ad MÆCENATEM.

Res graves & tragicæ carmini lyrico non conveniunt: ſoluta autem oratione res geſtas Auguſti Mæcenatem ipſum melius perſcripturum: ſe nihil præter Lycymniæ formam, & res amatorias canere.

NOLIS *longa feræ bella Numantiæ;*
Nec dirum Hannibalem, nec Siculum mare,
Pœno

1. *NOlis longa.*] Ne velis, nolle debes, ne jubeas, æquum eſt te nolle. *Numantiæ.*] Numantiam poſt bellum 18. annos, inter Romanos & Carthaginenſes geſtum, Scipio Africanus funditus delevit.

2. *Durum Annibalem.*] Annibalem fortem & laborum patientem: alii legunt *dirum*, id eſt, crudelem. *Siculum mare.*] Duilius Conſul in mari Siculo primus omnium Carthaginenſes prælio navali ſuperavit, captis navibus 31. merſis 13. tribus hominum millibus cæſis, captis 7000.

Pœno purpureum ſanguine, mollibus
Aptari citharæ modis :
Nec ſævos Lapithas, & nimium mero
Hylæum : domitoſque Herculea manu
Telluris juvenes, unde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris : tuque pedeſtribus
Dices hiſtoriis prælia Cæſaris
Mæcenas melius, ductaque per vias
Regum colla minantium.
Me dulces dominæ Muſa Lycymniæ
Cantus, me voluit dicere lucidum
Fulgenteis oculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus :
Quam nec ferre pedem dedecuit choris,

Nec

4. *Aptari citharæ.*] A me decantari Lyricis carminibus.

5. *Lapithas.*] Lapithas ab Hercule in nuptiis Pirithoi devictos.

6. *Hylæum.*] Concinnè etiam Virgilius ;

Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

Aptiora enim, talis cum eſſet, arma habere non potuit. *Torrent.* *Hylæum, domitoſque.*] Unum è Centauris mero nimium, id eſt, ex nimio meri potu ſuperbum & intolerabilem.

7. *Telluris juvenes.*] Gygantes terræ filios, Herculis ſubſidio ſuperatos, bellum diis indixerant. *Unde periculum.*] Unde, id eſt, à quibus cœlum timuit periculum.

9. *Pedeſtribus.*] Hiſtoriis ſcriptis proſa oratione, quæ conſtat numeris, & pedibus, ſed non certa lege ſtrictis : ſic Græci πεζὸν λόγον nominant.

11. *Ductaque per vias.*] Vias intelligo vicos urbis, per quos à Porta triumphali & ejuſdem nominis ponte, triumphi pompa, uſque in Capitolium ducebatur. *Torrent.*

12. *Regum colla.*] Regum, quos Cæſar ſubjugaverat, & in triumphum duxerat. *Minacium.*] Mallem *minantium* : ut catenati etiam adhuc minari videantur, quod triumphantis auget gloriam, qui tam feroces ſubegerit. *Torrent.*

13. *Me dulceis dominæ.*] Multo plures codices *dulcis* habent, nec male : ut *dominam* quidem animantium more vocet, ſed *dulcem* tamen quod leniter imperet, aut ſaltem amanti non injucunda ſit ſervitus. *Torrent.* Turneb. lib. 21. cap. 6. *Lycymniæ.*] Amicæ tuæ & dominæ ; alii legunt *Liciniæ*, vel *Licinniæ.*

14. *Me voluit dicere.*] Muſa me voluit dicere & carmine celebrare, dominæ tuæ dulces & amatorios cantus, ejuſque oculos dulce lætumque ridentes, & lucidè fulgentes & reſplendentes, & pectus te amantem redamans, & mutuis amoribus bene fidum & conſtans. *Lubin.* *Lucidum.*] Lucidè fulgentes oculos.

15. *Fidum pectus.*] Pectus valde fidele.

17. *Quam nec ferre.*] Quam non decuit ſaltare.

18. *Nec*

Nec certare joco: nec dare brachia
Ludentem nitidis virginibus, ſacro
Dianæ celebris die.
Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes,
Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes,
Permutare velis crine Lycymniæ?
Plenas aut Arabum domos?
Dum flagrantia detorquet ad oſcula
Cervicem: aut facili ſævitia negat,
Quæ poſcente magis gaudeat eripi,
Interdum rapere occupet?

ODE

18. *Nec certare.*] Nec facetis dictis certare, vel jocoſe geſticulari. *Dare brachia.*] Hoc quoque ad choreas referendum, quas non minus brachiorum motu, quam pedum pulſu agitabant. Quod autem Lycymniam virginibus immiſcet, & quidem ſacro Dianæ die, furtivos adhuc ejus amores fuiſſe, dicemus, ita ut pro virgine haberetur. *Torrentius.*

19. *Ludentem nitidis.*] Quam non dedecuit brachia, manuſque dare pulchris virginibus, quum inter illas ſaltares. *Sacro.*] Die feſto Dianæ.

21. *Num tu.*] Ordo eſt: nunquid tu permutare velis crine Lycymniæ regna vel bona, quem tenuit dives Achæmenes, aut Mygdonias opes pinguis Phrygiæ: aut plenas Arabum domos, id eſt, domos omnium rerum copia refertas? *Achæmenes.*] Perſarum rex: unde Perſæ, Achæmenii dicti.

22. *Aut pinguis.*] Aut fertilis Phrygiæ opes, dictas Mygdonias à Mygdone Phrygiæ rege. *Mygdonias opes.*] Mygdones Macedoniæ populi Thraciam verſus, inde in Aſiam profecti, partem magnæ Phrygiæ occuparunt, quam à patriæ nomine *Mygdoniam* appellarunt. *Torrent.*

24. *Plenas aut.*] Domos opulentas propter aromata. Senſus Poëtæ hic eſt, tu non potes regum opes pluris facere, quam Lycymniæ amorem.

25. *Flagrantia.*] Alii *Fragrantia. Detorquet.*] Avertit cervicem.

26. *Aut facili.*] Aut ficta ſævitia negat oſcula, quæ magis gaudeat ſibi eripi, quam ille (nempe amans) qui oſcula poſcit. *Facili ſævitia.*] Sævitia ſimulata: quod ſimile eſt, ac ſi diceret, facili difficultate, ut declarant ea verba, quæ deinceps ſequuntur. Oſtendit autem, artem aſtumque puellarum, quæ ſæpenumero diſſimulant id ſe cupere, quod vehementer exoptant. *Lamb.*

27. *Quæ poſcente.*] Liber unus pervetuſtus, *Quæ à poſcente*, atque ita legendum eſſe Torrentius credit. Cogi enim videri volunt puellæ; quæ nolunt ubi velis, ubi nolis cupiunt ultrò.

28. *Interdum rapere.*] Quæ interdum oſculum rapere antevertat, atque prior oſculetur, ut iraſcenti amatori ſatisfaciat. O aſtum meretricium!

ODE XIII. μιμητική.

In arborem, cujus caſu repentino in agro Sabino pene oppreſſus fuerat.

Nunquam homini ſatis certum eſt, quid cavere debeat.

ILLE & nefaſto te poſuit die,
Quicunque primum, & ſacrilega manu
Produxit arbos, in nepotum
Perniciem, opprobriumque pagi.
Illum & parentis crediderim ſui
Fregiſſe cervicem, & penetralia
Sparſiſſe nocturno cruore
Hoſpitis: ille venena Colchica,
Et quicquid uſquam concipitur nefas,
Tractavit: agro qui ſtatuit meo
Te triſte lignum, te caducum

In

1. *Ille nefaſto.*] Nefaſtum intelligo diem, atrum, ominoſum ac nefarium. Nam nec eo die lege agere licebat: quòd declarat vulgatiſſimus ille Ovidii verſus,

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur.

Tria illa verba ſunt *do*, *dico*, *addico*, quæ ſunt prætoris. Nefaſti illi dies ἀποφράδες ἡμέραι dicebantur. Vide Macrob. lib. 1. cap. 16. Principio admodum perturbato utitur Horatius, veluti recenti adhuc diſcrimine, & arborem & arboris auctorem pariter deteſtatur: eorum enim quos odimus etiam parentes execramur. *Torr.* Vide *Agellium* lib. 4. c. 9. *Lamb.* *Ille & nefaſto.*] O arbos, ille te plantavit infauſto die.

3. *Produxit.*] Progenuit & protulit in poſterorum perniciem, & totius vici ignominiam.

4. *Opprobriumque pagi.*] Rem ridiculam egregiè exornat, perinde ac ſicut commune nefas toti populo, probro verti poſſet, dominum arboris ſuæ caſu oppreſſum occumbere. *Torrent.*

5. *Crediderim.*] Credere poſſim.

6. *Fregiſſe cervicem.*] Æquè ridiculum illud Epod. 3.

Parentis olim ſi quis impia manu
Senile guttur fregerit,
Edat cicutis allium nocentius.

Penetralia.] Partem interiorem domus.

7. *Cruore Hoſpitis.*] Vide Gellium lib. 5. cap. 13.

8. *Venena Colchica.*] Lambinus in nonnullis *Colcha* ſe reperiſſe teſtatur. Ego ſi quid mutandum ſit, *Colchi* mallem. *Torrent.* *Colchica.*] Venena præſentiſſima. Colchis eſt Scythiæ regio, venenorum, & mulierum veneficarum feraciſſima.

11. *Caducum.*] Vocamus *caducum* quod caſum minetur: ſed hic dicunt *caducum* quod jam ceciderit, ut *caducum fulmen*, jam immiſſum. *Glandem* quoque *caducam* quum ex arbore cecidit. *Triſte* autem, id eſt, infelix & abominandum. *Torrent.* *Caducum.*] Te lignum ruinoſum, quod in caput meum nil mali meritum incidiſti.

13. *Quid*

In domini caput immerentis.
QUID *quiſque vitet, nunquam homini ſatis*
Cautum eſt in horas. navita Boſporum
Pœnus perhorreſcit: neque ultra
Cæca timet aliunde fata:
Miles ſagittas, & celerem fugam
Parthi: catenas Parthus, & Italum
Robur: ſed improviſa lethi
Vis rapuit, rapietque genteis.
Quam pene furvæ regna Proſerpinæ,
Et judicantem vidimus Æacum,
Sedeiſque diſcretas piorum, &
Æoliis fidibus querentem

Sappho

13. *Quid quiſque vitet.*] Arboris caſum in pulcerrimæ ſententiæ occaſionem artipit, quam eſſe veriſſimam tot repentinæ ac fortuitæ hominum mortes declarant. *Torrent.*

14. *In horas.*] Per ſingulas horas. *Boſporum*] Boſporus ponitur pro quolibet mari, & Pœnus pro quovis nauta. Boſporus eſt Ponti fretum, propter anguſtias valde periculoſum: nam mare quo anguſtius, eo periculoſius.

15. *Pœnus.*] Et Pœni olim gentes omnes navigandi ad remotiſſimas terras gloria ſuperarunt: imprimis Hanno ille Carthaginienſium dux, de quo Pomp. Mela lib. 3. *Torr. Neque ultra.*] Neque aliunde metuit improviſa fata, id eſt, neque ſibi metuit ab alio exitio quam à Boſporo.

16. *Cæca timet.*] Cæca autem ſunt, quorum cauſæ ignorantur. Præterea animadverte hic tribrachyn poni pro dactylo; *met ali*, ut ſæpe alias. *Lambin.*

17. *Miles ſagittas.*] Miles Romanus timet ſagittas, & celerem fugam Parthi, qui fugiens pugnat. vide Odam XIX. lib. I.

20. *Vis rapuit.*] Sed violentia, & mortis neceſſitas rapit unumquemque nunc hoc, nunc illud timentem.

21. *Quam pene.*] Quam parvo interſtitio ab inferis abfui, id eſt, à morte. *Furvæ Proſerpinæ.*] *Furvum*, atrum ſeu nigrum: unde & furtum dictum ſi Varroni credimus, quod fures atra nocte facilius furentur. vide Gellium lib. I. c. 18. *Flavam* etiam vocare licebit, quia ſenis anni menſibus apud ſuperos verſari creditur. *Torr. Furvæ regna.*] Nigræ Proſerpinæ, quæ Plutoni uxor eſt, inferni regina, vide Od. XXVIII. lib. I.

22. *Æacum.*] Patrem Achillis, inferorum janitorem, & judicem.

23. *Sedeiſque deſcriptas, &c.*] *Deſcribere* pro partiri hic ſumitur, ac ſuum cuique locum ac regionem attribuere. Verum Torrentius legendum cenſet *diſcretas*; quo non tam diſtincta inter ſe ac ſeparata piorum concilia ſignificare voluit Horatius, quam univerſum Elyſium longè ab illa ſede remotum. *Sedeſque deſcriptas.*] Campos Elyſios, in quibus umbræ beatorum placide quieſcunt.

24. *Æoliis fidibus.*] *Æolis* dicta quæ ante *Myſia*, minoris Aſiæ regio notiſſima, à Troade ad Ionium extenſa. Cui Lesbos adjacens universæ Troadi dicitur imperaſſe. Idem ergo Æolium carmen

Sappho puellis de popularibus:
Et te ſonantem plenius aureo,
Alcæe, plectro dura navis,
Dura fugæ mala, dura belli.
Utrumque ſacro digna ſilentio
Mirantur umbræ dicere: ſed magis
Pugnas & exactos tyrannos
Denſum humeris bibit aure vulgus.

Quid

men quod Lesboum. Bene ergo Horatius Alcæum & Sapphonem, Lyrici carminis principes, ipſe Lyricus, in Elyſio collocavit. *Torrent.* *Æoliis fidibus.*] Et Sappho Grajis chordis murmurantem. ſcripſit Sappho Æolicè, quæ de puellis Lesbiis querebatur, quod ſibi in amore non reſponderent; nam mortuo ſuo marito, multas puellas, & pueros adamavit, unde à Poëta dicitur *Maſcula.*

25. *Puellis de popularibus.*] Lesbiis ſcilicet, vel quod Phaoni, quem ipſa perditè amabat, adhærebant: vel quod eas turpiter amanti non obſequerentur. *Torrent.*

26. *Et te ſonantem.*] Et quam pene vidimus te, ô Alcæe, lyra canentem dura mala navigationis, fugæ & belli, aureo plectro, id eſt, excellenti ſtylo: quo tyrannos es inſectatus. *Sonantem plenius.*] Cum ob ingenii vires: tum ob materiæ gravitatem. *Aureo plectro.*] Eam Alcæi operum partem hîc intelligit, in qua *aureo donatum plectro* Quintilianus eum ait. Quam poëmatum partem Strabo lib. 13. ea continuiſſe teſtatur, quæ ad domeſticas ſeditiones ac tyrannos pertinebant. Quibus deſcribendis ſic poëta ille natura gravis enituit, ut communi eruditorum conſenſu *aureum* illi *plectrum* deferretur. *Torrent.* Vel *aureo* propter libertatem auream populi, quam ipſe tutari conatus eſt. *Cruq.*

27. *Alcæe plectro.*] Fuit Alcæus Poëta Lyricus in eloquendo brevis, & magnificus, plurimumque Homero ſimilis. *Quintil.*

28. *Fugæ mala.*] Exilii, *vel*, fugæ è prælio.

29. *Utrumque.*] Alcæum, & Sapphonem mirantur umbræ, quum res canant religioſiſſimo ſilentio dignas. *Sacro digna ſilentio.*] Carmina quæ digna eſſent ſacrariis Ditis. Sed locum ab Horatio poni dico pro iis qui ipſum incolunt, ut Deos infernos intelligamus. Cur vero *ſilentium* locus ille appellatur? quia eum ſilentes incolunt. Cur *Sacrum* addidit? quia per locum vult ipſos Deos, qui ſuam ibi ſedem habent, intelligi. Mirentur ergo umbræ Alcæum & Sapphonem dicere, quæ ſuorum Deorum auribus digna ſunt. *Steph.* Vel *ſilentium* dictum eſt pro ſilentibus. *Cruquius.* *Sacro ſilentio.*] Altum ſilentium intelligo, quaſi nempe ſacris intenti eſſe per præconem jubebantur. *Torrent.*

30. *Sed magis.*] Ordo eſt, ſed vulgus denſum humeris bibit aure pugnas, & exactos tyrannos, id eſt, turba umbrarum frequens, & conferta attentius audit pugnas & tyrannorum exactiones, quam res amatorias.

32. *Denſum humeris.*] Dicit vulgus animarum apud inferos, ipſius Alcæi humeris, denſum, frequens & confertum à tergo audiendi aviditate adhærere. *Lubin.* Cruquii vero expoſitio mihi non placet, qui per *denſum humeris* intelligit vulgus umbrarum robuſtiorum; alludens ad umbras virorum militarium. *Bibit aure.*] Auditoris ingentem aviditatem ſignificat.

33. *Ubi*

Quid mirum? ubi illis carminibus ſtupens
Demittit atras bellua centiceps
Aures, & intorti capillis
Eumenidum recreantur angues?
Quin & Prometheus, & Pelopis parens
Dulci laborum decipitur ſono;
Nec curat Orion leones,
Aut timidos agitare lyncas.

ODE

33. *Ubi illis carminibus.*] Quando ad audiendum illa carmina Cerberus Orci cuſtos ſtupefactus, atras demittit aures.

34. *Demittit aures.*] Videmus enim in animantibus quoque ſigna lætitiæ, cum ad luſum geſtiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem ſerenant. *Bellua centiceps.*] Serpentum enim turmam adjungit, unde & illi tot capita noſter hic poëta appingit, cum per ſe tantum τρικέφαλος, ſive triceps ſit. *Torrent.* Turneb. lib. 21. cap. 22. *Demittit aures.*] Deſinit iraſci, horrendoque latratu manes territare; ſopiturque lyræ dulcedine. *Cruq. Centiceps.*] Numerus finitus pro infinito. vel, Cerberus dicitur centiceps propter centum angues, qui à capite ipſius crinium loco dependebant.

36. *Eumenidum.*] Eumenides ſunt tres Furiæ infernales, Alecto, Megæra, Tiſiphone, cædis & flagitiorum ultrices, quarum capillis intorquebantur angues. *Recreantur.*] Delectantur.

37. *Et Pelopis parens.*] Et Pelopis parens Tantalus, non amplius ab aquis retrò fugientibus, ſed à dulci ſono & cantilena de laboribus & egregiis rebus geſtis Alcæi decipitur, & tanquam non excrucietur, pœnarum ſuarum obliviſcitur. *Lubin. Prometheus.*] Hunc noſter apud inferos collocat: alii Caucaſo alligant, quamvis ab Hercule poſtea liberatum. *Torrent. Pelopis parens.*] Tantalus carminibus Alcæi delectatus, laborum obliviſcitur, quos in vita ſuſtinuerat.

38. *Dulci laborum.*] Porphyrion videtur legiſſe *laborem*; ut *decipi laborem* audaci figura dixerit Poëta, eum qui laborem, dulci illa Alcæi modulatione fallat, ſive decipiat. ut Virg. *Infandum ſi fallere poßit amorem:* pro aliud agendo ſubterfugere ac decipere. Turnebus *laborum* retinens, ad Alcæi labores refert, quorum ſono auditor decipitur, dum non ſentit pœnas. Et ita ſane loqui videtur Horat. lib. 1. Serm. 3. *Amatorem Turpia decipiunt cæcum vitia*, hoc eſt, fallunt, fugiunt ac latent, dum amando recto judicio deſtituitur. *Torrent. Decipitur laborum.*] Exemplo Græcorum, qui ita loquuntur, ἐπιλανθάνεται πόνων, id eſt, decipitur vel fallitur vel obliviſcitur laborum. *Lambin.* Turn. lib. 10. cap. 21.

39. *Nec curat Orion Leones.*] Nec curat Orion venator, Leones, aut Lyncas apud inferos perſequi, dum Alcæum, & Sapphonem canentes audit, ſed venationi præfert eorum carmina. fingunt poëtæ umbras apud inferos iiſdem rebus delectari, quibus viventes hic gaudebant.

40. *Lyncas.*] Lynx ex genere eſt luporum cervariorum, maculoſa fera, de qua Ariſt. Plin. lib. 8. cap. 38. *Cruq.*

1. *Ebén*

ODE XIV. παθητικὴ καὶ ἀναφωνητικὴ.

Ad POSTHUMUM.

Vita brevis, & mortem vitari non poſſe.

EHEU *fugaces, Poſthume, Poſthume,*
Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis, & inſtanti ſenectæ
Afferet, indomitæque morti.
Non ſi tricenis, quotquot eunt dies,
Amice, places illacrymabilem
Plutona tauris: qui ter amplum
Geryonen, Tityonque triſti
Compeſcit unda: SCILICET *omnibus,*

Qui-

1. EHeu fugaces.] Dolentis eſt. *Poſthume, Poſthume.*] Torrentius legendum eſſe contendit *Poſtume*, & à *poſt*, dictum vult: & oſtendit eum *Poſtumum* vocari, qui poſtremo loco natus eſt, ſive quem inter liberos nemo ſequeretur. Uſus verò obtinuit, ut ſoli poſt mortem patris nati, *poſtumi* appellarentur: hinc quoque factum ut in cognomen tranſierit. Vide Gul. Canter. Nov. lect. lib. 2. cap. 10.

2. *Nec pietas.*] Ob religionem tu neque tardius morieris.

4. *Indomitæque.*] Morti inexorabili, vel inexpugnabili.

5. *Non ſi tricenis.*] Legendum *trecenis*, pro trecentenis. Senſus eſt, ne tribus quidem in dies hecatombis exorari poſſe Plutonem, quo minus, quum ſupremum tempus aderit, moriamur. Hecatombe enim maximum olim apud Græcos ſacrificium, centum boum erat, aut interdum etiam aliorum pecorum, à Laconibus ortum; quorum ditio ἑκατόμπολις erat. eoque ad ſedandam peſtilentiam aliæ quoque nationes utebantur ut pro Imperatorum etiam ſalute Romani. *Torrent. Non ſi tricenis.*] Amice Poſthume, tu neque ſenectam, neque mortem effugies, etiamſi quotidiè trecentos tauros Plutoni immoles. *Quotquot.*] Singulis diebus.

6. *Places.*] Si placare ſtudeas Plutona lachrymis non flectendum. *Illacrymabilem.*] Proprie *illacrymabile* dicitur id, quod dignum ſit lacrymis. Horatius hic uſus eſt, pro eo qui lacrymis flecti moverique nequeat. Nove ſane. Quare ſic potius exponi poſſe crediderim, ut *illacrymabilem* vocet Plutonem, cujus ſævitiæ memores, illacrymemus. *Torr.*

7. *Qui ter amplum.*] Ordo eſt, qui compeſcit ter amplum Geryonem, & Tityum triſti unda omnibus enaviganda, quicunque veſcimur terræ munere, ſive erimus reges, ſive erimus inopes coloni. *Ter amplum.*] Et Geryoni & Tityo conveniens epitheton eſt. Nihil ergo tam amplum quod non Orcus capiat. *Torrent.*

8. *Geryonem.*] Geryonem trimembrem; fuit Geryon rex Hiſpaniæ, qui ob triplex regnum corpore triplicato fertur conſtitiſſe. Hunc Hercules interfecit boves ſuos ſuffurantem. *Tityonque triſti.*] Jovis filium ex Elora, cujus corporis magnitudinem Poëtæ dixerunt fuiſſe novem jugerum. vide Od. IV. lib. I.

9. *Compeſcit unda.*] Stygia palude omnibus

Quicunque terræ munere veſcimur,
Enaviganda, ſive Reges,
Sive inopes erimus coloni.
Fruſtra cruento Marte carebimus,
Fractiſque rauci fluctibus Adriæ:
Fruſtra per Autumnos nocentem
Corporibus metuemus Auſtrum:
VISENDUS *ater flumine languido*
Cocytus errans, & Danaï genus
Infame, damnatuſque longi
Siſyphus Æolides laboris.
LINQUENDA *tellus, & domus, & placens*
Uxor: neque harum, quas colis, arborum,
Te,

mnibus cum Charonte enaviganda, quia mors omnibus communis.

10. *Quicunque terra.*] Quicunque vivimus. *Munere veſcimur.*] Terræ fructu.

11. *Enaviganda.*] λιμένα πάγκοινον vocat Sophocles.

13. *Fruſtra cruento.*] Fruſtra vel hoc vel illud periculum vitabimus ad vitam diu producendam, quandoquidem inopinato mortis genere nobis fortaſſe erit moriendum.

14. *Adria.*] Adriæ ſonori, & tempeſtuoſi maris. Ponitur Adria in neutro genere, ut ſupra Ode XI.

15. *Autumnos nocentem.*] Autumno (inquit Hippocr. Aphor. 9. lib. 3.) morbi ſunt acutiſſimi atque exitiales maxima ex parte. Cauſas citat Gal. quinque, quem conſule (ſi placet) in eundem Aphor.

16. *Auſtrum.*] Auſtri auditum hebetant, caliginem offundunt, caput gravant, tarditatem motus, ac languorem inducunt. Gal. in 5. Aphor. lib. 3.

17. *Viſendus ater.*] Ordo eſt, ater Cocytus flumine languido eſt viſendus, Id eſt, moriendum eſt. *Flumine languido.*] Aqua pigre fluente, propter ejus craſſitiem.

18. *Cocytus errans.*] Virg. 6. Æneid.
Cocytuſque ſinu labens circumfluit atro.
Græci Κωκυτὸν vocant ἀπὸ τοῦ κωκύειν, quod cum gemitu flere atque ejulare ſignificat. *Torrens. Cocytus errans.*] Cocytus eſt fluvius flexuoſus infernalis, à Styge derivatus. *Et Danai.*] Et Danai filiæ infames, quod una nocte patris juſſu maritos ſuos interficerent. *Danai genus.*] Filiæ 50. Danaides dictæ, à patre Danao Beli filio, à quo & *Belides* ab avo nuncupatæ. *Cruquius.*

20. *Siſyphus.*] Mortalium omnium aſtutiſſimus, ſi Homero credimus. Unde Σισύφου μηχανάς, ſeu *Siſyphi artes*, in proverbium abierunt: ut & *Siſyphi ſaxum*, quem ille perpetuum laborem malarum artium mercedem retulit. *Torr. Siſyphus.*] Siſyphus Æoli filius ſic damnatus, ut longum laborem nunquam finiret.

22. *Neque harum.*] Ordo eſt, neque ulla harum arborum, quas colis, ſequetur te brevem dominum, (id eſt, te brevi victurum) præter cupreſſos inviſas, id eſt, funebres, & Proſerpinæ conſecratas. *Quas colis.*] Ad delicias, & voluptatem comparatas, quales ſunt platanus, &c.

23. *In-*

Te, præter inviſas cupreſſos,
Ulla brevem dominum ſequetur.
Abſumet hæres Cæcuba dignior,
Servata centum clavibus: & mero
Tinget pavimentum ſuperbum,
Pontificum potiore cœnis.

23. *Inviſas cupreſſos*] Duo noſtri libri *Cupreſſus* habent. ut autem hic *inviſas*; ſic Epod. 5. *funebres*; & Virg. lib. 6. *ferales* vocat. Ac funeream eſſe cupreſſum, atque adeo Diti & Proſerpinæ ſacram, & funeris indicio ante mortuorum domos collocari, omnibus notum. *Torrent.*

24. *Brevem dominum.*] Brevis vitæ dominum, ut *breve lilium.*

25. *Abſumet hæres.*] Hæres tuus effuſiſſime conſumet, quæ tu nimis parce conquiſiviſti. *Cæcuba.*] Vina accuratiſſime ſervata. *Dignior.*] Te dignior, quia utitur quæ poſſidet, quum tu parcas, ut ſacris.

27. *Tinget pavimentum.*] Hæres avari divitis luxurioſus, vino quod ille vix guſtare auſus fuerit, ſic abutitur, ut eo etiam pavimenta per ebrietatem reſpergat, ac dum bibit & vomit, *Marmoribus rivi properent. Superbo.*] Vocat merum ſuperbum, vel ob nobilitatem ac pretium: vel quod in dominum tam ſuperbum inciderit. Quidam legendum cenſent, *ſuperbum.* Torr. *Tinget pavimentum ſuperbum.*] Reſperget magnificum triclinii pavimentum vino meliore, quam quod datur in cœnis pontificum.

28. *Pontificum cœnis.*] Id eſt, ſumptuoſis, opiparis. Vide lib. 1. Od. 37. verſu 2. Cælius lib. 7. cap. 26.

ODE XV. μεμπτική.

In ſui Sæculi luxum.

Luxum circa ædificia ingentem reprehendit: & veterum contrà frugalitatem commemorat.

JAM pauca aratro jugera regiæ
Moles relinquent: undique latius
Extenta viſentur Lucrino
Stagna

1. J*Am pauca.*] In codicibus Blandiniis hæc Ode à ſuperiori indiviſa legitur. *Cruquius. Aratro jugera.*] Ad arandum: quum omnis penè ager ſumptuoſus domibus, piſcinis, & hortis vix ſufficiat. *Regiæ moles.*] Sic ſumptuoſiſſimas ſui ſæculi villas vocat, in urbium pæne modum ædificatas; Structuras operoſas & ſumtus infiniti. *Torrent. Regia Moles.*] Sumptuoſa ædificia, quæ regibus conveniant, inſtar molis.

2. *Undique latius.*] Conqueritur, privatorum ſtagna ſive piſcinas latius extendi, quam Lucrinus pateret lacus. Macrob. Sat. lib. II. cap. XI.

3. *Extenta viſentur.*] Stagna latius producta, & ampliora lacu Lucrino in ſinu Bajano conſpicientur: vel ad quæ videnda omni ex parte concurretur.

4. *Platan*

Stagna lacu, platanuſque cælebs
Evincet ulmos. tum violaria, &
Myrtus & omnis copia narium
Spargent, olivetis odorem,
Fertilibus Domino priori.
Tum ſpiſſa ramis laurea fervidos
Excludet ictus: non ita Romuli
Præſcriptum, & intonſi Catonis
Auſpiciis, veterumque normâ.
Privatus illis cenſus erat brevis,

Commu-

4. *Platanuſque cælebs.*] Sic *ſteriles platani*, Virg. 2. Georg. *Platanus* enim & ipſa ſterilis eſt, nec aliarum arborum fertilitatem juvat, nulla re, quam umbræ opacitate, ac frondium pulchritudine celebrata; atque inde etiam nomen adepta, quod umbram latiſſimè diffundat. Quo & Virgilium reſpexiſſe crediderim, cum ait:

Jamque miniſtrantem platanum potantibus umbram.

Platanuſque cælebs.] Platanus non maritata vitibus ut ulmus ſed deambulationi tantum inſerviens propter opacitatem evincet ulmos, id eſt, major erit numerus platanorum ad voluptatem, quam ulmorum ad utilitatem.

5. *Tum violaria & Myrtus.*] Alii legunt, *Tum violaria Myrtuſque & omnis, &c. Tum violaria & Myrtus.*] Violaria ſunt loca, in quibus violæ naſcuntur. Ordo eſt, tum violaria & myrtus & omnis copia narium ſpargent odorem olivetis fertilibus domino priori.

6. *Omnis copia narium.*] Pro odorum copia, qua nares veluti paſcamus. Id eſt, flores, virgulta, ex quibus odor ſuavis naribus afflatur: ut & ea omnia quæ ad narium delectationem nata ſunt, *narium copiam* appellat. Perinde ac ſi flores illos odoriferos, copiam, opes ſive divitias narium vocitaret. *Lambin. Stephan.* *Copia narium.*] Copia narium, ſignificat omnes flores, qui naribus afflati delectationem afferunt.

7. *Olivetis odorem.*] In locis ubi antea creſcebant olivæ, quæ ſub priore domino loca erant fertilia, nunc infrugifera.

9. *Tum ſpiſſa laurea.*] Laurus non tam umbra, quam perpetuo illo virore à fulmine intacto commendatur. Vide Val. Max. lib. 9. cap. 1. Plin. lib. 17. cap. 1. *Torrentius.* Cruquius vult hæc ad hortos operis topiarii pertinere, ex lauro & id genus aliis fruticibus qui gradatim modicis intervallis inflecti, annectique & cancellatim pangi poſſunt. Plin. lib. 15. cap. ult.

10. *Ictus.*] Calores ſolis. *Non ita Romuli præſcriptum.*] Non ita, inquit, Romuli & Catonis auſpiciis præſcriptum eſt: Catonem Romulo adjungens, quod vir ille exotica omnia & peregrina deteſtabatur, Græcis infeſtiſſimus. *Intonſi.*] Notum autem quam ſerò Romæ tonſores viſi fuerint; unde *barbati* atque *intonſi* pro antiquis. *Torrentius.*

11. *Præſcriptum.*] Præceptum, Metaph. ducta à ludimagiſtris.

12. *Auſpiciis.*] Legibus & poteſtate Romuli Romæ conditoris, & Catonis intonſi, id eſt, hirſuti, & ſeveri. *Veterum normâ.*] Vitæ ſcilicet regulâ, quam nobis ad vivendum præſcripſerunt, ſuoque exemplo comprobarunt. *Lubin.*

13. *Privatus illis cenſus.*] Illi parvam & anguſtam habebant rem familiarem.

I 14. *Com-*

Commune magnum: nulla decempedis
Metata privatis opacam
Porticus excipiebat Arcton:
Nec fortuitum ſpernere ceſpitem
Leges ſinebant, oppida publico
Sumptu jubentes, & Deorum
Templa novo decorare ſaxo.

ODE

14. *Commune magnum.*] Rempublicam magni æſtimabant. *Nulla decempedis Metata, &c.*] Decempedam nominat Horatius metandis porticibus. Fortaſſis nec decempeda ibi ſit accipienda de pertica decem pedes longa metiundis porticibus apta. aliud quippe *metari*, eligere vel metas ponere & conſtituere: aliud *metiri*, menſurare, vel definire quot pedum vel paſſuum ſit locus aliquis. Ergo de area porticus per decempedam metanda & dirigenda ad lineam videtur intelligere Poëta, non de fabricæ menſura colligenda. *Decempeda* vero an groma fuerit, vide Salmaſ. Plin. Exercit. pag. 682. b. *Nulla decempedis Metata.*] Nemo privatus habebat porticum ſeptemtrionibus objectam (in qua æſtivo tempore inambularet) adeò amplam, ut ea perveniret ad menſuram decem pedum. Decempeda eſt pertica decem pedum, in qua fabricæ menſura colligitur.

15. *Metata privatis.*] Decempedis menſurata.

16. *Arcton opacam.*] Rectè *opacam* vocat, Septentrioni nempe expoſitam, ac proinde averſam ſolibus, quales æſtivis caloribus expetuntur. *Torrentius.* *Arcton.*] Urſam, aſtrum boreale.

17. *Nec fortuitum.*] Senſus eſt, Leges vetabant Romanos villas ſumptuoſas, & porticus ædificare, quapropter vitam agebant ſimplicem, & ſine ambitione, nec omninò curabant privatas opes, ut qui omne ſtudium publico ornatui, & templis impendebant. *Fortuitum ſpernere ceſpitem.*] Præclarè de Tiberio Sueton. *Trans Rhenum eum vitæ ordinem tenuit, ut ſedens in ceſpite nudo cibum caperet, ſæpe ſine tentorio pernoctaret.* Torrentius. *Cruquius* vero per μείωσιν accipiendum putat *ceſpitem*, pro hærediolo à majoribus relicto, in quo acquieſcere, non etiam id dilatare legibus cautum erat. quæ *ſpernere*, id eſt, ampliare, leges & inſtituta patrum non ſinebant. Turneb. lib. 10. cap. 21. *Fortuitum ceſpitem.*] Nec permittebant leges humilia ædificia & caſulas, vel etiam ceſpitem fortuito caſu oblatum, cui quis indormiret, ſpernere; & ſplendida ædificia in privatum uſum ab aliquo extrui, ſed privatas opes ad publicos uſus referri jubebant. *Lubin.*

20. *Novo ſaxo.*] Veteres vocabant *novum*, quicquid ornatum erat atque elegans. Quod vero toties & hic & alibi, templorum refectionem commendat Horat. videri poſſit ad Auguſti laudes referendum. de quo Suet. cap. 30. *Torr.*

1. *Otium.*]

ODE XVI. [illegible]
Ad GROSPHUM.

Omnes expetunt animi tranquillitatem, quæ neque divitiis, neque honoribus poteſt acquiri, ſed cupiditates tantum coërcendo.

OTIUM divos rogat in patenti
Prenſus Ægæo, ſimul atra nubes
Condidit Lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis.
Otium bello furioſa Thrace:
Otium Medi pharetra decori,
Groſphe, non gemmis, neque purpura, venale, nec auro.
Non enim gazæ, neque conſularis
Summovet lictor miſeros tumultus

Men-

1. OTium.] Hoc loco commendat otium, non iners illud atque ignavum; ſed honeſtum, quod in animi bene compoſiti tranquillitate conſiſtit: quale viri ſæpe maximi poſt reipubl. labores exoptant, ſed pauci conſequuntur. *Torrentius*. *Otium.*] Vitam quietam petis à Caſtore & Polluce.

2. *Prenſus Ægæo.*] Is qui à tempeſtate deprehenditur in lato mari Ægæo, ſic dicto ab Ægeo, qui in illud mare ſe præcipitem dedit. *Ægæo.*] Alii à ſcopulo potius, inter Tenedum & Chium Æge nomine, qui capræ ſpeciem habet: Varro tamen à pluribus ejus ſitus inſulis, quæ capris ſimiles ſunt, ſic vocatum tradit. Sed optimè Strabo ab Ægis, quod Euboiæ inſulæ oppidum fuit, *Ægæum* appellari pelagus ſcribit. *Torrent.* *Simul atra, &c.*] Statim ut nubes abſcondidit Lunam.

3. *Certa fulgent.*] Sydera nautis certe cognita, ut urſa & ſimilia.

5. *Otium bello.*] Nationes bellicoſæ, ut Thraces & Medi pacem etiam expetunt. *Thrace.*] Thracia, id eſt, Thrax bellicoſus.

7. *Groſphe.*] Hic opinor Pompeius iſte Groſphus, quem Itio in epiſtola commendat: *Utere Pompeio Groſpho.* Porphyrion equitem Romanum facit, ſed Sicilienſem. *Torrent.* *Venale, nec.*] Animi tranquillitas non poteſt emi gemmis, nec purpura, nec auro, quia ſolum provenit ab appetitu rationi obtemperante.

9. *Gazæ, neque.*] Non immenſæ divitiæ, neque magiſtratus. aut imperia removent animi perturbationes. *Conſularis Summovet lictor, &c.*] Erant & aliis nonnullis magiſtratibus ſui lictores; ſed præcipui conſulares XII. numero. Dictatura verò extrà ordinem erat, ac veluti duplex imperium, ideo lictores XXIIII. Dictatori dabantur. Lictoris autem officium præire & aperire venienti magiſtratui viam, ac ſummovere turbam, ut pulcrè Turneb. l. 15. c. 10.

10. *Summovet lictor.*] Significat, conſulares lictores, non habere poteſtatem ſummovendarum curarum & aliarum mentis perturbationum, quemadmodum turbam ſummovere ſolent ante incedentem Conſulem. *Miſeros tumultus.*] Animi perturbationes, curas, angores, ægritudines, quibus con-

Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volanteis.

VIVITUR *parvo bene, cui paternum*
Splendet in menſa tenui ſalinum:
Nec leveis ſomnos timor, aut Cupido
Sordidus aufert.

QUID *brevi fortes jaculamur ævo*
Multa? quid terras alio calenteis
Sole mutamus? patriæ quis exul
Se quoque fugit?

SCAN-

concitatus tumultuatur ac trepidat. *Lambinus.* *Lictor miſeros.*] Publicus miniſter, qui ante Conſulem faſces, & ſecures præferebat.

11. *Et curas.*] Et curas diſcurrentes circa domos, & tecta divitum, laquearibus ornata.

13. *Vivitur parvo.*] Oſtendit otium illud, quod omnes optant, pauci aſſequuntur, non in magnis opibus ac potentia ſitum eſſe: ſed iis potius contingere: qui parvo contenti ſint, atque ab omni cupiditate liberi. *Torrent.* *Vivitur parvo.*] Ab eo bene beateque vivitur, id eſt, bene vivit is parvo, qui tenui victu, & modico apparatu contentus eſt. *Paternum ſalinum.*] Salinum à patre relictum filio, pro quavis ſupellectile paterna. Salinum vas eſt, in quo ſal continetur.

14. *Salinum.*] *Salini* autem, nec alterius apparatus meminit, quod ſalem ſemper primo loco apponimus. Quo appoſito atque una Deorum ſimulacris ut lib. 2. Arnobius tradidit, menſa ſacra fieri credebatur: nec cibariis ullis ſine ſale veſcimur. Quare veteres plerique, tametſi vas nullum argenteum poſſidebant, ſalinum tamen ac patellam Deorum ex argento habebant: libentiuſque poculo & ſalino à parentibus per manus tradito utebantur. Turnebus libro 10. cap. 22. Salis ergo nomine frugalem victum innuit. *Torrent.*

15. *Timor, aut.*] Metus perdendi, aut ſordida cupiditas quæſtus faciendi.

17. *Quid brevi fortes.*] Tale illud fermè lib. 1. Od. 11.

Et ſpatio brevi Spem longam reſeces.

Vetat enim Poëta tam anguſto concluſos melioris ævi ſpatio multa appetere, quæ feliciores nos efficere nequeant. *Jaculari* ergo μεταφορικῶς, pro intento aliquid animo petere. *Torrent.* *Quid brevi fortes.*] Quorſum nos exiguo tempore victuri multa deſideramus? *Jaculamur.*] Cur jaculamur, & ſagittas dirigimus ad multa, id eſt, cur multa, petimus?

18. *Quid terras.*] Quorſum proficiſcimur in terras longinquas, patria relicta? *Terras alio calentes Sole.*] Expreſſiſſe videtur Græcorum proverbium, γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι. *Eraſmus* Chiliad.

19. *Patria quis exul.*] Venuſtius quidem ob παρονομασίαν, Græce hoc exprimitur, Τίς πατρίδος φυγὰς ὢν καὶ σαυτὸν ἔφυγε; ſed tamen & Latini *fugere* pro in exilium ire, & *fugam* pro exilio dixere. Et pulcre Seneca de Tranq. vitæ: *Hoc ſe quiſque modo ſemper fugit. Sed quid prodeſt, ſi non effugit? Sequitur ſe ipſum, & urget graviſſimus comes.* Torrent. *Patria quis exul.*] Quis patriæ dulcedinem, & ſe, id eſt, ſuos affectus & naturæ propenſionem obliviſcitur?

21. Era-

SCANDIT æratas vitioſa naveis
Cura : nec turmas equitum relinquit
Ocyor cervis, & agente nimbos
Ocyor Euro.
Lætus in præſens animus, quod ultra eſt
Oderit curare, & amara læto
Temperet riſu. NIHIL *eſt ab omni*
Parte beatum.
Abſtulit clarum cita mors Achillem,
Longa Tithonum minuit ſenectus :
Et mihi forſan, tibi quod negarit,
Porriget hora.
Te greges centum, Siculæque circum
Mugiunt vaccæ : tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa : te bis Afro

Murice

21. *Æratas vitioſa.*] Naves roſtratas & robuſtas.

23. *Ocyor cervis, & agente.*] Cum eſt velocior cervis, & ipſis ventis, qui nimbos agitant : non potes igitur eam fugere, ſive navim, ſive equum conſcenderis.

24. *Euro.*] Eurus eſt ventus flans ab Oriente.

25. *Lætus in præſens.*] Stulti enim vita ſemper in futurum fertur, ſapiens præſentibus, ita ut evenerint, utitur. *Torrent. Lætus in præſens.*] Gaudeat animus donis præſentibus; quod futurum eſt, minime curet. *Quod ultra eſt.*] Quod futurum eſt. nam præſentia duntaxat nos attingunt: futura autem nondum ad nos pertinent. *Lambin.*

26. *Læto Temperet riſu.*] Torrentii exemplaria habent *lento*. Et cum dicit *lentum riſum*, ſeveritati propriores eſſe debere nos admonet, eumque ſaltem debere eſſe moderatum.

27. *Nihil eſt ab omni Parte beatum.*] Similis ille Græcorum ſenarius : Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. *Eraſm.* Chiliad.

30. *Tithonum.*] Tithoni ſenectus etiam proverbio locum fecit. Auroræ enim ſucco perfuſus ſenectutem quidem non evaſit, ſed mori non potuit. Pertæſus ergo longiſſimæ ætatis, exſiccato jam corpore, membriſque contractis, precibus obtinuit, ut in cicadam mutaretur. *Torrentius. Tithonum.*] Senectus Tithonum minuit, vitamque ejus reddidit inſuavem, quamvis immortalitatem ab Aurora impetraverat.

32. *Hora.*] Tempus.

33. *Te greges centum.*] Circum te. *Siculæque circum.*] Hinc Porphyrion colligit Groſphum hunc Sicilienſem fuiſſe. *Torrentius. Siculæque circum.*] Vaccæ pinguiſſimæ.

34. *Tibi tollit hinnitum.*] Tibi edit hinnitum equa certaminibus curulibus apta : quadrigæ ſunt quatuor equi ad currum vincti.

35. *Apta quadrigis equa.*] De quadrigis Circenſibus loquitur, quibus nobiliſſimi jungebantur equi, ac ſummi ſæpe pretii. Ad circum igitur equos aluiſſe Groſphum indicat Horatius.

Murice tinctæ
Veſtiunt lanæ: mihi parva rura, &
Spiritum Grajæ tenuem Camœnæ
Parca non mendax dedit, & malignum
Spernere vulgus.

Novum vero quod *binnire* etiam *equam* facit. *Torrent.*

36. *Murice tinctæ.*] Te veſtiunt lanæ bis tinctæ purpura Tyria, quam M. Tullius *Dibaphum* nominat. *Murex* color purpureus ex ſanguine piſcis Muricis conficiebatur.

37. *Mihi parva rura.*] Ordo eſt: Parca non mendax dedit mihi, parva rura, & tenuem ſpiritum Grajæ Camœnæ, & dedit mihi ſpernere malignum vulgus, id eſt, invidum vulgus nihili facere.

38. *Grajæ tenuem Camœnæ.*] Parca non mendax, id eſt, fatum immutabile mihi tribuit facultatem poëticam ex Græcis Poëtis deſumptam. *Grajæ* eſt nomen Adjectivum. Genitivi caſus ſingularis.

39. *Parca non mendax.*] Credebant veteres ſuum cuique in hanc vitam prodeunti adnaſci *genium*. Deinde ſeptimo à quo quiſque natus fuerat die, Parcas ſtatuere, qua fortuna ille per omnem vitam uteretur.

40. *Malignum vulgus.*] Proprium vulgi ephithetum, quod conſuetudine quadam malevolum eſt, ad cujus opinionem qui vivere velit, beatè vivere non poterit. Turba igitur vitanda ei, qui nolit fieri deterior. *Torrent.* Turneb. lib. 10. cap. 22.

ODE XVII. προσφωνητική.

Ad MÆCENATEM ægrotum.

Quo mortuo, negat ſe velle vivere, eique ſuperſtitem eſſe.

CUR me querelis exanimas tuis?
Nec Diis amicum eſt, nec mihi, te prius
Obire Mæcenas, mearum
Grande decus, columenque rerum.
Ah! te meæ ſi partem animæ rapit
Matu-

1. *EXanimas tuis.*] Occidis, mœrore afficis.

2. *Nec diis amicum.*] Volunt Muretus Var. lect. lib. 2. cap. 12. & Lambin. à Græcis ſumi hoc loquendi genus, οὐ θεοῖς φίλον. Quaſi vero non eadem Latinis, quæ Græcis utendi iſtiuſmodi tranſlationibus libertas ſit, ut quicquid gratum acceptumque eſt alicui, id ei amicum eſſe dicant. *Torrent.* *Nec diis amicum.*] Non eſt gratum, neque placet diis.

4. *Grande decus.*] Ornamentum, & firmitas bonorum, & facultatum mearum. ſic Od. 1. lib. 1.

5. *Ah, te meæ.*] Ah, ſi celerior mortis violentia rapiat te, qui animæ meæ pars es una. *Meæ partem animæ.*] Tale illud eſt lib. 1. Od. 3. *Et ſerves animæ dimidium meæ;* quo ſumma atque

Maturior vis, quid moror altera?
Nec carus æque, nec ſuperſtes
Integer. ille dies utramque
Ducet ruinam: non ego perfidum
Dixi ſacramentum, ibimus, ibimus
Utcunque præcedes, ſupremum
Carpere iter comites parati.
Me nec Chimæræ ſpiritus igneæ,
Nec ſi reſurgat centimanus Gyas
Divellet unquam: ſic potenti
Juſtitiæ, placitumque Parcis.
Seu Libra, ſeu me Scorpius aſpicit
Formi-

que inſeparabilis amicitia declaratur. Quod hodie quoque omnibus in ore eſt, ut quos eximiè amicos eſſe cernimus, *unam* utrumque *habere animam* dicamus. *Torrent.*

6. *Quid moror?*] Cur ego vivam, qui ſum animæ tuæ pars altera.

7. *Nec carus æque.*] Neque tanti ſe fore dicit, quanti antea fuerat, talis amici gratia potens: neque tam integrum, quod dimidium ſui perdiderit. *Torrent. Nec carus æque.*] Nec mihi tam charus futurus, ut antea, nec integram vitam habiturus te mortuo, qui es animæ meæ medietas.

8. *Ille dies.*] Eodem die uterque noſtrum ruet, & morietur.

9. *Non ego perfidum.*] Alluſio ad militare ſacramentum: & ſecuturum ſe ait, quocunque præceſſerit Mæcenas, atque una moriturum potius, quam ut ducem deſerat. Et hoc fere contigiſſe Dion teſtatur: ſi quidem Mæcenatis ille mortem refert in annum U.C. DCCXLVI. Horatius vero obiit anno imperii Auguſti XXXIV. qui fuit urbis conditæ DCCXLV. *Torrent.*

10. *Dixi ſacramentum.*] Ego non pejeravi, ut milites, qui ſacramento obſtricti, fidem violarunt.

11. *Utcunque.*] Quandocunque præcedes ſive ætate ſive ſorte correptus.

Supremum carpere iter.] Extremum vitæ diem tecum obire parati. *Lambin.*

12. *Comites parati.*] Tecum ibimus, ut comites in morte parati.

13. *Chimæræ ſpiritus.*] Ignis ſpirans ex tricipite Chimæræ capite, de qua vide Od. 27, lib 1.

14. *Centimanus Gyas.*] Libri fere impreſſi omnes *Gyges* habent: veteres verò membranæ ſummo conſenſu *Gygas*, quam lectionem etiam priſci ſequuntur Interpretes, nec video quomodo jure diſplicere poſſit. Gigantis enim appellatione unum aliquem ex centimanis illis Terræ filiis intelligit. *Torrent. Muretus* Var. lect. lib 6. cap. 12.

Gyas.] Gyas Cœli, & Terræ filius, qui centum habuit manus, & capita quinquaginta.

15. *Divellet.*] Nec me unquam ſeparabit à propoſito meo, non vivendi poſt mortem tuam.

16. *Juſtitiæ placitumque Parcis.*] Quare Juſtitiam cum Parcis conjungit? An quia per Parcas divinæ legis, cui nemo queat reſiſtere, potentia ſignificatur, atque ea vera & perfecta juſtitia eſt? *Torrent. Juſtitiæ placitumque Parcis.*] Sic enim Juſtitiæ omnipotenti, quæ fidem frangere prohibet, & *Parcis*, Fato, divinæque providentiæ placitum eſt, ut una vivamus & mo-

Formidoloſus, pars violentior
Natalis horæ: ſeu tyrannus
Heſperiæ Capricornus undæ:
Utrumque noſtrum incredibili modo
Conſentit aſtrum. te Jovis impio
Tutela Saturno refulgens
Eripuit, volucriſque fati

Tar-

& moriamur. *Lubin.* *Juſtitiæ placitumque Parcis.*] Duplicem reddit rationem arctæ amicitiæ, Juſtitia id poſcit propter accepta à Mæcenate beneficia. Parcæ id poſcunt, quia Mæcenas, & Horatius nati erant ſub eodem ſydere, quod multum valet ad amicitiam contrahendam.

17. *Seu Libra, ſeu, &c.*] Quo aſtrorum ſitu natus ſit, non aperit: ſed quicunque ille fuerit, cum natalitia Mæcenatis hora convenire affirmat. vocant autem ὡροσκόπον Græci, eam circuli Zodiaci in duodecim ſigna diſtincti partem, quæ tempore cujuſque genituræ emergit in hemiſphærium noſtrum: hoc eſt ortum ipſum cœli, cum naſcimur, unde potiſſimum natalitias prædictiones colligunt Aſtrologi. Hinc *aſpiciendi* verbo utitur Horatius, quaſi ſignum illud nos aſpiciat, quod in ortu noſtro notamus. *Scorpium* vero *formidoloſum* vocat, non tam quod ſignum illud, ſed quod Mars ſigni dominus horrendus ſit. *Torrent.* *Seu Libra, ſeu.*] Ordo eſt, utrumque noſtrum aſtrum, (id eſt, aſtrum tuum, & aſtrum meum) conſentit incredibili modo, ſeu Libra me aſpicit, ſeu Scorpius. Idem erat ſitus aſtrorum in tuo horoſcopo, qui fuit in meo.

18. *Formidoloſus.*] Metuendus, quia Scorpius attribuitur Marti, cujus ſtella malefica eſt, & inclemens. *Pars violentior.*] Qui Scorpius, natalis pariter & lethalis horæ violentior pars eſt, dum ſub ſe natis brevem vitam pollicetur; ſeu denique Capricornus, qui Heſperiæ undæ in oceano occidentali violentus tyrannus eſt, illudque mare dum Sol in Capricorno verſatur, tempeſtatibus inquietat: ſeu quæcunque alia conſtellatio fuerit, quæ nos naſcentes reſpicit: incredibili modo utrumque noſtrum & meum & tuum aſtrum inter ſe conſentit, noſtroſque animos, mores & ſtudia æterno concordiæ vinculo conjunxit. *Lubin.*

19. *Natalis horæ.*] Duo codd. Bland. habent *lethalis horæ.* Cruquius. *Tyrannus Heſperiæ Capricornus.*] Quod Occidentis partes ei ſigno ſubjacere traduntur. Et alioqui cum hyemale ſit ac frigidum, cujus nempe ingreſſu ſolſtitium eſt, tempeſtates ciet, atque infeſtat maria. *Torrent.* *Tyrannus.*] Idcirco Capricornus Italiæ tyrannus dicitur, quia Saturnus in Capricorno graviſſimas pluvias excitat, maxime in Italia.

22. *Jovis impio Tutelà Saturno.*] *Jovis tutelam* dixit, pro Jove ipſo conſervatore, qui refulgens Saturno vim diri ſideris irritam fecerit, ſeu contra fulgendo infregerit. Sed cur *impium Saturnum* vocat? an quia impius in liberos ſuos fuerit, an quia ſævos atque impios ſuo ſidere facere creditur? *Torrent.*

23. *Tutela Saturno.*] Jovis ſtella quæ te tuetur. Saturni malignitatem diſcuſſit, & avertit. *Refulgens.*] Suo aſpectu ſubveniens, & Saturno repugnans.

24. *Volucris fati.*] *Volucris* dicit ob ſubitas & repentinas hominum mortes. *Fati* ergo *volucris*, id eſt, mortis nimis propere advolitantis alas tardavit ac remorata eſt, tibique longum vivendi tempus indulſit.

25. *Tarda-*

Tardavit alas: quum populus frequens
Lætum theatris ter crepuit ſonum.
Me truncus illapſus cerebro
Suſtulerat: niſi Faunus ictum
Dextra levaſſet, Mercurialium
Cuſtos virorum. reddere victimas,
Ædemque votivam memento:
Nos humilem feriemus agnam.

25. *Tardavit alas.*] Mortem impendentem repreſſit. *Quum populus frequens.*] Libri MSS. duo, *tum populus*, nec ſane diſplicet.

26. *Lætum theatris, &c.*] Turneb. l. 18. c. 12. *Ter crepuit ſonum.*] Ter applauſit, & jucundis acclamationibus congratulatus eſt. vide Od. xx. lib. 1.

27. *Truncus illapſus cerebro.*] Arbor irruens in caput me interemiſſet, niſi Faunus ſylvarum Deus ictum ſuſtinuiſſet.

28. *Faunus ictum.*] Faunum Mercurialium virorum cuſtodem vocat; ita ut Mercurio quidem ſuam ſalutem aſſcribat, qui eum etiam in Philippis ſervavit: verum quod ruri contigit, ſine Fauni mentione præterire non potuit. Faunus ergo ictum avertit, ſed Mercurio gratificans. Et alioqui magna utriuſque dei cognatio eſt. *Torrent.*

29. *Dextra.*] Ipſe Faunus dexter & propitius. *Cruquius. Mercurialium, &c.*] Cuſtos virorum doctorum, quales ſunt Poëtæ, qui ſunt ſub Mercurii tutela.

31. *Ædemque votivam.*] Templum quod Mæcenas ægrotans Saluti promiſerat, ſi ſalvus evaderet.

32. *Nos humilem, &c.*] Videtur alludere ad ſacrificandi morem, qui diis terreſtribus humi fieri ſolebat, non in aris erectis. *Cruquius. Nos humilem.*] Nos parvum ſacrificium offeremus, conveniens nobis, qui humiles ſumus. Fauni autem hoſtiæ, agnæ, hoedus, caper.

ODE XVIII. ἀσυναρτητική, ἢ ἱππωνακτική.

Re tenui ſe contentum dicit, ubi alii cupiditatibus ſuis & divitiis ſtudent, & nullum ædificandi, nullum rapiendi modum faciunt, nihil de morte cogitantes.

NON ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar:

Non

Libri nonnulli veteres carmen hoc Varo inſcribunt, de quo lib. 1. Od. XVIII.

1. *Non ebur.*] Neque eburnium, neque aureum lacunar renidet, id eſt, reſplendet in domo mea.

2. *Renidet.*] An propriè *renidere* de homine dicatur, uti & *ridere*: ac per tranſlationem etiam de rebus inanimatis, pro ſplendere, incertum eſt. Lambinus hilaritatem quandam præ ſe ferre id vocabulum ait, & tamen de inanimatis proprie dici judicat. *Lacunar.*] Iſidorus inter ædificiorum venuſtates, tectorum auro diſtincta laquearia & pretioſi marmoris cruſtas & colorum picturas enumerat. Addit à ſimilitudine lacus dici: hincque diminutivum *lacunar* fieri, unde & *lacunarium*, & per antiſtœchon *laquearium*. Torrent.

Non trabes Hymettiæ
Premunt columnas ultima reciſas
Africa: neque Attali
Ignotus hæres regiam occupavi:
Nec Laconicas mihi
Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.
At fides, & ingeni
Benigna vena eſt: pauperemque dives
Me petit. nihil ſupra

Deos

3. *Trabes Hymettiæ.*] Hymettii marmoris. Significat ergo Horatius columnis ex Africa trabes Atticas impoſitas. Plin. lib. 36. cap. 7. Turneb. lib. 10. cap. 22. *Torrent.* *Hymettiæ.*] Trabes marmoreæ, non ligneæ, ex monte Hymetto petitæ, quæ ex tranſverſo columnis ſuperimponuntur.

4. *Ultima reciſas Africa.*] Numidicas intelligo. Numidia enim præter marmoris Numidici ferarumque proventum, nihil aliud habet inſigne. *Ultima* autem *Africa* dicit, quo majorem luxum ſignificet; nam quo remotius, eo & pretioſius. *Torrent.* *Ultima reciſas.*] In Numidia, quæ eſt pars Africæ interior, ubi lapis erat optimus ad columnas.

5. *Neque Attali.*] Neque fraude, aut malis artibus cujuſquam hæreditatem expugnavi, veluti P. Rom. qui juris ſimulatione Attali regiam, id eſt, regias opes ſibi vendicavit. *Neque Attali.*] Attalus cognomento Philometor. Nec tamen hic pop. Romanum notari crediderim (non enim *ignotus hæres* recte vocabitur, quem graves ob cauſſas teſtator inſtituit) ſed Andronicum potius, qui poſt mortem Attali, ſtirpis regiæ mentitus originem, regnum illud occupaverat. *Torrent.*

6. *Ignotus hæres.*] Non legitimus hæres, ſed peregrinus & dolo malo factus.

7. *Nec Laconicas mihi.*] Nec honeſtæ vicinæ, meorum clientium uxores, lanas mihi nent purpureas, ex quibus faciam veſtes, quum magiſtratum obtinuerim. Circa Tenarum Laconicæ regionis promontorium capitur piſcis Murex, ex cujus humore fit color purpureus. *Laconicas.*] *Purpuras Laconicas* nove dixit pro lanis, quæ ad pretioſarum uſum veſtium Laconica purpura imbuebantur. Plin. lib. 9. c 36. *Torr.*

8. *Clientæ.*] Vetuſti codices *Clientes* habent. Sic & *hoſpita* & *antiſtita* optimi auctores dixere; quamquam *hoſpes* & *antiſtes*, ut *cliens* quoque generis communis ſint. Mos autem veterum, domeſtico mulierum lanificio fere ad veſtitum uti: copiam vero ſignificat atque luxum, ubi non domeſticarum tantum, ſed & libertarum, clientarumque quamtumvis honeſtæ ſint, operæ exigantur, ut *honeſtas* nempe vocet, quibus honor debeatur. *Torrent.*

9. *At fides & ingeni.*] Damnatis per contentionem fortunæ bonis, nunc ait, ſe bonis animi gaudere, præterque uſum rerum moderatum, nec Deos, nec amicos amplius quid poſcere. *Cruq.*

10. *Benigna vena eſt.*] At larga eſt ingenii vena. Metaph. ducta à Metallis, vel fontibus, quorum venæ aliæ latiores, aliæ ſunt anguſtiores.

11. *Petit.*] Propter fidem meam & ingenium, dives appetit meum favorem. *Nil ſupra.*] Non plura à diis peto.

12. *Nec*

Deos laceſſo: nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus unicis Sabinis.
Truditur dies die,
Novæque pergunt interire Lunæ.
Tu ſecanda marmora
Locas ſub ipſum funus: & ſepulcri
Immemor, ſtruis domos:
Mariſque Bajis obſtrepentis urges
Summovere littora,
Parum locuples continente ripa.
Quid, quod uſque proximos
Revellis agri terminos, & ultra
Limites clientium

Salis

12. *Nec potentem.*] Nec Mæcenatem ampliora rogo.

14. *Satis beatus unicis Sabinis.*] Satis dives unico agro Sabino, qui in Sabinis erat.

15. *Truditur dies.*] Propoſitio ex interrupto, quaſi *ἀγανακτικῶς* inſerta, in eos qui velut perpetuo victuri, nihil quam ædificant, rapiunt, quo jure, quavis injuria. Etiam hoc eleganti comparatione oſtendit Ovid.

—— Velut unda impellitur unda,
Urgeturque eadem veniens, urgetque priorem.
Tempora ſic fugiunt.

Vide lib. 4. Od. 7. *Cruquius. Truditur dies die.*] Diem dies ſubſequitur, & integri menſes cito tranſeunt.

16. *Novæque Lunæ.*] Lunæ accreſcunt, & decreſcunt.

17. *Tu ſecanda marmora.*] Tu avare conducis homines mercenarios, qui tibi ſecent marmora ad ædificiorum ſtructuram. ſub ipſum funus, id eſt, paulo ante mortem.

20, *Mariſque Bajis obſtrepentis.*] Ædificas in mari, quod ſuo ſonitu Bajis obſtrepit. Bajæ civitas eſt Campaniæ à Bajo Ulyſſis ſocio illic ſepulto.

Nullus in orbe locus Bajis prælucet amœnis.

Urges.] Inſtas fabris, ut maris undas excludant, & littora ulterius protendant. *Urges ſummovere littora.*] Hunc ſæculi ſui luxum jam ante damnavit Od. 15. hujus libri, & Od. 1. lib. 3. Proprie autem *ſummovere littora*, dixit, ut ſummovere projectis molibus maria.

22. *Continente ripa.*] Terra continente non contentus, ſed quod mare fuit, in terram convertis.

23. *Quid? quod uſque.*] Quid? quod uſque, id eſt, ſemper removes agri terminos, qui ſunt inter te, & vicinum.

24. *Revellis agri terminos.*] Juriſconſulti *Terminos* vocant limites agrorum poſſeſſionumque, finium nempe cauſſa poſitos, ſive lapides ſive arbores, quibus fines diſcernuntur. *Torrent. Et ultra.*] Et tranſilis ultra limites vicinorum alieni fundi cupidus.

25. *Limites clientium.*] Ea gravior multo injuria eſt, quæ clientibus infertur. Vide Gellium lib. 20, cap. 1. & libro 5. cap. 13. *Torrent.*

36. *Pelli-*

Salis avarus? pellitur paternos
In ſinu ferens deos
Et uxor, & vir, ſordidoſque gnatos.
Nulla certior tamen
Rapacis Orci fine deſtinata
Aula divitem manet
Herum. quid ultra tendis? ÆQUA tellus
Pauperi recluditur,
Regumque pueris: nec ſatelles Orci
Callidum Promethea
Revexit auro captus. hic ſuperbum

Tan-

26. *Pellitur.*] Eliminatur. *Paternos in ſinu ferens Deos.*] Auget facti invidiam pulſi clientis pietas; qui nihil præter paternos lares ac liberos ſuis è ſedibus auferat.

27. *Deos.*] Penates.

28. *Sordidoſque natos.*] Revera ſordidos. Indicans, ita urgeri ab illis qui eos expellunt, ut ne ad ſordes quidem natis abluendas otium eſſe poſſit. *Steph.* *Sordidos* autem *natos* dicit, vel ob calamitatem lugentes, vel vel ob inopiam neglectos, aut pannoſos: vel quod perpetuum ſit infantium, ruſticorum maximè, epithetum. *Torr.* *Sordidoſque natos.*] Natos ob paupertatem ſquallidos.

29. *Nulla certior tamen.*] Utcunque dives avarus ædificet, atque agros agris tanquam perpetuo hic manſurus adjungat, moriturum tamen, atque ad Orci aulam abiturum, quæ rerum omnium finis eſt. Servius lib. VI. Æneid. *Sedibus hunc refer ante ſuis*, ita hæc Horatii verba exponit, ut *ſede deſtinata* pro *fine* legiſſe videatur: quæ ſane lectio & apertior & melior eſt, ſed in nullo codice ſervata. *Torrent.* *Nulla certior tamen.*] Ordo eſt: Nulla tamen aula manet divitem herum certior, deſtinata fine rapacis Orci, id eſt, nulla tamen tibi certior domus eſt reſervata, quam inferorum ſedes.

30. *Rapacis Orci.*] Orcus omnes mortales rapit. *Fine deſtinata.*] *Finem* uſurpavit in fœminino genere; concordat autem cum *deſtinata*.

31. *Manet.*] Expectat divitem.

32. *Quid ultra tendis?*] Quid plura cupis?

33. *Recluditur.*] Terra pauperi, & regibus aperitur æqualiter, ſic Od. XXVII. lib. I.

34. *Regumque pueris.*] Vide Od. 12. lib. I. *Satelles Orci.*] Lambinus Charontem interpretatur, à quo diſſentit Cruquius, qui hic mortem vult intelligi, quia hæc congregat, hæc militat Orco: vivus enim non invocat Charontem aut metuit. *Satelles Orci.*] Charon, qui animas cymba ſua tranſvectas nunquam revehet.

35. *Callidum Promethea.*] Ideo Promethea callidum appellat, quia Jovi ignem vitalem eripuerat.

36. *Revexit.*] Vitæ reſtituit. Si *revexit* ſervamus, Orci ſatellitem Charontem vocat, Orci nempe portitorem, ut eum Juvenalis appellat. Sin vero *revinxit* legerimus (ut plura vetuſtæ notæ exemplaria) ſatellitem Orci, unum aliquem alium ex Rhadamanthi ſive Æaci lictoribus intelligere poterimus, qui auro capi nequeat. Sed *revexit* magis placet, ne *revincire* pro *ſolvere* interpretari cogamur, qua ſignificatione non memini me legiſſe. *Torr.*

Captus.]

Tantalum, atque Tantali
Genus coërcet: hic levare functum
Pauperem laboribus,
Vocatus, atque non vocatus audit.

Captus.] Auro corruptus. *Hic.*] Charon.

37. *Tantalum atque, &c.*] Ante etiam Od. 13. Prometheum cum Tantalo, quem Pelopis patrem ibi vocat conjunxit, & quidem utrumque laborantem facit. Pelopis autem progenies erant Atreus & Thyeſtes, Tantali nepotes: *Superbus* autem Tantalus, qui Deos omnes convivio exceptos offendere auſus. Sed & *Tantali divitiæ*, quibus ſuperbiebat, proverbio celebrantur. *Torrent.*

38. *Genus coërcet.*] Tantali poſteros, Pelopem, Atreum, Agamemnonem, Oreſtem. *Hic levare.*] De ſatellite Orci, proinde ac de Orco ipſo ſeu Plutone loquitur; nam quod quis per alium facit, ipſe facere videtur. Et ſuo more *audit levare* dicit, pro audit ut levet: niſi cum verbo *vocatus* conſtruere malis. *Torrent.* Vel ſic etiam exponi poteſt: Hic vocatus & non vocatus levare, id eſt, ut ſublevet pauperem functum laboribus, id eſt, continuis moleſtiis & miſeriis vitæ defatigatum pertæſumque *audit*, id eſt, præſto adeſt, & velit nolit pauper, ei moriendum eſt. Vel *audit*, vocatus à paupere, & non vocatus à divite. *Cruquius. Hic levare functum.*] Ordo eſt: Vocatus, atque non vocatus audit levare pauperem functum laboribus, id eſt, audit, ut ſublevet, & liberet pauperem, qui vitam egit laborioſam.

40. *Vocatus, atque non vocatus.*] Eraſmus inter Laconum proverbia citat κεκλημένος τε καὶ ἄκλητος θεὸς παρέσαι. *Vocatus, atque non.*] Velit nolit pauper, Charon Orci ſatelles ei præſto eſt.

ODE XIX. ἐνθουσιαστική.

In BACCHUM.

Bacchi laudes, ejus numine plenus, canit Poëta.

BACCHUM *in remotis carmina rupibus*
Vidi docentem (credite poſteri)
Nymphaſque diſcenteis, & aures
Capripedum Satyrorum acutas.

Eum

1. BAcchum.] Tanquam divino furore percitus hanc Odam ſcripſit Horatius, & Bacchum docentem deſcribit. Cæterum alii fere Sileno hoc munus imponunt. *Torrent. In remotis.*] Non in ſtrepitu, ambitioneque forenſi, ubi nihil divini. *In remotis.*] In ſecretis nemoribus. *Carmina.*] Divina præcepta carmine deſcripta. *Cruquius.*

2. *Credite poſteri.*] Credite vos, qui venturi eſtis; & fidem adhibete talia docenti.

3. *Nymphaſque diſcentes.*] Per Nymphas, animos auditorum ſimplices accipimus, paratos ad diſcendum, ab omni terrenæ fæcis cupidine liberos, apertos, candidos. *Cruquius. Nymphaſque diſcentes.*] Vide etiam Nymphas ad diſcendum paratas.

4. *Aures Capripedum acutas.*] Poëtica

Euœ recenti mens trepidat metu:
Plenoque Bacchi pectore turbidum
Lætatur. euœ, parce Liber,
Parce, gravi metuende thyrſo.
Fas pervicaceis eſt mihi Thyadas,
Vinique fontem, lactis & uberes

Can-

tica Satyrorum deſcriptio, quales hodieque in antiquis marmoribus cernuntur, acutis auribus, depreſſis naribus, ipſi quoque calvi, ut Silenus. Hoc vero Pani ſimiles, quod & cornua habent exigua, & caprarum pedes, unde & *bicornes* & *capripedes* dicti. Et arrectæ quidem aures quid ſignificent, ex iis quæ jam dicta ſunt, conſtat: pedes vero caprini, quid aliud quæſo, quam nihil eis inacceſſum eſſe, qui arcanæ illi doctrinæ ſeſe mancipatunt, &c. *Torrentius.* Turneb. lib. 18. cap. 8. *Capripedum Satyrorum.*] Habent Satyri pedes inſtar caprarum. *Acutas.*] Aures quoad formam acutas, in acumen faſtigiatas, & ad audiendum erectas.

5. *Euœ, recenti mens.*] Vocem ſibi ipſe dat, qua mulieres bacchantes furore plenæ uti conſuerunt: Cruquius interjectionem admirantis vult eſſe. *Recenti mens trepidat metu.*] Egregie exprimit id quod, repente divino, ut credebatur, olim furore extra ſe poſitis evenire conſuevit. Ita enim *metum* hic pro furore & inſania exponunt ut & φόβος Græcis eſt, μανία, ἐνθουσιασμός. *Torrent. Heinſius. Trepidat metu.*] Subſultat mens, & conturbata eſt.

6. *Turbidum lætatur.*] Tale ferme illud Virgil. *Miſtoque ingens exorta tumultu Lætitia.* Religionis enim horror conſiſtere mentem non patitur. *Torrentius.* Heinſius pro *lætatur* legendum cenſet, *lymphatur. Turbidum.*] Et mens turbide lætatur, id eſt, turbida lætitia afficitur.

7. *Parce, parce.*] Εὐχή: deprecatur enim Liberi vehementiorem vim in afficiendo ſuo pectore, ne fortaſſe νυμφόληπτος maneat ſine ſpe mentis aliquando recuperandæ in ultionem viſi numinis, quemadmodum Actæoni contigiſſe fabulantur. *Cruquius.*

8. *Gravi metuende thyrſo.*] Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 19. Deum Liberum ac Matrem, eundem eſſe oſtendere conatur. Quicquid ſit, Liberi haſta thyrſus eſt, celata illa cuſpide metuendus, alioqui tener ac mollis, ederis nempe aut pampinis etiam obvolutus. *Torrent.* Per *thyrſum* Cruquius intelligit, venerandam ex thyrſo coronam capiti inductam, ad divinitatem denotandam. *Thyrſo.*] Virga, nempe haſta Bacchica, pampinis involuta.

9. *Fas pervicaceis Thyadas.*] Poſtquam Deum videre potuit, licere ſibi ait, ſacra ejus carminibus celebrare. Thyades autem Bacchæ ἀπὸ τὸ θύω, τὸ ὁρμῶ, hoc eſt, ab impetu illo quo ruebant: quas *pervicaces* appellat Poëta, ob cepti ſemel furoris pertinaciam. *Torr. Fas pervicaces.*] Nunc certus de Baccho ſibi propitio, ad imitationem poëtarum veterum ſub involucris fabularum canit honorum præmia, rerumque omnium cum pace tranquillitateque copiam à deo acceptandi, dum in cultu divino honeſte viverent: & contra malorum miſeriam, ſuppliciaque eorum præſertim, qui in Deum eſſent impii: quos Bacchus ipſe vindex impietatis ad inferos uſque perſecutus eſt. *Cruquius. Fas pervicaces.*] Licet mihi, vel, poſſibile eſt, δυνατόν ἐςί. *Thyadas.*] Protervas Bacchi ſacerdotes, & miniſtras.

10. *Vinique fontem.*] Hæc ad miracula illa referenda, quæ vi numinis hujus

Cantare rivos: atque truncis
Lapſa cavis iterare mella.
Fas & beatæ conjugis additum
Stellis honorem, tectaque Penthei
Disjecta non levi ruina,
Thracis & exitium Lycurgi.
Tu flectis amneis, tu mare barbarum:
Tu ſeparatis uvidus in jugis,
Nodo coërces viperino
Biſtonidum ſine fraude crineis.
Tu, cum parentis regna per arduum
Cohors Gigantum ſcanderet impia,
Rhœcum retorſiſti leonis
Unguibus, horribilique mala:
Quanquam choreis aptior, & jocis,

Ludo-

jus fieri ſtulta credebat antiquitas: nempe ut percuſſa thyrſo terra, ſeu rupe aliqua, aut arboris trunco, vinum, lac, aut mel manaret. *Torrent.*

12. *Iterare mella.*] Iterum, atque iterum cantare mella cavis arboribus defluentia.

13. *Conjugis additum.*] Ariadnæ, quam à Theſeo relictam Bacchus in uxorem adoptavit.

14. *Honorem, tectaque.*] Coronam nuptialem inter ſydera collocatam. *Tectaque Penthei.*] Hanc quoque fabulam prolixe refert Ovid. lib. 3. Metam. & argumentum eſt tragœdiæ Euripid. *Bacchæ.* Torrent. *Penthei.*] Thebarum regis.

15. *Non levi ruina.*] Torrentius contendit legendum eſſe *levi*, ob carminis legem. nuſquam enim eo loco jambum reperias. *Non levi ruina.*] Alii, *læva.* Ruina læva ab irato Deo illata, quod mulieres bacchantes ſpectaret.

16. *Lycurgi.*] Fuit Lycurgus rex Thraciæ, Dryantis filius, qui à Baccho in furorem verſus, & vites interſecare conatus, crura ſua ſibi amputavit.

17. *Mare barbarum.*] Mare Indicum domas; nam Indos Bacchus ſuperaverat.

18. *Uvidus in jugis.*] Tu ebrius, & vino madidus in remotis montibus, colligis in nodum mulierum Thracarum comas ſerpentibus implicitas.

19. *Nodo coërces.*] Tu Biſtonidum Bacchantium & te colentium crines nodo aliquo conſtringis & coërces, cui viperæ implicatæ ſunt, idque impune, ſine fraude & periculo; viperæ enim ipſis nihil nocent. *Lubin.*

20. *Sine fraude.*] Frequens apud Juriſconſultos clauſula, pro ſine pœna, ſine periculo, impune. *Torrent.* *Sine fraude.*] Sine ullo damno.

21. *Per arduum.*] Per arduos montes inter ſe ſuperſtructos.

23. *Rhœcum.*] Libri MSS. omnes vel *Rhœtum*, vel *Rœtum.* *Rhœtum* itaque retinendum cenſeo, pro Gigante. *Rhœcum.*] Rhœcum Gigantem tu in Leonem converſus dejeciſti. *Leonis unguibus.*] Ipſe ſcilicet in leonem tum verſus. *Torrent.*

24. *Mala,*] Maxilla leonina.

27. *Fere-*

Ludoque dictus, non ſat idoneus
Pugnæ ferebaris: ſed idem
Pacis eras, mediuſque belli.
Te vidit inſons Cerberus aureo
Cornu decorum, leniter atterens
Caudam, & recedentis trilingui
Ore pedes, tetigitque crura.

27. *Ferebaris.*] Dicebaris.

28. *Mediuſque belli.*] Ad utrumque paratus, ſive bellum eſſet gerendum, ſive pax colenda. Poëta hoc ſignificat, vinum aliquando homines ad arma excitare, interdum animos feros, & truculentos mitigare. Turneb. libro 10. cap. 22.

29. *Inſons Cerberus aureo.*] Cerberus non nocens tibi ad inferos deſcendenti, ut inde Ariadnen uxorem reduceres. *Auro cornu.*] Baccho etiam cornua tribuuntur: hinc à Græcis ei data cognomina, κεραῖος κερασφόρος, δίκερως, &c. Cauſamque addunt, quod immodico vino obruti, truces & contumelioſi efficiuntur. Alil alias rationes addunt. Nec tacendum, quæ de cornuum apud veteres prò pôculis uſu Athenæus tradidit; unde enim Baccho cornua tradit. Magis tamen crediderim Bacchi cornibus immortalitatem ei conceſſam indicari: nam divinitatis ac potentiæ cujuſdam majoris, quam humanæ ſigna eſſe. *Torrent.*

30. *Cornu decorum.*] Poëtæ idcircò cornua affingunt Baccho, quod bibaces plerumque ſunt pugnaces. Vel ut alii volunt: quod Bacchus primus terram junctis bobus excoluit. *Leniter atterens.*] Leni motu caudam agitans, quod faciunt canes ſuis dominis, aut notis adulantes.

31. *Et recedentis trilingui.*] Et ore ſuo trilingui tetigit pedes, tuaque crura redeuntis ad ſuperos.

ODE XX. ἀλληγορική.

Ad MÆCENATEM.

Horatius in Cygnum verſus, per univerſum provolabit orbem; unde ſibi promittit ſuæ Poëſeos immortalitatem.

NON *uſitata, nec tenui ferar*
Penna, biformis per liquidum æthera,

Vates:

1. *Non uſitata.*] Pulcra allegoria, idem fere argumentum tractat, quod Oda poſtrema lib. 3. Permittitur autem poëtis, ut ſibi immortalitatem nominis polliceantur. At Ovidius pæne in Deos contumelioſus eſt, cum ait:

Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignis;
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.

Illud vero vulgarius, quod iis quoque quos carminibus celebrant, immortalitatem promittunt. *Torrent.* Vide & Franc. Luiſini. Parergon. lib. 3. cap. 13. *Non uſitata.*] Ordo eſt: Ego vates biformis ferar per liquidum æthera, non uſitata nec tenui penna, ſed penna ſublimi, Latinis auribus ante me inaudita.

2. *Biformis per liquidum.*] Nuper homo, nunc cygnus, vel, vates Lyricus, & vates Satyricus.

3. In

Vates: neque in terris morabor
Longius: invidiaque major
Urbeis relinquam: non ego pauperum
Sanguis parentum, non ego, quem vocas,
Dilecte Mæcenas obibo,
Nec Stygia cobibebor unda.
Jam jam reſidunt cruribus aſperæ
Pelles: & album mutor in alitem
Superna, naſcunturque læves
Per digitos, humeroſque plumæ.
Jam Dædalæo ocyor Icaro,

Viſam

3. *In terris.*] Plures codices, *in terra.*

4. *Invidiaque major.*] Invidia virtutem & præclara facinora omnia, non aliter quam umbra corpus ſequitur. Nam quo altius quis aſcenderit, eo ſubjectior eſt invidiæ. Paribus enim aut non multo ſublimioribus invidemus. Atqui in excelſum elata virtus, tanquam extra humanam ſortem poſita, admirationem potius excitat, ut ſubtiliter diſputat Ariſt. l. II. Rhet. ad Theodocten. Adde Od. 3. lib. 4. *Torrent. Invidiaque major.*] Cujus gloria ſuperat invidiam.

5. *Urbes relinquam.*] Æthera petens. *Non ego pauperum Sanguis.*] Quaſi obſcuritas parentum (erat enim libertino patre natus) ei data vitio, ſit impedimento, quo minus Romanis eſſet celebrior: quod ſatis indicat Ode 3. lib. 4. Satyr. 4. & 10. lib. 1. *Cruquius. Pauperum ſanguis, &c.*] Quippe ô dilecte Mæcenas, ego quamvis pauperum parentum ſanguis & filius (quem & qualem tu me vocas & appellare ſoles) mortem non obibo, nunc, &c. *Lubin. Non ego pauperum.*] Non ego obſcuris parentibus ſum ortus.

6. *Non ego, quem vocas.*] Hic ordo, & horum verborum ſenſus mihi præ reliquis placet, O Mæcenas, ego non obibo mortem, quem (licet pauperem) tu vocas, ô dilecte Horati. *Quem vocas dilecte.*] Ὃν καλεῖς, ὦ φίλε. hoc eſt, quem amici nomine dignaris. *Heinſius.*

8. *Nec Stygia.*] Ut alii, quorum fama cum morte interiit. De Styge vide Od. XXXIII. lib. I.

9. *Reſidunt.*] Hæreſcunt, inſidunt.

10. *Album mutor in.*] De cygno loqui Poëtam oſtendit, quod mox ſequitur, *canorus ales.* & ſane aptiſſima cygni ad poëtam comparatio eſt. nam & poëtæ in Apollinis tutela ſunt; & cygni quoque ei deo ſacri perhibentur; non ſolum ob cantus ſuavitatem, ſed quia uti in poëtis, ſic & in alite illo divini aliquid eſſe creditur. *Torrent.* Et Horatium hic reſpexiſſe ad mutationes Pythagoricas à Platone celebratas, Pulmannus cenſet. Turneb. l. 10. cap. 22. *Mutor in alitem Superne.*] Scribe cum Mureto, *Superna*, quicquid dicunt alii, *Superna*, eſt τοῦ ἄνω. *Heinſius.* Sed *Lambin.* & *Torentius* legendum eſſe contendunt *ſuperne*, ut & apud Virg. 2. Georg. *Flos apprimè tenax*, non *apprima*. *In alitem.*] In cygnum.

11. *Superna: naſcunturque.*] Mutor à partibus ſuperioribus

13. *Dædalæo ocyor Icaro.*] Ocyor Icaro Dædali filio, qui una cum patre à Creta fugiens, fretus alarum fiducia, decidit in mare.

Viſam gementis littora Boſpori,
Syrteiſque Getulas canorus
Ales, Hyperboreoſque campos.
Me Colchus, & qui diſſimulat metum
Marſæ cohortis Dacus, & ultimi
Noſcent Geloni: me peritus
Diſcet Iber, Rhodanique potor.
Abſint inani funere næniæ,
Luctuſque turpes, & querimoniæ:
Compeſce clamorem, ac ſepulcri
Mitte ſupervacuos honores.

14. *Gementis littora Boſpori.*] Boſphori murmur emittentis. De Boſphoro vide ſupra Od. XIII.

15. *Syrtes Getulas.*] Syrtes Libycas, vide Od. XXII. lib. I.

16. *Ales.*] Cygnus. *Hyperboreoſque campos.*] Plus dicere non potuit, quam fama etiam Hyperboreis ſeſe celebrem futurum. Qui autem illi ſint populi, vide Melam & Plin. lib.4. cap.12. Horatius per *Getulas Syrtes* & *Hyperboreos campos*, extremas ad meridiem & ſeptentrionem terræ oras intelligit, ultra quas progredi non licet, ſi noſtrum hemiſphærium complectamur. *Torrent.* *Hyperboreſque campos.*] Montes ſub polo, & cardine cœli poſitos, unde ſpirat Boreas, ubi dies eſt ſex menſium, & nox totidem, anno in duas partes diviſo.

18. *Marſæ cohortis Dacus.*] Marſæ ſunt populi Italiæ, quos Dacus quamvis revera timet, fingit tamen ſe non timere.

19. *Ultimi Geloni.*] Scythiæ populi, vide ſupra Od. IX. *Peritus diſcet Iber.*] Antiqui Codd. *Hiber* vel *Hyber* ſcribunt. Sed quare *peritum* vocat Horatius? an propter longas & aſſiduas navigationes, quibus Hiſpani olim claruere? id quidem Lambinus exiſtimat. Torrentius locum hunc ſic exponit: ut una cum Romano Imperio Poëta nomen ſuum propagatum iri dicat, apud eos, qui Romanarum rerum periti eſſe velint. Quod de Hiſpanis maxime ac Gallis promittere ſibi potuit, utraque enim provincia jam tum Romanorum coloniis frequentabatur, unde etiam Auguſti ætate præclara ingenia provenere.

20. *Iber.*] Hiſpanus uſu peritus propter longa bella, & navigationes aſſiduas. *Rhodanique potor.*] Gallus Lugdunenſis. Rhodanus eſt Galliæ fluvius, ortum ducens ex Alpibus, quæ Italiam à Gallia dividunt.

21. *Abſint inani funere.*] Bene *inani funere*, cum non moriturum ſe, ſed in cygnum mutatum iri ante dixerit. Simile huic eſt, quod *inanem tumulum* vocat Virg.3. Æneid. in quem corpus illatum non eſſet, ſed memoriæ tantum cauſſa exſtructum, Græci κενοτάφιον appellant. Suet. *honorarium tumulum* vocat. *Torrent.* *Abſint inani funere næniæ.* Abſint næniæ, id eſt, abſint carmina funebria à funere meo inani: *inane* appello, quia mihi mortuo funus nihil proderit, nam in ſepulchro contineri non poſſum, ſed immortalis futurus poëtarum ales.

22. *Luctuſque turpes.*] Si funus inane, luctus quoque turpes eſſe ſequitur. Nec dubium quin ad notum illud Ennii poëtæ Epitaphium reſpexerit Poëta:

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. Cur? volito vivus per ora virûm.

Torrent.

24. *Mitte.*] Omitte.

Q. HORATII FLACCI
CARMINUM
SEU
ODARUM
LIBER TERTIUS.

ODE I. πραγματική.

Vita beata non opibus, aut honoribus, ſed animi tranquillitate efficitur.

ODI profanum vulgus, & arceo.
Favete linguis: carmina non prius
Audita, Muſarum ſacerdos,
Virginibus, pueriſque canto.
Regum timendorum in proprios greges,

Reges

1. ODi *profanum.*] Notat Servius in illud l. VI. Æneid. *Procul ò procul eſte profani.* à Callimacho id ſumpſiſſe Virg. Ἑκὰς ἑκὰς ἐςὲ βέβηλοι. ac *profanos* dici non initiatos, quos Græci ἀμυήτους, ἀμυστελέστους vocant. Unde ſacra & aræ, & ſigna quoque deorum quædam βέβηλα dicta, quæ adiri ab hominibus tangive nefas erat. Vide Adr. Junium lib. I. Animad. cap. 8. Tales igitur præconis voce à ſacris arcebantur: notaque graviſſima adverſus Alcibiadem accuſatio, quod profanus, ſacris Eleuſiniis intereſſe auſus fuiſſet. *Torr. Profanum vulgus.*] Odi vulgus indoctum: nam imperitos homines, & à Muſis alienos Horatius arcet ab his carminibus, tanquam profanos à ſacris.

2. *Favete linguis.*] Seneca lib. de Vita beata: *Hoc verbum*, inquit, *favete linguis, non ut plerique exiſtimant, à favore trahitur; ſed imperatur ſilentium, ut ritè peragi poſſit ſacrum, nulla voce mala obſtrepente. Favete linguis.*] Attendite cum ſilentio, vel bona verba dicite, εὐφημεῖτε, id eſt, τὰ ἀγαθὰ ἐνθεαστικῶς λέγετε. *Carmina non prius.*] Ego Muſarum ſacerdos canto virginibus, pueriſque carmina non prius audita à Romanis, lyrica ſcilicet, exacte & ad plenum facta.

3. *Muſarum ſacerdos.*] Poëtæ enim Muſarum ſunt miniſtri & antiſtites, quarum ſpiritu afflati divina canunt poëmata & civilia præcepta, ad vitam præclare inſtituendam cumprimis utilia & neceſſaria nobis praſcribunt. *Figulinus.*

4. *Virginibus, pueriſque.*] Non quod ii auditores ſint idonei, ſed ea cantare ſe profitetur Horatius, quæ virgines & pueri ingenui ad deorum ac virorum virtute præſtantium laudes referendas addiſcere debeant. *Torrent. Virginibus, pueriſque.*] Quo rectius ſuam vitam inſtituant.

5. *Regum timendorum.*] Dicit *timendos,*

Reges in ipſos imperium eſt Jovis,
Clari giganteo triumpho,
Cuncta ſupercilio moventis.
Eſt, ut viro vir latius ordinet
Arbuſta ſulcis: hic generoſior
Deſcendat in campum petitor:
Moribus hic, meliorque fama
Contendat: illi turba clientium
Sit major: ÆQUA lege neceſſitas
Sortitur inſigneis, & imos:
Omne capax movet urna nomen.

Diſtri-

dos, qui imperii gladium geſtant, & in quorum poteſtate ſunt leges, quique ſoli plus cæteris omnibus poſſunt, adeo ut cum Plauto *humanos* quoſdam *Joves* eos rectè appellaveris. Sed tunc feliciter imperant, cum divino ſe regi arbitrio recordantur. *Torrent. Regum.*] Ordo eſt: Imperium regum timendorum eſt in proprios greges. Imperium Jovis clari giganteo triumpho, & cuncta moventis ſupercilio, eſt in ipſos reges. *Timendorum, in proprios.*] Reges à ſubditis timeri debent, at amari magis.

6. *Reges in ipſos.*] Reges ipſi, qui habent imperium in ſibi ſubditos, habent etiam Deum ſuum regem omnis iniquitatis, & violentiæ vindicem.

7. *Clari giganteo triumpho.*] Atque ea quidem Jovis ſumma gloria eſt, quod impii, qui per gigantes notantur, debitis ſuo ſceleri pœnis divinitus afficiuntur. *Torr. Clari giganteo triumpho.*] Jovis magnifici, qui potuit immaniſſimos gigantes ſupercilio, id eſt, nutu, & majeſtate ſuperare.

9. *Eſt, ut viro vir.*] Sic loquuntur Græci: ἔστιν ὡς, vel ἔστιν ὅπως, id eſt, fieri, vel evenire poteſt. Oſtendit varia hominum eſſe ingenia ac ſtudia *Lambin. Eſt, ut viro vir.*] Fieri poteſt, ut alius alio plures poſſideat agros, in quibus arbores in ordinem redactas plantet, alius honores ambiat, alius alia ſectetur, &c. Mortis tamen conditio eſt omnibus æqua.

11. *In campum petitor.*] *Petitor* Juriſconſultis, & Ciceroni ipſi actorem in judicio, hoc eſt eum qui alteri litem movet, ſignificat. Horatius pro candidato hic poſuit. *Torr. In campum petitor.*] In campum Martium, ubi alicujus Magiſtratus eſt petitor, hic generis claritate, ille ſuis virtutibus, alius amicorum numero celebris.

12. *Moribus hic melior.*] Hoc eſt vitæ innocentia fretus & rectè factis. *Illi turba clientium.*] Comitatu & fautoribus, quorum ſuffragiis clamoribuſque meliorem ſuperet in magiſtratu petendo. *Cruquius.*

14. *Æqua lege.*] Neceſſitas tamen, id eſt, Mors æqualiter ſortitur, id eſt, ſorte, & ſine delectu ſumit omnes tam claros, quam obſcuros. *Neceſſitas.*] Græcis ἀνάγκη, ab ἄναξ ἄνακτος, vel ab ἀνάσσω, πάντων γὰρ ἐπικρατεῖ. Atque adeo deam eſſe volunt, quæ regat omnia. Eruditè igitur Horatius, hic & alibi *neceſſitatis* vocabulo utitur, ut nihil aliud quam Dei voluntas ſit, quam *Parcam* Poëtæ ſive *Fatum*, Stoïci fere *Decretum* appellant. *Torrent.*

16. *Movet urna.*] Volvit ad ſortiendum fatum, vide Od. 3. lib. 2.

17. *Di-*

Diſtrictus enſis cui ſuper impia
Cervice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborabunt ſaporem:
Non avium, citharæque cantus
Somnum reducent. ſomnus agreſtium
Lenis virorum, non humileis domos
Faſtidit, umbroſamque ripam,
Non Zephyris agitata Tempe.
Deſiderantem quod ſatis eſt, neque
Tumultuoſum ſollicitat mare:
Nec ſævus Arcturi cadentis
Impetus aut orientis Hædi:
Non verberatæ grandine vineæ,
Fundusque mendax: arbore nunc aquas

Cul-

17. *Diſtrictus enſis cui ſemper.*] De Damocle Dionyſii aſſentatore, vide M. Tullium, Tuſc. lib.5.

18. *Siculæ dapes.*] Siculorum & maximè Syracuſanorum menſæ, pro lautis atque opiparis proverbio celebrabantur: Quin & ex Sicilia, ob variam condiendi artem, coqui, teſte Athenæo, præcipuè laudabantur. *Torrent. Siculæ dapes.*] Dapes à Dionyſio Siciliæ tyranno apparatæ, quæ erant exquiſitiſſimæ, & regio luxu inſtructæ.

19. *Elaborabunt.*] Non *elaborarunt* legendum. Hoc eſt, magna cura, præſtantique arte conditæ non ſapient, ſed erunt inſipidæ penitus, intuenti mortem præſentem. *Cruq. Elaborabunt ſaporem.*] Non reddent.

21. *Somnum reducent.*] Non ſomnum reſtituent, quem metus abſtulit. *Somnus agreſtium.*] Ex antitheſi docet humilioribus ruſticis frugalibuſque omnia longè ſuaviora quam ditioribus; ut quibus tutiora ſunt omnia, cibus, potus, ſomnus, & quæcunque vitam beare poſſunt, non enim deſiderant, niſi quod ſatis eſt. *Cruquius. Somnus agreſtium.*] Ordo eſt, & ſenſus, ſomnus levis non ſpernit humiles agreſtium domos, neque umbroſam ripam, aut amœna Theſſaliæ loca Zephyris agitata.

25. *Deſiderantem.*] Qui deſiderat, quod ſatis eſt ad victum & veſtitum, non navigat, neque ſe maris periculo exponit, ut rem familiarem augeat. *Quod ſatis eſt*] Naturæ ſcilicet, ut Ep.2.

Quod ſatis eſt cui contingit, nihil amplius optet.

Recte enim & illud Epicurus, teſte Seneca: *Si ad naturam vives, nunquam eris pauper: ſi ad opiniones, nunquam eris dives.*

26. *Sollicitat mare.*] Tumultuoſum mare non reddit eum ſollicitum.

27. *Arcturi cadentis.*] Arcturus ſtella eſt in cauda Urſæ, quæ propter tempeſtates, quas oriens excitat, eſt vehemens, ſed occidens eſt multo vehementior.

28. *Hædi.*] Hœdi duæ ſunt ſtellæ exiguæ in ſiniſtra manu Erichthonii, quibus orientibus ſævit mare.

30. *Funduſque mendax.*] Fundus infructuoſus, qui votis agricolæ non reſpondet. *Arbore nunc.*] Arbore, quæ nec flores, nec fructus profert, modo pluvias culpante, modo ſydera, id eſt, æſtum immoderatum è vi ſyderum provenientem.

 33. *Con-*

Culpante; nunc torrentia agros
Sidera, nunc hyemes iniquas.
Contracta piſces æquora ſentiunt,
Jactis in altum molibus. huc frequens
Cæmenta demittit redemptor
Cum famulis, dominuſque terræ
Faſtidioſus. ſed timor, & minæ
Scandunt eodem quo dominus: neque
Decedit ærata triremi, &
Poſt equitem ſedet atra cura.
Quod ſi dolentem nec Phrygius lapis,

Nec

33. *Contracta.*] Æquora anguſtiora facta.

34. *Jactis in altum molibus.*] Sæculi ſui in ædificando luxum graviter damnat Poëta lib. 2. Od. 15. & 18. Unde datam tunc Auguſto occaſionem crediderim, ut ædificiis modum imponeret: Sueton. cap. 89. Verum hoc loco omittere nolim, rectè Acronem monuiſſe, verbo ædificantium uſum eſſe Poëtam, cum *moles* dixit. nam & apud Juriſconſultos noſtros propriè *moles* dicuntur in mare vel in flumen projectæ. *Torrent. In altum molibus.*] In profundum more. Vide Od. 15. l. 2. *Huc frequens.*] In hoc altum mare.

35. *Cæmenta demittit.*] Antiqui fere Codd. *cementa* ſine diphthongo. *Cæmentum* enim Architecti vocant, non certum aliquod ſaxi genus; ſed materiam illam omnem, qua ad ſubſtructiones operumque fundamenta ex rudi plerumque ſaxo, lapidumque cæſorum fragmentis uti ſolent. unde & *cæmentitii parietes*, quales fere ruſticani, nulla venuſtate, & tanquam fortuita congeſtione lapidum exſtructi. *Torrent. Cæmenta demittit.*] Lapides cæſos ad fundamentum ſubſtruendum, ubi ædificium conſiſtat. *Redemptor cum famulis.*] Nam redemptor opus faciendum ſuo periculo, certâ mercede conſtituta aſſumit, cum famulis ſuis conductis, & dominus luxurioſus, qui terræ jam faſtidioſus eſt, huc in mare frequens & aſſiduus lapides rudes & cæmenta ad ædificii fundamentum dimittit ac projicit. *Lubin. Redemptor Cum famulis.*] Operum conductor ἐργολάβος, Angl. *a Casker.*

37. *Sed timor & minæ.*] Hoc eſt, quicquid agit, non deſeritur à ſuis affectibus, qui non ſinunt eum quieſcere. *Cruquius.*

39. *Ærata triremi.*] Vide Od. 16. lib. 2.

40. *Poſt equitem.*] In clunibus equi. *Atra cura.*] Pro moleſta, odioſa. Turn. lib. 4. cap. 14. lib. 19. cap 9.

41. *Quod ſi dolentem.*] Quod ſi neque ædes ſumptuoſæ, neque veſtes purpureæ, neque vina Falerna, neque unguenta precioſiſſima mentem dolentem, ac perturbatam mitigent; cur ædificia magnifica, aut divitias magno dolore acquiſitas concupiſcam? *Phrygius lapis.*] Phrygium marmor rubris aſperum maculis, ex Attidis, ut quidam fabulantur, ſanguine natis, ingentibus etiam columnis, quales multæ Romæ conſpiciuntur, aptum eſt. Quo tamen in genere Sinadicum, ab oppido Sinada ſic dictum, præcipuè commendatur: meminit ejus Plin. lib. 35. cap. 2. & prolixè Strabo lib. 12. *Phrygius lapis.*] Columnæ ex lapide Phrygio, quæ domos ſumptuoſas fulciebant.

43. *Dele-*

Nec purpurarum ſidere clarior
Delenit uſus : nec Falerna
Vitis, Achæmeniumque coſtum:
Cur invidendis poſtibus, & novo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur valle permutem Sabina
Divitias operoſiores?

43. *Delenit uſus.*] Mitigat. *Nec Falerna vitis.*] In vulgatis impreſſum eſt *Falernæ vitis* : quam lectionem qui recipiunt, ſubintelligunt ἀπὸ κοινοῦ *uſus.* Lambin.

44. *Vitis.*] Nec vinum Falernum. *Achæmeniumque coſtum.*] Unguentum Perſicum, ſic dictum ab Achæmene rege Perſiæ, unde venit Coſtum, vide Od, 12. lib. 2.

45. *Cur invidendis.*] Cur extruam ſublime atrium : vel ſublimem domum poſtibus marmoreis, invidia nimirum laborantibus, propter luxus magnificentiam;

47. *Cur valle.*] Cur relicto meo agro Sabino in quo vitam ago tranquillam, divitias appetam moleſtiarum plenas, magnaque opera comparatas?

ODE II. *Alcaica.*

Ad Amicos.

Pueri à teneris annis paupertati, militiæ, & vitæ laborioſæ ſunt aſſuefaciendi.

ANGUSTAM, *amici, pauperiem pati*
Robuſtus acri militia puer
Condiſcat & Parthos feroceis
Vexet eques metuendus haſta:
Vitamque ſub dio & trepidis agat

2. *Anguſtam amici.*] Libri veteres quotquot vidi, *amice* habent, non *amici.* in uno etiam adſcriptum, *amice, eſſe adverbium.* Nec diſplicet: ut quicunque in repub. magnus futurus ſit, à pueritia paupertatis familiaritati aſſueſcat, ut amare eam etiam videatur. Puer ergo *amicè*, id eſt, libenter & benignè pati pauperiem diſcat, hoc eſt, amare frugalitatem ſobrietatemque. Et ſane priſci illi Romani nulla re magis quam paupertatis patientia claruerunt. *Torr. Cruq.* *Anguſtam pauperiem.*] Pauperiem duram, & difficilem.

2. *Robuſtus.*] Juriſconſultis *robuſta ætas* appellatur, quæ 25. annorum eſt. Sed Horatius *robuſtum puerum* quum dicit, reſpectu puerilis ætatis ſic eum vocat, qui adoleſcentiæ proximus ſit, & militiæ rudimentis aptus. *Torr.* *Acri militia.*] Rigida, dura. Cum acri ergò militia diſcat puer amicè pati pauperiem. *Cruquius.* *Robuſtus acri.*] Puer factus robuſtus per acrem militiam.

3. *Parthos feroces.*] Parthos, pro quibuſlibet hoſtibus.

5. *Vitamque ſub dio.*] Non ſatis ergò eſt futuro militi, amicè ferre pauperiem,

In rebus, illum ex mœnibus hoſticis
Matrona bellantis tyranni
Proſpiciens, & adulta virgo
Suſpiret: Eheu ne rudis agminum
Sponſus laceſſat regius aſperum
Tactu leonem: quem cruenta
Per medias rapit ira cædeis.
DULCE *& decorum eſt pro patria mori.*
Mors & fugacem perſequitur virum:
Nec parcit imbellis juventæ
Poplitibus, timidoque tergo.
VIRTUS *repulſæ neſcia ſordidæ,*

Inta-

riem, ſed oportet eum quoque eſſe φιλόπονον, id eſt, libenter tolerare labores militares, aliaque corporis incommoda. Pro *ſub dio*, pleraque ſcripta habent, *ſub divo*. Cruquius. *Sub dio.*] Sub ſole extra tectum vivat, & in rebus formidoloſis. *Trepidis in rebus.*] Quales in tumultu bellico eſſe ſolent maxime vicino jam hoſte.

6. *Illum ex mœnibus.*] Illum nempe militem Rom. proſpiciens ex mœnibus hoſtilibus, uxor regis alicujus barbari, cum quo bellum gerat populus Rom. ſuſpiret hoc modo, atque hæc queribunda voce loquatur. *Lambin.*

7. *Matrona bellantis.*] Uxor tyranni alicujus barbari.

8. *Adulta virgo.*] Virgo nubilis, & matura viro.

9. *Suſpiret: Eheu ne.*] Voce querebunda hæc verba loquatur: Eheu, ne regius ſponſus rudis agminum laceſſat leonem aſperum tactu, quem rapit cruenta ira per medias cædes. *Eheu.*] Exclamatio pathetica virginis, ſuo ſponſo metuentis. *Cruquius.* *Rudis agminum.*] Rei militaris inſcius.

10. *Regius ſponſus.*] Sponſus regia ſtirpe progenitus.

11. *Leonem, quem.*] Militem Rom. in conflictu ſævum, eſt Allegoria. *Quem cruenta ira.*] Id eſt, hoſtilis animi rabies, per medias hoſtium cædes rapit atque impellit. *Lubin.*

13. *Dulce & decorum eſt.*] Perinde ac ſi parum eſſet, *decorum* dicere; addit etiam *dulce* ac jucundum eſſe mori pro patria: quæ, ut præclarè ait Cicero, una omnes omnium caritates complexa eſt. Quod & Homerus teſtatur noto illo verſu IX. Odyſſ.

Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων γίγνε(ται).

Torrent.

14. *Mors & fugacem.*] Confirmat ante dictam ſententiam. Si enim omnibus moriendum eſt, ſtultum eſt mortis metu vitam agere ingloriam atque ignavam, qualem ſæpe etiam citius mors occupet, quam ſtrenuam atque exercitatam, ut Simonidis verſus indicat:

Ὁ δ' αὖ θάνατος ἔφικε καὶ τὸν φυγόμαχον.

De quo *Muret.* Var. lect. lib. 4. cap. 9. *Torrent.* *Fugacem perſequitur.*] Qui fugiendo conſulunt ſaluti, ſæpius periclitantur, quam qui fortiter pugnant.

16. *Poplitibus, timidoque.*] Juvenibus ignavis, quorum poplites, quemadmodum & terga cernuntur dum fugiunt.

17. *Virtus repulſæ neſcia.*] Non quia homines virtute præſtantes, & honores petant, & ſæpe etiam repulſam ferant: ſed quia nullum inde virtus detrimen-

tum

Intaminatis fulget honoribus:
Nec ſumit, aut ponit ſecureis
Arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter via:
Cœtuſque vulgareis, & udam
Spernit humum fugiente penna.
ES T *& fideli tuta ſilentio*
Merces. vetabo, qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ, ſub iiſdem
Sit trabibus, fragilemque mecum
Solvat phaſelum. ſæpe Dieſpiter

Negle-

tum patitur, quæ ſuo ſemper robori innitens, eadem eſt in adverſis rebus, quæ in ſecundis; illas ſuperat, has moderatur. *Torren.* *Neſcia ſordidæ*] Virtus repulſæ ignominioſæ ignara, puris honoribus fulget; nam viri virtute præſtantes, non petunt à populo honores.

18. *Intaminatis.*] Nullis corruptelæ, ambitionis, largitionum maculis conſpurcatis aut obſcuratis: quia ſibi bene conſcia contemnit vanos & populares honores. *Cruq.*

19. *Nec ſumit aut ponit.*] Vult Horatius virtuti ſuum ſemper honorem conſtare, qui nec minui, nec augeri fortuitis poſſit. Omnia in ſe poſita habet, nec à vulgi opinione dependet, ſed ſibi ipſa gloriam concilians ad cœlum affectat viam. *Torr.* *Secures.*] Honores aut magiſtratus, quorum inſignia ſunt ſecures, & faſces.

20. *Aura.*] Favoris, id eſt, pro ut mobili, & levi populo placuerit.

21. *Virtus recludens.*]Virtus aperiens cœlum iis, qui non mortem, ſed immortalitatem ſunt meriti, iter patefacit, & ſibi, & ſuis per vias difficiles, & interclusas.

22. *Negata tentat iter.*] Incognita vulgò & neglecta propter difficultatem & labores. *Tentat.*]Ingreditur: viliumque hominum in terris degentium vulgares cœtus & conventus, atque adeo hanc omnem humum turbidam, cœnoſam & udam, veloci ſua penna è rebus mortalium fugiente & ſuprà terrena alte in cœlum ſublevato, ſpernit & ex alto deſpicit. *Lubin.*

24. *Humum fugiente.*] Res terrenas ſpernit, quærens immortalia.

25. *Eſt & fideli ſilentio.*] Commendata animi fortitudine, nunc fidem, quæ ſilentio præcipue probatur collaudat, & perfidiæ pœnam comminatur, ac veluti divino numine afflatus, diverſas ſententias in unum carmen conjicit. Pulchrè autem *fidele ſilentium*, dixit: ut *fida ſilentia ſacris*, Virgilius. *Torrent.* *Eſt & fideli tuta.*] Laus ſilentii.

26. *Vetabo, &c.*] Neque mecum habitabit, neque mecum in eadem navi vehetur, qui ſacra Cereris, id eſt, quodvis arcanum evulgarit, homo ſcilicet rimarum plenus. *Qui Cereris ſacrum vulgarit.*] *Arcanam* vocat Cererem, cujus ſacra illa Eleuſinia religioſo quodam ſilentio peragebantur. Qua de ſuperſtitione qui plura ſcire velit, Tertullianum adeat, initio lib. contra Valentin. Et Auguſtin. lib. VII. De civitate Dei, cap. 20.

28. *Trabibus.*] Sub eodem tecto.

29. *Phaſelum.*] Navem velocem, & oblongam. *Dieſpiter.*] Jupiter (diei & lu-

Neglectus, inceſto addidit integrum:
RARO antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

& lucis pater) non cultus, ſæpe caſtos, & innocentes punit cum impiis & inceſtuoſis.

30. *Inceſto addidit integrum.*] Nempe cum ob infanda paucorum ſcelera, publica immittuntur mala, quæ veteres ſacrificiis ac ſupplicationibus avertere ſolebant, aut expiare. *Torrent.*

31. *Raro antecedentem ſceleſtum.*] Pulchra Poëtæ noſtri de divina juſtitia ſententia. Quamvis tarda ſæpè, attamen certa ſcelerum vindicta. Quo benè proverbium illud refert Porphyrion, *Dii laneos habent pedes*. *Raro antecedentem ſceleſtum.*] Pœna tardo pede incedens, raro patitur ſceleſtum hominem præeuntem effugere, ſed eum aliquando aſſequitur, & comprehendit.

32. *Deſeruit.*] Oſtendit culpæ comitem eſſe pœnam, ut lib. 4. Od. 5. *Culpam pœna premit comes.*

ODE III. παραγγελτική.

Vir virtute præditus nihil extimeſcit. Oratio Junonis de Troja everſa, de bello Trojano finito, deque Imperio Rom. à Trojanis initium capturo.

JUSTUM, & tenacem propoſiti virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida: neque Auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.
Hac arte Pollux, & vagus Hercules

Inni-

1. T*Enacem propoſiti.*] Ἐπιεικείας καὶ χρηστότητος, id eſt, æquique bonique, quæ in repub. ita vigere neceſſe eſt, ut ſine iis eſſe non poſſit, ne dum florere. *Cruquius.* *Tenacem propoſiti.*] Virum propoſito recto perſeverantem.

2. *Non civium.*] Non ſeditio civium iniquas leges ponentium, quæ cum æquo & bono pugnant.

3. *Inſtantis tyranni.*] Tyranni præſentis.

4. *Mente quatit.*] De ſententia dimovet, id eſt, non efficit inconſtantem.

5. *Dux inquieti.*] Arbiter Adriæ. vide Od. 3. lib. 2. eſt Adria generis neutri contra regulam.

7. *Si fractus illabatur orbis.*] Alluſit ad Græcorum proverbium, quod in eos citatur, qui in tutiſſimis rebus ridiculè timent. *Eraſmus.* *Si fractus illabatur.*] Si cœlum ruat, vir juſtus illius ruinam non expaveſcet.

8. *Impavidum ferient.*] Quales in ſapientem ac conſtantem virum cadat metus, ex Epicteti διαλέξεων lib. 5. oſtendit Gell. lib. 19. cap. 1. *Torrent.*

9. *Hac arte Pollux.*] Caſtorem non nomi-

Immixus, arceis attigit igneas:
Quos inter Auguſtus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.
Hâc te merentem Bacche pater tuæ
Vexêre tigres, indocili jugum
Collo trahentes: hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit.

Gra-

nominat Pollucis fratrem: quod ille cum immortalis eſſet, Jovem exoravit, ut immortalitatem ſuam fratri communicare poſſet: quamquam utrumque nomen utrique commune eſt, Caſtoris præſertim, de quo ad Sueton. Cæſare cap. 10. & lib. 4. Od. 5. Bene etiam *vagum* vocat *Herculem*, ob perterratum orbem terrarum. *Torr. Hac arte Pollux.*] His virtutibus, conſtantia nimirum & juſtitia, Pollux, Hercules, Bacchus, Romulus ex mortalibus facti ſunt immortales. *Vagus Hercules.*] Hercules longinquas terras & multa maria peragravit ad varia monſtra domanda.

10. *Innixus.*] Tres codices *innisus*, unus etiam *enisus*, quemadmodum & in emendatis Virgilii exemplaribus, lib. x. *Toto connisus corpore ferrum Conjecit.* Torrent. *Cruquius* vero retinuit *enisus* propter ſignificationem participii cæteris magis commodam in laboribus ſuſcipiendis, cui benè reſpondet φιλοπμγ-ϐλη. *Igneas.*] Arces ſyderibus micantes, id eſt, cœlum.

11. *Quos inter Auguſtus.*] De Auguſto adhuc vivente (nam multis ante Auguſtum annis obiit Horatius) perinde ac de numine aliquo loquitur. Et merito quidem, ut dicemus Od. 5. hujus libri. Auguſtus enim cœlo deſcendiſſe, ac terris commendatus eſſe credebatur. qua de re lib. 1. Od. 2. *Torrent. Recumbens.*] Accumbens Virg.

Tu das epulis accumbere divûm.

12 *Purpureo bibit.*] Auguſtus ore ſuo roſeo, & pulchro bibit Nectar, jam divus factus etiamnum in terra vivus. Virgilius:

O Melibœe Deus nobis hæc otia fecit:

Id eſt, Auguſtus. Quidam *habet* legunt, ſed malè.

13. *Hac te.*] Hac virtutis via. *Merentem.*] Te merentem honores divinos, vel, merentem, id eſt, militantem.

14. *Vexêre tigres.*] Medi *Tigrim* appellant ſagittam: unde & fluvio & animali, ob eximiam nempe velocitatem idem nomen obtigit. Animal certè Soli ſacratum, vel ob pernicitatem: vel quod ſimul atque in lucem editum eſt, duos pedes orientem verſus tanquam adorabundum ſuſtollere creditur. Idem autem Bacchus, qui & Sol, in veterum ſacris. Quamquam Baccho peculiari ratione animal illud ſacrum videri poteſt: vel quod nihil tam varium, tam multiplex ac ſubdolum, quod non detegat ebrietas; vel quod nihil tam ferum atque indomitum, quin Bacchi conſuetudine manſueſcat, non tam ob vini uſum, quam ob Muſarum commercia:

Nemo enim adeo ferus eſt, ut non miteſcere poſſit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem. Torrent.

Indocili jugum.] Tigrium collum ſuapte natura eſt indocile, Bacchi tamen juſſui obſequitur.

15. *Quirinus.*] Romulus patris ſui equis, id eſt, arte militari fugit Acheronta, paludem infernalem, & ad ſuperos evaſit.

16. *Martis equis.*] Equus Marti ſacer: *Bello* nempe armantur *equi*, *bellum* *hæc armenta minantur.*

17. *Gra-*

Gratum elocuta conſiliantibus
Junone divis. Ilion, Ilion
Fatalis, inceſtuſque judex,
Et mulier peregrina vertit
In pulverem, ex quo deſtituit deos:
Mercede pacta Laomedon: mihi
Caſtæque damnatum Minervæ,
Cum populo, & duce fraudulento.
Jam nec Lacænæ ſplendet adulteræ
Famoſus hoſpes: nec Priami domus
Perjura, pugnaceis Achivos
Hectoreis opibus refringit:
Noſtriſque ductum ſeditionibus
Bellum reſedit: protinus & graveis

Iras

17. *Gratum eloquuta.*] Junone rem gratam diis ſecum deliberantibus eloquuta, quod veteres inimicitias ex animo jam depoſuiſſet. *Conſiliantibus.*] Divis conſilium habentibus de recipiendo Romulo in numerum Deorum.

18. *Ilion, Ilion.*] Hinc incipit Junonis Oratio in divorum cœtu habita, ſuper Romuli conſecratione.

19. *Fatalis inceſtuſque judex.*] Pereruditè Horatius Trojæ excidium non Græcorum viribus aſſcribit, ſed unius Paridis cum muliere peregrina adulterio, unde atrociſſimum illud bellum exortum. *Torrent. Fatalis.*] Exitialis, & fati Trojani, id eſt, perniciei & ſubverſionis Trojanæ cauſa & auctor. *Cruq. Fatalis, inceſtuſque judex.*] Paris à fatis datus judex de aureo malo Veneri dato.

20. *Et mulier.*] Et Helena à Paride rapta.

21. *Ex quo deſtituit.*] Ex quo tempore Laomedon pater Priami deſtituit, id eſt, fraudavit promiſſa mercede Deos, Neptunum nempe & Apollinem, qui Jovis juſſu, Laomedonti ſuas operas locarant, ad muros Trojanos extruendos.

23. *Damnatum.*] Glareanus legendum eſſe contendit *damnatam.* ſicut Od. 9. lib. 4. *Non ſemel Ilios vexata. Damnatum Minervæ.*] Ilion mihi & Minervæ damnatum propter injuriam nobis illatam in malo pulchritudinis, Veneri dato.

24. *Duce fraudulento.*] Laomedonte.

26. *Famoſus hoſpes.*] Paris infamis hoſpes Helenæ.

27. *Perjura.*] Perjura propter Laomedontis fraudem.

28. *Hectoreis opibus.*] Hectoris auxiliis.

29. *Noſtriſque ductum ſeditionibus.*] Queritur ea de re in deorum conſeſſu ipſe Jupiter apud Virg. lib. 10.

Nec veſtra capit diſcordia finem, &c.

Tum Ovid. lib. 1. Triſt.

Mulciber in Trojam, pro Troja ſtabat Apollo:
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

Et: *Sæpe premente Deo, fert Deus alter opem.*

Ductum ſeditionibus.] Et bellum noſtris diſcordiis productum in decennium, reſedit, id eſt, finitum eſt, & compoſitum.

30. *Bellum reſedit.*] Hoc eſt, quievit

tandem,

Iras, & inviſum nepotem,
Troïca quem peperit ſacerdos,
Marti redonabo: illum ego lucidas
Inire ſedeis, ducere nectaris
Succos, & adſcribi quietis
Ordinibus patiar Deorum.
Dum longus inter ſæviat Ilion,
Romamque pontus: qualibet exules
In parte regnanto beati.
Dum Priami, Paridiſque buſto
Inſultet armentum: & catulos feræ
Celent inultæ: ſtet Capitolium
Fulgens, triumphatiſque poſſit
Roma ferox dare jura Medis.

Hor-

tandem, ut *reſidere iram* atque *odium* dicimus. *Torrent.* *Protinus.*] Deinceps.

31. *Nepotem.*] Romulum, Junonis nepotem per Martem, qui eum genuit ex Ilia. Et Juno Martem peperit ex Jove Hom. lib. 5. Illad.

33. *Marti redonabo.*] Marti reddam, & remittam; quamvis enim Romulus ſit de genere Trojano, Marti tamen filio meo, & patri ſuo concedam, ut Romulus ſit primus rex Romanorum.

34. *Inire ſedes.*] In coelos aſcendere. *Ducere ſuccos.*] Porphyrion tamen non *ducere*, ſed *diſcere* videtur legiſſe, pro aſſueſcere ſaporibus nectareis, ut ipſe exponit: quam ſane lectionem in duobus MSS. codicibus reperi. *Torr.* *Ducere nectaris.*] Divinos liquores bibere, & divinis adnumerari.

35. *Adſcribi quietis Ordinibus.*] Adſcribi deorum ordinibus dixit, perinde ac ſi de militiæ numeris & ordinibus ageret (nam & deos in claſſes quaſdam diſtribuunt poëtæ) *quietos* vocans ex Epicuri diſciplina, uti & Virgil. cum ait:

Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat. —— Torrent.

37. *Dum longus.*] Ordo eſt & ſenſus: dummodo longus pontus intercurrat inter Trojam & Romam, qualibet in parte orbis regnanto, Trojani felices & beati, exules tamen regnanto ſic ut Trojano imperio fruantur nunquam.

40. *Buſto.*] Paridis ſepulchro.

41. *Et catulos feræ.*] Et dummodo Troja ſit ita diſcreta, ut in ea & armenta paſcere & feræ ſuos catulos occultare poſſint inultæ, id eſt, illæſæ, & ſecuræ, nemine prohibente, ea lege ſtet Capitolium, &c.

43. *Triumphatiſque.*] Medis devictis, & per triumphum ductis.

44. *Dare jura Medis.*] Id eſt, jura det. Solenne autem erat Romanis, ut regno aliquo in provinciam redacto, eo mitterent certo numero viros aliquos inſignes, qui provinciam ordinarent, hoc eſt, quo jure deinceps uterentur, præſcriberent. Nec temerè *Medos* nominat Poëta, Parthos ab Auguſto tunc ſigna reddere coactos intelligens, ut mox Od. 5 videbimus. *Torrent.* vide & Canteri Novar. lect. 11. cap. 11.

45. *Hor-*

Horrenda late nomen in ultimas
Extendat oras, qua medius liquor
Secernit Europen ab Afro:
Qua tumidus rigat arva Nilus.
Aurum irrepertum, & ſic melius ſitum
Cum terra celat, ſpernere fortior,
Quam cogere humanos in uſus,
Omne ſacrum rapiente dextra.
Quicunque mundi terminus obſtitit,
Hunc tangat armis; viſere geſtiens

Qua

45. *Horrenda latè.*] Aptum Romæ victricis epithetum: quod tamen non tam ad metum armorum retulerim, quam ad admirationem quandam ex veneratione ortam: ut cum ait Virgil. lib. VI.

--- *Horrendæque procul ſecreta Sibyllæ.*

Torrent. *Horrenda latè.*] Roma barbaris gentibus formidanda, extendat nomen in oras ultimas.

46. *Medius liquor.*] Mare Gaditaneum.

48. *Qua tumidus rigat.*] *Tumidum* vocat ob ſtatam illam quotannis inundationem, omnia, ut inquit Plinius, miracula excedentem. Irrigat enim Nilus Ægyptum; & cum tota æſtate obrutam oppletamque tenuerit, tum recedit, mollitoſque & oblimatos agros ad ſerendum relinquit, ut pulcre Cic. 2. de Nat. deorum. *Torr. Nilus.*] Nilus Ægypti fluvius ſic dictus à Nilo rege, vel, quod trahit *νέον ἰλὺν*, id eſt, novum limum, quo tota Ægyptus redditur fœcundior poſt ſuam inundationem.

49. *Aurum irrepertum.*] Aliqui *inrepertum* habent. Meritò autem priſcos illos Romanos ob auri contemptum commendat, quorum nempe imperium, nulla ulla virtute magis quam abſtinentia creverit; tunc labefactatum cum illud avaritiæ peſtis invaſit. *Torr. Aurum.*] Ordo eſt, horrenda Roma nomen ſuum in ultimas terrarum oras extendat. Roma (inquam) fortior ſpernere, id eſt, fortior ad ſpernendum aurum, quam cogere. *Irrepertum.*] Aurum nondum ex auri fodinis effoſſum.

50. *Spernere fortior.*] Roma fortior & magis munita ſit hoc ipſo, quod aurum irrepertum & nondum viſum (& ſic cum terra illud celat ibi melius ſitum, quam cum inter homines verſatur) alto animo poſſit ſpernere, quam Deorum ſimulacra & gentium devictarum ſacrum, vi bellica & rapiente dextera in humanos uſus cogere, & Diis conſecrata, ad res neceſſarias convertere. *Lubin.*

51. *Cogere humanos in uſus.*] Rectè *cogere*. vim enim intuliſſe videtur, qui aurum intimis terræ viſceribus reconditum à natura, in humanæ vitæ perniciem protulerit, ab optimis quibuſque convitium proſciſſum. Nam

—— *Quid non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames? —— Torr.

52. *Rapiente dextra.*] Dextra, quæ ſacris non parcit.

53. *Mundo terminus.*] Ita tres codices legunt, *non mundi*: & mox etiam plures *tanget* pro *tangat*. *Mundum* autem hic vocat Poëta, terræ partem habitabilem, quam Romani armis perſcrutati ſunt. *Torrent. Terminus obſtitit.*] Polus Septentrionalis & Auſtralis.

54. *Hunc tangat.*] Arma uſque eo Roma inferat.

55. *Qua*

Qua parte debacchentur ignes,
Qua nebulæ pluviique rores.
Sed bellicoſis fata Quiritibus
Hac lege dico: ne nimium pii,
Rebuſque fidentes, avitæ
Tecta velint reparare Trojæ.
Trojæ renaſcens alite lugubri
Fortuna triſti clade iterabitur,
Ducente victriceis catervas
Conjuge me Jovis, & ſorore.
Ter ſi reſurgat murus aheneus
Auctore Phœbo, ter pereat meis
Exciſus Argivis: ter uxor
Capta virum, pueroſque ploret.
Non hæc jocoſæ conveniunt lyræ.

Quo

55. *Qua parte.*] Juxta torridam Zonam, ubi ſævit ingens ſolis æſtus. vide Oden XXI. lib. I.

56. *Qua nebulæ.*] Circulum intelligit utriuſque poli, ubi mundus perpetua glacie obrigeſcit.

57. *Fata Quiritibus.*] Hæc fata Romanis prædico, & confirmo, ut totius mundi ſint Imperatores; verum ſub conditione, nempe ne nimium pii, id eſt, ne nimium amantes Trojæ (unde ſunt orti) velint reparare, &c.

59. *Rebuſque fidentes.*] Potentiſſimo imperio freti. *Avitæ Trojæ.*] Roma enim Trojanorum veluti colonia erat. Quare imperio potiti jam Romani, Ilienſes magnis ſæpe beneficiis affecêre. Quod ergo Junonem hic monentem fingit Horatius, Romani minimè obſervarunt: quin imo deletum bello Mithridatico, à C. Fimbria Sullæ legato, Ilium & reſtaurarunt & immunitate donarunt. Vide Livii Epitomem 83. *Torrent.*

61. *Trojæ renaſcens.*] Ordo eſt: Fortuna Trojæ renaſcens alite lugubri, id eſt, malis auſpiciis iterabitur triſti clade, me (conjuge & ſorore Jovis) ducente victrices catervas.

62. *Triſti clade.*] Flamma & ferro iterum vaſtabitur.

66. *Authore Phœbo.*] Muretus & Cruquius *Ductore* legi malunt: receptam tamen lectionem ſervo, non ob notum illum Virgilii verſum, è tertio Georg.

—*Troſque parens & Troja Cynthius auctor.*

Nam Cynthius ibi non Apollinis cognomen, ſed antiqui Trojanorum regis nomen eſt: ſed quoniam pro Trojanis ſteriſſe ſemper Apollinem notum eſt; atque hinc ait Juno ne tanto quidem auctore reſurgentem Trojam, manſuram incolumem. *Torrent.* *Auctore Phœbo.*] Etiamſi Apollo ſit operis Autor, tamen ter pereat, &c.

67. *Exciſus Argivis.*] Expugnatus ab Argivis meis, qui me Argis colunt. *Uxor.*] Hecuba vel Andromache.

68. *Virum, pueroſque.*] Maritum, & filios cæſos ploret.

69. *Non hæc jocoſæ conveniunt lyræ.*] Lyrico carmini res graves non conveniunt.

Quo Muſa tendis? deſine pervicax
Referre ſermones Deorum: &
Magna modis tenuare parvis.

niunt. Muſam igitur Poëta monet, ut humili carmine ſermones deorum non imminuat. Alii legunt: *Non hoc conveniet.*

70. *Pervicax.*] Deſine Muſa licentioſa, & audax, referre ſermones Deorum, &c.

71. *Et magna, &c.*] Et deſine res amplas Lyricis modulationibus extenuare.

ODE IV. προσφωνητική.

Poëta ſe à multis periculis Muſarum ope ereptum fuiſſe dicit, omnibuſque male ceſſiſſe, qui adverſum Deos aliquid moliri voluerint.

DESCENDE *cœlo, & dic age tibia,*
Regina longum, Calliope melos,
Seu voce nunc mavis acuta,
Seu fidibus, cytharave Phœbi.
Auditis? an me ludit amabilis
Inſania? audire, & videor pios
Errare per lucos, amœnæ
Quos & aquæ ſubeunt, & auræ.
Me fabuloſæ Vulture in Appulo

Altri-

1. D*Eſcende cœlo.*] Veterum more Calliopen huic hymno è cœlo advocat. habent enim Muſæ ſuas etiam in cœlo ſedes, & quidem diſtinctas, pro cujuſque dignitate. Macrob. 2. in Somn. Scipionis. *Torrentius.* *Deſcende.*] Ordo eſt: O Regina Calliope deſcende cœlo & age, dic tibia longum Melos, id eſt, longam & ſuavem cantilenam. *Cœlo.*] Habent Muſæ etiam ſedem in cœlo, ut Jovis filiæ.

4. *Cytharave Phœbi.*] A Phœbo nempe inventa. Vide Odam 21. lib. 1.

5. *Auditis? an me.*] Sodales mei, nunquid auditis Calliopen canentem, an me fallit poëtica inſania? *Amabilis inſania.*] Sic lib 2. Epiſt. 2. *Mentis gratiſſimus error.* qualis nempe in maniacis (niſi ex atra bile morbus proceſſerit) cerni ſolet. *Torrent.*

6. *Audire, & videor pios.*] Videor mihi audire Calliopen, quodque ipſa diſcurrit per lucos pios, id eſt, per lucos, quos dii incolunt.

7. *Errare per lucos.*] In lucis & nemoribus primi homines, & locis maxime ſolitariis deorum delubra conſtituerunt. *Cruquius.*

8. *Aquæ, ſubeunt & auræ.*] Recte: auras enim aſpirant aquæ. Quod cum Anauri fluminis in Theſſalia accolæ, peculiari aliqua ratione non ita ſentirent, inde flumini factum nomen volunt. *Torrent.* *Subeunt, & auræ.*] Quos lucos aquæ jucundæ præterfluunt, & in quibus gratæ ſpirant auræ.

9. *Me fabuloſæ.*] Cauſſam narrare videtur Poëta, ob quam præ aliis omnibus ipſe Muſas audire ac cernere canentes mereatur, nempe quod à pueritia uſque, Deorum tutela ac præſidio prote-

Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo, fatigatumque ſomno,
Fronde nova puerum palumbes
Texêre: mirùm quod foret omnibus,
Quicunque celſæ nidum Acherontiæ,
Saltuſque Bantinos, & arvum
Pingue tenent humilis Ferenti:
Ut tuto ab atris corpore viperis
Dormirem & urſis: ut premerer ſacrâ

Lau-

protectus fuerit. Dubitatur autem inter Grammaticos an dictio *fabuloſæ* ad *palumbes* referenda ſit, an vero ad *Apuliam*? Lambinus ad *palumbes* refert, à quo diſſentio: quid enim ineptius, quam fabuloſas hoc loco dici palumbes, cum ut rem vere geſtam narret Horatius; & alioqui ſi cui provinciæ epitheton hoc convenit, illa certè Apulia eſt. Quamquam meo judicio *Apulia*, hic nutricis ipſius Horatii, non provinciæ nomen eſt: quomodo enim ea quæ narrat Poëta in *Vulture*, qui non hic tantum, ſed & apud Lucanum Apuliæ mons eſt, contingere potuerunt, ut non intra provinciam contigerint? In Apulia igitur, ſed extra nutricis Apuliæ limen contigiſſe dicendum eſt. Omnes autem nutrices garrulæ ac fabuloſæ; minus tamen merentur fidem, ſi quid apud ſe remotis arbitris factum narrent. Addam interpretes non *altricis*, ſed *nutricis* legere. Dicere etiam poſſimus *Apuliæ* nomine non provinciam hoc loco, ſed oppidum ſic dictum, ubi enutritus ſit Horatius, ſignificari. Lector quam volet opinionem ſequatur, ego adhuc ambigo: & ſi conjecturæ locus eſſet, *fabuloſo* legerem, ut Vulturi aptetur. Montes enim vicinorum fere fabula celebrantur, ut in Faliſcis Soracte, in Apulia Garganus quoque: *fabuloſæ* autem ſcripſere, qui bina epitheta uno in loco ſine conjunctione poni non tulerunt. *Torrentius*. *Me fabuloſæ Vulture.*] Ordo eſt & ſententia: Palumbes fabuloſæ (id eſt Palumbes de quibus Poëtæ multa fabulantur) me puerum ludo fatigatum, & ſomno victum texêre, & cooperuêre nova fronde (id eſt fronde recenti, & viridi) in Vulture Appulo (id eſt in Vulture monte Appuliæ) extra limen Appuliæ altricis, id eſt, nutricis meæ & ſoli natalis.

11. *Somno, &c.*] Scilicet victum, oppreſſumque & humi ſtratum. *Cruquius*.

14. *Acherontiæ.*] Acherontia eſt urbs Lucaniæ admodum parva, in ſublimitate montis poſita, ideoque eam nido comparat: vel, per nidum domum propriam ſignificat.

15. *Saltuſque Bantinos.*] Sic quidem MSS. & nonnulli etiam typis editi. Nec diſplicet: nam & Plin. lib. 3. Cap. 11. Bantinos inter Lucanorum mediterranea collocat; & Bantiam urbem in Apuliæ finibus, inter quam & Venuſiam cæſus olim ex inſidiis Marcellus conſul. Livius lib. 27. *Torrent.* Alii legunt *Batinos*. Batina eſt oppidum Apuliæ paſcuis abundans.

16. *Humilis Ferenti.*] Ferentum eſt urbs in humili, & depreſſa valle poſita.

17. *Ut tuto ab atris.*] Admirabile præſagium omnibus, quo pacto dormirem corpore tuto, &c.

18. *Ut premerer ſacra.*] Quod premerer lauro ſacra, id eſt, lauro Apollini dicata, quæ quidem laurus præſagiebat, eum futurum Poëtam.

Lauroque, collataquè myrto;
Non ſine Dîs animoſus infans.
Veſter, Camœnæ, veſter in arduos
Tollor Sabinos: ſeu mihi frigidum
Præneſte, ſeu Tibur ſupinum,
Seu liquidæ placuêre Bajæ.
Veſtris amicum fontibus, & choris,
Non me Philippis verſa acies retro,
Devôta non exſtinxit arbos,
Nec Sicula Palinurus unda.
Utcunque mecum vos eritis; libens

Inſa-

19. *Collataque Myrto.*] Et myrto comportata à palumbibus, quæ Veneri conſecrata; ſignificabat eum res amatorias & lyrica cantaturum.

20. *Non ſine Dîs.*] Non ſine protectione deorum ſanus & integer. hæc grati eſt animi ſignificatio: agnoſcit enim ſe infantem pericula ſerpentum, ferarumque, evaſiſſe beneficio Apollinis & Muſarum. *Cruq.* *Non ſine Dîs.*] Non ſine divino numine ego infans impavidus. *Animoſus infans.*] Qui non terreret, neque ab urſis neque à viperis. *Lambin.*

21. *Veſter, Camœnæ.*] Ubicunque fuero, ô Camœnæ, veſter ſum. *Arduos Sabinos.*] *Arduos*, ut opinor, vocat ſitus ratione, quod Româ illuc iter tenentibus aſcendendum ſit.

22. *Tollor Sabinos.*] In montes excelſos Sabini vehor. *Frigidum.*] Non ideò frigidum, quia Præneſte in monte poſitum eſt, ſed propter frigidas aquas ibi è fontibus profluentes, ad varios morbos ſalutares.

23. *Præneſte frigidum.*] Ipſo nempe ſitu minus obnoxium caloribus. De qua urbe Stephanus: Πραινεςὸς, inquit, πόλις Ἰταλίας ἀπὸ Πραινέςου τοῦ Λατίνου τοῦ Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης υἱοῦ. Dicimus *Præneſte* & *Præneſtis*, urbs Fortunæ templo imprimis nobilis, ac ſitu ipſo longe fortiſſima. *Torr.* *Supinum.*] In aſcenſu montis conſtitutum.

24. *Liquidæ Bajæ.*] Non tam propter aquas calidas, quam propter aërem mollem ac purum, quo locus ille præcipue commendatur.

Nullus in orbe locus Bajis prælucet amœnis. Torrent.

Liquidæ placuêre Bajæ.] Bajæ eſt urbs Campaniæ; aquis calidis nobilitata.

25. *Amicum fontibus & choris.*] Ordo eſt, me amicum veſtris fontibus & choris, non extinxit Philippis acies verſa retro, non arbos, &c. Vid. Od. 7. lib. 2.

26. *Philippis verſa acies retro.*] Philippi eſt urbs in Thracia; ubi verſus erat in fugam Bruti & Caſſii exercitus; in quo bello Horatius erat Tribunus militum.

27. *Devota.*] Arbor ſcelerata, vide Od. XIII. & XVII. lib. 2.

28. *Sicula Palinurus.*] Lucaniæ promontorium prope Veliam oppidum. Quæ loca (teſte Plinio lib. 3. cap. 5.) quia ante Lucanos Siculi olim tenuere, hinc, ni fallor, *Sicula unda* hic addit. *Torrent.* *Palinurus unda.*] Promontorium Lucaniæ; ſic denominatum à Palinuro navis Æneæ gubernatore, ubi Horatius in ſummo periculo eſt verſatus, quum ex bello Philippenſi in Italiam rediret.

29. *Utcunque.*] Quandocunque.

30. *Inſa-*

Inſanientem navita Boſporum
Tentabo, & arenteis arenas,
Littoris Aſſyrii viator.
Viſam Britannos hoſpitibus feros,
Et lætum equino ſanguine Concanum.
Viſam pharetratos Gelonos,
Et Scythicum inviolatus amnem.
Vos Cæſarem altum, militia ſimul
Feſſas cohorteis abdidit oppidis:
Finire quærentem labores,
Pierio recreatis antro.

Vos

30. *Inſanientem navita Boſphorum.*] Mare Boſphorum æſtuoſum. vid. Od. 13. & ult. lib. 2.

31. *Arentes arenas.*] Quidam, è manuſcriptis, rectius ſcribi credunt, *urentes*, id eſt, æſtu intolerabiles. *Fabritius. Arentes.*] Arenas calentes.

33. *Britannos hoſpitibus feros.*] Britanni (inquit Acron) hoſpites mactabant pro hoſtia. Feri igitur & inhoſpitales tunc temporis erant, neque id mirum, nam ut à ſole longe diſtabant, ſic certe quamdiu illorum mentibus divina gratia non illuxerat, ab omni humanitate, clementia, manſuetudine, & id genus virtutibus procul aberant. Verum ubi Deus (cujus providentia in regnorum mutationibus eſt admirabilis) pro ſua miſericordia hanc gentem ad fidem Chriſtianam vocaverat, ſenſim evanuit feritas, indies exulavit immanitas, corruit crudelitas, omnis barbaries in exteras (neſcio quas) nationes tranſmigravit, & Britannia (quæ à noſtro Poëta hic dicitur fera) facta eſt gens perhumana, hoſpitalis, liberalis, comis, atque affabilis.

34. *Lætum ſanguine Concanum.*] Libri duo *Conchanum.* Non de Cantabris Poëtam noſtrum, ſed de Scytharum gente aliqua loqui arbitror. Virgilius ſane Biſaltis hoc Geloniſque tribuit, 3. Georg. *Torrent. Concanum.*] Concani erant Hiſpani, vel (ut alii volunt) Thraces, quibus ſanguis ex equini cruris venis ſubtractus, & lacti commixtus, potus erat familiaris.

35. *Gelonos.*] Scythiæ populum ſagittis potentem. vide Od. 20. lib. 2.

36. *Et Scythicum.*] Et inviolatus, id eſt, ſalvus Muſarum præſidio, viſam Tanaim. Vide Plin. lib. 3. cap. 1.

37. *Cæſarem altum.*] Cæſarem magnum & triumpho ſublimem. Ordo eſt, vos recreatis Pierio antro Cæſarem quærentem finire labores, ſimul atque abdidit oppidis cohortes feſſas militia.

38. *Feſſas cohortes abdidit oppidis.*] Ego hic Horatium de eo tempore loqui exiſtimo, quo finitis bellis civilibus Auguſtus veteranos per colonias diſtribuit, ipſe quietem ſibi optare ac vacationem à repub. petere non deſinens, ut lib. 2. Od. 16. notavimus. Tunc ergo potiſſimum à Muſis ſolatium quærebat. Lambinus monet in quibuſdam codicibus legi *reddidit.* Priſci tamen interpretes *abdidit* ſervant, quod cum verbo *feſſas* melius convenit. *Torrent. Abdidit oppidis.*] Simul ut in hybernis conſtituit exercitum, propter anni tempus ad bellum gerendum ineptum.

40. *Pierio antro.*] Per *antrum Pierium*, Muſarum receſſus & Poëtarum ſeceſſum ſignificat. *Lambinus. Pierio recreatis antro.*] Antro Muſis ſacro & ſe-

Vos lene conſilium & datis, & dato
Gaudetis almæ: ſcimus ut impios
Titanas, immanemque turmam
Fulmine ſuſtulerit caduco,
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventoſum, & urbeis, regnaque triſtia:
Divoſque, mortaleiſque turmas
Imperio regit unus æquo.
Magnum illa terrorem intulerat Jovi,
Fidens juventus horrida brachiis,
Fratreſque tendentes opaco
Pelion impoſuiſſe Olympo.
Sed quid Typhœus, & validus Mimas,

Aut

cteto, id eſt, vos Cæſarem oblectatis arte Poëtica.

41. *Vos lene conſilium.*] Magna Muſarum laus; quarum conſilio, quod ipſa prudentia eſt, etiam Jupiter adverſus Titanas victor evaſerit. *Lene* autem *conſilium* dixit, ut alibi:

Virtus Scipiadæ & mitis ſapientia Læli.

Nihil enim ſapientis animo lenius atque tranquillius. *Torrentius.* *Lene conſilium.*] Conſilium ab immanitate remotum, quo uſus eſt Cæſar in ſubjugandis barbaris. *Datis & dato Gaudetis.*] Gaudent Muſæ leni dato conſilio: hoc enim lætitia perfundit auctorem ſuum, propter exitum felicem, quem in rebus agendis ſortitur prudentia. *Cruquius.*

42. *Scimus ut impios.*] Declaratio exemplaris ad hujus ſententiæ confirmationem, qua fingitur Jupiter prudenti conſilio deviciſſe Titanum vires, immenſas quidem, ſed inconſultas & temerarias. *Cruquius.* *Impios Titanas.*] Gigantes cum diis belligerantes.

44. *Caduco.*] Fulmine in caput Titanum cadente.

45. *Terram inertem.*] *Inertem* vocat, quæ ſola inter elementa motu nullo agitetur. Qua ratione *brutam* quoque appellat lib. 1. Od. 34. gravem nempe ac tardam. *Torrent.* *Inertem.*] Terram immobilem.

46. *Regnaque triſtia.*] De ſtatu ſuo ſemper ſollicita. Nam *regnum triſte*, non inferos, ſed tyrannidem interpretatur Cruquius: idque propter τὸ *urbeis*, quas inferis non apte poſſe conjungi credit. *Regna triſtia.*] Sedem inferorum, ubi omnia ſunt triſtia.

47. *Mortaleſque turmas.*] Quotquot vidi exemplaria *Turmas* habent. Lambinus *Turbas* legit. *Torrent.*

48. *Imperio unus æquo.*] Solus Jupiter.

49. *Magnum illa terrorem.*] Vis enim potentiaque primum terrorem incutiunt, ſed collata prudentia conſilioque, dicto citius evaneſcunt, inſtar bullæ. *Cruquius.* *Magnum illa terrorem*] Ordo eſt: illa Juventus horrida fidens brachiis, magnum terrorem intulerat Jovi.

51. *Fratreſque tendentes.*] Gigantes, ex terra nati: contendentes montem monti imponere. *Opaco.*] Olympo umbroſo.

53. *Typhœus.*] Typhœus, Mimas, Porphyrion, Rhœcus, Enceladus ſunt nomina gigantum.

54. Mi-

Aut quid minaci Porphyrion ſtatu,
Quid Rhœcus, evulſiſque truncis
Enceladus jaculator audax,
Contra ſonantem Palladis ægida
Poſſent ruentes? hinc avidus ſtetit
Vulcanus: hinc matrona Juno, &
Nunquam humeris poſiturus arcum,
Qui rore puro Caſtaliæ lavit
Crineis ſolutos: qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalemque ſylvam,
Delius, & Patareus Apollo.

VIS

54. *Minaci Porphyrion ſtatu.*] Ipſa magnitudine formidabilis, ut *minas murorum* ob altitudinem dixit Virg. ac de Epei machina: *Mediaque minans illabitur urbi.* Torrent. *Minaci ſtatu.*] Ingenti ſtatura.

55. *Quid Rhœcus.*] *Rœtus* legendum eſſe admonui lib. 2. Od. 19. *Evulſiſque truncis.*] Enceladus tam fuit robuſtus, ut arbores eradicatas jacularetur in hoſtes.

56. *Enceladus.*] Hic quoque Virgilii verſibus notiſſimus, quandoquidem illi Ætnam montem impoſuit, 3. Æneid. & Famam ſororem dedit, Terra matre. *Torrent.*

57. *Palladis ægida.*] De *Ægide* dictum lib. 1. Od. 15. Hoc tantum hic dicam, cum de Gigantum bello loquatur, non ſatis recte videri eum Palladem ægide armaſſe: id enim tunc Jovis ſcutum fuit: quod poſtea bello Trojano Palladi donavit. Vide Serv. 8. Æneid.

Ægidaque horrificam, turbata Palladis arma.

Nec mirum idem Palladi quod Jovi ſcutum tribui, poſtquam etiam fulmine armata in vetuſtis monumentis cernitur. *Torrent.* *Ægida.*] Contra Minervæ clypeum, quo Jupiter etiam uſus eſt contra gigantes. Contra Jovis ſapientiam nil poſſunt gigantes.

58. *Ruentes.*] Ad terram ruentes: vel inconſiderate venientes. *Hinc.*] Ex parte Jovis in hac pugna. *Avidus ſtetit.*] Vulcanus dicitur avidus propter ignis rapacitatem: vel quia pugnæ eſt avidus.

59. *Matrona Juno.*] Vocat illam *matronam*, vel quia matrimoniis præeſt, unde & *pronuba* & *juga* & *cinxia* à Romanis, uti à Græcis *γαμηλία* & *ζυγία* dicta eſt, *cui vincla jugalia curæ* eſſent: vel quod juſta Jovis uxor. Sic enim ipſa apud Ovid. 6. Faſtor.

Si torus in pretio eſt, dicor matrona Tonantis. Torrent.

60. *Poſiturus arcum.*] Apollo qui ſemper arcum geſtat.

61. *Rore Caſtaliæ.*] *Roris* vocabulo utitur Horatius, non tam pro levi ſolum aſpergine per metaphoram, quam pro ingenti copia liquoris, ut *rorantia fontibus antra*, dixit Ovid. *Torrent.* *Rore puro Caſtaliæ.*] Aqua ſincera fontis Caſtalii, ſic dicta, à Caſtalia puella, quam Apollo adamavit.

62. *Crines ſolutos.*] Crines humeris ſparſos. *Lyciæ tenet.*] In Lycia fons eſt Caſtalius.

63. *Natalemque ſylvam.*] Sylvam, in qua natus eſt Apollo, dictus Patareus à Patara, Lyciæ civitate, ubi maximè colebatur.

64. *Delius & Patareus Apollo.*] Quia *Lyciæ dumeta* & *natalem ſilvam* dixerat,

VIS conſilî expers mole ruit ſua:
Vim temperatam Dî quoque provehunt
In majus: iidem odêre vireis
Omne nefas animo moventes.
Teſtis mearum centimanus Gigas
Sententiarum notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ;
Virginea domitus ſagitta.
Injecta monſtris Terra dolet ſuis,
Mœretque partus fulmine luridum
Miſſos ad Orcum: nec peredit
Impoſitam celer ignis Ætnam:
Incontinentis nec Tityi jecur

Relin-

optime duo adduntur epitheta: *Delius*, ob natale ſolum: *Patareus* ob Pataram Lyciæ urbem, in qua Apollinis delubrum, opibus & oraculi fide, Delphico olim ſimile. Muſarum ergo gratia, laudes Apollinis obiter hîc inſerit. Porro gigantum bellum, & in eo præſtitam ab Apolline operam, atque adeo omnem illam fabulam pulcherrimè explicat Macrob. Saturn. lib. I. cap. 20. *Terrent.*

65. *Vis conſilii expers.*] Huc reſpicit Claudian. *Non ſolis viribus æquum Credere ſæpe acri potior prudentia dextra.* Ac notus ille Euripidis verſus;

Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς
χεῖρας νικᾷ.

Quo prudenti uno conſilio multas vinci manus teſtatus eſt. *Vis conſili.*] Robur corporis, ſine prudentia, ſuo labitur impetu.

66. *Vim temperatam.*] Vires conſilio gubernatas dii augent,

68. *Moventes.*] Vires cogitantes iniquitatem.

69. *Centimanus Gigas.*] In quibuſdam veteribus, *Gyas*. Vide Muret. Var. lect. cap. 13. lib. 6. *Centimanus Gygas.*] Briarëus, de quo vide Oden XVII. lib. 2.

70. *Integræ Dianæ.*] Caſtæ Dianæ.

71. *Tentator Dianæ.*] Hoc eſt, ſtupri ſollicitator. Sic enim Val. Max. l. 6. cap. I. *Citatus itaque Scantinius reus, uno teſte qui tentatus erat, damnatus eſt.* *Tentatum*, vocat adoleſcentem, quem de ſtupro ſollicitaverat Scantinius. Cujus factum improbum legi Scantiniæ, quæ de pudicitia erat, nomen dediſſe volunt. Nec diſſimile eſt, quod *judicium tentare pecunia* dicit Cic. pro Murena. De *Orione* diximus lib. 2. Od. 28. *Terr. Orion Diana.*] Orion venator, ſtuprare conatus Dianam, ejus ſagittis eſt confoſſus.

73. *Injecta monſtris Terra.*] Ordo eſt: Terra mater, impoſita monſtroſis gigantibus ſuis filiis, dolet, & mœret, ſuos partus eſſe fulmine miſſos ad Orcum, id eſt, ad Plutona, ſupra modum pallidum, & inferno colore fœdatum. *Injecta monſtris.*] Pathos maternum, quod ipſamet cogatur eſſe ultrix ſuorum filiorum. *Cruquius.*

75. *Nec peredit.*] Amplificatio ab æternitate ſupplicii damnatorum. *Cruq.*

76. *Ætnam.*] Siciliæ montem, Encelado giganti injectum.

77. *Incontinentis.*] Proprie *incontinentes* atque *intemperantes* vocamus eos, quos *ἀκρατεῖς* & *ἀκολάστους* Græci; qui tactu guſtatuque, ſeu Venere ac gula de-

Relinquit ales, nequitiæ additus
Cuſtos: amatorem trecentæ
Pirithoum cohibent catenæ.

la delinquunt. Quas ſenſuum iſtorum voluptates quia communes habemus cum belluis, ideo illis quam aliis delinquere deteſtabilius habetur. Quomodo vero differant ἀκρατὴς & ἀκόλαστος, Ariſt. tradit de Moribus lib. 7. Vide Gellium lib. 19. cap. 2. & Macrob. extremo lib. 2. Saturn. *Torrent.* *Incontinentis nec Tityi.*] Nec vultur relinquit peredere jecur Tityi luxurioſi, qui Latonæ ſtuprum inferre conatus eſt.

78. *Nequitiæ additus.*] Intemperantiæ ipſius appoſitus cuſtos, ut ei ſit infeſtus. Vide *Gellium* lib. 7. cap. 11. *Nequitiæ additus cuſtos.*] *Nequitiam* hic pro libidine poni, inde manifeſtum eſt, quod Tityum, de quo adhuc loquitur, incontinentem vocat. Sed de *nequitiæ* vocabulo egregiè Gellius lib. 7. cap. 11.

79. *Amatorem.*] Invidioſe atque omnino in malam partem ſic appellat Perithoum, qui una cum Theſeo Proſerpinam rapere auſus fuerit: qua de re plura lib. 4. Od. 7. *Torrent.*

80. *Pirithoum cohibent.*] Ixionis & Diæ filium, amatorem Proſerpinæ, quam rapere quum tentaret Pirithous, catenis dicitur implicitus eſſe apud inferos.

ODE V. [illegible]

Divi Auguſti laudes, Craſſi vituperium: Reguli conſtantia, & ad Pœnos reditus.

COELO tonantem credidimus Jovem
Regnare: præſens divus habebitur
Auguſtus, adjectis Britannis
Imperio, gravibuſque Perſis.

Mileſ-

1. *COElo tonantem.*] Quia carminis hujus ordo paulo perturbatior eſt, paucis argumentum adjungam. Nam M. Attilii Reguli laudes celebraturus ab Auguſto incipit. Qui quod inter alia præclarè geſta, ignominiam à Craſſo, atque ejus milite, Romano nomini inuſtam, ſignis receptis à Parthis diluiſſet, divinos honores merebatur. Hinc ſequitur Craſſi militis vituperatio; ac facta comparatione, Reguli prudentiam extollit. *Torrent.* *Cœlo tonantem.*] Amphibolia eſt in τὸ *cœlo*, determinet ne τὸ *tonantem*, an τὸ *regnare*: ut ſenſus ſit: crediderunt Jovem in cœlo regnare, quando tonat: vel crediderunt Jovem deum regnare, eo quod tonet cœlitus. *Cru. Cœlo tonantem.*] Ut tonitrua demonſtrant Jovem eſſe cœli regem, ſic Cæſaris victoriæ, divinitatem ejus arguunt.

2. *Præſens divus.*] Dum es in vivis, & inter homines verſaris.

3. *Adjectis Britannis.*] Atqui Suetonius, poſt D. Julium, ad Claudii uſque tempora à nullo tentatam fuiſſe Britanniam ſcribit. Quid ergò eſt, quod ab Auguſto Britannos adjectos imperio hîc ait Horatius? Nodum hunc Dion Caſſius diſſolvit. Is enim Cæſarem Octavianum adoleſcentem adhuc, ante bellum cum Antonio, ut in Britanniam trajiceret, jam in Galliam veniſſe, ſed novis in Dalmatia tumultibus revocatum tradit. Poëta igitur bellum, quod jam parabatur, pro confecto habens, hæc ſcripſit. Eodem fere tempore natam arbitror Odam 35. lib. 1. ob hos verſus: *Serves iturum Cæſarem in ultimos Orbis Britannos, &c.* Torrent.

4. *Imperio.*] Imperio Rom. additis Bri-

Mileſne Craſſi, conjuge barbara
Turpis maritus vixit? & hoſtium
(Prò curia, inverſique mores!)
Conſenuit ſocerorum in armis
Sub rege Medo, Marſus, & Appulus,
Anciliorum, & nominis & togæ
Oblitus, æternæque Veſtæ,
Incolumi Jove & urbe Roma?
Hoc caverat mens provida Reguli

Diſſen-

Britannis tanquam coronide ſuarum victoriarum, qui ab Auguſto per Druſum privignum ſuperati ſunt. *Gravibuſque Perſis.*] Propter Craſſi cladem Perſæ vel Parthi graves & pernicioſi habebantur, qui tamen Auguſto facilè ceſſerunt, ſignaque militaria, Craſſo & M. Antonio adempta reddiderunt.

5. *Mileſne Craſſi.*] Ut Auguſti ob recepta ſigna militaria gloriam extollat, Craſſi militum ignominiam oſtendit; qui tanquam parum eſſet, hoſtium ſe tradere poteſtati, etiam in eorum mores tranſierunt. *Torrent. Conjuge barbara.*] Cum conjuge alienigena.

6. *Turpis maritus.*] Vocat *turpem maritum*, qui contrà leges patrias, Romanus, Barbaræ mulieris matrimonium inierit. Juſtæ enim ſunt nuptiæ, ut Juriſconſulti tradunt, quas inter ſe cives Romani contrahunt. *Torr. Turpis maritus.*] Ut ſervus & captivus vixit?

7. *Prò curia.*] Aptè inſerta exclamatio, Senatus, vel ô curia, quàm indignas res paſſa es contra majeſtatem populi Rom. & ô mores, quàm inverſi & corrupti eſtis, ut Rom. milites jam barbaris ſerviant, qui iis olim dominari ſolebant.

8. *Conſenuit.*] Auget facti invidiam ipſa diuturnitas, nam is etiam, qui citrà ignominiam ab hoſte captus eſt, ſi cum redire poſſit, non redeat, pro tranſfuga habetur. Jam verò omnium turpiſſimum eſt eos, qui per ignaviam ſe capi permiſerint, non connubiis tantum hoſtium, ſed & armis aſſueſcere. *Torrent.*

9. *Sub rege Medo.*] Hoc quoque loco apparet, Medorum, Perſarumque & Parthorum nomina confundi ſolere. *Torrent. Marſus, & Appulus.*] Marſi & Appuli inter Rom. milites erant clariſſimi, qui cum Craſſo ſuperati & capti, uxores acceperunt à Medis & Perſis, ut ibi velut in propriis ſedibus omnem ætatem agerent.

10. *Anciliorum, & nominis, &c.*] Vide Florum lib. 3. *Ancilia* autem & *Veſtam* addidit, ob Romani imperii æternitatem, ancilium unius, quod è cœlo ceciderat, & Veſtæ ignis cuſtodia denotatam. *Torrent. Anciliorum, & nominis.*] Ignavi erant milites ſub Craſſo, qui obliviſcerentur ancilia, id eſt, ſcuta brevia, numero duodecim, in æde Martis ſervata, ex quibus unum de cœlo lapſum credebatur. Nam datum eſt pro oraculo, ibi fore Imperium, ubi fuiſſet ancile. *Ancilia* hic pro virtute ponuntur, *toga* pro dignitate.

11. *Æternæque Veſtæ.*] Æterni ignis, qui in templo Veſtæ à virginibus cuſtoditus nunquam extinguebatur.

12. *Incolumi Jove.*] Salvo Capitolio quæ Jovis erat ſedes, quaſi dicat: non deſerta urbe à ſuis diis: turpe igitur militibus Rom. ut ſub armis hoſtilibus ſeneſcerent.

13. *Hoc caverat.*] Regulus hoc providerat, ne quis ſuo exemplo ſpem vitæ in captivitate poneret. *Mens provida Reguli.*]

Diſſentientis conditionibus
Fœdis, & exemplo trahentis
Perniciem veniens in ævum:
Si non periret immiſerabilis
Captiva pubes. Signa ego Punicis
Affixa delubris, & arma
Militibus ſine cæde, dixit,
Direpta vidi: vidi ego civium
Retorta tergo brachia libero,
Portaſque non clauſas, & arva
Marte coli populata noſtro.
Auro repenſus ſcilicet acrior
Miles redibit? flagitio additis

Reguli.] Περιφραστικῶς, pro ipſe Regulus. De Reguli autem, ne captivi cum Carthaginienſibus permutarentur, in ſenatu ſententia, præter Cic. lib. 1. & 3. de Officiis, pulcrè Gellius lib. 6. cap. 4. *Torrent.*

14. *Conditionibus.*] A conditionibus fœdis. Noluit enim Regulus captivos Afrorum pro ſe reddi.

15. *Et exemplo.*] Et diſſentientis ab exemplo, quod traheret perniciem in poſterum tempus, niſi pubes captiva periret immiſerabilis, id eſt, ſine miſericordia. Nam tali exemplo milites deinceps ignavius pugnarent. *Exemplo trahentis.*] Sic prior Lambini editio habet, ut & libri MSS. omnes. Primus Guil. Canterus Nov. lect. lib 4. cap. ult. *trahenti* legendum eſſe cenſuit. Ego vero nihil immuto. Eodem enim ſenſu dictio *trahentis* ad Regulum referri poterit; diſſentientem de captivorum permutatione, non in præſens modo, ſed propter exemplum ſæpe alias nociturâ. *Torrent.*

18. *Signa ego.*] Hæc eſt Reguli Oratio, in Senatu Rom. habita. *genus eſt deliberativum. Punicis.*] Ego vidi arma, Africanis templis affixa, quæ noſtri milites hoſti tradiderunt ſine cæde.

21. *Direpta.*] Alii *Derepta.* Lambinus *erepta* legi malit. Ego *arepta* pro *abrepta*, ut *afuit* pro *abfuit*, & ſimilia. *Vidi ego civium.*] Quomodo civium, ſi jam captivi, ac proinde capite diminuti? *Cives* ergò vocat, qui tales erant cum caperentur, atque adeo cives manere poterant, ſi fortiter reſtitiſſent. Eadem ratio ejus, quod ſequitur, *Retorta tergo brachia libero.* Torrent.

22. *Retorta tergo brachia libero.*] Vidi brachia Rom. revincta tergo quondam libero.

23. *Portaſque non.*] Portas Carthaginis apertas, quod arguit Carthaginenſium ſecuritatem. *Et arva.*] Et vidi eos agros coli, qui fuerant à nobis antea devaſtati.

25. *Auro repenſus.*] Scilicet miles, auro redemptus, ad pugnam fortior redibit. Ironia eſt.

26. *Flagitio additis Damnum.*] Loci hujus ſententia eſt, ignominiæ turpi militum deditione reip. inuſtæ, etiam damnum addi, ſi auro publico captivi redimantur. *Auro repenſus* dixit, quod veteres non numerato, ſed appenſo ære fungerentur. *Torrent.*

Damnum. Neque amiſſos colores
Lana refert medicata fuco:
N E C *vera virtus, cum ſemel excidit,*
Curat reponi deterioribus.
Si pugnat extricata denſis
Cerva plagis, erit ille fortis,
Qui perfidis ſe credidit hoſtibus:
Et Marte Pœnos proteret altero,
Qui lora reſtrictis lacertis
Senſit iners, timuitque mortem?
Hic unde vitam ſumeret inſcius,
Pacem duello miſcuit. ô pudor!
O magna Carthago, probroſis
Altior Italiæ ruinis!

Fer-

27. *Additis Damnum.*] Turpitudinem damno cumulatis, dum milites ignavos auro redimitis. *Amiſſos colores.*] Hinc *decolorare* cum nativus color amittitur. Virg. 2. Georg.

Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno.

Torrent.

28. *Lana refert.*] Candida lana alio colore tincta non reſumit candorem genuinum amiſſum. *Fuco.*] Colore. *Fucus* herba eſt qua tinguntur veſtes. Inde *Fucum facere.*

30. *Curat reponi.*] Vera virtus non ſolet reſtitui, aut reparari ab iis, qui corrupti jam ac depravati ſunt. *Deterioribus.*] Virtus enim ſemper incrementum amat, nec contigit, niſi animo aſſidua exercitatione ad ſummum per ducto, ut rectè Seneca inquit. *Torr.*

31. *Si pugnat.*] Si fieri poteſt, ut cerva è retibus expedita pugnare audeat.

33. *Qui perfidis.*] Qui hoſtium poteſtati ſe permiſit.

34. *Et Marte.*] Et altero prælio Carthaginienſes ſubiget is, qui lora, &c.

36. *Senſit iners.*] Si Reguli orationem omnem rectè expendimus, milites, de quibus in ſenatu tunc agebatur, non quod capti eſſent, damnat, quippe & ipſe captus: ſed quod armati, ſine cæde ac ſanguine, hoſtium poteſtati ſeſe dedidiſſent. *Torr.* *Senſit iners.*] Ignavus.

37. *Hic unde vitam.*] Stephanus pro *inſcius*, mavult legere *aptius*, hoc ſenſu: Hic miſcuit pacem bello, è quo tamen aptius vitam ſumere potuiſſet, quam è pace. Id eſt, quum tamen bellica fortitudo aptior illi ad vitam conſervandam, ſive ad conſulendum ſaluti ſuæ eſſet. Cum *inſcius* legitur, ſenſus eſt: Hic, quum neſciret qua ratione ſaluti ſuæ conſulere poſſet, tandem id ſe conſequuturum miſcendo pacem bello, ſperavit. *Hic unde vitam ſumeret inſcius.*] Nunc etiam inſcitiæ militem accuſat, qui armatus in acie conſiſtens, aliunde quam ab armis ſalutem petat, & paciſci malit, quam pugnando acriter ſe defendere ac ferire hoſtem. *Torrent.* *Hic unde vitam ſumeret inſcius.*] Hic miles neſciens vitam armis, non deditione, eſſe retinendam, pacem cum bello confudit. Nam in ardentiſſima pugna, tanquam in pace, ſe hoſtibus credidit.

40. *Altior Italiæ ruinis.*] Nobilior turpibus Italiæ ruinis.

41. *Fer-*

Fertur pudicæ conjugis oſculum,
Parvoſque natos, ut capitis minor,
A ſe removiſſe, & virilem
Torvus humi poſuiſſe vultum:
Donec labanteis conſilio patres
Firmaret auctor nunquam alias dato,
Interque mœrenteis amicos
Egregius properaret exul.
Atqui ſciebat quæ ſibi barbarus
Tortor pararet: non aliter tamen
Dimovit obſtanteis propinquos,
Et populum reditus morantem:

Quam

41. *Fertur pudica.*] Regulus dicitur à ſe removiſſe, id eſt, non admiſiſſe conjugis oſculum.

42. *Ut capitis.*] Ut capite diminutus, id eſt, ut ſervus factus per captivitatem. *Capitis minor.*] Capite diminutus. Eſt autem *capitis diminutio*, prioris ſtatus immutatio. *Caput* enim hîc *ſtatum* ſignificat. Fieri autem eam tribus modis volunt. nam aut libertas ſimul & civitas amittitur, quæ maxima capitis diminutio eſt: aut civitas tantum, retenta libertate, quam mediam appellant: aut vero retenta libertate & civitate, familia tantum mutatur, utputa per adoptionem, quæ & minima dicitur. Porrò qui bello capti in hoſtium erant poteſtate, quamquam propter jus poſtliminii non tam perdidiſſe libertatem civitatemque quam in ſuſpenſo eſſe videbantur; tantiſper tamen dum aberant, nec cives, nec liberi habebantur: hoc igitur eſt, quod nec conjugem, nec liberos agnoſcebat Regulus. *Torrent.*

44. *Torvus humi.*] Et dicitur torvo vultu oculos in terra defixos habuiſſe, donec conſilio nunquam alias dato, id eſt, donec argumentis inauditis firmaret patres labantes dubitanteſque.

45. *Labantes firmaret.*] *Labare* eſt jam incipere minari caſum. Patres itaque in eam jam inclinantes ſententiam, ut diſciplinæ militari, qua difficiles ſemper in captivos fuère Romani, ſalutem Reguli præferendam eſſe decernerent, ipſe remoratus eſt, atque in officio continuit. *Torrent.*

46. *Autor nunquam.*] Suaſor ſive monitor.

48. *Egregius exul.*] Vere *egregius*, qui non ut alii exſules judicum ſententia, aut metu ſaltem judicii, patriam reliquerit; ſed & ipſe ſuo ſe ſuffragio, ob patriæ caritatem, fideique conſtantiam, non tam exſilio, quam certa morte multarit. *Torrent.* *Exul.*] Exul per captivitatem egregius, id eſt, nunquam ſatis laudatus.

49. *Atqui ſciebat.*] Non ignorabat Regulus, ſe ad exquiſita ſupplicia proficiſci. Cic. de Off. l. 3. *Barbarus tortor pararet.*] De Reguli ſupplicio alii aliter tradidêre. Ciceronis verba adſcribam: *M. Regulum illigatum in machina, reſectis palpebris, Carthaginienſes vigilando necaverunt.* *Machinam* autem illam, ſunt qui *arcam*, ſunt qui *armarium* appellent. Vide & Gellium lib. 6. cap. 4. Val. Max. lib. 9. cap. 2. *Torrent.*

51. *Obſtantes propinquos.*] Amicos contradicentes, precanteſque ne ad hoſtes rediret.

52. *Populum reditus.*] Populum, qui reditum ſuum tardabat.

53. Quam

Quam ſi clientum longa negotia
Dijudicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

53. *Quam ſi clientum negotia.*] Non ſecus ac ſi patronus fuiſſet, & clientum ſuorum longa negotia (lite jam dijudicata, pronuntiataque ſententia) tandem relinqueret & poſt multas moleſtias tandem animi gratia in ſeceſſu, aut otio ruſticano ſeſe oblectare & in villam ſuam ſeſe exſpatiari vellet. *Lubin.*

54. *Dijudicata lite relinqueret.*] Lite finita & deciſa, ſententia ſcilicet pronuntiata.

55. *Tendens Venafranos.*] Iter habens Venafranum Campaniæ civitatem, animi relaxandi gratia, vide Oden 6. lib. 2.

56. *Tarentum.*] Oppidum à Phalanto Lacedæmonio conditum.

ODE VI. συμβουλευτική.

Ad ROMANOS.

Corruptos ſuæ ætatis mores inſectatur.

DELICTA *majorum immeritus lues,*
Romane, donec templa refeceris,
Ædeiſque labentes deorum, &
Fœda nigro ſimulacra fumo.
Dîs te minorem quod geris, imperas:
Hinc omne principium, huc refer exitum.
Dî multa neglecti dederunt

Heſpe-

1. D*elicta Majorum.*] Ob culpam Majorum dabis pœnas, quas non es meritus. *Immeritus lues.*] Cum *immeritus* dicit, Romanorum leges reſpicit, apud quos nullum patris delictum innocenti filio pœnæ erat, etiamſi perduellionis crimine deliquiſſet. teſtis Ulpianus lib. 2. de Decurionibus. *Torr.*

2. *Refeceris.*] Donec reædificaveris, vel reparaveris templa deorum decidentia, vide lib. 2. Od. 15.

4. *Fœda nigro.*] Simulachra ſitu vetuſtatis ſordentia.

5. *Dîs te minorem quod geris.*] Sic Livius, apud quem diligentiſſimus religionum cultor Camillus, Oratione qua populum Romanum Vejos migrare prohibuit. *Intuemini*, inquit, *horum deinceps annorum vel ſecundas res, vel adverſas, invenietis omnia proſpere eveniſſe ſequentibus deos, adverſa ſpernentibus.* Torrent. Significat ergo imperii Romani perpetuitatem, cæremoniis, religione, auſpiciis, & ſolemnium ſacrorum ritu maximè contineri. *Lambin.* *Dîs te minorem.*] Quia Deos colis, idcirco imperas, Romane.

6. *Hinc omne principium.*] Mallem, ut in nonnullis MSS. *hoc omne principium.* Torrent. *Hinc omne principium.*] A pietate in deos, tuum habes initium. *Huc refer exitum.*] Ad deos neglectos tuas refer calamitates. Alii hunc verſum ſic interpretantur, ut ſit ſenſus, in exordio rerum deos invoca: eiſdem in exitu gratias agito.

7. *Neglecti dederunt.*] Dii minus ſtudioſè culti.

8. *Heſpe-*

Heſperiæ mala luctuoſæ.
Jam bis Monæſes, & Pacori manus
Non auſpicatos contudit impetus
Noſtros, & adjeciſſe prædam
Torquibus exiguis renidet.
Pene occupatam ſeditionibus
Delevit urbem Dacus, & Æthiops:
Hic claſſe formidatus, ille
Miſſilibus melior ſagittis.
Fæcunda culpæ ſecula, nuptias
Primum inquinavêre, & genus, & domos.

Hoc

8. *Heſperiæ mala luctuoſæ.*] Italiæ lugubri.

9. *Jam bis Monæſes.*] Alii *Monæſis.* Monæſes iſte ac Pacorus Orodis Parthorum regis filii fuere, & bellis civilibus poſt Cæſaris necem turbata repub. adjuvante T. Labieno Syriam invaſere, rebuſque feliciter diu geſtis, tandem Pacorus duce Ventidio magna ſuorum ſtrage occubuit. Quo cæſo cum Orodes pater Phraati regnum vivus detuliſſet, iſque cæſo patre ac fratribus, crudeliſſimè imperaret, Monæſes ad Antonium transfugit, eumque adverſus Phraatem juvit, ſed infelici exitu belli. Juſtinus lib. 41. *Torrent.* *Monæſes & Pacori manus.*] Monæſes & Pacorus Parthorum reges: *bis*, id eſt, primò Craſſum, ſecundò Labienum cum omni exercitu deleverunt, noſtroſque conatus inauſpicatos, (id eſt, quia contempſimus auſpiciorum neceſſariam veritatem) inanes reddiderunt.

10. *Non auſpicatos.*] Alii legendum cenſent, *Inauſpicatos.* Turneb. lib. 16. cap. 6. *Canterus* Novar. lect. libro 5. cap. 20.

12. *Torquibus.*] Parthis, ut & Gallis olim, nunc etiam Germanis, ſolenne erat torques aureos geſtare. *Renidet adjeciſſe*, hoc eſt renidendo gaudere ſe oſtendit, quod torquibus ante exiguis non leve ex præda pondus adjecerit, Od. 18. lib. 2. *Torrent.* *Renidet.*] Gaudet ſe adjeciſſe prædam aureis ſuis torquibus, qui ante nos devictos, erant exigui, jam verò facti ſunt ampliores.

13. *Seditionibus.*] Bellis civilibus.

14. *Dacus & Æthiops.*] *Dacos* etiam *Daos Daaſque* vocarunt veteres: Græci vero *Getas*, ut Stephanus tradidit. Nunc *Tranſſilvani*, *Walachi* & *Moldavi* dicuntur; perdomiti olim à Trajano, teſte columna ejus in foro erecta adhuc ſuperſtite. De Æthiope verò incertior hiſtoria eſt. Sunt qui Ægypti bellum intelligant, quod Cleopatra claſſi ſuæ Arabes Æthiopaſque adjunxerit; ut hoc ſit quod *claſſe formidatum Æthiopem* dicit: ſed tamen ut Daci, ſic & Æthiopes peculiari bello, illi Panoniam, hi Ægyptum vaſtarunt. Dacos autem M. Craſſus, Craſſi divitis filius; Æthiopes eorumque reginam Candacem C. Petronius, Auguſti auſpiciis vicerunt. Dio lib. 51. & 54. *Torrent.* *Dacus, & Æthiops.*] Scythæ & Ægyptii ſub Antonio & Cleopatra.

15. *Claſſe formidatus.*] Claſſe, quam Cleopatra inſtruxerat. *Ille.*] Ille Dacus Scytha multo peritior in mittendis ſagittis.

17. *Fæcunda culpæ ſecula.*] Vult ex matrimoniorum corruptela & adulteriis omnia reipub. mala manaſſe. *Lambin.* *Fæcunda culpæ ſecula.*] Sæcula, in

qui-

Hoc fonte derivata clades
In patriam populumque fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus
Jam nunc, & inceſtos amores
De tenero meditatur ungui.
Mox juniores quærit adulteros
Inter mariti vina: neque eligit
Cui donet impermiſſa raptim

Gau-

quibus homines aſſiduè culpam committunt.

19. *Hoc fonte.*] Merito nuptiarum corruptelam malorum omnium in Reipub. fontem atque originem facit: nam præter flagitii per ſe turpitudinem ac mariti injuriam, civitas ipſa ob prolis incertitudinem, familiarumque & hæreditatum confuſionem, graviſſimè læditur. Sed & Suidas verbo ἀνακτόριον Lacedæmoniorum certam execrandi formulam refert, quæ inter cætera, ei, quem odiſſent, imprecabantur, ut adulterum foveret uxor, tanquam ſummum malum. *Torrent.* *Hoc fonte.*] Ex adulteriis.

21. *Motus Ionicos.*] Molles, laſciviores. Turneb. lib. 4. cap. 21. Iones enim præ cæteris Aſiaticis voluptate ac mollitie infames fuere. Vide & Valer. Maximum lib. 2. cap. 6. In omnibus ergo delicati nimis ac teneri; ſed peculiari quodam gentis vitio choreis præcipuè ac ſaltatiunculis addicti. Qua de re non pauca lib. 12. Athenæus. Eorum riſus etiam tanquam diſſolutior, in proverbium abiit γέλως Ἰωνικός. De Saltandi ſtudio, vide Macrob. Sat. lib. 3. cap. 14. *Torrent.* *Motus Ionicos.*] Saltationes laſcivas, quas primum Iones invenerunt.

22. *Matura virgo.*] Addit *matura:* quod magis inverecundum ſit, eam laſcive ſaltare, quæ pueritiæ annos exceſſerit. *Et fingitur artubus.*] Virgo in ludo ſaltatorio arte illa motoria ac cinædica ſic componere artus aſſueſcit, ut exoſſis quodammodo videri poſſit. Si quis cum Lambino *artibus* malit, non pugnabo. Sunt enim multæ artes, quibus puellæ ad amoris illicium uti poſſint. Sed & *frangitur artubus* pro *fingitur*, non vanis rationibus defendi poſſet: periti enim ſaltatores tam mollia habent membra, ut ſine nervis atque oſſibus eſſe videantur. *Torrentius.* *Fingitur artibus.*] Docetur corpus molliter movere & ſaltare ſecundum artem.

24. *De tenero ungui.*] Græcorum eſſe proverbium oſtendit Cic. Epiſt. ad Lentulum: *Sed præſta te eum, qui mihi à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus*, ἐξ ἁπαλῶν τῶν ὀνύχων. Latini enim *ab incunabulis* dicunt, & *cum lacte nutricis.* Torrent. *De tenero meditatur.*] A teneris annis diſcit & exercet amores flagitioſos.

25. *Mox juniores.*] Poſt nuptias celebratas quærit amatores marito ſuo juniores, id eſt, robuſtiores.

26. *Inter mariti vina.*] Talem maritum dicit, qualem Juvenal. Satyr. 1. qui,

——— *Doctus ſpectare lacunar,*
Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.

Quem vide. *Inter mariti vina.*] Inter epulas nuptiales. *Neque eligit.*] Nullum adhibet delectum.

27. *Impermiſſa gaudia.*] Muretus legendum affirmat *improviſa.* & Lambin.

pro

Gaudia luminibus remotis:
Sed juſſa coram, non ſine conſcio
Surgit marito: ſeu vocat inſtitor,
Seu navis Hiſpanæ magiſter,
Dedecorum pretioſus emptor.
Non his juventus orta parentibus
Infecit æquor ſanguine Punico,
Pyrrhumque, & ingentem cecidit
Antiochum, Annibalemque dirum:
Sed ruſticorum maſcula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus

Ver-

pro gaudia, *oſcula* in duobus Codd. ſe reperiſſe dicit. Certe plus quam *oſcula* dicit Poëta, rem fœdam honeſto vocabulo tegens. *Torrentius.* *Impermiſſa raptim, &c.*] Illicitas ſtupri voluptates.

28. *Luminibus remotis.*] Lucernis remotis, ne ſint teſtes pollutæ verecundiæ.

29. *Sed juſſa coram.*] Sed, velut publica meretrix ab adultero arceſſita, è lecto ſurgit, vidente & conſentiente marito, qui tanquam leno pretium concubitus accipit.

30. *Inſtitor.*] Quanquam nomen *inſtitoris* generale ſit, pro eo qui tabernæ, vel alii cuilibet negotiationi præponitur, quod & nominis ratio demonſtrat: ex eo enim dicitur quod negotio gerendo inſtet, ut Ulpianus ait: *navis* tamen *inſtitor* non rectè dicitur: Græci ἐπιστάτας vocant. *Torrent.* *Inſtitor.*] Negotiator.

31. *Navis Hiſpanæ magiſter.*] Paulus Juriſc. l. 57. de Verb. ſign. ſcribit *Magiſtros* dici, quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quam cæteri diligentiam & ſollicitudinem rebus, quibus præſunt, debent. Hinc omnium ferè rerum *magiſtri* dicti. *Magiſter* ergo *navis* eſt, cui totius navis cura mandata eſt. *Torrentius.* *Magiſter.*] Nauclerus.

32. *Dedecorum.*] *Dedecora* ea ratione dixit, qua *probrum* dicebant veteres, pro ſtupro & flagitio, ut Feſtus ait. Unde *fœminæ probroſæ*, eadem quæ & *famoſæ*, ob ſtuprum. *Pretioſus emptor.*] Vocat *pretioſum emptorem* qui ſtuprum quovis pretio ſollicitet. *Torr.* *Dedecorum pretioſus emptor.*] Flagitiorum emptor liberalis.

33. *Non his juventus.*] Non tam libidinoſis parentibus nati ſunt illi Romani, qui navali bello Pœnos ſuperarunt: vide Od. 12. lib. 2.

35. *Pyrrhumque.*] Epirotarum regem à Curio Fabricioque in Lucania victum.

36. *Antiochum.*] Syriæ Regem à M. Acilio ſuperatum. *Annibalem dirum.*] Quatuor codices habent *durum*, & quidem duo ex his longè optimi. *dirum* tamen defendit Pet. Victorius Var. lect. lib. 2. cap. 24.

37. *Ruſticorum maſcula, &c.*] Inter M. Gatonis de Re ruſt. oracula, hoc primo loco ponit Plin. lib. 18. cap. 5. quod fortiſſimi minimèque male cogitantes, ex agricolis gignuntur. Patiens enim illic operum, *parvoque aſſueta juventus*, ut Virgil. noſter cecinit. *Torr.* *Maſcula militum.*] Proles virilis, non effœminata.

38. *Sabellis docta ligonibus.*] Sabinis: pro quibuſvis ligonibus, & ferramentis ruſticis.

39. *Ver-*

Verſare glebas: & ſeveræ
Matris ad arbitrium reciſos
Portare fuſteis, Sol ubi montium
Mutaret umbras, & juga demeret
Bobus fatigatis; amicum
Tempus agens abeunte curru.
DAMNOSA *quid non imminuit dies?*
Ætas parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores; mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

39. *Verſare glebas.*] Arare.

41. *Portare fuſtes.*] Portare lignum domum poſt laborem finitum ad ignem alendum, ſi matres ſeveræ ſic juberent. *Sol ubi montium.*] Ruſtica quidem, ſed venuſta & huic loco apta veſpertinæ horæ deſcriptio, qualis illa Virg. Eclog. 2.

Aſpice aratra jugo referunt ſuſpenſa juvenci;
Et Sol creſcentes diſcedens duplicat umbras.

Sol enim diſcedens, uti & adveniens, quo magis ex tranſverſo ferit, eo longius jacit umbras, quas duplicari ait Virg. mutari veró Horat. quia repentè extenduntur. Tempus illud veſpertinum βυλυτὸς, à boum ſolutione dicitur. *Torrent.*

42. *Mutaret umbras.*] Veſperi; nam Sol deſcendens mutat umbras.

44. *Agens abeunte.*] Adducens tempus gratum, (id eſt, noctem, in qua quieſcimus) curru ſuo, in quo vehitur, recedente.

45. *Damnoſa quid non imminuit dies?*] Carmen pulcerrimum, aurea plane concludit ſententia, & ea quidem veriſſima, ſi res ſingulæ conſiderentur. Omnis enim orta occidunt & aucta ſeneſcunt. Verum omnis ætas de ſuo ſæculo queſta eſt; quodque legum morumque nunc exacta, nunc neglecta obſervatione contingit, ut deteriores vel meliores ſimus, id tempori imputamus. *Torr. Damnoſa quid non imminuit dies?*] Dies, (id eſt, tempus) omnibus rebus damnum & interitum afferens, quid non conſumit?

47. *Mox daturos.*] Paulò poſt: hic obſerva elegantem gradationem in tribus verſiculis: Avis parentes, parentibus nos, nobis noſtri liberi ſunt deteriores.

ODE VII. συμβυλευτική.

Ad ASTERIEN.

Conſolatur eam, de viri ſui abſentiâ mœſtam, monetque, ut fidem conjugalem, ei datam, ſervet.

QUID *fles, Aſterie, quem tibi candidi*
Primo reſtituent Vere Favonii,

Thy-

1. QUid, fles, Aſterie.] Ordo eſt, & ſenſus, O Aſterie, quid fles? id eſt, quid flendo deſideras Gygen juvenem conſtantis fidei, quem Thyna merce

Thyna merce beatum;
Conſtanti juvenem fide
Gygen? ille Notis actus ad Oricum
Poſt inſana Capræ ſidera, frigidas
Noctes, non ſine multis
Inſomnis lacrymis agit.
Atqui ſollicitæ nuntius hoſpitæ,
Suſpirare Chloën, & miſeram tuis
Dicens ignibus uri,

Tentat

ce beatum, candidi Favonii, id eſt, ſereni venti occidentales primo vere tibi reſtituent. *Tibi candidi Primo reſtituent vere Favonii.*] Favonios Gygen reducturos promittit: non quod Orico navigantibus in Italiam ventus ille propitius ſit, ſed quia quod lib. 2. cap. 47. Plinius ait, Ver aperit navigantibus maria; cujus in principio, Favonii hibernum molliunt cœlum. Perinde igitur eſt, ac ſi *primo vere* dixiſſet Horatius rediturum, non addita mentione Favonii. *Candidos* autem vocat *Favonios*, ut læta & fauſta omnia *candida* dicimus, *atra* vero his contraria. *Torrent.* & *Glareanus.*

3. *Thyna merce.*] Idem quod *Bithyna*, ut *Thyniam* pro *Bithynia* alicubi Catullus; à Thynis enim Thraciæ populis, ejus regionis, quæ Troadi proxima eſt; incolæ nomen traxiſſe creduntur. Teſtis Strabo l. 7. & Claudianus cum ait:

Thyni Thraces arant, quæ nunc Bithynia fertur.

Bithyniam autem mutandis mercibus oportunam fuiſſe, docet Horat. Od. 35. l. 1. *Thyna merce.*] Locupletatum merce advecta è Cilicia.

4. *Conſtanti juvenem fide.*] Lambinus legit, *Conſtantis juvenem fide.* At noſtri codices omnes *fidei* habent, & eſt Synæreſis: niſi quis *fidii* forte malit. Nam ſic quoque dixerunt veteres, ut *pernicii* etiam Cic. in Orat. pro Sex. Roſcio, teſte Gellio lib. 9. cap. 14. Et ex Cæſaris de Analogia libris, etiam *facie* & *die* in ſecundo caſu dici ſolere, invenies. *Torrent.*

5. *Ille Notis actus.*] Ille inquit, Notis ſeu Auſtris pulſus ad Oricum, noctes frigidas traducit, ipſe inſomnis. Significat autem Gygen non ſua ſponte tam diu abeſſe à patria & à ſuis, ſed tempeſtate retentum, atque à reditu prohibitum. *Lambin.* *Notis actus ad Oricum.*] Notis actus, id eſt, quibuſlibet ventis compulſus ad Oricum, urbium primam in Epiro.

6. *Poſt inſana.*] Poſt magnas tempeſtates Capræ occaſu excitatas. *Inſana Capræ ſidera.*] *Capella*, quam pluvialem vocat Plin. ut Virg. *Hædos*, & ortu & occaſu tempeſtatem ciet. Oritur vero 4. Kal. Octobris: *Hædi* poſtridie. Ab eo ergo tempore Gygen Orici deſidentem facit; & quod certum amoris indicium eſt, noctes totas cum lacrymis vigilantem.

8. *Inſomnis.*] Non dormiens.

9. *Atqui ſollicitæ nuntius hoſpitæ.*] Ordo eſt, & ſenſus; atqui vafer nuntius ſollicitæ hoſpitæ (nempe nuntius à Chloë ad virum tuum miſſus) tentat illum mille modis, dicens, Chloën miſeram ſuſpirare & uri tuis ignibus (id eſt, uri eo amore, quo tu virum tuum complecteris) & refert ut perfida mulier (ſc. Antea) impulerit Prœtum, credulum falſis criminibus, maturare necem caſto Bellerophonti.

10. *Tuis ignibus.*] Qui te quoque urunt, qui te macerant, ut *Chloë* non mi-

Tentat mille vafer modis.
Ut Prætum mulier perfida credulum
Falſis impulerit criminibus, nimis
Caſto Bellerophonti
Maturare necem refert.
Narrat pene datum Pelea Tartaro,
Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens:
Et peccare docenteis
Fallax hiſtorias monet,
Fruſtra. nam ſcopulis ſurdior Icari
Voces audit, adhuc integer. at tibi

Ne

nus quam Aſterie, in eodem Gyge laboraverit. *Torrent.*

13. *Mulier perfida.*] Prœti nempe uxor, ſic Prœtidum mater, Antea ab Homero dicta: at ſi Tragœdiarum ſcriptoribus fides habenda, Stenobœa nominabatur. Apollodor. lib. 2. *Cruq.*

14. *Criminibus.*] Criminationibus.

16. *Maturare necem.*] Accelerare mortem.

17. *Narrat pene datum Pelea.*] Ordo eſt: & nuntius Chloës narrat, Pelea pene datum Tartaro (id eſt, Pelea prope occiſum fuiſſe) dum abſtinens fugit Magneſſam Hyppolyten, & idem fallax nuntius monet, id eſt, proponit Gygi viro tuo alias hiſtorias, quæ peccandi viam docent, ſed fruſtra. *Datum Pelea Tartaro.*] Creteis ſeu Hippolyta, Acaſti uxor, Pelei amore capta, cum eum ad ſtuprum ſollicitaſſet, neque ei perſuadere potuiſſet: dolore odioque incenſa, prior eum apud Acaſtum criminata eſt, ut improbum & vim ſibi inferre conatum. *Lambin.*

18. *Magneſſam Hippolyten.*] Pindarus Nem. Car. 5. *Hippolytam* vocat & quidem Κρηθηίδα. Quod interpres ſic exponit, ut *Cretheis* proprium ejus fuiſſe nomen videatur; *Hippolyta* vero à patre Hippolyto ſumptum. Fuit autem Acaſti Magneſiæ Theſſaliæ orientem verſus adjacentis (in qua Goleos oppidum) regis uxor; unde *Magneſſam* appellat Horatius. *Torrent.*

19. *Et peccare docentes.*] Exempla quæ hactenus retulit Horatius, metu mali flagitium ſuadent. Sunt & aliæ hiſtoriæ, quæ, quod probro dandum ſit, laudi ducunt: qualis in Terentii Eunucho Jovis ac Danaës tabella. Exempla autem Anteæ & Hippolytæ ſimilium, adhuc octo enumerat Muretus Var. lect. lib. 1. cap. 12. & Canterus Nov. lect. lib. 6. cap. 2. Nec omiſiſſe velim, quod pro *monet* in tribus exemplaribus legitur *movet*: nec male ni fallor. *Torrent.*

20. *Fallax hiſtorias monet.*] Id eſt, narrat hiſtorias, quæ docent peccare, ſcilicet in amore: hoc eſt, narrat quam plurimos, qui non ſervatis amoribus antiquis, novis quoque non injucunde dederunt operam: quorum exemplo Gygi liceret, Chloën amplecti. *Cruq.*

21. *Scopulis ſurdior.*] Recte enim *ſurdum* dicimus, qui quæ audit, interiorem ferire ſenſum non patitur. *Torr.* Significat eum non moveri, neque flecti verbis nuntii illius à Chloa miſſi. *Lambin.* *Scopulis Icari.*] Scopulis Icarii maris ſurdior audit integer (id eſt, incorruptus) ita ut verbis nuntii, à Chloë miſſi, non commoveatur, ſed continens, eamque contemnens, permaneat.

23. *Eni-*

Ne vicinus Enipeus,
Plus juſto placeat, cave:
Quamvis non alius flectere equum ſciens
Æque conſpicitur gramine Martio:
Nec quiſquam citus æque
Tuſco denatat alveo.
Prima nocte domum claude, neque in vias
Sub cantu querulæ deſpice tibiæ:
Et te ſæpe vocanti
Duram, difficilis mane.

23. *Enipeus.*] Nomen eſt vicini libidinoſi, qui eam amabat.

25. *Flectere equum.*] Æque peritus in equitandi ſcientia.

26. *Gramine Martio.*] In campo Martio, ubi ſe exercebat Rom. juventus, ut equo uti bene ſcirent.

28. *Tuſco denatat.*] Tiberino fluvio, qui Tuſciam à Sabino dividit. Vide l. 1. Od. 20.

29. *Prima nocte.*] Noctis initio. *Domum claude.*] Refert Plutarchus Præceptis connubial. olim Phidiam Elienſibus finxiſſe Venerem calcantem teſtudinem: quo ſignificabatur mulieris eſſe munus, & domum ſervare & ſilentium. Torrent. *Neque in vias.*] Neque in vias deorſum deſpice ex alto.

30. *Querulæ deſpice tibiæ.*] Vocat tibiam querulam, non qua amator querelas ſuas accineret (quid enim ſi aliud aliquid) ſed molliter ac ſuaviter ſonantem. de quo Epod. 11.

Queruntur in ſylvis aves, &c.

Torrent.

Querulæ deſpice.] Querentis ſe immerito abs te contemni.

31. *Et te ſæpè vocanti.*] Denique, ô Aſterie, mane inexorabilis Enipeo, te ferream & ſævam ſæpè vocanti.

ODE VIII. [illegible]

Ad MÆCENATEM.

Quum uxorem non habeat, nihilominus Calendas Martias cur celebret, Mæcenas mirari non debet.

MARTIIS *cœlebs quid agam Kalendis,*
Quid

1. *Martiis cœlebs.*] Ut Saturnalibus viri, menſe Decembri; ſic Kalendis Martiis fœminæ, inter ſe, & hæ illis, & illi his, munuſcula mittebant. Neque hoc tantum, ſed & ſervis olim cœnas tunc apponebant matronæ, ſicut domini Saturnalibus: illæ ut principio anni ad promptum obſequium, honore ſervos invitarent; hi quo gratiam perfecti operis exſolverent. auctor Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 12. Et quod Martias Calendas celebrabant, cauſſam fuiſſe Feſtus tradidit, quod eo die Ædes Junonis Lucinæ coli cœpta. Sane Kalendas omnes in Junonis ditione fuiſſe conſtat. Quare & Kalendis eadem illi dedicatam fuiſſe mirum non eſt, & quidem Martiis. Mars enim Ju-

Quid velint flores, & acerra thuris
Plena, miraris, poſituſque carbo in
Ceſpite vivo,
Docte ſermones utriuſque linguæ:
Voveram dulceis epulas; & album
Libero caprum, prope funeratus
Arboris ictu.
Hic dies, anno redeunte, feſtus,
Corticem adſtrictum pice dimovebit
Amphoræ fumum bibere inſtitutæ
Conſule Tullo.

Sume,

nonis filius, ut Romanæ gentis auctor celebratur. Unus ille ſcrupulus reſtat, quomodo celebritas illa, quæ fœminarum erat, ad viros pertinuerit: nam pertinuiſſe, modo cœlibes non eſſent, oſtendit Horatius. Sed hic Acron nobis auxiliabitur, qui eodem die maritos pro conſervatione matrimonii ſupplicare ſolitas tradit; quod ſane veriſimile eſt, poſtquam fœderis raptarum interceſſione initi memoriam, eo etiam die celebraſſe Romanos, Servius & Ovidius tradiderunt. *Torr.* *Martis.*] Ordo eſt, Mæcenas docte ſermones utriuſque linguæ tu miraris, quid ego cœlebs agam in Martiis Kalend. *Cælebs.*] Optimi quique & antiquiſſimi codd. *celebs* fere ſine diphthongo ſcribunt. Sed Feſtus *cælibem* inde dici vult, quod dignam cœlo vitam agat. *Torr.* *Cælebs.*] Sine uxore. *Calendis.*] Quas mariti celebrabant, ut uxores caſtas & pudicas haberent domi.

2. *Flores & acerra.*] Simile ſacrificium adornat Veneri lib I. Od. 19. Atqui Libero ſacrificat; ſed eodem, ut videtur ritu, quo Junoni eo ipſo die matronæ. *Torr.* *Acerra thuris.*] Thuribulum, vel patera fictilis, quæ arcula eſt in qua thus ponebatur.

3. *Poſituſque carbo.*] Ignis paratus ſuper aram ex vivo ceſpite erectam, vide Od. 19. lib. I.

5. *Utriuſque linguæ.*] Linguæ Græcæ & Latinæ.

6. *Voveram dulces.*] Privata religione ſe eum diem celebrare dicit, non publica. *Album caprum.*] *Baccho caper omnibus aris Caditur.* Vide Ang. Politianum Miſc. cap. 24.

7. *Libero caprum.*] Diis ſuperis alba victima, inferis nigra immolabatur. *Propè funeratus.*] Prope morti datus caſu arboris in caput ſuum procumbentis. vide Od. 13. lib. 2.

9. *Hic dies anno redeunte.*] Dies feſtus anniverſarius. Anno vertente: ἀεὶ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ. Horat. Sat. 2. lib. 2.

Sive diem feſtum rediens advexerit annus.

Ἔτυμον Græci nominis ἐνιαυτὸς quaſi in ſeipſum revolutus. *Lambinus.* *Anno redeunte.*] Anno vertente, id eſt, ſingulis annis.

10. *Corticem adſtrictum.*] Turn. l. 30. cap. 6. *Dimovebit amphoræ,* pro movebit de amphora. *Pulmann.* *Corticem adſtrictum.*] Corticem pice illitum, id eſt, ſuperpicatum: hinc picare vaſa.

11. *Inſtitutæ.*] Amphoræ quæ cœpta eſt fieri fumoſa, id eſt, vetuſta, intelligit vinum valde vetuſtum, in utribus ita exſiccatum, ut depromi non poſſet, neque bibi, niſi aqua dilutum. Vide Plinium lib. 23. cap. I.

12. *Conſule Tullo.*] L. Volcatius Tullus

Sume, Mæcenas, cyathos amici
Soſpitis centum, & vigileis lucernas
Profer in lucem: procul omnis eſto
Clamor & ira.
Mitte civileis ſuper urbe curas.
Occidit Daci Cotiſonis agmen:
Medus infeſtus ſibi luctuoſis
Diſſidet armis.
Servit Hiſpanæ vetus hoſtis oræ
Cantaber, ſera domitus catena:
Jam Scythæ laxo meditantur arcu
Cedere campis.
Negligens, ne qua populus laboret,

Parce

lus Conſul fuit, cum M. Æmilio Lepido A. U. C. DCXXCVII. Atqui tanto temporis intervallo vinum poterat ſine fumo vetuſteſcere. Anno autem poſt Tullum Coſ. natus Horatius. *Torr. Conſule Tullo.*] In amphoræ fundo nomen Conſulis ſcribebant, quando vinum in cella vinaria erat repoſitum, ad ſignificandam vini ætatem, Vide Od. XX. lib. I.

14. *Soſpitis centum.*] Amici incolumis & ſalvi ab arboris illius caſu. *Et vigiles lucernas.*] Et producito vigiles, id eſt, accenſas lucernas in lucem, id eſt, totam noctem compotemus. *Vigiles lucernas.*] Compotationes & cœnas ſumptuoſiores ac liberaliores noctu fieri ſolitas, cum ex hoc Poëta, tum ex multis aliis ſcriptoribus intelligere licet. *Lamb.*

15. *Profer.*] Alii legunt, *Perfer*

16. *Clamor.*] Vide Od. 27. lib. I.

17. *Super urbe curas.*] Tanquam urbis præfectum ſic alloquitur: hoc enim munus Auguſtus illi detulerat, & abſentis Cæſaris partibus fungebatur. *Torrent. Super urbe.*] De urbe.

18. *Daci Cotiſonis.*] Libri meliores *Cotiſontis* habent. *Cotiſontem* tamen vocat Suetonius *Auguſto* Getarum regem. atqui *Dacum* appellat Horatius. Verum hanc controverſiam Plinius reſolvet; qui *Getas* à Romanis *Dacos* dici tradit l. 4. cap. 14. *Torr. Daci Cotiſonis agmen.*] Cotiſon rex fuit Dacorum, quos Octavianus ſuperavit.

19. *Medus infeſtus*] Perſis, Medis ac Babyloniis imperabant Parthi, quos ante Phraatis (qui ſigna Auguſto reddidit) imperium bene conſtitutum, inter ſe graviter diſſediſſe Strabo demonſtrat lib. 16. Ante recepta ergo ſigna militaria carmen hoc ſcripſit Poëta. *Torrent. Medus infeſtus.*] Medi ſeditionibus civilibus inter ſe diſſentiunt.

22. *Cantaber.*] Cantabri populi erant Hiſpaniæ, quos bellum ſex annos cum Romanis gerentes devicit tandem Agrippa.

23. *Laxo meditantur arcu.*] Remiſſo arcu, id eſt, armis depoſitis.

25. *Negligens, ne qua.*] Quin igitur tu, cum privatus ſis, nullumque magiſtratum geras, aliquandiu negligens & parvi pendens, ne qua fortaſſe in parte Romanus populus, tua opera & conſilio indigus laboret, illudque ſolus prævertere nimiſque de illo ſollicitus eſſe, parce ac deſine, & reliquis etiam aliquid curandum relinque. *Lubinus.* Quærit hic Heinſius, quid ſit *negligens parce*?

Parce privatus nimium cavere, &
Dona præſentis cape lætus horæ, ac
Linque ſevera.

Et quomodo privatus eſſe potuit Mæcenas, ſi præfectus urbis fuerit? Scribendum ergo jubet: *Negligens, ne qua populus laboret Parce privatus nimium cavere: ac, &c. Populus privatus*, ſunt *οἱ πολλοί. Negligens, ne qua.*] Negligens eſto, non ſolicitus, ne in re aliqua populus periclitetur.

26. *Parce privatus.*] Equeſtri ordine contentus Mæcenas, nullum quidem magiſtratum geſſit, atque hac ratione *privatum* vocat Horatius, quod vero de præfectura urbis diximus, ea officium erat, non magiſtratus. Sueton. *Auguſto* cap. 37. *Privatus nimium.*] Quum magiſtratum non geras, parce, id eſt, noli nimium curare Remp.

27. *Dona præſentis cape.*] Sic plures libri habent. Ex Lambini ſententia *rape*, mihi magis placet. nam ita res humanæ ſunt, ut ſi quid boni evenit, eo non niſi raptim frui liceat. Particula vero *At*, quæ ſequitur, abeſt à veteribus exemplaribus. *Torrent. Dona præſentis rape lætus.*] Rape, quod præſens hora donat.

ODE IX. *ἀνταποδοτική.*

Ad LYDIAM.

Dialogus eſt de præteritis amoribus iiſdemque renovandis, inter Horatium & Lydiam.

DONEC *gratus eram tibi,*
Nec quiſquam potior brachia candidæ
Cervici juvenis dabat;
Perſarum vigui rege beatior.
LYD. *Donec non aliam magis*
Arſiſti, neque erat Lydia poſt Chloën,
Multi Lydia nominis

Roma-

1. DOnec.] Obſervet lector legem carminis Amœbæi ab Horatio egregie eſſe ſervatam; ut qui poſterius dicit priorem vincat, ut & à Marone Eclog VII. cui titulus *Melibæus*. Obiter & hoc monebo, probatiſſimæ notæ libros *Lidiam* ſemper ſcribere per *i*, & *Cloën* ſine aſpiratione. *Torrent. Donec.*] Quamdiu.

2. *Nec quiſquam.*] Quem pluris faceres.

4. *Vigui.*] Florui, vixi.

5. *Non aliam magis.*] Mureti editio *non alia magis*: ſed veteres & meliores notæ codices, *aliam* legunt; ut *Coridon ardebat Alexin*. Nec refert quod alibi, *ardere virgine rapta*, dixit Horatius. nam ipſa illa varietas decora eſt: & Ovidius *ardere in virgine* dicere maluit. *Torr.*

6. *Arſiſti.*] Quamdiu non alienam magis amaſti. *Neque erat Lydia poſt Chloën.*] Neque erat Lydia minus dilecta quam Chloë, vel neque Chloën mihi anteponebas.

7. *Multi Lydia nominis.*] Ego Lydia magnæ famæ.

Romana vigui clarior Ilia.

HOR. *Me nunc Treſſa Chloë regit,*

Dulceis docta modos, & citharæ ſciens:

Pro qua non metuam mori,

Si parcent animæ fata ſuperſtiti.

LYD. *Me torret face mutua*

Thurini Calaïs filius Ornithi,

Pro quo bis patiar mori,

Si parcent puero fata ſuperſtiti.

HOR. *Quid, ſi priſca redit Venus,*

Diductoſque jugo cogit aheneo?

Si

8. *Romana clarior Ilia.*] Quanquam enim magnus ille, qui regem regum ſe ſcribebat, ut Perſarum rex: at illa multo major quæ Martis dignata concubitu, Romani nominis auctorem pepererit, & relata inter Nymphas, Tiberis uxor vocari meruerit; de qua l. 1. Od. 2. *Torrent. Ilia.*] Romuli matre.

9. *Threſſa Chloë.*] Duo libri *Creſſa* habent; ut *Creſſa genus Pholoë*, apud Virg. lib. 5. Optimus vero *Treſſa*, ſine aſpiratione, ut *Trex* pro *Thrax* non uno Horatii loco. Græci ſane & Θρῇξ dicunt Θρηΐξ, atque Θρήισσα & Θρηΐσσα. Nos quoque *Thracius* & *Threïcius*, *Threſſa* & *Threïſſa*. Torrent. *Threſſa Chloë.*] Chloë ex Thracia mihi imperat, & me habet.

10. *Modos.*] Muſicæ numeros.

12. *Si parcent animæ.*] Si mea morte aſſequar, ut ſit mihi ſuperſtes: quaſi diceret, Chloën animæ ſuæ eſſe dimidium.

13. *Me torret face mutua.*] Ordo eſt; Calaïs filius Thurini Ornithi torret me face mutua, id eſt, amore mutuo me urit.

14. *Calaïs.*] At bona iſta Lydia alibi *Sybarim*, alibi etiam *Telephum* amat; ſi modo eadem eſt, quæ Ode 8. & 13. lib. 1. Telephum ſane Horatii rivalem fuiſſe conſtat. *Torrent. Calaïs.*] Calaïs eſt nomen amantis, qui fuit ex Thurio civitate, in ſinu Tarentino.

15. *Pro quo bis patiar mori.*] Moriturum ſe pro amicæ ſalute dixerat Horatius: at Lydia, tantum abeſt ut cedat, bis morituram ſe profitetur, ſi ea ratione Calaïs ſui vitam redimere poſſit. Idque veterum ſuperſtitione, qua ſe pro aliorum vita morti devovebant. Adi Sueton. *Caligula*, capite 14. *Torr.*

16. *Puero fata ſuperſtiti.*] Si futurum eſt, ut ſit ſuperſtes. Si modo fata ei parcere velint, ut mihi ſit ſuperſtes. *Steph. Puero.*] Calaï.

17. *Quid, ſi priſca, &c.*] Hic vide ex mutuo colloquio amoris redintegrationem, ſcintillaſque per æmulationem reconditas exire in apertam flammam. *Priſca Venus*, eſt intermiſſa Venus; & ſic dicta ob amoris impatientiam, cujus intermiſſio brevicula, videtur amanti ſæculum. *Cruquius. Quid ſi.*] Quid? ſi Venus intermiſſa redit, noſque diſcordes copulat jugo aheneo, id eſt, amore indiſſolubili.

18. *Diductos.*] Divulſos, diremptos, diſcordes. *Lambin. Jugo cogit aheneo.*] Hoc eſt ſejuges conjugare. Quod autem *ænea* addit Poëta, diuturnitatem ſignificat, ut Od. 33. lib. 1. Hoc tantum intereſt, quod ibi etiam moribus impares, Venere ſic volente, amoris vin-

 culo

Si flava excutitur Chloë,
Rejectæque patet janua Lydiæ?
LYD. *Quanquam ſidere pulcrior*
Ille eſt, tu levior cortice, & improbo
Iracundior Adria,
Tecum vivere amem, tecum obeam libens.

culo expedire ſe nequeunt: hic de perpetua quadam conſenſione amoris agitur. *Torrent.*

19. *Excutitur Chloë.*] Quid? ſi Chloë ejicitur è pectore meo?

20. *Rejecta Lydia.*] Lydiæ repudiatæ.

21. *Sidere pulchrior.*] Sic *purpurarum uſu ſidere clarior*, eodem lib. I. *Luciferi* autem præcipua pulchritudo in proverbium abiit. *Torrent.*

22. *Ille eſt.*] Calaïs. *Levior cortice.*] Cortex omnium arborum dicitur; ſed ſuberis cæteris craſſior eſt, ac ſæpe renaſcens. hinc *cortex* pro ſubere, accipitur: ſicut apud Græcos φελλός. Nota autem ſuberis levitas, & hinc multiplex ejus uſus. atque ita *levior cortice*, & *nare ſine cortice*, proverbialiter dicuntur. *Torrent.* *Levior cortice.*] Levior ſubere, quod ob levitatem fertur ſuper aquas. *Improbo.*] Æſtuoſo mari Adriatico, vide Od. XXXIII. lib. II.

23. *Iracundior Adria.*] Notat ſuam ipſe iracundiam Horatius, idque vitium etiam in Epiſtolis fatetur, ſicut & in Sermonibus. Nec diſſimilis locus hujus libri Od. 27.

ODE X. παρακλαυσίθυρον.

In LYCEN.

Lycen monet ut poſita duritie ſibi ſupplici parcat.

EXTREMUM *Tanaïm ſi biberes, Lyce,*
Sævo nupta viro, me tamen aſperas
Porrectum ante fores, objicere incolis
Plorares Aquilonibus:
Audis quo ſtrepitu janua, quo nemus

Inter

Genus hoc carminis eſt, quale παρακλαυσίθυρον vocant Græci, quod ad amicæ fores lamentabili voce canitur, ut lib. I. Od. 25.

1. *Extremum Tanaïm.*] Non contentus *Tanaïm* dixiſſe flumen immane ac barbarum, *extremum* addidit, hoc eſt, ad fontes ipſos, ubi remotiſſimus ſit à civili conſuetudine. Jam *Tanaïm bibere*, pro accolere, Poëticum eſt. *Torr.* *Extremum Tanaïm.*] O Lyce, ſi extremum Scythiæ fluvium biberes, id eſt, ſi barbara eſſes & Scythæ nupta.

2. *Aſperas fores.*] Fores puellæ aſperæ & inexorabilis. *Lambin.*

3. *Porrectum, &c.*] Me dormientem ante tuas fores mihi quidem aſperas & iniquas, non patereris, imo plorares me (inquam) exponere ventis ſeptentrionalibus, qui in Scythia oriuntur. *Incolis Plorares Aquilonibus.*] Scythiæ fl. Tanais eſt. Scythia autem ad Septentrionem eſt: unde flat Aquilo: quem eandem ob cauſſam alibi *Thracium* vocat. *Torrent.*

5. *Nemus inter tecta.*] Peſtus ait, *nemora*

Inter pulcra ſitum tecta remugiat
Ventis? & poſitas ut glaciet nivis
Puro numine Jupiter?
Ingratam Veneri pone ſuperbiam:
Ne currente retro funis eat rota.
Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O, quamvis neque te munera, nec preces,

mora proprie eſſe amœniores ſylvas. Recte igitur Horatius hic, uti & Tibullus lib. 3. Eleg. 3. de divitum deliciis:

Et, nemora in domibus ſacros imitantia lucos.

Quam habendi nemora in domibus conſuetudinem docet etiam Horatii ad Ariſt. Fuſcum Epiſtola, ubi ait:

Nempe inter varias nutritur ſylva columnas,
Laudaturque domus longos quæ proſpicit agros.

Rus enim ipſa in urbe quæri oſtendit. Quin eo quoque dementiæ venerant, ut in ipſis domorum faſtigiis nemora fererent. Seneca Epiſt. 123. *Torrent. Nemus.*] Viridarium.

6. *Inter pulchra ſitum.*] Quidam libri veteres habent *ſatum* pro *ſitum*: nihil tamen mutandum cenſeo. *Remugiat.*] Reſonet: ſtrepitu ſcilicet à vento excitato.

7. *Et poſitas ut glaciet nives.*] Et quomodo Jupiter, id eſt, æther converterit in glaciem nives demiſſas puro numine, id eſt, aperto & ſereno cœlo? Turneb. lib. 22. cap. 24.

8. *Puro numine Jupiter.*] Canterus Novar. lect. lib. 4. cap. 2. quodam in codice *limine* ſcriptum ſe inveniſſe affirmat, unde *lumine* legendum eſſe pronuntiat; ſimile enim mendum irrepſiſſe in Virg. Eclogam 5.

Candidus inſuetum miratur limen Olympi,

cum *lumen* legi debeat. Eo ſenſu: Cernis enim, ut nocturnus Jupiter vel aër, *puro lumine* & ſereno cœlo, quod magis frigidum eſt, poſitas & jacentes nives in glaciem conſtringat, &c. *Lubin.*

9. *Pone ſuperbiam.*] Abjice & depone ſuperbiam.

10. *Ne currente retro funis eat rota.*] Torrentius exiſtimat *funem* pro *ſufflamine* non incommode accipi poſſe. *Sufflamen* autem vocabant veteres ſive funem, ſive catenam, quo rotæ procurrentis impetus, maxime in declivi, retineri aut ſiſti poſſet. Loci ergo hujus ſententia eſt, cavere debere Lycen, ne, ſi ſæva nimis ac ſuperba eſſe pergat in tam proſpero fortunæ curſu, rupto veluti retinaculo, in præcipitium deferatur. Quod vero de funali equo. Lambin. refert ex Turn. Adverſ. lib. 22. cap. 24. & lib. 27. cap. 9. id ita refert, ut quid funalis fuerit equus ſe neſcire oſtendat, de quo nos ad Sueton. *Tiberio* cap. 6. *Torrent. Ne currente retro funis eat rota.*] Ne fortuna, quæ nunc tibi favet, retrocedat. Similitudo eſt ducta à rotis fune circumactis, quo rupto, rotæ retrocurrunt.

11. *Non te Penelopen difficilem.*] Tu non es Penelope uxor Ulyſſis, quæ in procos fuit ſæva & difficilis. *Tyrrhenus*, id eſt, Italus pater, non genuit te talem.

13. *O, quamvis.*] Sequentia verba nonnihil difficultatis habent. Fatetur eam nec muneribus, nec precibus, nec amantium pallore, quodque magis eſt; ne mariti quidem contumelia flecti: & tamen mox ſequitur: *Supplicibus tuis parcas.* In quo ipſe ſibi contrarius eſt; niſi forte per *preces* verba tantum, de more dicta intelligamus: quæ ſi ad exoran-

Nec tinctus viola pallor amantium,
Nec vir Pieria pellice ſaucius
Curvat; ſupplicibus tuis
Parcas, nec rigida mollior æſculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.
Non hoc ſemper erit liminis, aut aquæ
Cæleſtis patiens latus.

dum non ſufficiebant, at ſupplici ſaltem; hoc eſt, flexis genibus oranti, ut exponunt Grammatici ac totum ſe ejus in poteſtatem dedenti, parcere debebat, neque abuti tanti amantis patientia. *Torrent.*

14. *Nec tinctus viola.*] Plura genera *violarum* ſunt, & coloribus maxime diſtinguuntur, ſunt enim purpureæ, luteæ, albæ, ut Plin. inquit, lib. 21. c. 6. *Albas* vero pallentes vocat, quarum colorem in amantium facie apparere vult Horatius. *Torrent. Tinctus viola.*] Color pallidus, violacei coloris particeps.

15. *Nec vir Pieria.*] Et quamvis maritus tuus Pieriæ fidicinæ amore captus, non te flectit in amorem meum.

16. *Curvat.*] Flectit, ab inſtituto tuo detorquet. *Lambin. Supplicibus tuis.*] Miſerere tamen mei ſupplicis tui.

17. *Nec rigida mollior æſculo.*] Quæ neque æſculo es flexibilior, nec mitior animum, id eſt, nec mitiorem habes animum, quam ſerpentes Mauritaniæ.

19. *Non hoc ſemper.*] Non ſemper ero juvenis, ut poſſim ſuper limen januæ tuæ cubare, idque cœlo pluvioſo: noli igitur occaſionem amoris mei potiundi præterire. *Aquæ.*] Pluviæ.

ODE XI. [illegible]

Ad MERCURIUM.

Mercurium rogat, ut cantus ſibi dictet, quibus animum Lydes flectat in ejus amorem, propoſita Danaïdum fabula.

MERCURI (*nam te docilis magiſtro*
Movit Amphion lapides, canendo)
Tuque teſtudo, reſonare ſeptem

Calli-

1. M*Ercuri.*] Ordo eſt, O Mercuri, dic modos quibus Lyde obſtinatas aures applicet: nam te magiſtro docilis Amphion movit lapides canendo, &c. *Nam te docilis magiſtro.*] Oſtendit nihil ſe à Mercurio petere, quod non facile præſtare poſſit: ſiquidem arte ab eo traditâ Amphion Thebanæ arcis conditor, etiam lapides moverit; quanto ergo facilius Lyden, quamvis obſtinatam adhuc. A diſcipuli ergò præſtantia magiſtrum commendat. Simile quid vide Od. 12. l. 1. *Torrent.*

2. *Amphion lapides canendo.*] Amphion Jovis ex Antiopa filius, citharæ cantu traxit poſt ſe lapides, ex quibus muri Thebani ſunt extructi.

3. *Teſtudo reſonare.*] De Mercurii lyra ſeu teſtudine loqui videtur: quam chordarum ſeptem facit, cum veteres, ſi Macrobio credimus Sat. lib. 1. cap. 19. tetrachordum Mercurio attribuerint: quo numero vel totidem plagas mundi, vel

Callida nervis:
Nec loquax olim, neque grata; nunc &
Divitum menſis, & amica templis;
Dic modos, Lyde quibus obſtinatas
Applicet aureis.
Quæ, velut latis equa trima campis,
Ludit exultim, metuitque tangi
Nuptiarum expers, & adhuc protervo
Cruda marito.
Tu potes tigreis, comiteſque ſylvas
Ducere, & rivos celeres morari.
Ceſſit immanis tibi blandienti
Janitor aulæ
Cerberus: quamvis furiale centum
Muniant angues caput ejus, atque
Spiritus teter, ſanieſque manet

Ore

vel temporum vices, quibus annus includitur, ſignificare voluerunt. Verum Poëta noſter ad Romanorum conſuetudinem reſpicit, qui lyris ſeptem chordarum, quas & barbita vocabant, in omnibus cerimoniis utebantur. *Testudo resonare.*] Ex qua teſtudine Mercurius fecit lyram.

4. *Callida nervis.*] Perita, quæ ſcite ſcis reſonare ſeptem chordis.

5. *Nec loquax.*] Quæ non eras ſonora, antequam Mercurius te chordis inſtruxiſſet.

6. *Divitum menſis.*] Nulla enim apud veteres, neque ſacri, neque convivii ſine Muſica celebritas. Addi poterit perelegans de tibicinum Romæ collegio hiſtoria relata apud Liv. lib. 9. de conviviis ſatis dictum, lib. 1. Od. 12. *Vir. Templis.*] Deorum ſacris veteres Muſicam adhibebant.

7. *Obſtinatas.*] Aures contumaces & à me averſas admoveat.

9. *Latis equa trima.*] Non abſimilis alterius puellæ cum juvenca comparatio lib. 2. Od. 5. At verò jam robuſtam, & in amoris arena verſatam, ſubductis forte amoribus ſuis iraſcentem, leænæ confert hoc eodem libro, Od. 20. *Torrent. Trima campis.*] Equa trium annorum.

10. *Exultim.*] Per ſaltationem. *Metuitque tangi.*] Cavet ne tangatur.

11. *Nuptiarum expers.*] Non nupta ἄγαμος.

12. *Cruda marito.*] Immatura viro petulanti.

14. *Morari.*] Tardare. Alludit ad Orphei fabulam, vide Od. xii. lib. 1.

15. *Immanis tibi.*] Ingentis, & vaſtæ aulæ, quæ omnium mortalium eſt capax. *Blandienti.*] Tibi blande canenti, quum Orpheus ſuam Eurydicen ab inferis reduceret.

17. *Cerberus.*] Vide lib. 2. Od. 13. ubi eadem fermè accidiſſe Alcæo canenti apud inferos refert, quæ hic Eurydicen repetente Orpheo.

18. *Angues caput ejus.*] Vide Od. xiii. lib. ii.

19. *Spiritus teter.*] Anhelitus niger. *Knieſque manet.*] Et quamvis atrum venenum,

Ore trilingui.
Quin & Ixion, Tityoſque vultu
Riſit invito: ſtetit urna paulum
Sicca, dum grato Danaï puellas
Carmine mulces.
Audiat Lyde ſcelus, atque notas
Virginum pœnas, & inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo,
Seraque fata,
Quæ manent culpas etiam ſub Orco:
Impiæ, (nam quid potuere majus?)

Impiæ

nenum, ſeu corruptus humor fluat ex triplici ore.

21. *Ixion.*] Ixion Junoni ſtuprum conans inferre, hac pœna apud inferos cruciatur, ut rotæ inter ſerpentes alligatus, aſſidue, & ſine requie circumagatur. *Tityoſque vultu.*] Tityos eſt nominativus Græcus. Vide Od. iv. hujus libri.

22. *Riſit invito.*] Riſit propter lyræ dulcedinem, ſed vultu invito propter pœnæ acerbitatem. *Stetit urna paulum.*] Belides ſuum laborem intermiſerunt, dum tu eas grato carmine oblectas.

23. *Danaï puellas.*] Danaï prolem vocat Tibullus lib. I. Eleg. 3.

Et Danaï proles Veneris quod numina læſit,
In cava Lethæas dolia portat aquas.

Vulgo *Danaides* vocantur, à patre Danao, ut ab avo Belo etiam *Belides*. Beli enim filii Ægyptus & Danaus, quorum ille filiis ſuis quinquaginta numero, totidem fratris filias uxores petiit. unde & *Danaïdum dolium* proverbio celebratur, pro inutili labore, ut & *cribro aquam haurire*. Torrent. *Puellas.*] Danaï filias.

25. *Audiat Lyde ſcelus.*] Audiat Lyde, quas pœnas apud inferos luant, quæ ſuis amatoribus inhumanæ fuerunt. *Notas pœnas.*] Aut ex narratione cognitas; aut inſignes immaneſque. *Cruq.*

27. *Dolium fundo.*] Dolium aquæ vacuum, quia pertuſum eſt & ſine fundo.

28. *Seraque fata.*] Vocantur *fata*, quæcunque nobis eveniunt, etiam mortem ipſam. Hoc vero loco *fata* vocat, pœnas illas, quæ poſt obitum ſceleratorum animis inferuntur. *Sera*, quia viventes etiam punitos oportuit eſſe. *Torr.* *Seraque fata.*] Fata tarde venientia ad ultionem, ut eo gravius puniant.

29. *Quæ manent culpas.*] Id eſt, ſcelera in vita commiſſa; ſeu potius ſceleratos ipſos. Et verbo *manere* ſic utitur etiam Virg. I. Æneid.

Noſtros ea fata manere nepotes.

Recepta enim veterum ſententia eſt, non expiari ſceleris pœnas, poſt mortem quoque ſuſtineri. De quo Od. 4. lib. I. *Torrentius.* Quæ ergo fata, quæ quidem non properant, ſed manent & exſpectant culpas, crimina, ſcelera etiam ſub Orco luenda. *Cruquius.*

30. *Impiæ, &c.*] O impiæ ſorores, nam quid majus impium potuerunt perpetrare? *Quid potuere majus impiæ?*] Sic habent codices Bland. ut interrogationis nota ſubſequatur τὸ *impiæ*? reliqui variant, & notam interrogationis ſubdunt τὸ *majus*? Sed Glareanus vult, ut in parenthesi contineantur hæc verba (*Nam quid potuere majus Impiæ?*) atque etiam interrogativè legantur.

31. *Du-*

Impiæ ſponſos potuere duro
Perdere ferro.
Una de multis face nuptiali
Digna, perjurum fuit in parentem
Splendide mendax, & in omne virgo
Nobilis ævum.
Surge, quæ dixit juveni marito,
Surge, ne longus tibi ſomnus, unde
Non times detur; ſocerum, & ſceleſtas
Falle ſorores.
Quæ, velut nactæ vitulos leænæ,
Singulos, eheu! lacerant. ego illis
Mollior, nec te feriam, nec intra
Clauſtra tenebo.
Me pater ſævis oneret catenis,

Quod

31. *Duro ferro.*] Crudeli gladio.

33. *Una de multis.*] Hypermneſtra ex quinquaginta ſororibus ſola ſuo pepercit viro, Lynceo ſcilicet. *Face nuptiali digna.*] *Faces*, inquit, Sext. Pompejus Feſtus, *in nuptiis in honorem Cereris præferebant, aquaque ſpargebatur nova nupta, ſive ut caſta puraque ad maritum perveniret, ſive ut ignes atque aquam cum viro communicaret.* Plures rationes Plutarchus problem. attulit, Plin. L. 16. c. 18. *Face nuptiali.*] Honore matrimonii digna; cum facibus enim nuptiæ fiebant veſperi apud antiquos.

34. *Perjurum parentem.*] Vocat *perjurum*, qui eos, quibus filias deſponderat, trucidaverit, fratremque defraudaverit. *Torrent.*

35. *Splendide mendax.*] Laudabiliter mendax. nam honeſtum eſt pro juſtitia mentiri, in iis præſertim quæ ſunt contrà Deum & naturam. *Virgo.*] Mulier.

37. *Quæ dixit.*] Quæ Hypermneſtra juveni ſuo marito, vel ex ſomnolentia, vel ex amore moras nectenti, ſurge dixit, ſurge inquam ô marite, ne fortaſſis longus ipſius mortis ſomnus tibi à ſocero tuo, unde & à quo non times neque ſperas, detur & inferatur; & ne cogaris æternum dormire. *Lubin.*

38. *Longus tibi ſomnus.*] Mortis periphraſis eſt, ut lib. 1. Od. 24. *perpetuus ſopor.* Et Catullus mortem intelligens:

Nox eſt perpetua una dormienda.

Nam ut Heſiodus canit, *Somnus* mortis frater eſt. Unde Virgil. *conſanguineus leti ſopor.* Atque ita *ſomnus, ſopor, quies*, adjuncto aliquo epitheto ad hoc efficaci, ſæpe pro morte accipitur. *Torr. Longus tibi ſomnus.*] Mors. Μακρὸς ὕπνος. *Unde.*] A quo.

40. *Falle ſorores.*] Effuge, λάνθανε.

41. *Quæ velut nactæ.*] Ordo eſt: quæ velut Leænæ nactæ vitulos (eheu) lacerant ſingulos.

43. *Mollior, nec.*] Ego illis humanior, nec te occidam, nec clauſum tenebo.

45. *Me pater,*] Eſto. quod pater me in vincula conjiciat, vel in exilium pellat, idque claſſe, ut difficilius ſit redire, quod viro, &c.

38. *Claſſe*

Quod viro clemens miſero peperci:
Me vel extremos Numidarum in agros
Claſſe releget.
I, pedes quò te rapiunt, & auræ,
Dum favet nox, & Venus: i ſecundo
Omine, & noſtri memorem ſepulcro
Sculpe querelam.

48. *Claſſe releget.*] Claſſem dicit, cum de una tantum loquatur navi, teſte Servio, initio lib. 5. Æneid. ubi claſſem ἀπὸ τῶν κάλων, id eſt, à lignis dici ait. *Torrent.*

49. *I, pedes quo te.*] Fugam accelera, ſive terra, ſive mari iter facere voles: idem quod remis veliſque, ut in proverbio eſt. *Auræ.*] Venti.

50. *Dum favet nox.*] Ab opportunitate temporis. *Favet Venus.*] Amor in te meus.

52. *Sculpe querelam.*] Libri, quos vidi omnes, *ſcalpe* habent, non *ſculpe*: neque aliter legunt antiqui interpretes. Lambinus, quia *ſcalpere*, ut ait *fodere* ſignificat, quod huic loco parum convenit, *ſculpe* reſtituit. Quaſi vero non etiam *gemmam ſcalpere* dicamus, ut *infabre ſcalptam* lib. 2. Serm. 3. dixit Horat. Et alioqui quovis modo exſtare viri de pietate ſua teſtimonium mandat Hypermneſtra, etiamſi unguibus ſit exarandum. Taceo Diomedem Grammaticum, qui *Scalpo* non *Sculpo* dici debere tradidit. *Torr.* *Sculpe querelam.*] Et ſcribe Epitaphium, cujus memoria, ob vitam tuam ſervatam ſit ſempiterna.

ODE XII. παθητική.

Ad NEOBULEN.

Neobule Hebri adoleſcentis amore capta, vitam agit inertem, & deſidioſam.

MISERARUM *eſt, neque amori dare ludum,*
Neque dulci mala vino lavere; aut exanimari metuenteis patruæ verbera linguæ.
Tibi

1. *Miſerarum eſt.*] O Neobule miſerarum eſt, id eſt, miſeræ ſunt mulieres, quæ in amore non capiunt voluptatem, neque vino ſic hilarantur, ut à ſe pellant curas, & quæ metu exanimantur propter patrui objurgationes: ſolet enim patruus fratris liberos ſeverius reprehendere, quam pater ipſe. *Neque amori.*] Neque in amore colludere vel amori indulgere. Turn. l. 24. c. 11.

2. *Dulci mala.*] Amoris mala intelligo, quæ vino eluantur. *Lavere, aut.*] Diluere curas, à lavo, is, tertiæ conjugationis. *Exanimari.*] Vehementer cruciari.

3. *Exanimari.*] Hoc eſt, perinde cruciari, ac ſi triſtior aliquis patruus ſævis objurgationibus perpetuo moleſtus ſit. *Torrent.* *Metuentes patruæ. &c.*] Miſerum eſt, vos puellas, *patruæ* aſperæ & objurgatoriæ linguæ parentum vel patruorum, *verbera*, caſtigationes & objurgationes nimium metuentes, perturbari & timore prope exanimari. *Lubin.* *Patruæ linguæ.*] Patruorum in fratrum filios

Tibi qualum Cythereæ puer ales,
Tibi telas, operoſæque Minervæ
Studium aufert, Neobule Liparæi nitor Hebri.
Eques ipſo melior Bellerophonte,
Neque pugno, neque ſegni pede victus,
Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis:
Catus idem per apertum fugienteis
Agitato grege cervos jaculari, &
Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.

Ode

lios ſeveritas apud Romanos proverbio celebratur; ut hic *patrua lingua*, pro lingua objurgatrice: & quod ait, lib. 2 Serm. 3. *Ne ſis patruus mihi*, pro ne magiſter & cenſor accedas. *Torrent.*

4. *Tibi qualum.*] Tantum abeſſe oſtendit, ut Neobule interdum amoris ægritudinem vel vino vel ludo levet, ut ne conſueti quidem operis aliquid præſtet, mentem in Hebro fixam gerens. *Qualus* autem viminei vaſis genus, ad multarum rerum uſum; quo vocabulo pro ciſtella ſeu calatho ad feminarum penſa utitur hic Horatius. *Qualum Cytherea puer.*] Calathum pro lanificio. *Ales.*] Cupido alatus filius Veneris, quæ à monte Cythero dicta eſt Cytherea.

5. *Tibi telas, &c.*] Cupido omnes virginales operas, ſtudia & exercitia tibi aufert: tibi, ô Neobule, eximius ille nitor & pulchritudo Hebri juvenis ex Lypara inſula oriundi, qualum & lanificium, tibi telas & texendi exercitium, operoſæ illius ac ſedulæ Minervæ adimit, tibique è manibus excutit: ſimul ſpecioſos humeros ſuos oleo unctos, in vicini fluminis undis poſt exercitia, abluit, &c. *Lubinus.* *Operoſam* vero *Minervam* appellat, non uti operi intentam, ſed diverſarum artium effectricem, & nihilominus belli dominam. *Torrent.*

6. *Studium aufert.*] Studium lanificii, cui maxime præeſt Minerva dea operoſa. *Lyparæi nitor Hebri.*] Pro Hebrus ipſe, patria Lipareus, [illegible] ut paſſim loquuntur Poëtæ. Sed hoc loco illud inſolens, quod cum *nitor Hebri* dixerit, ſequitur, *Eques ipſo melior Bellerophonte.* non ſecus ac ſi Hebrus dixiſſet. qualis ſane locutio exemplo caret. Libri autem MSS. ſex poſt dictionem *Hebri* verſum 9. *Simul unctos, &c.* interſerunt. Qui ordo omnino ſervandus eſt, non ob ſermonis tantum inſolentiam, ſed quia aliter ſententia non conſtat. *Torrent.* *Lyparæi nitor Hebri.*] Pulchritudo Hebri adoleſcentis, qui fuit ex inſula Lipara, eques ſane melior ipſo Bellerophonte, neque arte pugili, neque curſu pedeſtri victus.

7. *Melior Bellerophonte.*] Qui Pegaſum Neptuni beneficio nactus, aëri quoque ac nubibus inſultare poſſet. Sed cœlum tentans fulmine periit. Equo autem uti, Bellerophontis inventum eſſe tradit Plin. lib. 7. cap. 56.

9. *Simul.*] Simulatque, mox ubi.

10. *Catus idem.*] Ingenioſus, vel peritus jaculandi, id eſt, configendi cervos jaculis. *Per apertum.*] Per campum non arboribus conſitum.

12. *Celer alto.*] Bland. antiquiſſ. legit *arto* pro denſo, quod fortaſſis eſt aptius. *Cruquius.* *Fruticeto.*] Ubi frutices creſcunt. *Excipere aprum.*] Celer ad excipiendum aprum. *Excipere*, verbum eſt proprium venatorum, qui ex inſidiis aprum capiunt incautum. Vide Nonium, in *Excipere.*

1. O Fons

ODE XIII. [illegible]

Ad Fontem Blanduſiam.

Sacrificium fonti promittit, ejuſque amœnitatem ſummopere commendat.

O Fons Blanduſiæ, ſplendidior vitro,
Dulci digne mero, non ſine floribus:
Cras donaberis hœdo,
Cui frons turgida cornibus
Primis, & Venerem, & prælia deſtinat
Fruſtra: nam gelidos inficiet tibi
Rubro ſanguine rivos
Laſcivi ſoboles gregis.
Te flagrantis atrox hora Caniculæ

Neſcit

1. O *Fons Blanduſiæ.*] Dicimus & fontem Blanduſium: & *fontem Caſtalium* & *Caſtaliam* abſolutè; ut eodem lib. Od. 4. *Qui rore puro Caſtaliæ lavit Crines ſolutos.* Malè ergò qui *Blanduſiam* regionem ipſam in Sabinis ſic dictam volunt, nullo idoneo auctore. Cruquius legit *Blanduſiæ. O Fons Blanduſiæ.*] Erat hic fons in agro ſuo Sabino. *Splendidior vitro.*] Sic *pellucidior vitro,* Od. 18. lib. 1. Et vide quæ notavimus lib. 1. Od. 17. *Vitreamque Circen.* Torr. *Splendidior.*] Fons lucidior vitro.

2. *Dulci digne mero.*] Veteres non hominibus modo ſingulis, ſed & fluminibus & fontibus, regionibus quoque atque urbibus, ſuos cuique Genios attribuerunt, atque adeo nullam pœne rem, in qua perſpicerent aliquid eximium, ſine numine eſſe crediderunt. Id porro numen ſive Genium, vino & floribus venerabantur: vino autem & floribus peculiaris aliqua hoſtia accedebat, ut hic fonti hœdus: Et Od. 22. pinui arbori, verres. vide & Plin. lib. 16. cap. ultimo. *Torrent. Dulci digne mero.*] Digne mero in ſacrificiis exhibito; veteres enim fontibus ſacrificabant tanquam diis, vide Od. 1. l. 1. *Floribus.*] Floribus, quibus veteres ſpargebant fontes, vel, quibus hoſtias coronabant.

3. *Cras donaberis.*] Cras tibi hœdus immolabitur.

4. *Turgida cornibus.*] Frons hœdi turget, ubi in fronte quidam quaſi globuli apparent, unde poſt paullo erumpunt cornua: quales ſunt gemmæ in vitibus arboribuſque, unde palmites enaſcuntur & rami; ut, *turgent in palmite gemmæ.* Cruquius.

5. *Primis & Venerem.*] Cornibus nuper natis, & erumpentibus. *Venerem & prælia deſtinat.*] Tale illud Od. 22.

Verris obliquum meditantis ictum,
Sanguine donem.

Deſtinare enim hic dicit, quod ibi *meditari.* Torrent.. Et qui jam aptus ad pugnam & Venerem eſſe incipit. *Deſtinat.*] Hœdus quaſi deliberat ſecum, & deligit Venerem, cui operam det, aliumque hœdum conſtituit adverſarium, cum quo poſſit præliari, ſed fruſtra; nam morte prævenietur, & immolabitur.

6. *Inficiet tibi.*] Tinget tibi, id eſt, in tuum honorem.

8. *Laſcivi ſoboles gregis.*] Gregis luxurioſi; eſt enim capra animal laſcivum.

9. *Atrox hora Canicula.*] Vocat *horam*

Neſcit tangere: tu frigus amabile
Feſſis vomere tauris
Præbes, & pecori vago.
Fies nobilium tu quoque fontium,
Me dicente cavis impoſitam ilicem
Saxis, unde loquaces
Lymphæ deſiliunt tuæ.

ram Caniculæ, totum hoc tempus, quo ſidus illud grave mortalibus incumbit: ut Epiſt. ad Quinctium:

Incolumem tibi me præſtant Septembribus horis.

Septembres horas pro menſe ipſo, atque adeo pro Autumni tempeſtate poſuit. Oritur autem *Canis* 16. Kal. Auguſti, occidens poſt dies 40. qui & *Caniculares* inde appellantur: in ejuſque ortu Solis vapores incenduntur, & canes toto eo ſpatio maximè in rabiem aguntur, perinde ſcilicet ac ſi nominis ratio quandam ſideris atque animalis *συμπάθειαν* inducat. *Torrent. Caniculæ.*] Caniculæ exortus quindecim dies ante Calendas Auguſti ingentes calores infert.

10. *Neſcit tangere.*] Nequit tangere propter frondes, quæ ſolis ictus abs te excludunt. *Frigus amabile.*] Διαςολή. Eſt enim aliquod frigus naturæ inimicum & mortiferum. *Præbes* ergo *frigus pecori*, quaſi diceret, Defendis æſtatem pecori vago, nempe ovibus & capellis. *Lambin.*

12. *Præbes, & pecori.*] Tu frigus ſuppeditas pecori ſitibundo delectabile, propter aquæ potum.

13. *Fies nobilium.*] Tu quoque unus efficieris ex nobilibus fontibus, me canente ilicem cavis impoſitam ſaxis, è quibus decurrunt lymphæ tuæ loquaces, id eſt, cum murmure ſonantes.

14. *Cavis impoſitam ilicem.*] Hæc ſcilicet cauſſa eſt frigoris, quod ante dixit, & ob loci ſitum, & ob impendentem ilicis umbram. *Torrent.*

15. *Loquaces.*] Ob ſtrepitum, ac gratum illud murmur, quo mire delectamur, neque aliter quam cantu aliquo ſymphoniaco afficimur. Eademque ratione poëtæ arbores etiam ac ventos loquaces faciunt: Virg. Eclog. VII.

Argutumque nemus, pinoſque loquentes.

Torrent.

ODE XIV. προσφωνητική.

Ad POPULUM ROMANUM.

Hæc Ode laudes continet Auguſti ex Hiſpania devictis Cantabris revertentis.

HERCULIS *ritu modo dictus, ô plebs,*
Morte

1. HErculis *ritu.*] Duo tantum bella externa, ſi Suetonio credimus per ſe geſſit Auguſtus; Dalmaticum adoleſcens adhuc, & Antonio devicto Cantabricum. Cujus belli gerundi cauſſa profectus in Hiſpaniam, Tarracone diu ægrotavit, atque ibidem A. U. C. DCCXXVII. ac ſequenti duos conſulatus iniit; rem interea per duces ſuos, atque legatos feliciter gerens. Inde igitur cum reverteretur, carmine hoc populum Rom. ad lætitiam invitavit Ho-

Morte venalem petiiſſe laurum,
Cæſar Hiſpana repetit penateis
Victor ab ora.
Unico gaudens mulier marito,
Prodeat juſtis operata divis,
Et ſoror clari ducis, & decoræ
Supplice vitta
Virginum matris, juvenumque nuper
Soſpitum. vos ô pueri, & puellæ

Jam

ratius. *Torrent. Herculis ritu.*] Ordo eſt, O plebs, Cæſar dictus petiiſſe laurum venalem morte, modo victor ab Hiſpana ora repetit penates Herculis ritu, id eſt, ut olim Hercules, extincto Geryone. *Modò dictus.*] Id eſt, qui dictus eſt ab aliquibus ad Herculis æmulationem, qui Geryonem cecidit innocuum, quaſi alter Hercules, ſpe prædæ inſontes velle laceſſere, nec tale quid promeritos Cantabros. *Cruquius.*

2. *Venalem petiiſſe.*] Victoriam mortis contemptu emendam: lauro enim coronabantur victores.

3. *Repetit penates.*] Domum redit.

5. *Unico gaudens mulier.*] Matronæ periphraſis, maximè Liviæ Druſillæ Auguſtæ, cujus laudata in primis pudicitia, quamvis & formoſiſſima eſſet, & mariti amorum non ignara. Quare rogata qua ratione Auguſtum ſibi ita obnoxium feciſſet, Pudicitia reſpondit atque obſequio, atque res ejus Venereas nec inquirendo, nec perſequendo. Eadem nudos quoſdam ſibi obvios, cum veluti majeſtatis reos periclitari cerneret, morti eripuit; quod diceret apud mulieres pudicas, nudos illos nihil à ſtatuis differre. Auctor Dio lib. 58. Sunt qui ad Monogamiæ laudem referant. *Torrent. Unico gaudens mulier marito.*] Matrona caſta, & pudica, quæ unico marito eſt contenta, prodeat.

6. *Juſtis operata divis.*] *Juſtis*, inquit Lambinus, id eſt, *patriis uſuque ac conſuetudine receptis.* Ego ex veterum interpretum ſententia *juſtos* vocari malim, qui tam inſignem Cæſari merenti victoriam annuerint. *Torrent. Operata.*] Operari & facere, pro ſacrificandi verbo uſurpant Latini, ut ῥέζειν Græci ἀντὶ τοῦ θύειν. Virg. Georg. 1. *lætis operatus in herbis.* Lambin. *Operata divis.*] Sacra faciens divis.

7. *Et ſoror.*] Octavia Auguſti ſoror, Antonii uxor.

8. *Supplice vitta.*] *Vitta* propriè matronarum erat, & quidem inſigne pudoris. *Vittam* ergò *ſupplicem* ſumi Poëta vult, quaſi ſcilicet matronæ in ſacrificiis ſupplicationibuſque utebantur. *Torrent. Supplice vitta.*] Et fœminæ ſupplice veſtitu ornatæ.

9. *Virginum matres.*] Primo loco Liviam & Octaviam, uti principes invocaverat; nunc matronas reliquas alloquitur. Nam illud *virginum matres juvenumque*, nuptarum circumlocutio eſt. Quod verò *nuper Soſpitum* adjicit, id ad juvenes tantum referendum, qui una ad expeditionem Cantabricam profecti redierant: aut ſi ad virgines etiam, *ſoſpites* intellige, per Cæſarem ſoſpitem, cujus ſalute ſalus publica contineretur. *Torrent. Juvenumque nuper.*] Et matres juvenum, qui nuperè bello ſalvi redierunt.

10. *Pueri & puellæ Iam virum expertæ.*] Quare addit *jam virum expertæ*, ignorare equidem me fateor. pueros enim virgineſque plerumque conjungimus.

Jam virum expertæ, male nominatis
Parcite verbis.
Hic dies verè mihi feſtus atras
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenente
Cæſare terras.
I, pete unguentum puer, & coronas
Et cadum Marſi memorem duelli,
Spartacum ſi qua potuit vagantem
Fallere teſta.

mus. Quinetiam quia hactenus ſic loquitur, ut de muliebri ſacro agere videatur, meritò fortaſſis vox *pueri* ſuſpecta ſit. Pro qua ſane *pueræ* legi velim. veteres enim æquè *pueras*, ut *pueros* dixere. Quod ſi quis *pueros* omnino hic relinquendos eſſe, nec prohiberi quin feminarum ſacris etiam pueri interſint, contendat; tunc poſt dictionem *puellæ*, particulam *&*, adjungi velim. Aliter hunc quem dixi ſcrupulum eximere non poſſum. *Torrent.*

11. *Expertæ, &c.*] Nuptæ. *Male ominatis.*] Lambinus *nominatis* legit. Religioſè ergò cavebant veteres, ne quid dictu factuque inauſpicatum inter ſacra accideret. Quare *favere lingua* & *bona verba fari*, atque è diverſo *malis verbis parcere* admonebantur. Atqui in ſacris faciendis, id ad animum potius referendum eſt, ne quid ore proferamus, quod mentem à divinis alienam eſſe arguat. Quare, *Hoc age*, etiam inter cætera acclamabat præco: qua voce, ſi quis forte minus attentus eſſet, totum ſe rei divinæ dare admoneretur, *Torrent.*

12. *Parcite verbis.*] A malis verbis, ſeu imprecationibus abſtinete, Favete linguis. vid Od. I. hujus libri.

13. *Atras.*] Triſtes curas, quæ atram bilem excitare valeant.

14. *Nec tumultum.*] *Tumultus*, ſi vim vocabuli, ut veteres eo uſi ſunt, conſideremus, bello gravior eſt. Itaque majores noſtri *tumultum Italicum*, quod erat domeſticus, nominabant. Et apud Cic. *tumultus* propriè eſſe dicitur perturbatio tanta. ut major timor oriatur. *Torrentius. Tumultum.*] Civilem furorem.

16. *Cæſare terras.*] Auguſto terrarum imperium obtinente.

17. *Unguentum puer.*] Unguento homines elegantiores cæſariem in conviviis madefaciebant.

18. *Et cadem Marſi.*] Cadum Marſico bello conditum poſcit Horatius. *Marſi* pro *Marſici* dixit. Idem quod Italicum & Sociale. Dictum autem Marſicum quod à Marſis primum, duce Popedio commotum ſit, cupiditate adipiſcendæ civitatis Romanæ A. U. C. DCLXII. Annis vero poſt duobus de viginti, ſuſcitatum ſervile bellum, ducibus Spartaco, Oenomao & Orixo gladiatoribus cum aliis numero ſimul LXXIIII. qui Capuæ ludo gladiatorio Lentuli effugerant. *Et cadum Marſi.*] Vinum in cella conditum, cum bello Marſico Italia arderet.

19. *Spartacum.*] Si qua ratione teſta, vel cadus potuit latere. Spartacum ex Apennino ad Alpes, ab Alpibus in Galliam vagantem, in illo ſervili bello, quod cum populo Rom. geſſit anno fere XVI. poſt bellum Marſicum. *Si qua.*] *A*, ut ego arbitror, contrà Grammaticorum regulas produxit. *Torrent.* Vel legendum *ſi qua*, pro *ſi quà*, ut Lambinus vult.

Dic & argutæ properet Neæræ
Myrrheum nodo cobibere crinem:
Si per inviſum mora janitorem
Fiet, abito.
Lenit albeſcens animos capillus
Litium, & rixæ cupidos protervæ.
Non ego hoc ferrem calidus juventa,
Conſule Planco.

21. *Dic & arguta.*] Dic & Neæræ canoræ fidicinæ, ut properet colligere crinem nodo, id eſt, religare crinem in nodum, ut veniat ſemicompta, ad lætitiam repentinam ſignificandam. vide Od. XI. lib. II.

22. *Myrrheum.*] Duo veteres libb. *Murrheum*. Vocat ergo *Myrrheum crinem* vel à colore: vel myrrha delibutum. Ejus enim non in unguentis modo, ſed & in vino odorem commendarunt veteres. *Torrent. Myrrheum.*] Crinem ſubflavum myrrhei coloris, vel myrrhino unguento delibutum.

23. *Si per inviſum.*] Si non ſtatim à janitore admittare, noli eſſe moleſtus, ſed abito.

25. *Lenit albeſcens.*] De affectuum pro cujuſque ætate, vel fervore, vel remiſſione, multa eruditè Ariſt. lib. 2. Rhetor. ad Theodecten, ubi juvenum ſenumque diſcrimina recenſet. Sanguinis enim abundantiæ ac calori tribuit Plutarchus, quod acriores concitatioreſque in juventute ſumus. *Torrent. Lenit albeſcens animos.*[Quaſi dicat: Ego jam vergo ad ſenectutem, patienter idcirco feram Neæræ contumeliam, ſed in juventute ad ultionem deveniſſem. *Capillus.*] Canus capillus mitigat animum jam olim litis, & rixæ cupidum.

27. *Non ego hoc ferrem.*] Non ferre potuiſſem fervidus juventute, ſi me aliquis faſtideret.

28. *Conſule Planco.*] Conſule Planco, Horatius fuit natus annos viginti tres, anno ſcilicet ab urbe condita MDCCXX.

ODE XV. μεμπτική.

In CHLORIM.

Ut jam vetula, petulantiæ & libidini modum conſtituat.

UXOR *pauperis Ibyci,*
Tandem nequitiæ fige modum tuæ,

Famo-

1. *UXor pauperis.*] Veriſimile eſt Chlorim hanc, matura jam ætate, cum amari deſineret, quo honeſtior videretur Ibyco nupſiſſe, pauperi, ſed obſequioſo: quales ſibi vetulæ meretrices maritos optant, filia interim ad ſenectutis præſidium proſtituta. Matrem igitur merito reprehendit Poëta, quod, cum neque ætas, neque fortuna ejus paterentur, amoribus nihilominus operam daret. *Torrent. Uxor pauperis Ibyci.*] Tu Chlori, quæ uxor es pauperis Ibyci, tandem pone modum laſcivæ, & obſcœnæ libidini.

2. *Fige modum.*] Muretus legendum cenſet *pone*.

3. *Famo-*

Famoſiſque laboribus.
Maturo propior deſine funeri
Inter ludere virgines,
Et ſtellis nebulam ſpargere candidis.
Non, ſi quid Pholoën ſatis,
Et te, Chlori, decet, filia rectius
Expugnat juvenum domos,
Pulſo Thyas uti concita tympano.
Illam cogit amor Nothi
Laſcivæ ſimilem ludere capreæ.
Te lanæ prope nobilem
Tonſæ Luceriam, non citharæ decent:
Nec flos purpureus roſæ,

Nec

3. *Famoſiſque laboribus.*] Ita meretricum amores vocat & proprie quidem. Famoſas enim vocabant fœminas, quæ ſtupro aut lenocinio infames erant. Cic. lib. 4. de Repub. apud Nonium: *Atque etiam, ſi qua erat famoſa, ei cognati oſculum non ferebant.* Torrent. Pro *laboribus*, Heinſius legendum cenſet *caloribus*. *Famoſiſque laboribus.*] Turpibus, & meretriciis laboribus.

4. *Maturo propior.*] Deſine inter virgines ludere, quum ſis propior funeri, id eſt, morti propinqua.

6. *Et ſtellis nebulam.*] Et virginibus formoſis te ſeniculam aridam immiſcere.

7. *Non, ſi quid.*] Non, ſi quid ſatis Pholoën filiam tuam decet, hoc etiam decet te.

8. *Filia rectius.*] Filia tua rectiùs, quàm tu, ad juvenum fores ultrò currit, inque eas irrumpit, velut Thyas Bacchi ſacerdos, tympanorum pulſu concitata.

9. *Expugnat.*] Non quod juvenum fores vi, manibus aut ſaxis effringat; ſed quod mulieris forma, & flos ætatis, haſtarum & gladiorum inſtar, viros etiam conſtantiſſimos labefactet ac proſternat. Lambin. *Expugnat juvenum domos.*] Nullum tam eſſe continentem indicat, quem Pholoë non facile pervertat. Simile eſt quod Venerem Od. 1. lib. 4. abire ad juvenum domos jubet. Torrent.

10. *Thyas.*] Græci Θυιὰς ſcribunt, παρὰ τὸ θύω, τὸ ὁρμῶ. unde & Bacchus ipſe *Thyoneus*.

11. *Nothi.*] Nothus eſt nomen amatoris.

12. *Capreæ.*] Alibi equæ, alibi juvencæ, hic capreæ amore laſcivientem puellam comparat.

13. *Te lanæ propè.*] Ætas tua lanificio magis apta eſt, quam luſui & ebrietati.

14. *Tonſæ Luceriam.*] Solemne enim, ut meretriculæ, inclinante ætate, à quæſtu illo ad lanam ac colum tranſeant. Tibull. lib. 1. Eleg. 6.

Nam quæ fida fuit nulli, poſt victa ſenecta,
Ducit inops tremula ſtamina torta manu. Torrent.

Luceriam, non.] Luceria civitas eſt Apuliæ, circa quam lanæ optimæ tondebantur. Plin. lib. 8. cap. 48.

15. *Nec flos purpureus roſæ.*] Sertum ex roſis.

Nec poti vetulam fæce tenus cadi.

16. *Nec poti vetulam.*] Nec cadi, potati uſque ad fæcem, te vetulam decent. *Vetulam.*] Sic libri noſtri omnes. *Vetula* tamen legiſſe videntur interpretes, cum per *fæcem vetulam*, vetus vinum ſignificari ajunt, atque ita ſcriptum ſe reperiſſe teſtatur Guil. Canterus, nec mihi ſane diſplicet. *Vetulam* ſcripſere qui ultimo verſu *ſed*, pro *nec* legendum eſſe exiſtimabant & bibacem anum, ut pleræque ſunt omnes, ab amoribus ludiſq; Venereis ad amphoram ablegari. *Torr.*

ODE XVI. ὑπολειπτική.

Ad MÆCENATEM.

Auro omnia patent, Horatius vero contentus eſt ſua ſorte, unde beatus exiſtit.

INCLUSAM *Danaën turris ahenea,*
Robuſtæque fores, & vigilum canum
Triſtes excubiæ munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris:
Si non Acriſium virginis abditæ
Cuſtodem pavidum, Jupiter, & Venus
Riſiſſent: fore enim tutum iter, & patens,
Converſo in pretium deo.
AURUM *per medios ire ſatellites,*
Et perrumpere amat ſaxa, potentius

Ictu

1. *Incluſam Danaën.*] Hoc carmine ſanè pulcerrimo, primum auri vim & potentiam oſtendit: mox magnas opes abſque magna ſollicitudine poſſideri non poſſe adjiciens, majorem in mediocritate felicitatem conſtituit, ac tandem ſua ſeſe ſorte rebuſque ad honeſtum vitæ modum à Mæcenate donatis, contentum eſſe prædicat. *Torrentius.* *Danaën.*] Acriſii filiam.

2. *Vigilum canum.*] Talem cuſtodiam minus mirabitur, qui de canum fide, robore, atque in pugnando audacia Plinium loquentem audierit, lib. 8. cap. 40.

3. *Triſtes excubiæ.*] Ab effectis, quòd Danaën triſtem redderent.

4. *Adulteris.*] A corruptoribus, qui noctu ſæpius ambulant.

5. *Acriſium, virginis abditæ.*] Danaës patrem, qui eam acerrima cuſtodia ſeptam tenebant, quòd ab Oraculo reſponſum tulerat, ſe ab eo, qui è filia ſua naſceretur, interfectum iri.

7. *Riſiſſent.*] Illuſiſſent. *Fore enim tutum; &c.*] Sciebant fore.

8. *Converſo in pretium deo.*] Non quod deo aliquid impervium; ſed quid nos fabula illa doceat, aperit Horatius: nihil eſſe pudicum, quo dedecorum pretioſus emptor accedat. ut enim omnibus in ore eſt, & Sacræ etiam teſtantur litteræ, *pecunia obediunt omnia*: quod lepido illo verſu explicat Ariſtoph. in Pluto:

Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα. *Torrent.*

In pretium deo.] In aurum.

10. *Amat ſaxa.*] Solet perrumpere

ſaxa,

Ictu fulmineo. concidit auguris
Argivi domus, ob lucrum
Demerſa excidio. diffidit urbium
Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos
Reges muneribus: munera navium
Sævos illaqueant duces.
CRESCENTEM *ſequitur cura pecuniam,*
Majorumque fames. jure perhorrui
Late conſpicuum tollere verticem,
Mæcenas equitum decus.
QUANTO *quiſque ſibi plura negaverit,*

ſaxa, id eſt, loca munita quæ viribus expugnari non poſſunt. *Potentius ictu fulmineo.*] Plinius lib. 33. ſcribit fulmen non unquam quinque altius pedibus deſcendere in terram. At auri illa ſacra fames, ire nos in terræ viſcera, & in ſede Manium illud quærere cogit. *Torrent.*

11. *Concidit auguris.*] Corruit Amphiarai vatis familia, nimirum ipſe, & uxor, & liberi ob monile aureum, quod Eriphyle ejus uxor ab Adraſto acceperat. *Auguris Argivi.*] Amphiaraus augur, Oiclei filius, Argivus, uxorem habuit Eriphylem, Talai ex Eurynome filiam, Adraſti ſororem.

13. *Demerſa excidio.*] Multo plures libri *exitio* legunt, & rectè. *Diffidit urbium.*] Arietis ergo loco ei munera fuere. *Diffidit* autem à verbo diffindo. *Torrent. Demerſa excidio.*] Terræ hiatu abſorpta. *Diffidit urbium.*] Refregit, vel proſtravit.

14. *Vir Macedo.*] De Philippo hiſtorici ſcripſere, ut non tam ipſe, quam ipſius aurum Græciam everterit. Nec mirum hercule: ſi quidem Apollinis Pythii oraculum conſulenti, reſponſum à Deo ad hunc modum ferunt:

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις.

Quo verſu argenteis pugnanti haſtis victoria promittitur. Deum ergo conſilii ſui auctorem habuit. His ergo inſtructus armis Philippus, Olynthum urbem, corrupto Laſthene proditore cepit. *Torrentius. Vir Macedo, & ſubruit æmulos.*] Philippus, rex Macedoniæ, omnia caſtra expugnari poſſe dicebat, in quæ aſellus, auro onuſtus, poſſit aſcendere.

15. *Munera navium.*] Munera irretiunt ſævos navium duces, id eſt, piratas. vel, munera navium, id eſt, merces peregrinæ, quæ navibus ad nos advehuntur, ſævos duces illaqueant.

17. *Cura pecuniam.*] Cura ſervandi.

18. *Majorumque fames.*] Et majorum divitiarum cupiditas. *Iure perhorrui.*] O Mæcenas, equitum ornamentum, ego meritò metui caput meum attollere, id eſt, ad ſummas divitias & nimiam potentiam aſcendere.

19. *Latè conſpicuum.*] Diffusè celebrem.

21. *Quanto quiſque ſibi plura.*] Quanto plura quiſpiam ſuæ cupiditati denegaverit, (id eſt, quanto paucioribus contentus eſſe voluerit, ſuæ cupiditati morem non gerens, vel ſuam cupiditatem refrænans) tanto majorem deorum in ſe liberalitatem experietur, & tanto ditior ab illis reddetur: utpote jam contentus iis quæ habet. Tritum etiam illud: *Quis plurimum habet?*

A Dîs plura feret. Nihil cupientium
Nudus caſtra peto: & transfuga divitum
Parteis linquere geſtio:
Contemptæ dominus ſplendidior rei,
Quam ſi, quicquid arat non piger Appulus,
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.
Puræ rivus aquæ, ſilvaque jugerum
Paucorum, & ſegetis certa fides meæ,
Fulgentem imperio fertilis Africæ
Fallit ſorte beatior.

Quan-

bet? is qui minimum cupit. Stephanus. *Plura negaverit.*] Pauciora deſiderabit.

22. *Feret.*] Accipiet. *Nil cupientium.* Omnia enim ſibi negat, qui nihil eorum, quæ vulgus, poſcit: ut Cynici olim & Gymnoſophiſtæ; ad quorum inſtitutum, cum *nudus* dicit, alludere videtur Horatius. *Torrent.*

23. *Nudus caſtra peto.*] Pauper. O divinum Horatium, quem in hoc utinam Chriſtiani imitarentur! *Et transfuga divitum.*] Et tanquam transfuga, & fugitivus.

25. *Contempta dominus.*] Acron legit *contenta*, id eſt, compoſitæ & mediocris, ut ipſe interpretatur. Nec ab eo diſſentit Porphyrion. Et hanc lectionem ſequitur Canterus nov. Lect. libro 4. capite 2. damnat tamen Lambinus, nec ſatis verecunde. Ego receptam lectionem præferam. Sapiens enim ſua ſorte contentus vivens, non ipſi pecunia, ſed pecuniæ ipſe imperat, & nullam in ea felicitatis partem ponit. *Contemptam* itaque *rem* appellat, qua neque poſſeſſor ipſe magnopere afficiatur, & quam ob parvitatem, divitum vulgus rideat, ac pro nihilo ducat. *Torrentius. Contemptæ dominus.*] Nam magis poſſidemus ea, quæ contemnimus, quàm ea, quibus non utimur, ſi poſſidemus.

26. *Non piger Appulus.*] Noſtri libri MSS. ſeptem habent *impiger Apulus.* Torr. *Non piger Appulus.*] Laborioſus.

27. *Occultare meis.*] Rectè. non enim divitiis affluere malum eſt; ſed congeſtis incubare, ſumma miſeria & extrema paupertas eſt. *Torrent. Occultare meis dicerer horreis.*] Habere reconditum.

28. *Magnas inter opes.*] Tam deeſt avaro, quod habet, quam quod non habet.

29. *Puræ rivus, &c.*] Suas nunc divitias explicat Poëta, de quibus lib. 2. Serm. 6.

30. *Certa fides meæ.*] Spes indubitata ſegetis meæ, vel, fundus meus fidelis fallit, hoc eſt, latet eum: vel, ignoratur ab eo qui Africæ imperio fulget, beatiore eſſe ſorte, quam ipſius ingentes opes. Sic Lambinus hunc locum (me judice) exponit acutiſſime.

31. *Fulgentem imperio fallit.*] Horum verborum ſententia Græce neſcientibus obſcura eſt. Ait autem hanc poſſeſſiunculæ ſuæ in Sabinis ſortem, meliorem multo ac beatiorem eſſe fertilis Africæ imperio, quamvis eum, qui ibi imperet, hoc fugiat. Græci ergo ſic verbo λανθάνειν utuntur, ut Horatius verbo *fallere*, ut λανθάνω τινὰ ποιούμενός τι, ille dicitur, qui quid faciens alium fallit, hoc eſt, clam illo facit ac latet. *Torrent.*

32. *Fallit ſorte beatior.*] Meus fun-

dus

Quanquam nec Calabræ mella ferunt apes,
Nec Læſtrigonia Bacchus in amphora
Langueſcit mihi, nec pinguia Gallicis
Creſcunt vellera paſcuis:
Importuna tamen pauperies abeſt:
Nec, ſi plura velim, tu dare deneges.
Contracto melius parva Cupidine
Vectigalia porrigam,
Quam ſi Mygdoniis regnum Halyattici
Campis continuem: MULTA *petentibus*
Deſunt multa. bene eſt, cui Deus obtulit
Parca, quod ſatis eſt, manu.

dus beatior, id eſt, non parum beatus fœcunditate amœnitateque *fallit*, id eſt, latet ſorte fulgentem, id eſt, ſortito fortuitoque imperio fertilis Africæ: hoc eſt, Rex Africæ, cui ſorte divina humanaque contigit Africæ regnum ampliſſimum. *Cruquius.*

33. *Calabræ.*] In Calabria ſunt flores apibus gratiſſimi.

34. *Læſtrigonia Bacchus*, &c.] Formianum vinum dicit, quod commendat etiam lib. 1. Od. 20. Læſtrigones enim populi immaniſſimi, ita ut humana carne veſcerentur, ea in parte Campaniæ fuere, ubi & Hormiæ, poſtea Formiæ dictæ. *Langueſcere* vero *Bacchum* cum dicit, de vini perinde ac de hominis ætate loquitur. Langueſcimus enim ſenectute. Et ſic infra Od. 10. *Promere languidiora vina.* Torrent. *Læſtrigonia Bacchus.*] Amphora Formiana à Formiis, oppido Campaniæ, ubi ſuas ſedes habuerunt Læſtrigones, qui & Cyclopes dicti ſunt, olim in Sicilia habitantes.

35. *Langueſcit.*] Seneſcit. *Pinguia Gallicis.*] Fœcunda vellera. Mart.

——— *Me pinguis Gallia nutrit.*

37. *Importuna tamen.*] Pauperies moleſta, & extrema, in qua nulla eſt requies. *Importuna pauperies.*] Vocat *Importunam pauperiem*, quæ egenum importunum eſſe cogat.

39. *Contracto melius.*] Refrenata & coërcita divitiarum cupiditate, melius tributum, & vectigal perſolvam, quam ſi Lydiam Phrygiæ adjungam, ut ſit ſenſus; Parvo contentus plus poſſidet, quam qui multum habet. *Contracto cupidine*, &c. Canterus dicit *contenta* ſe pro *contracto* in cod. MS. legiſſe.

41. *Mygdoniis regnum*, &c.] Mygdones ex Macedonia, quæ Thraciæ finitima eſt, oriundi, bonam Phrygiæ partem occuparunt atque à ſe nominarunt, ut lib. 2. Od. 12. *Alyattes* vero Crœſi pater, Lydiæ olim imperavit, teſte Herodoto lib. 1. Vel eum igitur, vel quod magis puto, Crœſum ejus filium, Alyatticum vocat Horatius. *Torrent. Mygdoniis regnum.*] Campis Phrygiis; Mygdon enim Phrygiam tenuit. *Alyattici.*] Regis Lydiæ, Crœſi patris.

42. *Multa petentibus*, &c.] De hac ſententia Gellius lib. 9. cap. 8. eum vide. Simile fere illud Stoïcorum: *Quid refert quantum habeas? multo illud plus eſt quod non habes.*

43. *Bene eſt, cui Deus.*] Bene eſt ei, cui Deus dedit parca manu, & tamen dedit, quantum ſufficit ad vitam degendam.

ODE XVII.

Ad ÆLIUM LAMIAM.

Lamiæ nobilitatem laudat, deinde admonet, ut diem craſtinum hilariter exigat.

ÆLI vetuſto nobilis ab Lamo:
(Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne faſtos)
Autore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ

Litto-

1. *ÆLi vetuſto.*] Ælia gens in primis clara, non tamen patricia, multis diſtincta cognominibus, atque in diverſas familias propagata, omnes Romæ honores, ac tandem etiam imperium adepta eſt, atque optimos orbi terrarum principes Antoninos dedit. Tum generis vetuſtas effecit, ut *Lamias* pro nobilibus uſurpaverint auctores. Juvenal. de Domitiano principe nobilitati infeſtiſſimo, Satyra 6. fœminam notans in primis nobilem:

Quædam de numero Lamiarum, ac nominis alti.

Fuit ergo quidem Q. Ælius Lamia Augusti bello Cantabrico præfectus, rebus geſtis clarus, cujus, ni fallor, mentio lib. 1. Od. 26, & Od. 36. ut vix dubitem, quin eum hic quoque celebret. *Torrent.* vide & Turneb. l. 22. c. 15. *Ab Lamo.*] ab Lamo Formiarum vel Læſtrigonum rege, & conditore, Neptuni filio.

2. *Quando & priores.*] Siquidem hinc, id eſt, ab eo antiquo Lamo.

4. *Per memores genus.*] Hic locus varie poteſt ordinari. aut hoc modo, & ferunt genus omne nepotum denominatum ab Lamo per faſtos memores. aut quod magis, placet, ferunt faſtos memores nepotum per omne genus. *Cruq.* *Per memores genus omne.*] Per faſtorum libros, in quibus res annuatim, & breviter ad poſterorum memoriam notabantur.

6. *Qui Formiarum mœnia.*] Latium intelligit; quamquam *Formiæ* nondum erant, cum ille genti immaniſſimæ Læſtrygonum imperabat. ſiquidem urbs illa, ut lib. 5. tradidit Strabo, à Laconibus condita, & *Hormiæ* prius appellata eſt, διὰ τὸ εὔορμον, hoc eſt, ob portus commoditatem.

7. *Princeps.*] Primus. *Innantem Maricæ Lyrin.*] Lyris notum omnibus flumen (Græci Λεῖριν vocant) Latium à Campania felici dividens, ac Minturnas interfluens. Sed quid eſt, quod eum Maricæ littoribus innantem facit Horatius? Servius in illum Virg. verſum lib. 7.

Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica..

(De Latino autem rege loquitur). hunc poëtæ noſtri locum citans, *Maricam.* ait, *Minturnenſium littoris deam fuiſſe.* Sed Lactant. lib. 1. Inſtit. *Solent*, inquit, *mortuis nomina immutari, nam & Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt, & Circe Marica.* vide & Plin. lib. 3. cap. 5. *Littora* ergo *Maricæ* vocari arbitror ripas, ſeu arva illa, quibus Marica præfuit. *Torrent.* vide & Turneb. lib. 21. cap, 22.

8. *Lyrim.*] Fluvium innantem littoribus Nymphæ Maricæ, uxoris Fauni, influen-

Littoribus tenuiſſe Lyrin,
Late tyrannus. cras foliis nemus
Multis, & alga littus inutili
Demiſſa tempeſtas ab Euro
Sternet, aquæ niſi fallit augur
Annoſa cornix. dum potes, aridum
Compone lignum: cras genium mero
Curabis, & porco bimeſtri
Cum famulis operum ſolutis.

ODE

influentem ſcilicet in Minturnas oppidum Campaniæ, ubi Marica colitur.

9. *Late tyrannus.*] Late regnans. εὐρυκρείων. Homer. *Cras foliis nemus.*] Ordo eſt, Cras tempeſtas demiſſa ab Euro ſternet nemus multis foliis, & ſternet littus alga inutili.

10. *Alga littus.*] Alga herba eſt nullius uſus, quam mare ad littus projicit; hinc proverbium, *vilius Alga*, pro re viliſſima, & nullius pretii.

13. *Annoſa cornix.*] Cornix diu vivens, quæ ſua crocitatione pluvias prognoſticatur. *Dum potes aridum.*] Impendente tempeſtate maturo jam Autumno, Lamiam jubet focum inſtruere, & in diem craſtinum genio, unà cum familia ab operibus vacua, indulgere. Errat autem Lambinus, qui ſacrificium inſtitui exiſtimet: de curanda enim cuticula agitur. *Torr.*

14. *Compone lignum.*] Extrue lignum, quod cito flammam concipiat ad frigus propulſandum. *Cras genium mero Curabis, &c.*] Errant, qui ex eo quod Genii fiat heic mentio, de natali die ſenſiſſe Horatium exiſtimant. quid? an igitur nunquam niſi die natali Genio faciebant ſacra? imo verò quoties hilarius ſe excipiebant, toties Genium ſe placare veteres autumabant. unde illa genera loquendi manarunt, *curare Genium*, *Genium defraudare*, *&c.* hoc igitur vult Horatius: debere Lamiam maturè focum componere & cætera parare ad diem genialiter agendum. cur autem? non ſane quod Lamiæ natalis eſſet: verum quia ceſſatura ſit univerſa familia ab opere, impedita tempeſtatis obſcuritate, quam imminere in diem craſtinum, tanquam vates illi denuntiat, cum canit: *cras foliis nemus Multis & alga littus inutili, &c.*] Caſaubonus. *Cras genium mero Curabis, & porco.*] Cras genium curabis mero, & porco duorum menſium ad convivium cum familiaribus habendum, non ut Genio immoles.

15. *Porco bimeſtri.*] Antiqui Codd. habent *Bimeſtri*, ut fere ſemper. Bene autem vino porcellum adjungit, animal, ut ait ille, propter convivia natum. *Torrent.*

16. *Cum famulis operum ſolutis.*] Cum famulis ab opere vacantibus.

I. Faune

ODE XVIII. προσευκτική·

Ad FAUNUM.

Deum ſylveſtrem precatur, ut per ſuos tranſiens agros, ſibi ſuiſque ſit propitius; ac vult eſſe memorem eorum, quæ quotannis ipſi religioſè præſtat.

FAUNE, *Nympharum fugientum amator.*
Per meos fineis, & aprica rura
Lenis incedas, abeaſque parvis
Æquus alumnis:
Si tener pleno cadit hædus anno,
Larga nec deſunt Veneris ſodali
Vina crateræ, vetus ara multo
Fumat

1. F*Aune Nympharum.*] Fauno (quem Græci Pana appellant) ſacrificabant Romani Vere ineunte, & Nonis Decembr. *Nympharum fugientum amator.*] Mirè ſalax totum illud agreſtium deorum genus, quos *Panas*, *Faunos*. *Satyros*, *&c.* appellamus. De quorum non in Nymphas tantum, ſed & in mulieres laſcivia, cum alii, tum Auguſtinus de Civitate Dei lib. 15. cap. 33. *Torrentius.* *Nympharum.*] Dryadum & Hamadryadum, quæ ſilvarum ſunt & arborum. *Cruquius.* *Fugientum amator.*] Fugiunt Nymphæ propter Fauni ſalacitatem, ne virginitatem amitterent.

3. *Lenis incedas.*] Propitium ſibi optat eum, quem Porphyrion hic inferum & peſtilentem deum appellat. Inter eos certe, quos χθονίους & ὑποχθονίους vocant Græci, referri poſſe Faunos, non negaverim. Noctium verò ludibria Fauni immittere credebantur. ſic enim de Pæonia herba Plinius l. 25. c.4. *Hæc medetur & Faunorum in quiete ludibriis.* Torr. *Lenis incedas.*] Precor ut incedas mitis ſine iracundia, utque tranſeas parvis meis agnis, & hœdis innocuus.

4. *Æquus alumnis.*] In vetuſtiſſimo codice *lætus* ſcriptum repperi. *Torrent.* Sunt qui *alumnos* vernulas & pueros interpretentur, nam & Faunos, pueros vexare, erat opinio, ut Alex. ab Alexand. lib.2. cap 25. Tum Nonius vult vocem *alumnus* activè & paſſivè accipi, tam pro eo, qui nutrit, quam qui nutritur. *Cruquius.*

5. *Si tener.*] Ita propitium ſibi deum optat, ſi & ipſe ei, quem debebat honorem impendit, veritus fortaſſis, ne ſi deus negligentiorem deprehenderet, fruſtrà precibus interpellaret. *Silvanus* idem qui *Faunus* aut illi germanus: ſicut & *Pan.* Hinc *Panica* dicta, quæ ſubitos ac repentinos terrores creant. *Torr.* *Si tener pleno cadit hædus anno.*] Siquidem tener hœdus anno completo tibi immolabitur.

6. *Veneris ſodali.*] Vocat *crateram* Veneris ſodalem: ut Lucret. lib.2.

Ploratus mortis comites & funeris atri.

Veneris autem, qualis cum Baccho ſocietas, omnibus notum. Veneris enim veluti nutrimentum quoddam vinum eſt. Quare & lac ejus appellat Ariſtophanes apud Athenæum lib.x.

Ἡδὺς τε πίνειν οἶνος Ἀφροδίτης γάλα. Torrent.

Sodali.] Cratera, idcirco dicitur ſodalis, vel amicus Veneris, quia ſine Cerere, & Baccho friget Venus.

7. *Cratera.*] Sic libb. MSS. omnes rectè;

Fumàt odore.
Ludit herboſo pecus omne campo,
Cum tibi Nonæ redeunt Decembres:
Feſtus in pratis vacat otioſo
Cum bove pagus.
Inter audaces lupus errat agnos:
Spargit agreſteis tibi ſilva frondeis
Gaudet inviſam pepuliſſe foſſor
Ter pede terram.

rectè; non *crateri*. Torrent. *Vetus ara multo.*] Ara per multos jam annos tibi inſtituta.

9. *Ludit pecus omne.*] Faunum rei pecuariæ præfuiſſe illud oſtendit, quod ædes ejus Romæ ex pecunia pecuariorum multatitia olim exſtructa fuit. Idem de Pane tradunt Græci, quem & Νόμιος inde vocant. *Torrent. Ludit herboſo pecus omne.*] Quaſi pecudes ſentirent Faunum ſuum eſſe cuſtodem, hoc præſertim die, nempe Nonis Decembr. quo tempore Faunalia anniverſaria in pratis & ſylvis celebrabantur.

11. *Feſtus in pratis.*] Pagus tua feſta celebrans vacat ab opere.

12. *Cum bove pagus.*] Quod Muretus annotavit in vetuſtis exemplaribus *pardus* legi, id & ego inveni. Diſplicet tamen: tum quod Faunus à Latinis & Romæ cultus: atque illic pardi nulli: tum Pardus eo tempore non cultus. vide & Car. Sigonii Emendation. lib. 1. *Torrent.*

13. *Inter audaces lupus*] Inter audaces agnos lupum illo die non metuentes, tui numinis præſidio fretos,

14. *Tibi ſylva frondes.*] In tuum honorem.

15. *Inviſam.*] Cujus opere toties fatigatus, ludum & otium deſiderat Tibull. El. 1. lib. 2.

Agricola aſsiduo primum ſatiatus aratro,
Cantavit certo ruſtica verba pede.

Quod *certo pede* dicit, id quoque Horatii interpretationem adjuvat. Nam illud *ter*, ad pedis ictus, ac ſaltationis ſive modos ſive numeros referendum eſt. Od. 1. lib. 4. *Torrent.* Turneb. lib. 21. cap. 3. *Inviſam pepuliſſe foſſor.*] Inviſam propter annuum laborem, quem foſſor in terra colenda ſuſtinet. *terram pellere*, idem valet, quod ſaltare.

ODE XIX. Δικωλικὴ.

Ad TELEPHUM.

Reprehendit eum jocosè, quòd veteres hiſtorias deſcribens, ea negligat, quæ ad jucundè vivendum pertinent.

QUANTUM *diſtet ab Inacho*

Co-

T*Elephum Poëtam & Horatii ſodalem vocat Acron. Rivalem ſane fuiſſe in amanda Lydia, ex Od. 13. lib. 1. conſtat.*

1. *Ab Inacho Codrus.*] Ille Argis, hic Athenis imperavit; & quidem Argis ille primus, hic Athenis ultimus. Telephus igitur de Græcorum antiquitate agebat. Argis ſanè primo in Græcia imperari cœptum, neque poſt Codrum

aliquem

Codrus, pro patria non timidus mori,
Narras, & genus Æaci,
Et pugnata ſacro bella ſub Ilio:
Quo Chium pretio cadum
Mercemur: quis aquam temperet ignibus:
Quo præbente domum, & quota
Pelignis caream frigoribus, taces.

Da

aliquem illic regis nomine imperaſſe invenias. De Codri vero morte Juſtinus lib. 2. & Val. Max. lib. 5. cap. 6. Hinc *Codri jurgia* poëtarum materies. *Torr.* *Inacho.*] O Telephe, tu narras (hiſtoriam contexens) quot anni intercedant inter Inachum, primum Argivorum Regem, & Codrum, ultimum Regem Athenienſium.

2. *Pro patria non timidus.*] Codrus pro ſalute patriæ habitum ſervilem indutus, in medios hoſtes ſe immiſit, ut incognitus interficeretur.

3. *Et genus Æaci.*] Jovem, Æacum, Peleum, Achillem, Pyrrhum, &c.

4. *Sacro ſub Ilio.*] Non pro execrando hic accipio; ſed pro diis ejus urbis cuſtodibus dicato. Et alioqui apud veteres, tam urbes ipſæ, quam quæ ad urbium cuſtodiam ſpectabant, muri præſertim, ab omni injuria defenſi, inter ſacra aut ſancta potius habebantur. Ilium ergo & quia urbs, *ſacrum* rectè dicitur & peculiari etiam ratione, ob tot templa diis immortalibus olim illic conſecrata. *Torrent.* *Sacro bella ſub Ilio.*] Sub Ilio, à diis inſtructo. vide Od. 3. hujus libri.

5. *Quo Chium.*] Inter Græca vina Chio, inter Italica Falerno, primas dedere Romani. qua de re Epod. 9, Telephum jam in convivio ſuper cœnam multa de Græcorum rebus non ſuo tempore narrantem ex abrupto interpellat, & convivales ab eo ſermones flagitat. *Torr.* *Quo Chium pretio.*] Taces, id eſt, non narras, quo pretio emamus cadum vini Chii, vini optimi & laudatiſſimi.

6. *Quis aquam temperet, &c.*] Si de apparanda cœna loqui Poëtam credimus, verba hæc de calefaciendo balneo commodius intelligentur: ſin verò inter canendum ſic Poëta loquitur, ad pueros, qui potantibus miniſtrent, melius referentur. *Aquam ergo temperare ignibus* erit idem, quod alibi dicit, *ardentis Falerni pocula reſtinguere.* Nec tantum frigidam miſcebant ad temperandam vini vim; ſed calidam interdum, ut vini frigiditas, aut nive aut glacie quæſita, non noceret. Unde Juvenal. Sat. 5.

Quando vocatus adeſt calidæ gelidæque miniſter.

Torrent.

Quis aquam temperet ignibus.] Quis balneum calfaciat; nam veteres non niſi loti & uncti diſcumbebant.

7. *Quo præbente domum, &c.*] Rogari à ſe inter alia vult Horatius, quæ unà cum vicinis ruri vivens convivia mutuo celebraret, & à qua hora focum accendere & accumbere ſoleret. Id, ſi Gellio credimus, *mutitare*, vel ut alii volunt, *mutuitare* vocabant, quod in vices hoſpitem invitarent. Eamque ruris voluptatem non omiſit Virg. 1. Georg.

Mutuaque inter ſe læti convivia curant.

Torrent.

Quo præbente domum.] Taces cujus domi, & quota hora, cœnantes, Pelignum frigus truculento foco propulſemus.

8. *Pelignis caream.*] Pelignum, eſt oppidum apud Samnites, propter montes frigidum.

9. *Da*

Da Lunæ properè novæ,
Da noctis mediæ, da, puer auguris
Murenæ: tribus aut novem
Miſcentur cyathis pocula commodis.

Qui

9. *Da luna, &c.*] Interrupto Telephi ſermone minimè convivali, ut invitatione lætitiam excitet, arrepto calice, triplici nomine ſibi inſundi jubet. Dubitans verò quot unoquoque nomine cyathos poſceret, ſingulosne, qui ſimul tres, Charitum implerent numerum: an ternos potius, in Muſarum gratiam, qui unà novem conficerent: tandem inquit, *Inſanire libet, &c.* ut veriſimile ſit eum, quod vatem decebat, novem cyathos hauſiſſe. *Torr.* Turneb. lib. 24. cap. 25. *Da luna properè nova.*] Horatius alloquitur pincernam puerum, quaſi jam ſit in convivio, dicens puero: Da feſtinanter in honorem lunæ novæ poculum, id eſt, lunæ veſpertinæ & orientis, quia ab hoc tempore cœna initium capit. Da in gratiam noctis mediæ poculum: nam ad mediam noctem cœna producebatur. Da auguris Murenæ cyathum, id eſt, in honorem Murenæ, qui augurio pollebat.

11. *Murena.*] Fuit L. Licinius Varro Murena Terentiæ Mæcenatis frater (de quo hic loqui Horatium crediderim) fortè Augur factus cum hæc ſcriberentur. vide Turneb. lib. 23. cap. 27. *Torrent.* Alii volunt per *Augurem Murenam* tempus matutinum deſignari, quia augures auguria captabant, aviumque volatus & garritus obſervabant ſub ortum Solis. Ita oſtendit Horatius ſe & ſodales ſuos totam noctem compotaturos, compotationemque ad lucem producturos. Turn. lib. 16. c. 11. *Lamb.* *Tribus aut novem.*] Cùm pauciſſimi ſunt convivæ, non pauciores eſſent, quàm tres, & cùm plurimi, non plures, quàm novem, ne rixæ excitentur ex ebrietate.

12. *Miſcentur.*] Poeta velut Bacchi numine plenus furit ac lymphatur ac nil niſi cyathos ac vina poſtulat.

Da luna, &c.
Tribus aut novem miſcentur cyathis pocula commodis.

Sed τὸ *miſcentur* mihi nimis languidum pro bacchanti, ac velut entheo furore concitato videbatur, legebamque *miſcenter.* Rectè ac pro imperio. Sed quid eſt *Cyathis commodis*? Interpres vetus exponit *aptis*: Hoc eſt, opinor, ut diffuſius alii, *convenientibus cuique ſuis: ut qui in Muſarum ſunt tutela, ad illarum numerum novem ſumant pocula: qui verò Gratiis ſeu Charitibus placere volunt, duntaxat tria.* Eſt qui *minoribus, & ad voluptatem tantum explicet*: hoc eſt, ut interpretatur alius, *ebrietatem non inducentibus.* Sed illis reſponderet Horatius:

Parcentes ego dexteras Odi.

Quid enim tota hæc Ode aliud, quam vatem potandi amore furentem ſpirat? Quare aliud quærendum eſt. Romani id cui nihil deeſt, ſed perfectum, omnibuſque numeris plenum eſt, vocant *commodum.* Ita *talentum commodum* à Plauto. Cicero lib. Oeconom. *Tum autem quod ſimplex natura non omnes res commodas amplecti volebat, idcirco alterum alterius indigere voluit,* &c. *Res commodas* vocat perfectas, ac quibus nihil deeſt. Scævola lib. 18. Digeſtor. *Alimenta commoda, quæ vivam præſtabat, dari juſſerat,* hoc eſt, quæ omnibus numeris abſoluta ſunt, hoc eſt, quæ victum & veſtitum, atque etiam habitationem continent. Ita igitur Horatius *Commodos* vocat *cyathos*, plenos, quibuſque ad juſtam menſuram nihil deſit. Et tales certè poſcere debebat is, cui è vino inſanire conſtitutum erat. *Rutgerſ.* *Commodis cyathis.*] Cyathis convenientibus cuique ſuis.

13. *Im-*

Qui Muſas amat impareis,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates: treis prohibet ſupra
Rixarum metuens tangere Gratia,
Nudis juncta ſororibus.
Inſanire juvat: cur Berecynthiæ
Ceſſant flamina tibiæ
Cur pendet tacita fiſtula cum lyra?
Parcenteis ego dexteras
Odi: ſparge roſas. audiat invidus
Dementem ſtrepitum Lycus,
Et vicina ſeni non habilis Lyco.
Spiſſa te nitidum coma,

Puro

13. *Imparis.*] Muſæ ſunt numero novem.

14. *Ternos ter cyathos.*] Novies bibet. *Attonitus petet.*] Ἐμβρόντητος, quod perpetuum excellentis poëtæ epithetum eſt. Totum enim illud genus θεῖον καὶ ἐνθουσιαστικὸν vocat Plato, ut puta qui natura melancholici ferè ſint. At vero bili cum vinum affunditur, tum duplici calore agitata mente, magis etiam inſaniunt. *Torrent.*

15. *Vates.*] Poëta attonitus, & quaſi jam ſtupeſcens ex nimio vino.

17. *Nudis juncta.*] Nudæ idcirco finguntur Gratiæ quia ſine fuco eſſe debent.

18. *Inſanire juvat.*] Relictis Gratiis modeſtioribus, venit ad Muſas poëtici furoris præſides: & per quandam ἀγανάκτησιν, cum juvet, inquit, inſanire, Muſiſque libare vina, cur Muſarum non ſunt omnia plena, cur non inflantur tibiæ Phrygiæ, cur tacet fiſtula, cur lyra non reſonat? *Cruq.* *Juvat.*] Juvat me inebriari & furere. *Cur Berecynthiæ.*] Cur ceſſant ſoni tibiæ Phrygiæ, quæ ſacris Berecynthiæ matris deorum adhiberi conſueverat. vide lib. 4. Od. 15.

21. *Parcenteis ego dexteras.*] Manus otioſas à tibiæ cantu, vel parce miniſtrantes.

22. *Sparge roſas.*] O puer inſperge roſas menſæ.

23. *Dementem ſtrepitum.*] Noſtræ hilaritatis indicem. *Lycus.*] Lycus vicinus.

24. *Et vicina.*] Et ſtrepitum noſtrum audiat vicina puella, quæ Lyco ſeni non eſt apta.

Et vicina ſeni non habili Lyco.
Acro ſic legit & explicat: *Uxor quæ ſeni puella* inhabili *conjuncta eſſet. unde & zelum ejus oſtendit*, dum inhabilem, *dicit.* Sed cur *vicina*, quæ erat uxor? Nimirum quod cum & puella & vegeta, & in ipſo flore ætatis; Lycus autem confectus ſenio, & ad Veneris opus peragendum jam inhabilis, non quaſi uxor, hoc eſt, ea conſuetudine, quam conjugii ratio poſtulat, cum marito ageret, ſed in talia, ac non aliter quam vicina cum vicino, cum Lyco degeret. *Rutgerſ.*

25. *Spiſſa te nitidum.*] Ordo eſt: O Telephe, tempeſtiva Chloë petit te nitidum ſpiſſa coma, & puro ſimilem veſpero. Merito ergò à puellis expetebatur, ut hic & lib. 1. Od. 13. & lib. 4.

Od.

Puro te ſimilem, Telephe, veſpero,
Tempeſtiva petit Chloë:
Me lentus Glyceræ torret amor meæ.

Od. 11. *Coma.*] Adoleſcentes denſum habent capillum, ſenes vero caloris defectu calveſcunt.

26. *Veſpero.*] Veſpertino ſyderi.

27. *Tempeſtiva petit.*] Chloë nubilis, & viri potens. *Chloë.*] In manuſcriptis duobus, *Rhode.*

28. *Me lentus, &c.*] Contabeſcere ſe languentem amore ſignificat, ut Od. 13. l. 1. & pulcrè Tibull. l. 1. Eleg. 4.

Eheu quam Marathus lento me torquet amore.

Id eſt, longo ac difficili, quique ſolvi nequeat, *ut lenta vincula* Plautus dixit. *Torr. Lentus Glyceræ amor.*] Languidus amor, qui lente, & diu protractus, me languore afficit. *Torret amor.*] Interius conſumit.

ODE XX. μιμητική.

Ad PYRRHUM.

Ne formoſum Nearchum à ſua meretricula abſtrahat.

NON *vides quanto moveas periclo,*
Pyrrhe, Getulæ catulos leænæ?
Dura poſt paulo fugies inaudax
Prælia raptor:
Quum per obſtanteis juvenum catervas
Ibit inſignem repetens Nearchum:
Grande certamen, tibi præda cedat
Major, an illi.

Inte-

1. M*Oveas periclo.*] Eripere coneris: pro *amoveas.*

2. *Getulæ catulos leænæ.*] Leonum nutrix Africa; ut de Mauritania dixit lib. 1. Od 22. leæna autem feta pro catulis dimicante, nihil terribilius. Plin. lib. 8. cap. 16. Bene igitur Horatius feminam cui amores ſubtrahantur, ferociſſimæ illi belluæ comparat, cui raptor, impar viribus, diu reſiſtere non auſit. *Torrent. Catulos leænæ:*] Cruquius credit hic alludi ad lenam, quæ catulos, id eſt, pueros alebat meritorios lucri gratia, inter quos erat Nearchus, quem rapere invita lena, non erat tutum. *Leænæ.*] Per leænam intelligit puellam; per catulum, Nearchum; per raptorem, Pyrrhum.

3. *Inaudax.*] Timidus raptor.

5. *Obſtantes.*] Impedientes & diſſuadentes, ne per vim repetat Nearchum. *Cruquius. Juvenum.*] Qui Pyrrho æquali ſuo faveant, ut in nuptiis fieri conſueviſſe Catullus oſtendit pulcerrimo illo carmine,

Veſper adeſt, juvenes conſurgite, &c.

6. *Ibit inſignem.*] Quum ibit meretricula. *Nearchum.*] Talis hic iſti feminæ, qualis apud Tibullum Sulpiciæ Cerinthus. *Torrent.*

7. *Grande certamen.*] Magna contentio erit inter vos, utrum tu vinces, an illa, id eſt, uter veſtrûm Nearcho ſit potiturus.

8. *Major.*] Utilior & gratior, tibine ob amorem; an illi ob lucrum. *Cruq.*

Interim dum tu celereis ſagittas
Promis, hæc denteis acuit timendos;
Arbiter pugnæ poſuiſſe nudo
Sub pede palmam
Fertur, & leni recreare vento
Sparſum odoratis humerum capillis:
Qualis aut Nireus fuit, aut aquoſa
Raptus ab Ida.

9. *Interim dum.*] Manet Poëta in ſuaviſſima Allegoria.

10. *Hæc dentes.*] Et dum hæc dentes acuit. *Dentes acuit timendos.*] Id facere apri ſolent, quod & Virg. Georg. teſtatur:

Ipſe ruit denteſque Sabellicus exacuit ſus,
Et pede proſubigit terram, fricat arbore coſtas, &c.

11. *Arbiter pugnæ.*] Ad ſimilitudinem eorum, qui ludis ſive ſcenicis, ſive gymnicis præerant, ac victoribus ſua præmia deferebant. Græci *βραβευτὰς* & *ἀγωνοθέτας* vocant. Idem hic ergo certaminis judex, qui & prædæ fuit. *Torrent.* *Arbiter pugnæ.*] Ille Nearchus quaſi pugnæ judex dicitur habere in ſua poteſtate victoriam, ut utri velit, victoriam adjudicet.

12. *Sub pede palmam.*] Dicimur ea *Sub pedibus ponere & habere*, quæ plane in noſtra ſunt poteſtate, ita ut proterere & calcare liceat, cum lubet: & ſic Græci ὑπὸ πόδας τίθεσθαι & πατεῖν. P. Victorius Var. lect. lib. 15. cap. 4. Nearchum ergo adoleſcentem ſecurum eſſe oſtendit atque eorum negligere contentionem, qui de re, quæ in ipſius arbitrio ſit, litigent. *Torr.* vide & Franc. Luiſini Parergon lib. 11. cap. 26.

13. *Et leni recreare.*] Fertur recreare, &c.

15. *Nireus fuit, aut.*] Rex Naxi, omnium Græcorum, qui ad Trojanum bellum venerunt, excepto Achille, formoſiſſimus: & cujus forma in proverbium abiit.

16. *Raptus.*] Ganymedes. *Ida.*] Ida Phrygiæ mons eſt fontibus abundans, unde duo refluunt fluvii, Scamander, & Simoïs.

ODE XXI. προσφωνητική.

Ad AMPHORAM.

Jocoſe eam admonet, ut vinum vetuſtum in Corvini gratiam effundat, unde occaſione oblata, vini laudes commemorat.

O NATA *mecum conſule Manlio,*
Seu tu querelas, ſive geris jocos,

Seu

1. NAta mecum Conſule Manlio.] L. Manlio Torquato, & L. Aurelio Cotta Conſule, natum Horatium jam ante oſtendimus, Od. 14. Quare ſuum Conſulem vocat Torquatum Epod. 13. *Torrent.* *Nata mecum Conſule Manlio.*] O pia reſta nata mecum, id eſt, cum ego naſcerer Venuſii in Apulia.

2. *Seu tu querelas.*] Optat harum rerum magiſter optimus, Ariſt. Problem. volum. xxx. idem in corpore humano vinum,

Seu rixam, & inſanos amores,
Seu facilem, pia teſta, ſomnum:
Quocunque lectum nomine Maſſicum
Servas, moveri digna bono die:
Deſcende, Corvino jubente,
Promere languidiora vina.
Non ille, quanquam Socraticis madet
Sermonibus, te negliget horridus:
Narratur & priſci Catonis

Sæpe

vinum, quod atram bilem efficere. Nam pro cujuſque indole ac natura, humorumque temperatione, diverſas quoque affectiones cernimus. *Torr.* *Seu tu querelas.*] Varii ſunt vini effectus, juxta varia hominum temperamenta, & ingenia. Exempli cauſa ſi quis bilioſus, & iracundus natura, paulo liberius bibat, ille ſuam iracundiam ſtatim declarat; & ſic de cæteris.

5. *Quocunque lectum nomine.*] Corrigere quodammodo errorem videtur. nam qui paulo ante Manlio Conſule amphoram, anno ſuo natali, natam dixerat, ne temere illud affirmare videatur; nunc ſive illo, inquit, ſive alio Conſule, ac fortè etiam melioris notæ conditum ſervas Maſſicum, deſcende. Vini enim ætas à Conſulibus numerabatur, atque Conſules vino nomen ac titulum dabant, teſte Plinio, lib. 14. cap. 13. De *Maſſico* autem diximus lib. 1. Od. 1. *Torrent.* *Quocunque lectum nomine.*] Cujuſcunque Conſulis nomine notaris, & ſervas vinum Campanum in Maſſicis montibus natum, *electum* pro optimo.

6. *Bono die.*] Die feſto.

7. *Deſcende, Corvino.*] Ex verbo deſcendendi colligere licet, vaſa vinaria tunc temporis in apothecis editioribus fuiſſe locata, fortaſſè, ut fumoſa fierent. *Corvino jubente.*] Non dubito quin is fuerit M. Valerius M. F. M. N. Meſſalla Corvinus, quem & Tibullus celebrat, vir Auguſti temporibus maximus; qui etiam A. U. C. DCCXXII. Coſ. fuit, & quadriennio poſt de Gallia triumphavit. Tanto igitur viro jubente, hoc eſt, in tanti viri honorem, meritò optimæ notæ vinum poſcit Horatius. *Torr.* Deſcende *promere*, id eſt, ad promendum, Hellenicôs. *Cruquius.*

8. *Languidiora vina.*] Ob ſenectutem, quemadmodum Od. 16. diximus, in quibus ſcilicet quicquid juvenile ac recens fuerat jam deferbuerit. Poterit, ni fallor, ille languor etiam ad ſaporem referri. *Torr.* *Languidiora vina.*] Vina vetuſtate mitiora.

9. *Non ille, quanquam.*] Quamvis Corvinus philoſophia Socratica ſit refertus, non tamen ita erit horridus, ut te negligat, ſed magno in honore illi es futura.

10. *Te negliget horridus.*] Id eſt, non erit tam horridus, ut te negligat. *Steph.*

11. *Priſci Catonis.*] Id ad Catonem Uticenſem potius, quam ad Cenſorium referendum. nam hujus quidem tempeſtiva convivia & Plutarchus & Cicero commemorant: at illi etiam temulentia ab inimicis objiciebatur. Sed ſi de Catone Minore loquitur Poëta, cur *priſcum* illum vocat? Ego vocabulum hoc non ad ætatem, ſed ad morum ſeveritatem referendum arbitror. veteres enim ſeveriores fuiſſe, recentior ſemper ætas credit: hinc *priſcus*, pro ſevero ponitur. Verbum tamen, *narratur*, Catoni Majori melius convenit; alterum enim florentem Poëta vidit. Jam Catonis

Sæpe mero caluiſſe virtus.
Tu lene tormentum ingenio admoves
Plerunque duro: tu ſapientium
Curas, & arcanum jocoſo
Conſilium retegis Lyæo:
Tu ſpem reducis mentibus anxiis,
Vireiſque, & addis cornua pauperi;
Poſt te neque iratos trementi
Regum apices, neque militum arma.
Te, Liber, & ſi læta aderit Venus,
Segneſque nodum ſolvere Gratiæ,
Vivæque producent lucernæ,

Dum

virtus, pro Catone poni, notum eſt. *Torr.* *Catonis.*] Catonis virtus, id eſt, prudens Cato, vino parce ſumpto hilaris fuiſſe dicitur.

13. *Tu lene tormentum.*] Laus vini. per te (ô pia teſta) quaſi per eculeum, & lene tormentum ingenia ſeveriora explorantur, qualia ſint. *Tormentum ingenio duro.*] Vocat *durum ingenium*, aſperum ac ſeverum, quale Demeæ Terentiani erat, & omnium ſerio philoſophantium eſſe ſolet. Ei lene tormentum vino admoveri ait Horatius, quod largius hauſtum triſtitiam illam ſenſim ac latenter expugnet. Quare interdum etiam ad ebrietatem ſe invitare ſapientes permittunt, non quæ mergat nos, ſed quæ deprimat curas. *Torr.* Sed Cruquius *tormentum* dici ait κατ' ἀντίφρασιν pro lenimento, ſumpta metaphora à quæſtionibus. Significat ergò Horatius ingenia ſeveriora, vino interdum leniri ac temperari: vel vino tanquam tormento quodam explorari, qualia ſint. *Lene* autem dixit, quia alia tormenta aſpera, gravia, &c. *Lamb.* Celebratur cujuſdam Perſæ Apophthegma, qui negavit tormentis opus eſſe ad exquirendum verum, vino enim rectius elici. Vide Eraſmum in proverb. *In vino veritas.*

15. *Curas, & arcanum jocoſo.*] Graviores cogitationes, & conſilium reconditum vino hilari prodis, & in lucem profers.

16. *Lyæo.*] Vino. Lyæus unum eſt ex nominibus Bacchi.

18. *Cornua pauperi.*] Addis audaciam, & confidentiam. Baccho cornua affinguntur, vide Od. 19. lib. 2. Ordo eſt, tu addis cornua pauperi poſt te, (id eſt, poſtquam te ſumpſerit) nec trementi apices regum, (id eſt, regum majeſtatem) nec arma militum.

20. *Regum apices.*] Proprie *Apex* ſacerdotum inſigne, teſte Feſt. Horatius ad regum diadema tranſtulit. *Torrent.*

21. *Te Liber, & ſi læta.*] O pia teſta, Bacchus, Venus, Gratiæ & lucernæ producent te, id eſt, producent convivium, in quo tua pocula bibentur totam noctem.

22. *Segneſque ſolvere.*] Id eſt, quæ planè inſolubiles ſint: ut parcus deorum cultor, qui deos prorſus non colat. Vide lib. 2. Od. 30. Turn. l. 19. c. 29. & lib. 30. cap. 11. *Torr.* *Segneſque nodum.*] Ægrè diſtrahuntur, quos Gratiæ conjungunt.

23. *Vivæ lucernæ.*] Vivunt enim, quamdiu accenſæ lumen illud jaciunt, ad quos totas ſæpe noctes pervigiles potita-

Dum rediens fugat aſtra Phœbus.

titabant. *Vivaque producent.*] Ardentes lucernæ.

24. *Dum rediens fugat.*] Dum redit aurora.

ODE XXII. *Ἀναθετική.*

In DIANAM.

Dianæ, cujus officia celebrat, pinum villæ ſuæ imminentem, conſecrat.

MONTIUM *cuſtos, nemorumque virgo,*
Quæ laborantes utero puellas
Ter vocata audis, adimiſque letho
Diva triformis:
Imminens villæ tua pinus eſto,
Quam per exactos ego lætus annos,
Verris

1. M*Ontium cuſtos, &c.*] Sic in Carmine ſæculari: *Silvarumque potens Diana.* Dicta autem *Diana* vel à duplici via, quaſi *Diviana*; vel ab eundo, quaſi *Jana.* Et *Lucina*, dicta, quod luci præſit: ſive à producendo in lucem fœtu: *Junonis* etiam nomen ei à juvando tribuitur. Et *Opiferam* & *Opigenam* matronæ colebant, quod ferre opem in partu laborantibus credebant, teſte Feſt. Et *Ilithya* vocata, Græce *εἰλείθυια*, ἀπὸ ἑλίττεσθαι, quod evolvere ſignificat, vel ἀπὸ τοῦ ἐλθεῖν, *ὅτι εἰς τὰς τικτούσας ἐλθεῖ*, id eſt, quod parientibus adveniat, atque opem ferat. Qua ratione etiam λυσίζωνος nuncupata eſt, teſte Heſychio, quod zonam ſolveret. *Torr. Montium cuſtos.*] Diana venatrix per montes vagatur.

2. *Laborantes utero puellas.*] Parturientes audis, unde appellatur Lucina, quod infantibus in lucem venientibus opem ferat.

3. *Ter vocata audis.*] Numerus ternarius religioni tribuitur. *Adimiſque letho.*] Quæ præſtas ut mulieres ſalvæ pariant, & incolumes.

4. *Diva triformis.*] Τρίμορφος, τριπρόσωπος: Unde & Virgil.

Tergeminamque Hecaten, tria Virginis ora Dianæ.

Sive quod alia videatur dum creſcit, alia cum plena eſt, & iterum dum decreſcit: ſive quod triplici ſit poteſtate, & in cœlo, & in terra, & apud inferos. Quin & *Triviam* appellari volunt, non tam quod in triviis colatur, quam ob triplicem ejus in cœlo viam: movetur enim in altitudinem, latitudinem & longitudinem, quæ Varronis ſententia eſt. *Torr. Diva triformis.*] Triplicem perſonam gerens, in cœlo, in terris, apud inferos. unde triplex ſortitur nomen, Lunam, Dianam, Proſerpinam.

5. *Imminens villæ tua.*] Volo ut pinus ſit tua, & tibi ſacra, quæ fundo meo imminet. *Tua pinus eſto.*] Quid ad Dianam pinus? An ob id forte deæ perpetuò virgini convenit, quod ſemel exciſa non repullulaſcit? An ideo potius, quod multis rationibus probari facile poſſit, eandem eſſe Cybelen & Iſidem: nec Iſidem differre à Diana? At Cybeles arbor pinus eſt. *Torr.*

6. *Exactos ego lætus annos.*] Per finitos, & confectos annos, id eſt, quotannis.

Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

7. *Verris obliquum.*] Verres eſt porcus non caſtratus. Turn. lib. 29. c. 25.

8. *Donem.*] Quam pinum ego donem ſanguine verris meditantis obliquum ictum, id eſt, conantis morſione obliqua eum vulnerare, à quo cædatur in ſacrificium.

ODE XXIII. ἀσυμφωνητική.

Ad PHIDILEN.

Ab illa poſſe placari Lares exiguis etiam ſacrificiis dicit, & minimè ſumptuoſis: modo hæc à puris manibus proficiſcantur.

COElo *ſupinas ſi tuleris manus*
Naſcente Luna, ruſtica Phidile,
Si thure placaris, & horna
Fruge lareis, avidaque porca:
Nec peſtilentem ſentiet Africum

Fæ-

1. COElo *ſupinas.*] Exordium ab hypotheſi: ſi Deo ſupplicaveris, ſacraque piè feceris, multa mala effugies. *Supinas.*] Supinum prono opponitur. At hîc & in ſimilibus, *ſupinus* eſt ſublimis, cœlum verſus: qui geſtus eſt ſupplicantium. *Cruq. Supinas ſi tuleris manus.*] Manus ſupplices, & ad cœlum expanſas.

2. *Naſcente Luna.*] Luna mater eſt plantarum, idcirco ruſticæ mulieres in novilunio ei ſacrificabant. *Ruſtica Phidile.*] Suam, ut puto ruſticam alloquitur. Solent autem villicæ procliviores eſſe in ſuperſtitionem. Et veteres, cum in rebus omnibus, tum in agricultura, nihil illis recte ſuccedere exiſtimabant, qui deorum cultum negligerent; bene igitur Virgil.

Imprimis venerare deos, atque annua magna
Sacra refer Cereri.

Tum *naſcente luna* quod ait Horatius, ad Kalendas, veterum more referre debet. *Torrent.*

3. *Horna fruge.*] Hoc eſt, præſentis anni: ut *Horna vina* dixit Epod. XI. At qui proſa ſcripſere oratione, *hornotinum* dicere maluerunt. Videntur autem veteres in ſacrificiis ſuis, frugibus recentibus magis uſi: tum & frugum primitias Laribus dabant. De quo lib. 2. Sat. 5. *Ante Larem guſtet, &c.* Torr. *Horna.*] Hujus anni vino novello.

4. *Avidaque porca.*] Propert. lib. 4. Eleg. I. *Parva ſaginati luſtrabant compita porci.* Atqui *compita* Laribus ſacrata fuiſſe conſtat; unde & *compitales Lares*, quod, ut inquit Ovid. *Compita ſervant &c.* Quod ergò *porca* dixit Horatius, enallagen eſſe arbitror, pro *Porco*. At vero Cereri porca immolabatur. Sed & Mania Larium ſive mater, ſive avia, communi cum Laribus ſacrificio colebatur. Maniæ autem porca convenit. *Torr. Avidaque porca.*] Edaci, & inexplebili porca. Laribus, id eſt, diis familiaribus porca immolabatur propterea, quod hæc pecus tantum utilis eſt ad eſcam, qua familiam abundare optamus.

5. *Africum.*] Ventum inferentem vitibus

Fœcunda vitis, nec ſterilem ſeges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero grave tempus anno.
Nam quæ nivali paſcitur Algido
Devota, quercus inter, & ilices:
Aut creſcit Albanis in herbis
Victima, Pontificum ſecureis
Cervice tinget. te nihil attinet
Tentare multâ cæde bidentium
Parvos coronantem marino
Rore

tibus peſtem, qua vites ſterileſcunt.

6. *Fœcunda vitis.*] Rubigine nigreſcit ſpica, & fit infœcunda.

7. *Alumni.*] Dulces liberi. Ordo eſt, aut dulces alumni grave tempus non ſentient anno pomifero, id eſt, anni parte pomifera, nempe Autumno, quando pueri pomis vehementer delectantur.

8. *Grave tempus.*] Tempus peſtilens & inſalubre.

9. *Nam quæ nivali.*] Αἰτιολογία ejus quod dixit, lares placari ture & fruge, ne ſollicita ſit Phidyle de victima pingui & magnifica, qualem decet mactare Pontifices pro ſalute populi. *Cruq.* *Nam quæ nivali, &c.*] Ordo eſt: Nam victima quæ paſcitur nivali Algido inter quercus & ilices, aut quæ creſcit in Albanis herbis, tinget ſecures pontificum cervice, id eſt, Magnæ victimæ à Pontificibus ſunt immolandæ. *Algido nivali.*] Lib. I. Od. 21. *Gelidum* vocat. *Nivali.*] In monte nivibus cooperto.

10. *Devota.*] Victima ex voto diis promiſſa & aris deſtinata.

11. *Albanis.*] In paſcuis Albani montis.

12. *Pontificum ſecureis.*] Non ſatis proprie locutus videtur Horatius. ante enim ſecuri feriebant hoſtiam, at proſtratam poſtea ſuppoſitis cultris jugulabant, quos *cultrarios* appellabant. Sic enim Virgil.

Supponunt alii cultros, tepidumq; cruorem
Excipiunt pateris.

Cervicem tamen victimæ ferire ſolitos, non ſolus hic Horatius oſtendit, ſed etiam Virg. lib. 2. Æneid. *Et incertam excuſſit cervice ſecurim, &c.* Ideo autem non frontem victimæ, ſed tempora feriri ſolitos crediderim. *Torr.*

13. *Tinget.*] Madefaciet. *Te nihil attinet.*] Ordo eſt, te coronantem parvos deos marino rore, & fragili myrto nihil attinet tentare ipſos deos multa cæde bidentium.

14. *Tentare multa cæde.*] Placare parvos deos, id eſt, lares, vel penates mactando multas bidentes. *Multa cæde bidentium.*] *Bidentes*, ut arbitror, pro quocunque pecore dixit, ex veterum ſententia, de qua Gellius lib. 16. c. 6. & Macrob. lib. 7. cap. 9. *Bidentes* enim quaſi biennes: aut ut alii malunt, duos dentes longiores cæteris habentes. *Tentare* autem *deos bidentium cæde*, eſt experiri quid per ſacrificia ab ipſis obtineri poſſit. *Bidentium.*] Ovium bimarum.

15. *Parvos coronantem marino.*] *Parvos* vocat minime arte aut materia ſumptuoſos, quales in villa eſſe convenit. Et *roris marini* quidem uſum ad deorum corollas hic locus probat, quare & inter *στεφανωματικὴ* à Dioſcoride numeratur: Turn. vero lib. 13 cap. 21. etiam aſpergillum inde, ſicut & ex lauro, fieri in ſacris ſolere tradit. *Torrent.*

 16. Ro-

Rore Deos, fragilique myrto.
Immunis aram ſi tetigit manus:
Non ſumptuoſa blandior hoſtia,
Mollibit averſos Penateis
Farre pio, & ſaliente mica.

16. *Rore Deos.*] Roſmarino. *Fragilique myrto.*] *Fragilem* vocat, ut *Teneras defende à frigore myrtos*, dixit Virg. Eclog. 7. Addunt etiam vita brevem eſſe. Antiqui & *Myrtum* & *Myrtam* dicebant. Vide lib. 2. Od. 7. *Torrent.*

17. *Immunis aram ſi tetigit manus.*] Proprie dicitur *immunis* ſine munere, otioſus. Horatius vero abſolute *immunem manum* dixit, pro immuni à culpa aut ſcelere, ac plane pura. *Tangere* autem *aram* dixit, pro precari deos. Credebant enim veteres orationem non litare, niſi is qui deos precaretur, etiam aram manibus apprehenderet. Unde *aras* primum *anſas* dictas fuiſſe Varro tradidit, & Macrob. lib. 3. Saturn. c. 2. Nec ſolum id in obſecrationibus ſollenne erat, ſed & de re magna aliqua juraturi templa adibant, tactiſque aris jurejurando ſe obſtringebant. Plin. lib. 2. c. 7. *Torr.* *Immunis aram ſi tetigit manus.*] Immunis manus, ſine dubio eſt, vacua munere, non immunis à ſcelere: ſequens enim verſus ſententiam Platonicam continet, ſumptuoſas victimas non eſſe *θεραπείαν* deorum, ſed *κολακείαν*. Ita igitur accipe: manus vacua, non autem illius, qui ut Diis blandiatur ſumptuoſas eorum aris hoſtias admovet: ſacra Penatibus faciens, litabit farre, aut alio quamlibet tenui munuſculo, quod ab animo pio proficiſcatur. *Caſaubon.* *Immunis aram ſi tetigit manus.*] Si tua manus immunis à ſcelere aram tetigit, certè placabit iratos deos, quæ quidem manus nihil gratior aut acceptior iis fuerit, propter ſumptuoſam hoſtiam, quam ſi far, aut micam ſalis offerres; id eſt, Non magna munera, ſed mens ſincera deos placat.

18. *Non ſumptuoſa.*] Si pura aram tangat manus: eo ipſo quod ſumptus aberit, diis gratior, & ad exorandum efficacior, mollibit, &c. *Torrent.*

20. *Farre pio, &c*] Eſt *mola ſalſa* periphraſis, quæ nihil aliud erat, quam far toſtum aſperum ſale. *Molam* autem vocabant, quod molito ad id farre utebantur. Veteres autem Græci integro hordeo ſive ſolido, in priſcæ vitæ memoriam, nondum tunc inventa molendi fruges ratione, utebantur. *Torr.* Vide & Turn. lib. 7. cap. 13. *Farre pio.*] Farre pie oblato. *Saliente mica.*] Mica ſaltante vel crepitante: nam ſal igni tactus ſaltat, & crepitat. Cruquius exponit *ſaliente*, far ſalſum reddente.

ODE XXIV. *προσφωνητική.*

In Divites avaros.

INTACTIS *opulentior*

The-

1. *Intactis opulentior.*] Intactos hic Arabum theſauros dicit, ut lib. 2. Od. 12. *Plenas Arabum domos:* quas nondum ſcilicet Romanorum avaritia exhauſerat. Tum nove *theſauris opulentior* dixit Poëta, pro his qui theſauros illos poſſideant, hoc eſt, pro Arabibus ipſis. *Torrent.* *Intactis opulentior.*] Romani Arabes nondum invaſerunt. Ordo eſt: Licet tu opulentior theſuris intactis Arabum, & divitis Indæ, occupes, mare Tyrrhenum, & Punicum tuis cæmentis

Theſauris Arabum, & divitis Indiæ,
Cæmentis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis, & mare Ponticum:
Si fugit adamantinos
Summis verticibus dira neceſſitas
Clavos: non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
Campeſtres melius Scythæ,
Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos,
Vivunt, & rigidi Getæ:
Immetata quibus jugera liberas

mentis, tamen tu non expedies animum metu, &c.

2. *Arabum.*] Ex Arabia proveniunt aromata in omnes partes orbis. *Indiæ.*] India, auro, argento, lapilliſque precioſiſſimis abundat.

3. *Cæmentis.*] Saxis cæſis ad ædificandum in mari, vide Od. 1.

4. *Tyrrhenum omne tuis.*] Mare Tuſcum omne. per Hyperb. exprimit inſana ædificia illius ſæculi. *Mare Ponticum.*] Lambinus *Apullicum* ſubſtituit. Torrentius in tribus codicibus M. S. *Apulicum* ſimplici *l* reperit, & placuit: ut utrumque Italiæ littus intelligamus, ſuperi maris per *Apulicum*, inferi maris per *Tyrrhenum.* Torr. Alii legunt *Publicum*, cum hac adnotatione, id eſt, late patens. *Cruquius.*

5. *Si figit adamantinos.*] *Clavos adamantinos* dixit, ut *tunicam adamantinam* lib. 1. Od. 6. Ab ejus lapidis duritia. Quomodo autem *neceſſitatis* vocabulum accipiat Horatius Od. 1. hujus libri diximus. Cujus ut inevitabilem illam vim ob oculos poneret, ei adamantinos clavos attribuit, quos etiam ſummis verticibus, nihil regum morata apices, figit, nec ſummis etiam capitibus ſeu viris in excelſo gradu poſitis, parſit. *Torr.* *Si figit.*] Si fato mors ingruat, non te liberabunt tuæ divitiæ, quamvis ampliſſimæ. *Adamantinos.*] Clavos firmiſſimos & infrangibiles, ut eſt Adamas. vide Od. 35. lib. 1.

6. *Dira neceſſitas.*] Triſte fatum.

8. *Expedies caput.*] Non extricabis caput.

9. *Campeſtres melius Scythæ.*] Scythæ in campis, non domibus habitantes: quæ gens vaga dicta eſt à mutandis paſcuis.

10. *Plauſtra vagas, &c.*] Ob hoc *profugos* vocat l. 1. Od. 35. Græci etiam ἀμαξικοὺς ϗ ἀμαξοβίους.

11. *Rigidi Getæ.*] Qui Scythis ut regione, ſic moribus proximi. *Rigidos* autem appellat Poëta, vel ob vitæ auſteritatem, in qua nihil cultum, nihil urbanum: vel ob frigoris duritiem. *Torrent.* *Rigidi Getæ.*] Getæ propter frigidam regionem dicuntur aſperi, qui carentes rebus ad victum neceſſariis equas mulgent, & lac earum vaſis exceptum potant. Apellant Græci, ἱππημολγοὺς.

12. *Immetata jugera.*] Vocat autem *jugera*, illa agri ſpatia, quæ ſibi quiſque non certis cum vicino finibus, ſed pro neceſſitatibus atque indigentiæ modo, eo forte anno colenda deſumpſiſſet. *Torrent.* *Immetata quibus jugera.*] Quibus jugera nullis metis diſtincta fruges efferunt liberas, id eſt, non unius proprias, ſed omnibus communes.

Fruges & Cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua,
Defunctumque laboribus
Æquali recreat ſorte vicarius.
Illic matre carentibus
Privignis mulier temperat innocens:
Nec dotata regit virum
Conjux, nec nitido fidit adultero.
DOS *eſt magna parentium*
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere caſtitas:
Et peccare nefas, aut pretium eſt mori.

O quiſ-

14. *Nec cultura.*] Nec plus ferunt, quam ad annum ſufficiat.

15. *Defunctumque laboribus.*] Ad colendum agrum ſingulis annis ſuccedit alius alii, ſicut eum (qui annum laboravit, ſuiſque laboribus eſt defunctus) vicarius recreat æquali ſorte, id eſt, ſimili labore; nam ipſe quoque annuum laborem explet.

16. *Æquali recreat ſorte.*] Ille enim culturæ labor in circulum redibat, ſeſe mutuo ſublevantibus, atque alternatim quieſcentibus; nam qui vices alterius gerit, proprie *vicarius* dicitur. *Torrent.*

17. *Illic matre.*] Illic noverca non ſævit in privignos.

18. *Privignis.*] Satis fuiſſet *privignis* dixiſſe. Iteratio igitur eſt: niſi enim matre careat, privignus non eſt. *Torrent.* *Temperat.*] Parat pocula. Nam & Ovidius de ſuo conquerens tempore, ait:

Lurida terribiles miſcent aconita novercæ.

Quæ expoſitio Acronis & Glareani eſt. *Temperat innocens.*] Parcit, mitis & benefica eſt in privignos.

19. *Nec dotata regit virum.*]Qualis in Plauti Aſinaria Artemona: cujus maritus Demænetus, notum illum omnibus verſiculum protulit:

Argentum accepi, dote imperium vendidi.

Tum alibi Megadorus:

Nam quæ indotata eſt, in poteſtate eſt viri:
Dotatæ mactant & malo & damno viros.

Torrent.

Regit virum.] Nec imperat viro, aut domina eſt mariti.

20. *Fidit.*]Qui adverſus leges & maritum, adulteram defendat. *Torr.* *Nec nitido fidit adultero*] Nec in ſplendido, compto & unguentis delibuto adultero ponit fiduciam.

21. *Dos eſt magna parentium virtus.*] *Parentium virtutem* dicit, non genus aut nobilitatem. ſi quidem non minor timenda viro, qui uxori impar ſit, à generis quam dotis exprobratione, moleſtia eſt. Recte enim Satyricus:

Malo Venuſinam, quam te Cornelia mater
Gracchorum, magnis ſi cum virtutibus adfers
Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos.

22. *Et metuens.*]Et caſtitas nolens ab alio viro tangi.

23. *Certo fœdere caſtitas.*] Copula conjugali, in qua fœdus initum eſt, ut alter alteri fidem ſervet.

24. *Et peccare nefas, aut.*] Et apud eos matri-

O quiſquis volet impias
Cædeis, aut rabiem tollere civicam:
Si quæret pater urbium
Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat
Refrænare licentiam,
Clarus poſtgenitis. quatenus, heu nefas,
VIRTUTEM *incolumem odimus,*
Sublatam ex oculis quærimus invidi.
Quid triſtes querimoniæ,
Si non ſupplicio culpa reciditur?
Quid leges ſine moribus

Vanæ

matrimonii fidem violare eſt nefas, id eſt non licet: aut ſi violent, pœna adulterii mors eſt.

25. *O quiſquis.*] Εὐχή. Optat Horatius ſibi dari virum fortem, qui compeſcat inſanam effrenemque civium licentiam, Scytharumque in morem componat politicum ſtatum, quo pater patriæ ſuæ ſtatuæ inſcribi, poſteriſque immortalis eſſe poſſit. *Cruq. O quiſquis.*] Ex peccandi licentia emanant maleficia, quæ à bono principe legibus ſeveriſſimis ſunt coërcenda.

26. *Civicam.*] Civilem ſeditionem.

27. *Si quæret.*] Si cupiet hoc hypogramma ſuæ ſtatuæ opponi, ut pater patriæ appelletur. Juvenalis:

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Pater urbium.] Quo titulo ne apud Romanos quidem quicquam illuſtrius: neque ante Cæſarum tempora ulli alii, quam Camillo & Ciceroni contigit, ut *Pater patriæ*, appellaretur. Ipſe certè Auguſtus nullo unquam honore magis lætatus eſt, quam cum Senatus ipſum cum populo Romano conſentiens, conſalutavit *Patriæ patrem*. Sueton. cap. 58. *Torrent.*

29. *Refrænare licentiam.*] Comprimere cupiditatem inſatiabilem.

30. *Clarus poſtgenitis.*] G. Canterus Novar. lect. lib. 7. cap. 30. *carus* pro *clarus* ſe legiſſe in quodam codice teſtatur. Unus vetuſtiſſ. idemque optimus, *Progenitis* pro *poſtgenitis*. nihil muto. *Quatenus.*] Quoniam, quouſque, vel in quantum. Dolet tantam eſſe ſui ſæculi hominum invidiam, ut viventum virtutes negligant atque oderint, &c.

Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit.

Ovid. *Tum denique noſtra bona intelligimus, quum illa quæ habuimus, amiſimus.* *Clarus poſtgenitis.*] Clarus, non apud homines ſuæ ætatis; ſed clarus poſteris, fama & nominis gloria futuris, propter ſeveritatis, & correctionis leges, & inſtituta. *Quatenus.*] Quoniam adeo ſumus invidi, virtutem odimus eorum, qui vivi ſunt, & incolumes; viros autem virtute præſtantes, quando ſunt mortui, deſideramus, requirimus, extollimus (proh nefas!)

32. *Quærimus invidi.*] Eleganter *quærere* pro deſiderare dixit, ſive amiſſæ rei deſiderio teneri, ut Græci quoque verbo ζητεῖν & ἐπιζητεῖν, pro ποθεῖν & ἐπιποθεῖν uſi ſunt. *Torrent.*

33. *Quid triſtes.*] Quid triſtes proſunt querelæ?

34. *Si non ſupplicio culpa.*] Lex inutilis eſt, ſi de improbis pœnæ non ſumantur.

35. *Quid leges.*] Nihil valent leges ſine moribus, id eſt, ſi cives à pueris

non

Vanæ proficiunt, ſi neque fervidis
Pars incluſa caloribus
Mundi, nec Boreæ finitimum latus,
Durataque ſolo nives
Mercatorem abigunt? horrida callidi
Vincunt æquora navitæ?
MAGNUM *pauperies opprobrium, jubet*
Quidvis & facere & pati,
Virtutiſque viam deſerit arduæ.
Vel nos in Capitolium,

Quò

non ſunt benè inſtituti, atque ad virtutem informati. Ego vero *Mores* hic interpretor cum Varrone, rectum animi propoſitum, & reverentiam, cultumque numinis, populi conſuetudine firmatum, quibus rebus cum deſtitutæ ſunt leges earum, inanis, ac prope ſepulta vis jacet. *Sine moribus.*] Hoc eſt, quibus mos non geritur, quibus non obtemperatur: quæ telis aranearum ſimiles perrumpuntur à potentioribus. *Cruquius.*

37. *Pars incluſa.*] Regio, Zonæ torridæ ſubjecta.

38. *Finitimum latus.*] Id eſt, nobis vicinum, ut Acro exponit. Vel potius, *Nec latus finitimum Boreæ*, id eſt, gelido climati, abigit mercatorem. *Latus.*] Plaga ſeptentrionalis.

39. *Durataque.*] Si nives glacie adſtrictæ ſolo, id eſt, ad ſolum, non repellent mercatorem.

40. *Mercatorem abigunt.*] Indocilem ſcilicet pauperiem pati, atque illam per ſaxa, per ignes, per mare fugientem. *Horrida callidi.*] Si horrorem æquorum docti & ſcientes, navitæ non formidant.

42. *Magnum pauperies opprobrium.*] Hoc ex vulgi opinione accipiendum, cui virtus poſt nummos ſit: quique ſi

Uno forte minus locuples quadrante periret.
Ipſe videretur ſibi nequior.

Pauperies opprobrium jubet.] Pauperies putatur probroſa, avaris præſertim. *Pauperies* hic non eſt inopia importuna, quæ inimica eſt bonis moribus: ſed tolerabilis victus, qui viris fortibus ſatis eſt ad vitam tranquillam. *Cruquius.*

44. *Virtutis arduæ.*] *Arduum* non tantum difficile & moleſtum, ſed excelſum quoque & ſublime, & quidem magis propriè ſignificat. Nam quia quæ excelſa ſunt difficilem habent aditum, hinc fit ut arduum pro difficili capiatur. Vide Gellium lib. 4. cap. 15. *Torrent. Ardua.*) Virtutis via dicitur ardua, vel quia laborioſa eſt, vel quia homines efficit claros & deorum ſimiles.

45. *Vel nos in Capitolium, &c.*] Quare illuc? an exemplo matronarum, quæ, repub. in diſcrimine conſtituta, mundum omnem muliebrem olim ad belli ſumptus in Capitolium comportarunt? Eo ſanè reſpicere poëtam, Germanus Valens, ſi Lambino credimus, exiſtimabat. De conſecranda ergo, ſi quis forte ambitioſior exiſtat, diis immortalibus pecunia loquitur. *Torr. Vel nos in Capitolium.*] Quandoquidem divitiæ ſunt bonis moribus impedimento: ergo in Capitolium eas deferamus ad ornamentum templi, vel in mare proximum projiciamus, quod ſuaſit olim Crates philoſophus, quia tot inde mala oriuntur.

46. Quo

Quò clamor vocat, & turba faventium:
Vel nos in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali,
Mittamus. ſcelerum ſi bene pœnitet,
Eradenda Cupidinis
Pravi ſunt elementa, & teneræ nimis
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudiis. neſcit equo rudis
Hærere ingenuus puer:
Venarique timet: ludere doctior,
Seu Græco jubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea:

Cum

46. *Quo clamor vocat.*] Oſtendit id plauſibilius futurum. *Clamoris* autem vocabulo ſic etiam uſus eſt Epiſt. 2. ad Lollium.

—— *Scis quo clamore corona*
Prælia ſuſtineas campeſtria.

Clamor vocat, & turba.] Strepitus popularis.

47. *Vel nos in mare.*] Id eſt, in navalia, quibus mare à piratis aut hoſtibus tutum ſit navigationi. *Cruquius.*

48. *Gemmas & lapides.*] Juriſconſulti *gemmas* vocare videntur, quæ pellucidæ ſunt materiæ, ut ſunt ſmaragdi, amethyſti: *lapillos* vero contrariæ hic naturæ, quales Obſidiani, Vejetani. *Margaritas* autem nec gemmis, nec lapillis annumerant. *Torr.* *Inutile.*] Inutile eſt aurum, ſi materia eſt mala.

50. *Si bene pœnitet.*] Si verè nos flagitiorum pœnitet, & animum ad honeſtatem ac meliorem vivendi rationem convertere volumus, neceſſe eſt, ut ipſa elementa, ex quibus naſcitur avaritia, radicitus è pectoribus noſtris extrahamus. *Bene pœnitet.*] Si verè pœnitet.

52. *Elementa.*] Primordia cupiditatis ſunt radicitus extirpanda. *Teneræ nimis.*] Ut ab ipſis cunabulis ſapere diſcamus, quæ ſane veterum Perſarum ac Lacedæmoniorum ratio fuit.

—— *Adeo à teneris aſſueſcere multum eſt.*

53. *Aſperioribus.*] Studiis fortioribus.

55. *Hærere ingenuus.*] Neſcit hærere in equo, id eſt, equitare neſcit puer generoſus adhuc rudis.

56. *Venarique timet: ludere.*] Et venari non vult, ad ludendum doctior, ſeu, &c.

57. *Græco trocho.*] Quemadmodum, quod luſus illud genus fuerit, non facile dixerim: ſic *turbinem* non fuiſſe, (ut vulgò creditur) conſtanter affirmaverim. Libentius illis aſſentior, qui *κρικηλασίαν*, hoc eſt, *circuli impulſionem*, de qua Oribaſius Medicus Collect. lib. 6. aut aliud quid illi proximum fuiſſe volunt. quod diligens lector ex Martial. Epigr. 22. lib. 11. non difficulter intelliget. Studium quoque aliquod & meditationem requirere, neque ſolis pueris convenire & medici teſtantur, & Horat. ipſe ſatis indicat de Arte, cum ait.

Indoctuſque pilæ, diſcive, trochive quieſcit. Torrent.

Trocho.] Turbine Græco, à Græcis invento, quam Virgilius appellat *Volubile buxum.*

58. *Vetita legibus alea.*] Legibus vetitam

Cum perjura patris fides
Conſortem ſocium fallat & hoſpitem,
Indignoque pecuniam
Hæredi properet: ſcilicet improbæ
Creſcunt divitiæ: tamen
Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.

titam fuiſſe, titulus ille de Aleatoribus lib. XI. Pandectarum ſatis manifeſte oſtendit. Probroſum etiam fuiſſe aleæ luſum, hoc quoque teſtatur, quod Decembri tantum menſe, Saturnalibus maximè, permittebatur. Addam etiam ad Ædiles ſpectaſſe eam coërcitionem. Alciatus quoque Parergon lib. 6. *Talariam* antiquitus vocatam legem autumat, ad quam hoc loco reſpexerit Horatius. *Torrent.* *Alea.*] Aleæ luſus puniebatur lege Cornelia, & lege Titia.

59. *Perjura patris fides.*] Quomodo *fides*, ſi *perjura*? ut ἄδωρα δῶρα, hoc eſt, *munera nec munera*, vocamus, quæ ab hoſtibus in perniciem noſtram dantur: ſic perjuram fidem dixit Horatius, quæ jurejurando firmata ſit, ut incautum aliquem facilius fallamus. *Torr.* *Perjura patris fides.*] Fides perjurio violata.

60. *Conſortem ſocium.*] Societatem ſignificat, quæ ex conventione inita ſit, vel partis alicujus, vel omnium bonorum. Societas autem bonæ fidei contractus eſt. Quo deteſtabilior qui ſocium fallit. De hoſpitii vero jure ſanctiſſimo, alio loco dicemus. *Torr.* Paſſeratius vero legendum cenſet *Conſortem ſocium*, &c. Et *conſortes* vocat, ad quos aliquid ſorte dividendum: unde *conſortes hæredes* Græci συγκληρονόμους, Latini *particulones* vocant. Tibull.

Mœnia conſorti non habitanda Remo.

61. *Indignoque pecuniam.*] Et filio prodigo pecuniam properet, id eſt, properando accumulet, qui per luxuriam conſumet, quod pater per nefas conquiſivit. Nam *malè parta, malè dilabuntur.*

62. *Hæredi properet.*] Cito & properè hæredem locupletare ſtudeat. *Lamb.* *Improbæ.*] Divitiæ dicuntur improbæ, vel, quia improbè ſunt coacervatæ, vel quia improbos efficiunt.

63. *Tamen curtæ, &c.*] Poſt multas divitias partas, aliquid ſemper videtur avaro deeſſe: *Multa* enim *petentibus deſunt multa.*

64. *Curtæ neſciò quid ſemper abeſt rei.*] Aliquid ſemper abeſt rei, ita ut illi curta eſſe videatur: ita ut avarus eam curtam eſſe exiſtimet. *Steph.*

ODE XXV. ἐρωτική.

Ad BACCHUM.

Bacchi inſtinctu afflatuque concitatus, nova quædam carmina Lyrica de Auguſto eſt dicturus.

QUo *me, Bacche, rapis tui*
Plenum? quæ in nemora, & quos agor in ſpecus
Velox

2. *Plenum.*] Me tuo numine afflatum. *Quæ in nemora.*] Mallem ut in duobus libb. MSS.

—— *Quæ nemora, aut quos agor in ſpecus?*

Torrentius.

Agor

Velox mente nova? quibus
Antris egregii Cæſaris audiar
Æternum meditans decus
Stellis inſerere, & concilio Jovis?
Dicam inſigne, recens, adhuc
Indictum ore alio. non ſecus in jugis
Exſomnis ſtupet Euias,
Hebrum proſpiciens, & nive candidam
Thracen, ac pede barbaro
Luſtratam Rhodopen. ut mihi devio

Ripas,

Agor in ſpecus.] Quas ducor in ſpeluncas? ſic Od. 19. lib. 2.

3. *Velox mente nova.*] Expeditus mente non mea, ſed divina. *Quibus.*] In quibus locis ſecretis. Ordo eſt, quibus antris meditans, audiar inſerere ſtellis, & concilio Jovis æternum decus egregii Cæſaris.

4. *Antris.*] Per ellipſin τοῦ *ex.* alludit enim ad antra ſeu adyta deorum, unde reddebantur oracula: perinde ac ſi carmen hoc ſit vaticinium, de Cæſare in deorum numerum adſerendo ex antris auditum. *Cruquius.*

6. *Stellis inſerere.*] Tale illud Catulli ad Fanium:

——— *Volo te ac tuos amores*
Ad cœlum lepido vocare verſu.

Poſſumus etiam exponere hunc locum, ut de Divi Julii Cæſaris conſecratione in Auguſti gratiam loquatur. Vide Sueton. cap. 88. Et hanc ſententiam juvant ea verba quæ ſequuntur, *Et concilio Jovis.* quæ ſanè commodè de Auguſto adhuc ſuperſtite dici nequeunt, niſi forte eundem verſari in terris, & deorum intereſſe poſſe concilio aſtruamus. Ut Od. 2. lib. 1. *Sive mutata juvenem figura.* Nec ſiluerim in pluribus libris *conſilio* legi. Rectè, ut arbitror: plus enim eſt Jovi eſſe in conſilio, quam *adſcribi quietis ordinibus deorum.* Torrent. *Stellis inſerere, & concilio.*] Cœlo conſecrare, & deorum cœtui.

8. *Indictum.*] Sic Virg. 7. Æneid.
Nec tu carminibus noſtris indictus abibis.
Indictum ore alio.] Carmen Lyricum, quod primus Latinorum protuli. *Non ſecus, &c.*] Non aliter Baccha miratur Thraciam barbaro carmine illuſtratam & celebrem factam, quam mihi libet decantare ripas, id eſt, Italiam, reſque Romanas, devio pede, ſeu carmine Lyrico. *Non ſecus in jugis.*] Non aliter, ſed ſic; *Euias* Bacchi ſacerdos concitari ſolet, ut ego nunc commoveor ad Auguſti laudes meo carmine decantandas.

9. *Exſomnis ſtupet.*] Lambinus *exſomnis* uno verbo legit, noſtri codd. variant. Solent autem divino furore perciti, tandem in ſomnum incidere, unde experrecti obſtupeſcunt. Tum in quinque exemplaribus *Euchias*, pro *Euias* vel *Eubyas* ſcriptum repperi. *Torrent.* *Exſomnis ſtupet.*] Vigilans, vel experrecta. Nam hæc ſacra, tempore nocturno celebrabantur.

10. *Hebrum proſpiciens.*] Thraciæ fluvium, quem hyemis ſodalem appellat Od. 25. lib. 1.

11. *Thracen, ac pede.*] Regionem ſeptentrionalem frigidiſſimam. *Pede barbaro Luſtratam.*] *Luſtratum* habet optimus codex, nec malè fortaſſis. *Luſtratam* autem *pede barbaro* dixit, ut Virg. *Bacchatamque jugis Naxon.* Et, *Virginibus bacchata Lacænis.* Torrent.

12. *Rhodopen.*] Thraciæ montem,

quem

Ripas, & vacuum nemus
Mirari libet. ô Najadum potens,
Baccharumque valentium
Proceras manibus vertere fraxinos;
Nil parvum, aut humili modo,
Nil mortale loquar. dulce periculum eſt,
O Lenæe, ſequi Deum,
Cingentem vidi tempora pampino.

quem Thraces barbari peragrant, aut ſacris Bacchi, & Mænadum cœtu celebrant & illuſtrant, Orpheo primum imitante. *Ut libet.*] Pro mirum quam libet; & ſupplendum eſt, *non ſecus*. Glareanus. *Ut mihi devio.*] Quo modo mihi libet à via uſitata aberranti, id eſt, verſus lyricos ſcribenti, flumina & deſertum nemus mirari? *Sunt hæc verba Poëtæ admirantis, non ſunt comparationis redditio, ut multi exiſtimant.*

13. *Ripas.*] Muretus *Rupes* ſubſtituit. *Vacuum nemus.*] Deſertum, à tumultu & ſtrepitu liberum, ſemotum à populo. *Cruq.*

14. *O Najadum potens.*] O Bacche qui poteſtatem habes in Najades (fluviorum Nymphas) & in Bacchas tuas ſacerdotes, quæ tuo numine percitæ, poſſunt ſupra vires humanas ſuis manibus fraxinos evertere.

17. *Aut humili modo.*] Libri optimi quinque, *humile* habent.

18. *Dulce periculum.*] Periculoſum eſt, ô Bacche, res tam magnas & inauditas dicere, at dulce eſt id facere Deo ducente, qui viridi pampino coronat, quos charos habet.

19. *O Lenæe.*] Bacchi & hoc cognomen eſt, & quidem Græcum, ἀπὸ τῦ ληνῦ, id eſt, à torculari, quo vinum exprimitur, deductum. Donatus tamen Latinum efficere conatus eſt, à *leniendo*. Virg. Georg. *Huc ades ô Lenæe pater.*] *Λήναια* quoque feſta Dionyſiaca. Hinc *Lenæos latices*. Bacchus ſane nullo nomine Athenienſibus celebrior fuit. *Torrent. O Lenæe.*] Bacchus Lenæus.

ODE XXVI. ἀποδεικτική.

Ad VENEREM.

Senectute jam confectus, lyræ & rebus amatoriis valedicit.

VIXI *pellis nuper idoneus,*
Et militavi non ſine gloria:
Nunc arma, defunctumque bello

Bar-

1. *Vixi puellis nuper.*] Ne cogitato Horatium ætate, ſed Chloës amoris impatientia victum, hæc ſcribere ſerio, ſed ut his quaſi minis Chloës animum adhuc rigidum flectat ergà ſe, molliorem que ſolito efficiat. *Cruquius. Nuper idoneus.*] Cum eſſem ætate integra.

2. *Militavi non ſine gloria.*] Amori operam dedi.
Militat omnis amans & habet ſua caſtra Cupido. Ovid.

3. *Nunc arma.*] Paries hujus templi (quod Veneri conſecratur) habebit nunc arma mea militaria, nempe funalia, barbiton, verſus lyricos, vectes & arcus.

Defun-

Barbiton hic paries habebit,
Lævum marinæ qui Veneris latus
Cuſtodit. Hîc hîc ponite lucida
Funalia, & vectes, & arcus
Oppoſitis foribus minaceis.
O quæ beatam diva tenes Cyprum, &
Memphim carentem Sithonia nive,

Regi-

Defunctumque bello Barbiton.] De Barbito inſtrumento muſico, dictum l. 1. Od. 1. Venuſtè autem inter Veneris arma enumerat illud Horatius, defunctumque bello dicens, quo non ultra ad canendas res ludicras uti velit. Sua autem etiam Veneri militia conſtat. *Torrentius.* *Defunctumque bello Barbiton.*] Et barbiton, quod finivit, & abſolvit bellum ſuſceptum, amoris nimirum.

5. *Lævum marinæ.*] *Marinæ*, hîc vel ſimplex deæ epithetum eſt, quod orta mari, ſcilicet; unde & *Pelagiam* & *Pontiam* Græci vocant: vel Venerem illam *ἀναδυομένην*, ab Auguſto olim dedicatam ſignificat Poëta eruditiſſimus, de qua lib. 1. Od. 3. ubi cur Venerem tanquam propitiam navigantibus invocet, declaravimus. Nec eruditione etiam caret, quod *lævum Veneris latus à pariete cuſtodiri* ait. ad veterem enim morem alludit, quo qui alteri comes ibat, ipſe fortuna minor, lævum illi tegebat latus: ut Serm. 9. lib. 2. videbimus. *Torrent.* Turneb. lib. 29. cap. 17. *Lævum marinæ qui.*] Id eſt, paries, qui proximus eſt lævo lateri Veneris marinæ, (id eſt, Veneris ex ſpuma maris genitæ,) habebit barbiton.

7. *Funalia & vectes.*] Pergit enumerare amore inſanientium arma, cum igne & ferro everſuros ſe occluſas januas minantur. Vectes perfodiendis parietibus foribuſque ſerviviſſe, illud etiam oſtendit, quod proverbii loco ait Cato, *Vecticulariam vitam vivere*, pro repente largiter habere, repentè nihil; ut hi ſolent, qui graſſando quæſtum faciunt. Græci *τοιχωρύχους* appellant. Juriſconſulti noſtri *effractores*. Atque alibi etiam *Vectes*, muniendis aſſervandiſque foribus in uſu fuiſſe, demonſtrat Nonius. Sic enim de Jani ſive belli portis Virg. lib. 7,

Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri
Robora.

Nec mirum, cum ferrum ſit aut lignum oblongum, cujus uſus multiplex. *Torrent.* *Funalia.*] Funalia nocturnis ambulationibus inſervientia. *Vectes, & arcus.*] Inſtrumenta, quibus amatores à meretricibus non admiſſi, fores & feneſtras effringerent. Sic Thraſo Thaidis domum expugnaturus inquit: *Procede huc cum vecte Dorax.*

8. *Oppoſitis foribus.*] Foribus clauſis.

9. *O, quæ beatam diva.*] O Venus, te precor, ut Chloën hactenus amantibus ſuperbam, gravi amoris plaga ſemel percutias. *Tenes Cyprum.*] *Κρατεῖς Κύπρου.* Alii annotant, *tenes*, hoc loco idem valere, quod Græcum *ἀμφιβέβηκας*. Libri aliquot veteres habent, *regis*. Lambin. *Cyprin.*] Inſulam opulentam, in qua Venus præcipue colebatur. Vide Od. 3. lib. 1.

10. *Memphim.*] Veneris plures in Ægypto urbes fuiſſe, diligens Lector apud Strabonem inveniet. De Memphi verò poſt Alexandriam nobiliſſima, nihil quod ad Veneris tutelam ſpectet, legiſſe memini. *Μωμέμφιν* ſanè memorat Strabo, ubi Venerem cultam fuiſſe ab incolis tradit, lib. 17. Illud verò *carentem Sithonia nive*, lubens reprehenderem, ſi ab alio quam Flacco noſtro di-

Regina, ſublimi flagello
Tange Chloën ſemel, arrogantem.

ctum foret. *Torrentius*. *Memphim carentem.*] Urbem in Ægypto, quæ nive careret, quod regio eſt calida. *Sythoniam nive.*] Thracia nive.

11, *Sublimi flagello.*] Flagello in altum ſublato, ut ictus ſit vehementior.

12. *Tange Chloën.*] O Venus, Chloën illam *arrogantem* & amatores ſuos ſupine contemnentem, tandem ſublimi tuo flagello *tange*, vehementique amoris plaga percute, ut tandem tuo numine domita, mitior eſſe diſcat. *Lubin. Arrogantem.*] Superbam propter pulchritudinem.

ODE XXVII. προπεμπτικὸν.

Ad GALATEAM navigaturam.

Dehortatur eam præcipue ab exemplo Europæ.

IMPIOS *parræ recinentis omen*
Ducat,

1. IMpios parræ.] *Poëta, impios, quos nulla tangit religio, re ipſa experiri optat, quid ſit adverſis auſpiciis longum aliquod iter ingredi: quemadmodum ferè evenit, cum omen captanti, vel parra recinit, vel prægnans canis occurrit, &c. At cujus ipſe ſalutem amet, cujus vitæ timeat, illum tanquam providus auſpex non ante dimiſſurum ſe dicit, quam captis ſereno cœlo auſpiciis, admittant aves. His ita dictis, modo abire jam omnino Galatea conſtituat, ut bono eat omine precatur. Alia tamen ratione eam deterret, ob imminentem ſcilicet tempeſtatem atque Hadriatici maris furorem.* Torrentius. *Impios parræ.*] Homines impii, & ſcelerati iter facientes opto, ut habeant hæc mala ſuorum inceptorum omina, nimirum parram avem, (cujus vox triſtis eſt) ravam lupam, fœtam vulpem, & ſerpentem velocem, ſed tibi jam navigaturæ nihil tale eſt metuendum, ego enim auſpicium feci, &c. ſed tamen vides anni tempus, &c. *Parræ recinentis.*] Oſcines aves ſunt, ut Feſtus ait, quæ ore canentes faciunt auſpicium, ut cornix, noctua, &c. Alites, quæ alis ac volatu, ut buteo, aquila, &c. Picus autem Martius & parra, & in oſcinibus & in alitibus habentur. Feſto Gellius accedat libro 6. c. 6. ubi quas *alites* Feſtus, ipſe *præpetes* appellare videtur, præſertim ſi altius ſublimiuſque volitent: eaſdemque videtur Homerus τανυσιπτέρους appellaſſe, quoniam eas potiſſimum Augures ſpectarent, quæ ingentibus alis patulæ atque porrectæ prævolarent. Optimè Virg. lib. 3. Æneid.

Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.

Oſcines enim & *alites* uno verſu complexus eſt. Parra igitur & voce & volatu auſpicium, ſed adverſum facit: Turneb. lib. 9. cap. 19. *Torrent*. De parra Plin. lib. 18. cap. 29. *Omen*, ſi Feſto credimus, tanquam *oremen* dictum. Quare *omen* propriè eſſe voluit Grammatici, quod ori hominum tanquam prænuntiatio aliqua rei futuræ inciderit. Auctores generaliter pro quocunque augurio ſive auſpicio uſi ſunt: ut *parræ omen* hoc loco. Hinc bonis aut malis ominibus egredi, atque egredientem proſequi, paſſim legimus; quomodocunque illa ſive per aves, ſive aliter, acciderint. *Torrentius*. *Recinentis omen.*] Parræ iterum, atque iterum canentis.

2. *Ducat*,

Ducat, & prægnans canis, aut ab agro
Rava decurrens lupa Lanuvino,
Fœtaque vulpes:
Rumpat & ſerpens iter inſtitutum:
Si per obliquum ſimilis ſagittæ
Terruit mannos. ego, cui timebo
Providus auſpex?
Ante quam ſtanteis repetat paludeis
Imbrium divina avis imminentum:
Oſcinem corvum prece ſuſcitabo

Solis

2. *Ducat, & prægnans canis.*] Dux ſit itineris, eo nimirum, ut impii malè pereant.

3. *Rava.*] Vel ob vocem raucam: vel ob oculorum colorem, inter flavum & cæſium. *Torrentius.* Vide Cælium libro 13. cap. 8. *Rava decurrens lupa.*] Lupa, coloris ravi, inter flavum & nigrum. *Lanuvino.*] Undecunque. Species pro genere.

4. *Fœtaque vulpes.*] Vulpes gravida.

5. *Rumpat & ſerpens, &c.*] Turneb. lib. 30. cap. 29.

6. *Si per obliquum.*] Cum ſerpens tranſverſa ex parte terruit mannos, id eſt, equos currum trahentes, aurigæ manibus aſſuetos, quod erat mali ominis. *Similis ſagittæ.*] Plin. lib. 8. cap. 23. de ſerpentibus loquens: *Vulgatum eſt,* inquit; *jaculum ex arborum ramis vibrari, nec pedibus tantum cavendas ſerpentes, ſed & miſſili volare tormento.* Sed & Ælianus de hiſt. Animal. lib. 6. c. 18. ſerpentes, quæ id faciant, à re ipſa *ἀκοντίας* vocatas tradit, quod in modum ſagittæ ex ramis arborum in viatores ſe vibrare ſolet. *Sagitta.*] Non quæ à ſagittario mittitur, ſed *ſagitta* hoc loco ſignificat eam ſurculi partem, quæ in vitibus incurva, & contorta pangitur; eſt enim ſerpenti ſimilis.

7. *Terruit mannos.*] Priſci interpretes annotarunt, *mannos* vocari ſolere burichos & burdones: unde & *mannuli.* Nos, ni fallor, *gradarios* dicimus, qui tollutim & nulla vectoris moleſtia incedunt. vide Epod. IV. *Appiam mannis terit.* Torrent. *Ego cui timebo.*] Interrogationis nota eradenda eſt. Cum autem *providus auſpex* de ſe ipſo loquens aït Horatius, privatum ſe augurium capere velle ſignificat, quod à publico diſtare vel illud indicio eſt, quod privati augurii libros ſcripſiſſe Nigidium, auctor. eſt Gellius lib. 6. cap. 6. *Torrent. Ego cui timebo?*] An tibi timebo? nequaquam. quia nec impia es, nec talia monſtra tibi triſtem eventum prænuntiant.

8. *Providus auſpex.*] Futurorum providus.

9. *Ante quam ſtantes repetat paludes.*] Paludes quietas, ut ſtagna, quæ non fluunt. Vide Feſtum in *Stagnum.*

10. *Imbrium divina.*] Omen ſe petiturum cœlo adhuc ſereno dicit Horatius & antequam hiems aut tempeſtas incumbat; quam terreſtres volucres ſignificant, quum contrà aquam clangorem dant, perfundentes ſeſe, ſed maximè cornix. Plin. lib. 18. cap. 35. *Torrent. Divina avis.*] Cornix, imbrium præſcia & prænuntia.

11. *Oſcinem corvum.*] Qui augurium agebant, ad Orientem maximè ſpectabant; illic anticam, ad Occidentem verò poſticam conſtituentes: Meridies ad dextram, ad lævam erat Septentrio.

Solis ab ortu.
Sis licet felix ubicunque mavis,
Et memor noſtri, Galatea, vivas:
Teque nec lævus vetet ire picus,
Nec vaga cornix:
Sed vides quanto trepidet tumultu
Pronus Orion? ego quid ſit ater
Adriæ, novi, ſinus: & quid albus
Peccet Iapyx.
Hoſtium uxores, puerique cæcos
Sentiant motus orientis Auſtri, &
Æquoris nigri fremitum, & trementeis
Verbere ripas.

Sic

Tum ſigna ſibi certa ac clara intra eam cœli regionem fieri precabantur. Inter Oſcines ergò corvus ab ortu Solis ratum faciebat, uti & ab dextra: cornix verò ab læva. *Torrent.* Vide Pet. Crinitum, lib.21.cap.15. Turneb.lib.6.c.26. *Oſcinem corvum.*] Oſcinem corvum invocabo, ut ab ortu ſolis felix augurium clare occinat. *Oſcines* quaſi oricines dicuntur aves, quæ ore canentes futura prædicunt, ut corvus, cornix, noctua.

13. *Sis licet felix.*] Ante dixit bonis ſe proſecuturum ominibus eum quem diligat; nunc converſus ad Galateam, tanquam ſibi delectam, Per me, inquit, ſis felix quocumque ieris, noſtri memor, neque ſiniſtrum aliquod auſpicium occurrat. Lambinus *vetat* pro *vetet* legendum eſſe contendit. *Lævum* & pro contrario, noxio, aut importuno accipiemus. *Torrent.* *Sis licet felix ubicunque mavis.*] Ordo eſt, Galatea ſis felix, & memor noſtri licet vivas ubicunque mavis, id eſt, etſi mavis eſſe ſine me, ſis felix tamen.

15. *Picus.*] Martius, vel picus arborarius à læva volans erat mali ominis.

16. *Vaga cornix.*] Vagans volans.

17. *Sed vides quanto.*] Dehortatur Galateam à navigatione. Vides (inquit) quantam tempeſtatem Orion vergens ad occaſum denuntiet, &c. Vide Od. 28. lib. 1. *Tumultu.*] Vides quanto aëris motu ex vento, pluviis aut fulmine trepidet Orion.

18. *Pronus Orion.*] In Occaſum ſcilicet. Occidens enim graviſſimas tempeſtates ciet. Vide lib. 1. Od. 28. *Quid ſit ater.*] Vides quam infeſtus & periculoſus ſit Adriæ ſinus vide Od. 9.

20. *Peccet Iapyx.*] De Iapyge lib. 1. Od. 7. *Album* autem vocat ſimili ratione, qua & Notum, ibid. *Iapyx.*] Vides quid Calabriæ ventus albus, (id eſt, ſerenus,) peccet, (id eſt, peccare ſoleat.)

21. *Hoſtium uxores, puerique.*] Uſitatiſſimum eſt ſcriptoribus mala hoſtibus optare, quos perire cupiunt. *Cæcos.*] Motus obſcuros.

22. *Orientis Auſtri.*] Muretus *Hædi* legit, quod & ego mallem ut Od. 1. hujus lib. quamquam & alibi *rabiem Noti* vocat. *Notus* autem idem, qui *Auſter*, Hadriatico mari infeſtiſſimus. *Torrent.*

23. *Nigri fremitum.*] Æquoris tempeſtuoſi. *Et trementes.*] Et ſentiant littora,

Sic & Europe niveum doloſo
Credidit tauro latus, & ſcatentem
Belluis pontum, mediaſque fraudes
Palluit audax.

Nuper in pratis ſtudioſa florum, &
Debitæ Nymphis opifex coronæ,
Nocte ſubluſtri nihil aſtra præter
Vidit & undas.

Quæ ſimul centum tetigit potentem
Oppidis Creten, Pater ô relictum
Filiæ nomen, pietaſque dixit
Victa furore.

Unde? quo veni? levis una mors eſt
Virginum culpæ. vigilanſne ploro

Turpe

tora, quæ videntur tremere, undarum ictu conquaſſata.

25. *Sic & Europe niveum.*] Quemadmodum taurus decepit Europam; ſic tu, ni caveas, ab Auſtro decipieris.

26. *Credidit tauro latus.*] Commiſit latus fraudulento Jovi, in taurum mutato. *Scatentem*] Extimuit mare Boſphorum belluis marinis repletum, & quamvis ante audax fuerat cum Taurum aſcenderet, jam vehementer metuit Jovis fraudes in medio dolo cognitas, non ante ſuſpectas.

28. *Palluit.*] Timor enim pallorem inducit unde *pallere* ἐκπεπληγμένως pro timere dixit. *Medias* autem *fraudes* vocat pericula, in quæ incidiſſe ſe videbat. *Torrentius.* Turnebus libro 10. capite 1.

29. *Studioſa florum.*] Sic de Proſerpina cum à Dite raperetur, Claudianus: & venuſtiſſime Ovid. lib. 5. Metam.

—— Quodam Proſerpina luco
Ludit, & aut violas, aut candida lilia
carpit, &c.

Studioſa florum.] Studioſa, ut Nymphis floreas necteret coronas.

30. *Debitæ Nymphis.*] Debitæ ex promiſſo.

31. *Nocte ſubluſtri.*] Nocte aliquantulum luminoſa.

33. *Quæ ſimul.*] Quæ Europe ſtatim ut tetigit, &c.

34. *Creten.*] Creten Homerus appellat ἑκατόμπολιν. λ. β. *Pater ô relictum.*] Dixit, ô nomen Pater relictum, id eſt, nomen *pater* neglectum à filia, ô pietas inſano amore tauri victa. Hæc & quæ ſequuntur, fere uſque ad finem Odæ, ſunt verba Europæ ingemiſcentis.

35 *Filiæ nomen.*] Malè autem qui *numen* legunt. *Pietaſque dixit.*] Pietas eſt grata voluntas in parentes.

37. *Unde? quo veni?*] Erotemata inciſa, vehementiam doloris, & mentis emotionem denotant. *Cruquius. Levis una mors eſt.*] Una mors levior pœna eſt, quam quæ ſufficiat virginitati amiſſæ, id eſt, pudor violatus in virgine, multas meretur mortes.

38. *Virginum culpæ.*] *Culpam* pro probro dixit, ex virginis perſona: virgines enim graviorem nullam culpam agnoſcunt, quam cum ſtupro conjunctam. *Torrent. Vigilanſne ploro.*] An ſine

ne

Turpe commiſſum? an vitiis carentem
Ludit imago
Vana, quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit? meliuſne fluctus
Ire per longos fuit, an recenteis
Carpere flores?
Si quis infamem mihi nunc juvencum
Dedat iratæ, lacerare ferro, &
Frangere enitar modo multum amati
Cornua tauri.
Impudens liqui patrios penateis,
Impudens Orcum moror. ô Deorum
Si quis hæc audis, utinam inter errem
Nuda leones.
Antequam turpis macies decenteis
Occupet malas, teneræque ſuccus
Defluat prædæ, ſpecioſa quæro
Paſcere tigreis.

Vilis

ne vitio ſum, an ſpecies vana id eſt, phantaſma in ſomnis mihi occurrit, & me decipit?

41. *Porta fugiens eburna.*] Vide Macrob. de Somnio Scipionis lib. 1. cap. 3. & Turneb. lib. 4. cap. 14. *Eburna.*] Per portam eburnam vana ſomnia emittuntur. De ſomni portis, vide Virg. lib. 6. Æneid. *Sunt geminæ ſomni portæ, &c.*

45. *Si quis infamem.*] Si quis in poteſtatem mihi redigat taurum turpem, & infamem: Enitar, &c.

47. *Frangere enitar.*] Cornua diſcerpere. Eſt hoc imprimis muliebre, ut ſuis manibus injurias ulciſci cupiant. *Modo multum amati.*] Cujus ori flores virgo admoverat, cujus cornua floribus cinxerat, cujus pectora manibus plauſerat. *Modo multum amati.*] Paulò ante.

48. *Cornua tauri.*] Bland. omnes habent *monſtri.* cum adnotatione, alias *tauri*, nec diſplicet. *Cruquius.*

49. *Impudens liqui patrios penates.*] Inverecunda ſum bifariam, quod patrem reliquerim, quodque poſt tale ſcelus admiſſum, maneam in vita.

50. *Orcum moror.*] Feſtus *Orcum* dici exiſtimat, quod ille Deus nos maximè urgeat, unde & *Vragus* dixiſſe veteres pro *Orcus*. Quid igitur, inquit Europa, mortem exſpecto? quia eam mihi ipſa infero? *Torrent. Orcum moror.*] Orcum, vel Plutonem morari, eſt, non mori cum oporteat.

51. *Utinam inter errem.*] Utinam errem nuda inter leones, atque ab iis devorer, antequam contabeſcam.

53. *Antequam turpis.*] Puellaris cura: ut integra enim forma pereat, deos rogat.

54. *Malas.*] Maxillas pulchras. *Teneræque.*] Antequam viriditas, vel pulchritudo mihi dilabatur, cupio prædæ eſſe tigribus & leonibus.

57. *Vilis*

Vilis Europe, pater urget abſens:
Quid mori ceſſas? potes hac ab orno
Pendulum zona bene te ſecuta,
Lædere collum.
Sive te rupes & acuta leto
Saxa delectant, age te procellæ
Crede veloci, niſi herile mavis
Carpere penſum,
Regius ſanguis, dominæque tradi
Barbaræ pellex. Aderat querenti
Perfidum ridens Venus, & remiſſo
Filius arcu.
Mox ubi luſit ſatis, Abſtineto,

Dixit,

57. *Vilis Europe.*] Perdito jam virginitatis flore, vilem ac ſe contemptam vocat. Lambinus *Europæ* tertio caſu legendum putat, ut vilem ei patrem Agenorem fuiſſe dicat, quæ debitæ patri pietatis, uſqueadeo non meminerit, ut raptori ſe permitteret. *Torrentius. Vilis Europæ.*] Nam & ipſe pater tuus (qui tibi Europæ vilis fuit, dum præ tauro ipſum contempſiſti) ille abſens urget ac ſtimulat te ut moriaris. *Lubin. Vilis Europa.*] Pater meus abſens corpore, ſed animo præſens, vilis habitus, & neglectus mihi Europæ ſuæ filiæ me urget, proſequitur, & flagitii conſcientia excruciat.

58. *Quid mori.*] Europa ſeipſam alloquitur.

60. *Lædere collum.*] Muretus legit *elidere collum. Lædere collum.*] Te ſuſpendere potes zona (in uſum laquei) quam tecum commode attuliſti.

61. *Sive te rupes, &c.*] Quale Leucatæ olim promontorium in Acarnania ad ſinum Ambracium, cum Apollinis templo: unde Sappho olim & Cephalus amoris impatientia ſeſe præcipitarunt. *Torrent. Acuta letho.*] Quæ ſaxa, ut morbi acuti, te celeriter exaniment.

63. *Crede veloci, niſi.*] Committe te procellæ, quæ te ſcopulis illidat. *Herile mavis.*] Niſi mavis lanam certo pondere traditam, & ab hera imperatam in fila ducere.

65. *Regius ſanguis.*] Regis filia.

66. *Barbaræ.*] Immiti. *Pellex.*] Concubina mariti. *Querenti.*] Europæ querenti.

67. *Perfidum ridens.*] Aptum Veneris epithetum eſt: & Veneris ille riſus doloſus eſſe creditur. Id vero propriè *renidere* dicebant veteres, Paſſeratii ſententia, qui *perfidum* cum *querenti* conjunxit, relata à Lambino, mihi non placet. Ridebat autem Venus quod Jovis amoribus favens, virginem tam lepide decepiſſet. *Torrent. Perfidum ridens.*] Ridens perfide, & doloſe, non ex animo.

68. *Filius arcu.*] Aderat Cupido: arcu ſuo jam laxato ſagittariorum more, ubi jaculari deſinunt.

69. *Mox ubi luſit.*] Poſtquam Venus Europam ſatis eſt ludificata. *Abſtineto irarum.*] Poëta Græco more locutus eſt; quemadmodum lib. 2. Od. 9. *Deſine mollium Tandem querelarum. Rixam* cum dicit, puellæ minas reſpicit, quæ laceraturam ſeriò ſe Tauri cornua jactitaverat. *Torrent. Abſtineto.*] Abſtineto ab

 iris,

Dixit, irarum, calidæque rixæ,
Quum tibi inviſus lacerandæ reddet
Cornua taurus.
Uxor invicti Jovis eſſe neſcis?
Mitte ſingultus: bene ferre magnam
Diſce fortunam: tua ſectus orbis
Nomina ducet.

iris, eſt Helleniſmus Genitivus pro ablativo, ut ἀπήχου τῶν ὀργῶν.

70. *Calidæque rixæ.*] Rixæ, quæ venit à calore ſanguinis.

71. *Quum tibi.*] Antiqui interpretes *Non tibi* legunt, nec ſane diſplicet, nihil muto tamen. *Torrent. Quum tibi.*] Ironicè. nam anteà minabatur ſe cornua Tauri fracturam

73. *Uxor invicti Jovis.*] Vel Græco more hîc quoque locutus eſt, ut Lambinus cenſet, οὐκ οἶσθα τῶ Διὸς γυνὴ οὖσα; id eſt, *An te Jovis uxorem eſſe ignoras?* Vel quod ego malim, eam rogat an ita ſe gerere non queat, ut Jovis uxorem decet. Nec erraverit fortaſſe, qui ad veram hiſtoriam hîc reſpexiſſe Horatium credat, ut Jupiter Cretæ rex, nave, cui Taurus inſigne fuit, eam ex Phoenicia in Cretam tranſvexerit, atque uxoris loco habuerit. *Torrentius. Uxor invicti Jovis.*] Neſcis te gerere tanquam uxorem invicti Jovis.

74. *Mitte ſingultus*] Singultus omitte. *Benè ferre.*] Diſce ſecundam fortunam ferre moderatè. & compoſitè, quod non eſt cujuſlibet.

75. *Tua ſectus orbis.*] Una pars orbis in tres diviſi, tuo nomine appellabitur Europa, altera Aſia, tertia dicetur Africa.

ODE XXVIII. συμβουλευτική.

Ad LYDEN.

Hortatur Lyden, diem Neptuno ſacrum, in potu & cantu hilariter tranſigere.

FESTO quid potius die
Neptuni faciam? prome reconditum
Lyde ſtrenua Cæcubum,
Munitæque adhibe vim ſapientiæ.

Incli-

1. *Feſto die Neptuni.*] Ejus feſti meminit Plin. lib. 18. cap. 13. raporum naporumque ſationem juſtam eſſe dicens, inter duorum numinum dies feſtos, Neptuni atque Vulcani. Columella verò locis riguis ab ſolſtitio, ſiccis ab ultima parte Auguſti, vel prima Septembris. Hinc qua anni parte *Neptunalia* fuerint, Lector cognoſcet. *Torrentius. Feſto quid potius die.*] Ordo eſt, Lyde prome reconditum vinum Cæcubum (ut bibam) quid enim potius feſto Neptuni die facere poſſum? *Quid potius die.*] Erotema deliberantis eſt de re certa: ita namque fere fit in otio, ut ſodaleis interrogemus ea de re, quam & apud nos ſtatuimus, & eis non ingratam fore judicamus. *Cruquius.*

3. *Strenua.*] Strenuè, mox.

4. *Munitæque adhibe vim.*] Aliis verbis

Inclinare meridiem
Sentis: ac veluti ſtet volucris dies,
Parcis deripere horreo
Ceſſantem Bibuli conſulis amphoram.
Nos cantabimus invicem
Neptunum, & virideis Nereïdum comas:
Tu curva recines lyra
Latonam, & celeris ſpicula Cynthiæ:
Summo carmine, quæ Cnidon

bis idem dicit, quod Ode 21.
Tu lene tormentum ingenio admoves
Plerumque duro.
Munitaque adhibe vim ſapientiæ.] Sapientiæ ſeptæ, ac munitæ contra voluptates vim infer, eamque vino, & lætitia expugna, ut joco, & ludo aliquis ſit locus.

5. *Inclinare meridiem.*] Sentis diem decreſcere, & ad occaſum vergere.

6. *Ac veluti ſtet.*] Ac quaſi dies non celeriter abeat, parcis, &c. *Stet volucris dies.*] Venuſte: nihil enim horis velocius. At Lyde, quamquam labi tempus ſentiret, nihilo magis properabat, quam ſi ſtaret. Canterus Nov. lect. lib. 4. cap 4. *Torrent.*

7. *Parcis deripere.*] Pro rapere de horreo. Ceſſas deripere horreo vini cadum Bibuli conſulatu reconditum. *Deripere horreo.*] Cum dicimus *horreum*, proprie frumentarium intelligitur: quod à *farre*, quo ſolo utebantur antiqui, *farreum* vocabant, teſte Feſto. *Cella* vero proprie vinaria eſt. *Horreum* tamen hoc loco Horatius pro vini apotheca dixit, ut Od. 12. lib. 4. Atque ita etiam Juriſconſulti quarumcunque mercium *horrea* dicunt, unde & *horrearii*, eorum cuſtodes: cum vero de vino agitur, addunt *vinarium*. Qua verò ædium parte vini apothecas habuerint veteres, dubitari poſſit: eas vero editiore aliquo loco fuiſſe putaverim, maxime ſi vina in multam uſque ætatem ſervari vellent. Quamquam apothecarum habendarum ratio diverſa ſemper fuit, pro locis regionibuſque; & quod ante omnia conſiderari debet, pro ipſius vini natura. nam quo validius, eo melius cœlum fert. Plin. lib. 24. cap. 21. *Torrentius.* *Horreo.*] Antiqui in horreis teſtas vini condebant.

8 *Bibuli conſulis.*] Conſul fuit M. Calpurnius Bibulus cum C. Julio Cæſare A. U. C. DCCXIIII. *Ceſſantem Bibuli Conſulis amphoram.*] Amphoram, quæ diu remanſerat in vini Apotheca.

9. *Invicem.*] Per vices, viciſſim.

10. *Neptunum, & virides.*] Deum marinum Saturni filium in diei feſti honorem. *Virides comas.*] Vide quæ notavimus lib. 1. Od. 17. *Vitreamque Circen.* *Nereïdum comas.*] Nereïdes ſunt maris Nymphæ Nerei filiæ.

11. *Tu curva retines lyra.*] Tu iterum, iterumque canes.

12. *Celeris Cynthiæ.*] Luna enim nihil celerius, quæ quia terris proxima, inde in montibus perpetuo verſari creditur. Spicula quoque ei perinde, ut Soli dantur; unde ἰοχέαιραν Græci, Latini *jaculatricem* vocant. *Torrent.* *Cynthiæ.*] A Cyntho monte Deli, Diana appellatur Cynthia, quæ *celeris* dicitur, quia venatrix eſt.

13. *Summo carmine Cnidon.*] Meliores libri *Gnidon*, & mox *Paphum*. Utraque inſula Veneri dicata. Quod autem *ſummo carmine* Venerem cantari vult, id amantem decet. Alioqui tres in convivio ſtatui ſolere crateras tradunt, pri-

Fulgenteiſque tenet Cycladas, & Paphon
Junctis viſit oloribus.
Dicetur merita Nox quoque nænia.

mum Mercurio, ſecundum Gratiis, tertium Jovi Liberatori: quorum unus amotis epulis libationi & invitationi relinquebatur. qua de re etiam Turneb. lib. 21. cap. 13. Quamquam nihil certi de his tradi poteſt. Nam pro ſua quiſque religione aliter atque aliter factitabant. *Torrent. Summo carmine.*] Ultimo, ſeu ſupremo carmine, extrema carminis parte, Venerem celebrabimus, quæ tenet Cnidon urbem Cariæ. Vide Od. xxx. lib. 1.

14. *Cycladas, &c.*] Vide Od. 14. lib. 1. *Paphon.*] Urbem in Cypro clariſſimam.

15. *Junctis viſit oloribus.*] His non obſcure notat Venereum carmen junctim canendum, idque fore ſupremum: ait enim noctem deſiderare ſuam næniam, quaſi velit in gremio Lydæ velut in cunis vagire ſopirique: & neſcio an non alludat ad eam cantionem, qua nutrices uti ſolent, infantibus ſopiendis & demulcendis. *Cruquius. Oloribus.*] Junctis Cygnis, quibus ad currum ſuum trahendum utitur Venus. vid. Od. 1. lib. 4.

16. *Nænia.*] Nox etiam cantabitur carmine debito, triſti ſcilicet, & lugubri, quod ſomno, & tenebris (quæ ſunt mortis imago) optimè convenit. Quid *Nænia*, ante vidimus lib. 2. Od. 1.

ODE XXIX. προτρεπτική.

Ad MÆCENATEM.

Invitat eum ad cœnam hilarem, publicis curis omiſſis.

TYRRHENA *regum progenies: tibi*
Non ante verſo lene merum cado
Cum flore, Mæcenas, roſarum; &
Preſſa tuis balanus capillis

Jam-

1. *Tyrrhena regum progenies.*] Ab Hetruſcis regibus oriunde, ſic Od. 1. lib. 1. Ordo eſt: O Mæcenas Tyrrhena progenies regum, jamdudum apud me eſt tibi lene merum, non ante verſo cado, cum flore roſarum, & balanus preſſa tuis capillis. *Tibi.*] In tuum honorem.

2. *Non ante verſo cado,*] Cadi autem ſive amphoræ os ſuperne erat, ut verti neceſſe eſſet, quo depromi vinum poſſet; & tanto quidem altius, quo plus inde depromeretur. Ut autem *cadum vertere*, ſic & *crateras vertere* dicebant, pro ebibere, quod pari ratione vinum ebibendo ſcyphum inverterent. Hinc porro factum, ut *vertere fundo* dixerit Virg. pro funditus deſtruere, ducta, ut arbitror, ab inverſis cadis metaphora. *Torrent. Non ante verſo.*] Cado non ante prompto, in eumque diem aſſervato; cado non ante inverſo ad vinum depromendum.

4. *Preſſa tuis balanus.*] Glans unguentaria preſſa, id eſt, oleum balanium ex ea expreſſum pro capillis tuis. *Balanus.*] Βάλανον vocant Græci, quam Latini *glandem*, earum ſcilicet arborum fructum, quas *glandiferas* inde appellamus, qualis *quercus*, *robur*, *&c.* Verum hoc loco Βάλανος μυρεψικὴ intelligenda eſt, id eſt, *glans unguentaria*,

Jamdudum apud me eſt. eripe te moræ:
Ne ſemper udum Tibur, & Æſulæ
Declive contempleris arvum, &
Telegoni juga parricidæ.
Faſtidioſam deſere copiam, &
Molem propinquam nubibus arduis.
Omitte mirari beatæ
Fumum, & opes, ſtrepitumque Romæ.
Plerunque gratæ divitibus vices,
Mundæque parvo ſub lare pauperum
Cœnæ, ſine aulæis & oſtro
Sollicitam explicuêre frontem.
Jam clarus occultum Andromedes pater

Oſten-

taria, quam uno verbo *μυροβάλανον* vocat Plin. lib. 12. cap. 21. Ea porro à diverſis regionibus ubi naſcitur, & *Æthiopica*, & *Arabica* & *Syriaca* nominatur. Sed laudatiſſima, à Petra, oppido juxta Judæum, *Petræa*, unde expreſſum *oleum Balaninum* dicitur, in unguentis laudatum. Tale igitur ſe Mæcenati ſuo ſervare hic ait Horatius. Vide & Plin. lib. 13. cap. 1. & lib. 23. cap. 4. *Torrent.*

5. *Jamdudum apud me eſt.*] Jam diu domi meæ eſt. *Eripe te moræ.*] Hoc eſt, iis rebus, quæ tibi ſunt in mora, quæ te remorantur, & detinent, quo minus ad nos venias. *Cruquius. Eripe te moræ.*] Te nihil impediat, quo minus ad nos venias.

6. *Ne ſemper Æſulæ.*] Libb. MSS. omnes habent *Nec ſemper*, aut *Non ſemper*. Tum *Eſulæ* etiam aut *Eſſulæ*. Sed nihil muto. *Torrent. Udum Tibur.*] Udum propter copiam aquarum, quæ faciunt Tibur inſalubre. *Æſulæ.*] Æſula eſt oppidum in latere montis collocatum, Tyburi propinquum.

8. *Telegoni juga.*] Et Tuſculum, urbem conditam à Telegono Ulyſſis ex Circe filio; qui patrem imprudens interfecit.

9. *Faſtidioſam deſere copiam.*] Copiam, quæ faſtidium parit. Nam copia ſatietatem, ſatietas parit faſtidium.

10. *Molem propinquam nubibus.*] Turrim in hortis tuis in ſublime extructam, unde totam fere Romam proſpicis. Quamquam divitum omnium ædes turrium inſtar erant, ut lib. 1. Od. 4. oſtendimus. Tandem vero ob frequentes ruinas ab Auguſto cautum, ne ædes altius pedes 70. tollere liceret. Suet. cap. 89.

12. *Fumum.*] Auram popularem, vel ambitionem, per Metaph.

13. *Vices.*] Varietates quæ tædium tollunt.

14. *Mundæque parvo.*] Cœnæ frugales, quæ ſunt neque ſordidæ, neque nimis ſumptuoſæ.

15. *Oſtro.*] Sine veſtibus purpureis.

16. *Sollicitam explicuêre frontem.*] Frontem triſtem exhilararunt: lætitia frontem explicat, mœſtitia in rugas contrahit. *Explicuêre frontem.*] *Explicare* & *exporrigere frontem* lætitiæ ſignum eſt, *contrahere* diverſum. Ex fronte certe quo quiſque animo ſit perſpicitur. *Torr.*

17. *Andromedes pater.*] Andromedes Cephei Æthiopum regis ex Caſſiope filia, Perſeo à quo liberata erat, nupſit:

ac

Oſtendit ignem: jam Procyon furit:
Et ſtella veſani Leonis;
Sole dies referente ſiccos.
Jam paſtor umbras cum grege languido,
Rivumque feſſus quærit, & horridi
Dumeta Sylvani: caretque
Ripa vagis taciturna ventis.
Tu civitatem quis deceat ſtatus,
Curas; & urbi ſollicitus times,
Quid Seres, & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaïſque diſcors:
PRUDENS *futuri temporis exitum*
Caliginoſa nocte premit Deus:
Ridetque, ſi mortalis ultra
Fas trepidat. quod adeſt, memento

Com-

ac tandem beneficio Minervæ & ipſe & Cepheus, una cum uxore & filia, in cœlum ſublati, & aſtris inſerti ſunt. Et Cepheus quidem à tergo minoris urſæ conſtitutus, & circulo Arctico ita incluſus, ut præter caput & humeros ejus nihil occidere videatur. Eamque ob cauſam, ut puto, *occultum ignem* dixit Horatius. *Torrentius.* Cruquius exponit *occultum*, corporibus noxium, eo quod ea ſidera ex occulto lædant. *Pater.*] Cepheus Æthiopum rex inter ſydera collocatus.

18. *Oſtendit ignem.*] Denuntiat æſtatem. *Procyon furit.*] Anticanis: ſtella eſt quæ ante Caniculam oritur.

19. *Et ſtella.*] Signum ſeptentrionale, in quo fit ſolſtitium æſtivum.

20. *Siccos.*] Dies æſtuoſos.

21. *Languido.*] Grege æſtu ſolis fatigato.

22. *Horridi Sylvani.*] Sic libb. noſtri omnes; Lambinus etiam *horrida* legi affirmat. *Sylvanos* autem cum dicit, totum illud capripedum genus intelligit. *Torrent.*

23. *Sylvani.*] Sylvano conſecrata ſunt dumeta, quæ ſua denſitate ſolem excludunt.

24. *Taciturna ventis.*] Murmur non edens: ſignificat Poëta tempus ventoſum jam tranſiiſſe.

25. *Tu civitatem.*] Vide ſupra Od. 8. *Mitte civiles ſuper urbe curas.*

27. *Seres, & regnata.*] Populi Aſiæ Scythicæ, à Sera urbe ſic dicti.

28. *Bactra parent.*] Tu curas, quid Seres, & Bactra præparent, in quibus Cyrus regnabat. *Tanaiſque diſcors.*] Ob Scythas tunc cum Parthis Mediſque diſcrepantes. *Scythicum* certè *amnem* alibi appellat. *Torrent. Tanaiſque diſcors.*] Fluvius Aſiam ab Europa diſterminans, qui perluit populos diſcordes, & belligerantes.

30. *Caliginoſa nocte.*] Exitum nobis ignotum voluit.

31. *Ultra.*] Ultra id, quod ei licet, laborat.

32. *Quod adeſt, memento, &c.*] Monent hæc proverbia Græcis celebrata, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι. nempe ut, quod adeſt, boni conſulamus, rebuſque præſentibus acquieſcamus.

Componere æquus: cætera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace delabentis Etruſcum
In mare, nunc lapides adeſos,
Stirpeiſque raptas, & pecus, & domos
Volventis una; non ſine montium
Clamore, vicinæque ſylvæ:
Cum fera diluvies quietos
Irritat amneis. ILLE *potens ſui,*
Lætuſque deget, cui licet in diem
Dixiſſe, vixi: cras vel atra

Nube

ſcamus. Nam & quod præteriit redire nequit, & futura in noſtra non ſunt poteſtate. Unde elegans ille apud Athenæum verſiculus, lib. x.

Καὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάγωμεν.

Quod adeſt, memento.] Quod præſens eſt, memento adminiſtrare, & cum æquitate, & tuo arbitratu finire.

33. *Cætera fluminis.*] Futura curſum ſuum habent, inſtar fluminis delabentis in mare Tyrrhenum: nunc placidè & quietè, nunc rapidè, & violenter.

35. *Cum pace.*] Placide ἡσύχως ſeu ἡσυχῇ.

36. *Nunc lapides adeſos.*] Deſcriptio perelegans inundationis fluvialis, quæ ex altis decidens rupibus, quicquid obvium eſt ſecum trahit. *Cruquius. Lapides adeſos.*] Excavata rupium ſaxa.

37. *Stirpeſque raptas.*] Arbores extirpatas.

40. *Cum fera diluvies.*] *Diluvies* dixit, ut *alluvies*, *proluvies*, neque hoc tantum loco, ſed & lib. 4 Od. 14.

—— *Horrendamque cultis*
Diluviem meditatur agris.

Nonius tamen *diluvium* frequentius uſurpari ait: quo ſane Virgil. uti maluit lib. 12.

—— *Non ſi tellurem effundat in undas*
Diluvio miſcens.

Atque ita *proluvium* quoque dixere veteres, teſte Nonio. *Torrent. Quum fera diluvies quietos.*] Cum tempeſtas incitat & quaſi ad iracundiam provocat amnes quietos, id eſt, cum diluvies ex imbribus oritur.

41. *Irritat amnes*] *Irritare*, vel ab ira, vel ut Donatus vult, à canibus deductum; qui reſtrictis dentibus *r* litteram imitantur, quam ideo caninam appellamus. Quin & ejus litteræ ſono provocati irruunt. Sed Cruquius deducit à verbo, *ruo*, cum præpoſitione *in*, quaſi *inritat*: ita ut inritare ſeu *irritare*, ſit incitare, provocare, laceſſere. *Diluvie* autem *irritantur amnes*, quod lapſis de cœlo imbribus, novo aquarum agmine aucti, ad ſtragem inferendam provocari quodammodo videantur. *Torr. Ille potens ſui.*] Ille liber eſt, & compos ſui juris, hilariſque vivet, cui licet dixiſſe, vixi in diem, id eſt, bonis præſentibus fruor, futura non curo.

42. *Cui licet in diem.*] Quare tantum boni contingere ei dicit, qui in diem vivat? quoniam, ut ante dictum, ſumma tranquillitas eſt, præſentibus acquieſcere, & omnia virtuti, nihili fortunæ tribuere, quæ ſolida ac vera animi ſua ſorte contenti lætitia eſt. *Torrent.*

43. *Cras vel atra.*] Cras, ſit cœlum nubilum an ſerenum, nihili æſtimat, id eſt, non pendet ex fortunæ inconſtantia, ſed parvi facit, utrum adverſa ſit, an felix futura fortuna.

44. *Polum*

Nube polum pater occupato,
Vel ſole puro: non tamen irritum,
Quodcunque retro eſt, efficiet: neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens ſemel hora vexit.
Fortuna ſævo læta negotio, &
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Laudo manentem: ſi celeres quatit
Pennas, reſigno quæ dedit: & mea
Virtute me involvo, probamque
Pauperiem ſine dote quæro.
Non eſt meum, ſi mugiat Africis

Malus

44. *Polum pater.*] Cœlum atra nube Jupiter occupet.

45. *Non tamen irritum.*] Hoc ſolum noſtrum eſſe dicit, quod viximus: quæ ſententia, niſi eam ex Sardanapali moribus aſtruamus, minime damnanda eſt. Nam quod rectè feceris, id merito factum gaudeas; nullum enim in præterita fortunæ jus competit. *Torrentius.*

46. *Quodcunque retro eſt.*] Quodcunque jam præterit, non poteſt mutari.

47. *Diffinget.*] Neque deſtruet, vel immutabit.

49. *Sævo læta negotio.*] Fortuna in rebus adverſis gaudens ſævire, & pertinaciter ludere ludum novum. *Juveni*
Quoties voluit fortuna jocari.

53. *Laudo manentem.*] Rectè ex Stoïcorum ſententia. Vir ſapiens enim divitias honeſte partas non aſpernabitur; ſed ita ſe comparabit, ut nulla ſua culpa auferri eas, non moleſtè ferat. *Levis enim eſt fortuna, cito repoſcit quæ dedit.* Torrent. *Manentem.*] Fortunam ſtabilem. *Si celeres quatit.*] Si fugit & adverſa eſt.

54. *Reſigno quæ dedit.*] Dicimur & ea *ſignare*, quæ ſigno impreſſo claudimus, & ea quæ in rationes accepta ferimus: contra vero *reſignare*, quæ vel aperimus, ut puta teſtamenti tabulas, vel expungimus aut reddimus: atque ita *ſcribere* aut *reſcribere*, ut lib 2, Serm. 3. videbimus. *Torr. Reſigno.*] Reddo. *Et mea.*] Et meis me virtibus orno; non rebus externis; eſt Metaph. ducta à veſtibus, quibus involvimur.

55. *Virtute me involvo.*] Hoc eſt, munio & defendo adverſus Fortunæ injurias, cui nihil in me poſſe permitto. *Probamque pauperiem.*] Honeſtæ paupertati me familiarem facio, ejuſque vel nudæ ac prorſus indotatæ contubernium exopto, atque ei me mancipo. *Torr. Probam pauperiem.*] Pauperiem cum virtute conjunctam ſine opibus quæro.

57. *Non eſt meum.*] Quippe qui Fortunæ ſervire nolim. *Non eſt meum.*] Nec vitæ, nec propoſiti mei eſt, navigationis periculo me committere, ut rem augeam. etenim pauper eſſe malo. *Africis procellis.*] Vel à vento Africo, vel ab Africa terra. *Torrent.*

58. *Malus.*]

Malos procellis, ad miſeras preces
Decurrere, & votis paciſci,
Ne Cypriæ Tyriæque merces
Addant avaro divitias mari.
Tunc me biremis præſidio ſcaphæ
Tutum per Ægæos tumultus
Aura feret, geminuſque Pollux.

58. *Malus.*] Arbor navis.

59. *Votis paciſci.*] Ut in magna tempeſtate navigantes ſolent. *Tunc enim præcipue votorum locus eſt, cum ſpei nullus eſt; ut eleganter Plin. lib. 8. cap. 10. Torr.* *Et votis paciſci.*] Cum diis quodammodo votis, & precibus paciſci; ne merces meæ in mari pereant.

60. *Cypriæ, Tyriæque merces.*] Merces Cypriæ, pro mercibus quibuſcunque, ſpecies eſt pro genere.

61. *Avaro mari.*] Mari inſatiabili, quod omnia abſorbet.

62. *Tunc me biremis.*] Interpretes ea quæ ſequuntur dici volunt εἰρωνικῶς ut ridendo dicat, tunc ſcilicet, cum voti ſe reum fecerit, deorum beneficio enavigaturum. Placet, nam jam ad preces ſe venturum negaverat. *Torr.* *Tunc me biremis præſidio.*] Quando maris periculo me expono, tunc Aura, & geminus Pollux feret me per Ægæos tumultus. tutum præſidio biremis ſcaphæ; quod nunquam eſt futurum. *Scapha.*] Scapha parva navis eſt, qua tutò navigare poteſt nemo in mari Ægæo.

63. *Ægæos tumultus.*] Sic ventorum Ægæo mari deprælìantium motus vocat. Eſt autem Ægæum admodum procelloſum ac periculoſum nautis. Nomen ergo quidam deducunt ab Ægeo patre Theſei, alii à ſcopulo capræ ſimilitudinem præferente: quidam ab αἶγες, quod apud Dores fluctus ſignificent, unde αἰγίζω & ἐπαιγίζω. Denique Strabo Ægæi maris nomen ab Ægis, Eubœæ inſulæ oppido, dictum mavult. Et Græci ſane non Αἴγεον, ſed Αἰγαῖον ſcribunt, ita ut Strabonis ſententia cæteris præferenda videatur. Αἰγαὶ enim oppidi nomen. Scribendum ergo *Ægæum.* Torrent.

64. *Geminuſque Pollux.*] Caſtor & Pollux gemini nati nautis favent.

ODE XXX. Ἀπολελυμένη, ἀντιφωνητικὴ καὶ ἀρχαϊκή.

Ad MELPOMENEM MUSAM.

Horatius Lyricos verſus ſcribendo, æternam gloriam eſt conſecutus.

EXEGI *monumentum ære perennius,*
Regalique ſitu Pyramidum altius;

Quod

1. *EXegi monumentum.*] Sic de Metamorphoſeôn libris, Ovid.

Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.

Exegi monumentum.] Perfeci carminum volumen, ingenii mei monumentum æneis ſtatuis durabilius.

2. *Regalique ſitu.*] Dixit *ſitum Pyramidum*, ut caſtrorum oppidorumque ſitum dicimus: *regalem* addens, quod Pyramides

Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.
Non omnis moriar: multaque pars mei
Vitabit Libitinam: uſque ego poſtera
Creſcam laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacita virgine Pontifex.
Dicar, qua violens obſtrepit Aufidus,

Et

ramides regum Ægypti peculiare quoddam monumentum extiterint, eorumque pecuniæ ſtulta atque otioſa quædam oſtentatio, quarum una in altitudinem CCCLXIII. pedum aſcenderit. Merito ergò Pyramides inter orbis miracula recenſebantur. Plin. lib. 36. c. 12. *Torr.* *Regalique ſitu Pyramidum altius.*] Altius regali conſtructione pyramidum, quæ ſunt regum Ægyptiorum ſepulchra.

3. *Aquilo impotens.*] Ut Epod. 16.

—— Nullius aſtri
Gregem æſtuoſa torret impotentia.

Impotens.] Aquilo vehementer ſæviens, ut qui ſibi non poſſit temperare.

5. *Annorum ſeries.*] Temporis longinquitas, & curſus temporum.

6. *Non omnis moriar.*] Non totus moriar. *Multaque pars mei.*] Mens vel ingenium.

7. *Vitabit Libitinam.*] Cœlius lib. 29. cap. 18. locum exponit. *Vitabit Libitinam.*] Effugiet mortem. Libitina eſt dea funerum: ſignificat etiam capulum, vel feretrum, in quo cadavera efferuntur ad ſepulturam. *Uſque ego poſtera.*] Nam ego poſtera futurorum hominum laude ſemper renovatus & recens, incrementum ſumam, uſque dum imperii Romani æterni, futura memoria eſt, & donec Pontifex Max. Idualia celebrabit, & cum tacita & verecundâ, propter ſacrorum reverentiam virgine Veſtali, in Capitolium ad ſacra facienda aſcendet. *Lubin.* *Uſque ego poſtera.*] Semper ego recens creſcam poſtera laude, dum pontifex ſcandet Capitolium cum tacita virgine.

8. *Recens.*] Non ſeneſcens. *Dum Capitolium Scandet.*] Per Capitolium, urbis atque Imperii æternitatem intelligo. Tum in omnibus ſacrificiis publicis Veſtales interveniſſe conſtat. Poſſet & eò referri, quod virgo Veſtalis à Pontifice capta, atque in atrium Veſtæ deducta, inde forte diis ſupplicandi cauſſa in Capitolium aſcendebat. Sed quomodocunque aſcenderit, nominis ſui perpetuitatem Poëta iis verbis ſignificat. Romam enim credebant æternam fore. Hinc illæ numiſmatum inſcriptiones, ROMA AETERNA. *Tacitæ* autem epithetum meritò Virgini Veſtali tribuit, quod ſacrorum conſciam, &

Trojanam ſola cui fas vidiſſe Minervam,

nihil magis quam ſilentium deceat. *Torrent.* *Dum Capitolium.*] Donec Imperium Romanum durabit.

9. *Scandet cum.*] Dum pontifex aſcendet in Capitolium ad ſacra Idualia peragenda cum virgine Veſtali tacita, id eſt, cum virgine tacente, dum ſacra celebrantur. *Cum tacita Virgine.*] Turneb. lib. 17. cap. 7. & lib. 20. cap. 35.

10. *Dicar, qua violens.*] Ordo eſt, Ego potens, ex humili princeps, dicar deduxiſſe Æolium carmen ad Italos modos, quà obſtrepit violens Aufidus, & quà pauper aquæ Daunus regnavit agreſtium populorum. *Aufidus.*] Violentus Apuliæ fluvius, ubi natus eſt Horatius.

11. *Pauper*

Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium
Regnavit populorum, ex humili potens
Princeps, Æolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos. Sume ſuperbiam
Quæſitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge volens, Melpomene, comam.

Q. HO-

11. *Pauper aquæ Daunus.*] Quia aridæ ditioni præfuit. Nam ad *Aufidum* Apuliæ fluvium quod attinet, quamquam is Dauni regna præfluebat, non ideo minus æſtuoſa Apulia. Vide lib. 1. Od. 14. *Torr.* *Daunus agreſtium.*] Daunus rex Apuliæ fuit, à cujus nomine fluvius ſic appellatus eſt, qui fluvius ob vehementes ibi calores pauper aquæ dicitur.

12. *Regnavit populorum.*] Sic priſci quoque interpretes legerunt, nec primus hunc locum ex Servio reſtituit Lambinus. Libri tamen MSS. omnes, quos videre contigit, *regnator* habent: tantum potuit Grammaticorum audacia. Solent autem nobiles Poëtæ hujuſmodi locutionibus hîc illic aſperſis excitare Lectorem; idque vel ſubaudiendo aliquid, vel imitatione Græcorum. Tale illud Virgilii:

Juſtitiæne prius mirer, bellive laborum?

Et:

—— *Nec veterum memini lætorve malorum.*

Et:

Implentur veteris Bacchi pinguiſque ferinæ.

Sic *deſine querelarum*, *Abſtineto irarum*, *Invidit avenæ*, *Decipitur laborum*, *Soluti operum*, apud Horat. *Deſipiebam mentis*, *Mille annorum vivunt*, *Pendet animi*, *Dignus ſalutis*, apud Plautum: & ſimilia multa à Nonio congeſta. *Torr.* *Regnavit populorum.*] Quidam legunt, *Regnator populorum. Regnavit populorum*] Rex fuit agreſtium populorum. Græca eſt ſtructura, ἐβασίλευσε τῶν λαῶν. *Ex humili potens.*] Qui libertino patre natus, potens & clarus extitit.

13. *Princeps.*] Omnium primus. *Æolium carmen.*] Vide lib. 2. Od. 13. *Æoliis fidibus querentem. Æolium carmen ad Italos.*] Carmine Æolio uſus eſt Alcæus à Lesbo inſula, in qua regnavit Æolus.

14. *Sume ſuperbiam.*] Sume ſpiritus juſtos & tibi jure debitos, nempe ingenio partos. Nam cum Muſam alloquitur, eamque laudat, ſibi eodem tempore, eademque opera blanditur & favet. *Lamb.* *Sume ſuperbiam.*] O Melpomene; ſume ſuperbiam, id eſt, gloriam, & nobilitatem quæſitam meritis, id eſt, virtutibus, & volens cinge mihi comam Delphica lauro.

15. *Quæſitam meritis.*] Hoc eſt, nobilitatem propriis virtutibus conciliatam, non majorum imaginibus. Nam eos nobiles dicebat eſſe Antiſthenes, qui virtute præditi ſunt. Habent enim id unde vera naſcitur nobilitas. *Figulinus.* *Delphica lauro.*] Idem quod *Apollinea*, vel *Apollinari.* lib. 4. Od. 2.

16. *Lauro cinge, &c.*] Corona ex lauro conſecrata Apollini, qui Delphis edidit oracula ſub monte Parnaſſo, & ſumma veneratione ibi colebatur.

Q. HORATII FLACCI
CARMINUM
SEU
ODARUM
LIBER QUARTUS.

Ode I. δικωλικὴ, ἐρωτική.

Ad VENEREM.

Horatius, jam ea ſe eſſe ætate, ut à rebus amatoriis, & carminibus ludicris alieno eſſe animo debeat, & tamen Ligurini veſano amore torreri dicit.

INTERMISSA Venus diu,
Rurſus bella moves. parce, precor, precor.
Non ſum qualis eram bonæ
Sub regno Cynaræ: deſine dulcium
Mater ſæva Cupidinum,
Circa luſtra decem flectere mollibus

Jam

T*Orrentius ſcribit, Codicem Laurentianum, omnium fideliſſ. libro huic hunc præpoſuiſſe titulum:* CARMINUM LIBER IV. AD FABIUM MAXIMUM. *Duo autem ea tempeſtate Fabii floruerunt, cognomine* Maximi. *Prænomen alteri* Quintus, *alteri* Paullus *fuit, uterque Quinti filius ſcribitur.*

2. *Bella moves.*] In militiam Veneris urges.

Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido.

3. *Bonæ Cynaræ.*] Bene Lambinus *bonam* appellari ait, quæ Horatio nihil etiam adferenti ſeſe fruendam dederit, rapax alioqui & avara. *Torrent.*

4. *Sub regno Cynaræ.*] Non tam hic *regnum* ad graves & ſuperbos amores, quam ad dignitatem, majeſtatem & benevolentiam Cynaræ declarandam pertinere videtur. *Cruq. Sub regno Cynaræ.*] Sub Cynaræ dominio. Qui amant, ſerviunt. Cynaram bonam appellat fortaſſe quod eſſet ipſi inter cæteros amatores benevolentior, idque ſine mercede. *Dulcium Cupidinum.*] Et Cupidines quidem tot, quot amorum ſpecies eſſe nonnulli voluere: quibus initio nihil blandius; poſtquam verò admiſſi nos ſub Veneris jugum pertraxere, tunc ſentire quiſque incipit in quantis verſetur malis. *Torr.* Turn. lib. 28. cap. 10.

5. *Sæva Cupidinum.*] Venus aliquando crudelis eſt, & ſæva inter dulces voluptates.

6. *Circa luſtra.*] Cum nunc annos quinquaginta ſim natus. *Mollibus Imperiis.*] Non quæ animos molliant: ſed

quæ

Jam durum imperiis, abi
Quo blandæ juvenum te revocant preces.
Tempeſtivius in domo
Pauli, pupureis ales oloribus,
Comeſſabere Maximi:
Si torrere jecur quæris idoneum.
Namque & nobilis, & decens,
Et pro ſollicitis non tacitus reis;
Et centum puer artium,

Late

quæ jam ante mollitos, hoc eſt, ætate ipſa pronos ac faciles ad amandum, decent. *Torr.* *Mollibus Imperiis.*] Imperiis voluptuoſis, quæ molliunt animos.

7. *Jam durum.*] Me jam ſenio induratum.

9. *Tempeſtivius.*] Oportunius, tempore magis idoneo. *In domo Paulli.*] Paullum Fabium Maximum, Paulli, aut certè Quinti filium ſignificat. Nam ea quæ ſequuntur, ad illum qui quadriennio poſt ſit factus Conſul, referri nequeunt. *Torrent.*

10. *Purpureis ales oloribus.*] Lib. 3. Od. 28. olores etiam Veneris currui junxit. Verum quæritur quomodo *purpureos* vocet, cum cygni candor etiam proverbio locum fecerit, & Poëta ipſe Ode ultima lib. 2. per *album alitem*, cygnum ſignificaverit? Sunt qui *cygnos* ab *oloribus* differre velint, quod nec ego negaverim; ſed Poëtæ tamen promiſcuè uſi ſunt. His olim adductus rationibus Lambinus, *marmoreis* hîc reponendum eſſe cenſuit. Verum huic ſententiæ exemplaria omnia repugnant. Cruquius verò Cytheram inſulam, Veneri ſacram, Porphyrin olim nominatam tradit, Plinio & Mela teſtibus: huc igitur reſpexiſſe Poëtam credit. Verum Porphyrionis hic & Servii 1. *Æneid.* opinio, ut ſimpliciſſima, ſic & veriſſima, mihi placet, ut *purpureis* pro pulchris exponamus. Sic enim.

——*Lumenque juventæ Purpureum, &c.*

Torr. Vel poëtica ad miraculum audacia eſt uſus, ut quem rerum natura non procreat in eo avium genere colorem, eum fucaret. Turn. lib. 15. c. 22. & lib. 28. cap. 10. *Pulmann.* *Ales oloribus.*] Quæ velox es, & celeriter vehi ſoles in curru oloribus juncto.

11. *Comiſſabere.*] Lambinus contendit ſcribi debere *Comiſſari* aut *comeſſari*. Non enim hic agitur de epulis, aut diis ad epulas adhibendis: ſed hoc dicit Horatius, Venerem tempeſtivius & oportunius ſuis artibus, ſuoque jure uſuram in domo Paulli, quam in ſua. *Lamb.* Ego ubique ſcriptum reperi *comeſſabere*, uti & in Suetonii Vitellio cap. 13. quem locum ibi vide. Tantum adjiciam *comeſſari* propriè poſt cœnam dici ſolere. *Torr.* *Commeſſabere.*] Jocabere, & libidinoſe vives.

12. *Torrere jecur.*] Cur iratis tumeſcere, ſive ardere, & uri jecur dixerint auctores, lib. 1. Od. 13. declaravimus. id enim flavæ bilis, ſeu fellis potius folliculo, qui in medio hepate eſt, tribuimus. Vide & Od. 25. lib. 1. *Torrent.* *Jecur quæris idoneum.*] Jecur amoribus aptum. Jecur enim eſt ſedes libidinis.

13. *Namque & nobilis, & decens.*] Paulus Max. juvenis nobilis, formoſus, & facundus erat, quæ omnia exornant amantem.

14. *Et pro ſollicitis.*] Et pro iis, quorum cauſa in periculo verſatur, patronus non mutus, ſed eloquens.

15. *Et centum.*] Et multis artibus inſtructus juvenis.

16. *Latè*

Late ſigna feret militiæ tuæ.
Et, quandoque potentior
Largis muneribus riſerit æmuli,
Albanos prope te lacus
Ponet marmoream ſub trabe Cypria,
Illic plurima naribus
Duces tura, lyræque, & Berecynthiæ
Delectabere tibiæ
Miſtis carminibus, non ſine fiſtula.
Illic bis pueri die

Numen

16. *Latè ſigna feret.*] Multum amabit, & animo libenti.

17. *Et quandoque.*] *Quandoque* pro *quandocumquè*, etiam proximè ſequenti Oda dici videbimus. Pro *largis* autem *largi* habent duo optimi codd. nec malè. *Torrent.* *Et quandoque potentior.*] Et quandocunque Paulus riſerit, id eſt, hilaris erit, plus valens apud amicam, quam larga rivalis munera, ille marmoream eriget tibi ſtatuam, propè lacus Albanos.

18. *Riſerit.*] Lætus fuerit, ex eo ſcilicet, quod rivalis ſeu æmuli munera, quantumvis larga, nihil apud amicam valuerint, neque effecerint, ut minoris ab amica fiat, quam æmulus. *Lambin.*

19. *Albanos propè te lacus.*] Olim *Alba* inter montem excelſum lacumque magnum exſtructa fuit. auctor Dionyſius. Lacus ejus meminit Cic. lib. 1. De Divinatione. Veriſimile autem eſt, eo loci ſuburbanum habuiſſe hunc Maximum. *Torrent.*

20. *Ponet marmoream.*] Tale illud Virg. Eclog. 7.

— *Cuſtos es pauperis horti:*
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu
Si fœtura gregem ſuppleverit, aureus eſto.

Sub trabe Cypria.] Plures quidem libri *Cypria* habent, ſed duo meliores *Citria* & *Citrea*. Si quis *Cypriam* retinere malit (nam ſic priſci legunt interpretes) æream fortaſſis interpretari liceat, quod Cyprus eo metallo abundet. Unde *æroſam* olim nominatam fuiſſe tradit Feſtus. Addet hoc quoque aliquid gratiæ, quod deæ ex Cypro uſque inſula illi longè gratiſſima, petitas trabes promittit. Atque ita ſanè interpretari malim, quam pro æde, qualem in Cypro habuerit, ut quidam faciunt. *Citrea* tamen magis placet: Citrum enim & odoratiſſimam, & maximi pretii apud Romanos in delitiis fuiſſe, ſignant tabulæ, lectuli, menſæ Citreæ illæ memorabiles, de quibus Cicero in Verrem 6. Turn. l. 8. cap. 15. Plin. lib. 5. cap. 1. & lib. 16. cap. 43. *Trabem* autem cum dicit, ædem aut ædiculam Veneri dedicatam ſignificat Horatius. *Torr.* *Cruq.* *Sub trabe Cypria.*] In templo arboribus odoratis ædificato.

21. *Illic plurima.*] Illic bibes naribus plurima ex thure ſacrificia.

22. *Berecynthiæ.*] Tibiæ Phrygiæ, à monte Berecyntho, ubi primum inventa dicitur tibia.

24. *Non ſine fiſtula.*] Tria hic organa muſica enumerantur, lyra, tibia, fiſtula. quæ ut inter ſe differunt, ita ab aliis atque aliis inventa ſunt. lyra enim ab Apolline, ſeu, ut alii volunt, à Mercurio: tibia à Marſya, fiſtula à Pane. *Lambin.*

25. *Bis pueri die.*] Manè, & veſperi.

28. *In*

Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
In morem Salium, ter quatient humum.
Me nec fæmina, nec puer
Jam, nec ſpes animi credula mutui,
Nec certare juvat mero:
Nec vincire novis tempora floribus.
Sed cur heu, Ligurine, cur
Manat rara meas lacryma per genas?
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua ſilentio?
Nocturnis ego ſomniis
Jam captum teneo, jam volucrem ſequor
Te per gramina Martii
Campi, te per aquas dure volubileis.

ODE

28. *In morem Salium.*] In morem Saliorum Martis ſacerdotum ſaltabunt. *Ter quatient humum.*] Sic lib. 3. cap. 17.

Gaudet inviſam pepuliſſe foſſor,
Ter pede terram.

Ad pedis enim ictum hoc referendum eſt.

29. *Me nec fœmina.*] Me nec fœmina juvat hoc, &c.

30. *Mutui.*] Ut mutuo amer ab ea, quam amavero.

31. *Nec certare.*] Nec juvat contendere poculis, nec caput in epulis coronare.

33. *Sed cur heu Ligurine.*] Quanto minus ætati ſuæ convenire amorem jam ante dixit, tanto potentiorem Ligurini pueri formam eſſe ſignificat, quæ vel invitum trahat. De eodem mox, Od. 11. *Torr. Sed cur, heu.*] Apoſtrophe pathetica, ac ſi diceret, Eheu Ligurine, quamvis ætate jam ingraveſco, amore tamen tui incenſus ad priſtinas revocor laſcivias.

34. *Manat rara.*] Eadem vehementiſſimi amoris indicia, quæ ante retulit, lib. 1. Od. 22. repetiturus Epod. 11. *Torrent. Rara Meas lachryma per genas.*] Lachryma guttatim, & rarò defluens, non amoris parvitate, ſed ætatis verecundia. nam turpe eſt ſeni præ amore flere.

36. *Inter verba cadit.*] Cur lingua in medio ſermone titubat? quod nimii amoris eſt indicium.

37. *Nocturnis te ego ſomniis.*] Quo quiſque in ſtudio diem conterit & quibus in curis eſt occupatus, eas res plerumque ſomniare ſolet:

An qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?

Virg. *Lambin. Nocturnis ego te ſomniis.*] Ego te (quem vigilans cupio) nocturno tempore plerunque ſomnio.

38. *Teneo, jam.*] Tenere videor. *Volucrem ſequor.*] Te ex meo complexu evolantem ſequor, quaſi ludentem in campo Martio, te ſequor quaſi denatantem in Tiberi, qui fluit juxta campum Martium, in quo juventus Romana ſe curſu, lucta, equo, natatione exercebat.

39. *Per gramina Martii.*] Studiis illis campeſtribus fortè Poëtam in ſui amorem pertraxerat Ligurinus, quare & ſomnianti occurrebant. *Torrent.* Turn. lib. 28. cap. 10.

40. *Dure.*] O Ligurine inexorabilis.

ODE II. ἐγκωμιαστική.

Ad IULUM ANTONIUM, M. Antonii Triumviri filium.

Antiquos Poëtas & præcipuè Pindarum imitari periculoſum eſt.

PINDARUM *quiſquis ſtudet æmulari,*
Iüle, ceratis ope Dædalea
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina ponto.
Monte decurrens, velut amnis imbres
Quem ſuper notas aluêre ripas,
Fervet, immenſuſque ruit profundo
Pindarus ore;
Laurea donandus Apollinari,

Seu

1. P*Indarum quiſquis.*] Pindarum inter Lyricos Poëtas facile principem ſi quis imitari velit, is ſuos conatus irritos ſentiat, ut olim Icarus volare tentans, in mare decidit.

2. *Ope Dædalea.*] Vel ad Dædali fabulam reſpicit: qui,

—— Fugiens Minoïa regna,
Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo eſt.

Vel quia artificioſa omnia *Dædala* vocamus. ut *Dædali ars* proverbio locum fecerit. *Ceratæ* quoque *pennæ*, pro cera illitæ atque annexæ. *Torrent.*

3. *Nititur pennis.*] Tres codices manuſcripti Bland. hic & ubique in aliis odis, habent *pinnis* pro *pennis.* Cruquius. *Nititur pennis.*] Suſtentatur pennis cera junctis Dædali patris artificio. *Vitreo daturus.*] Ponto pellucido inſtar vitri: vel potius ejuſdem coloris cum vitro, quod ab Icaro mare Icarium eſt appellatum. *Daturus nomina.*] Hoc eſt, ut Icarus ille, qui ponto nomen dedit, perituturus, atque impar diſceſſurus. *Torrent.*

5. *Monte decurrens.*] Ordo eſt, Fervet Pindarus velut amnis monte decurrens, quem imbres aluêre ſuper notas ripas, & ruit immenſus ore profundo. Significat Horatius Metaphorice copioſam Pindari ſapientiam, & celerem in dicendo ubertatem.

6. *Aluêre ripas.*] Duo vetuſti codices habent *Saliêre.* quam lectionem non tam ineptam eſſe, quam Lambinus exiſtimat, facile oſtenderim, niſi *alendi* verbum hic mirifice placeret. Apud veteres enim *augere* ſignificat: unde & *aleſcere* pro creſcere, multis apud Lucretium locis. *Torr. Aluêre ripas.*] Ita auxêre, ut extra ripas erumpat.

7. *Immenſuſque ruit.*]. Adeo, ut nonnullis nimis opima pinguique eſſe facundia exiſtimatus ſit. *Gellius* lib. 17. cap. 10. *Immenſuſque ruit.*] Propter diluvium.

9. *Laurea donandus.*] Coronandus lauro Poëtis conſecrata, vide Od. ult. lib. 3.

10. *Audaces dithyrambos.*] Hunc locum prolixè & pereruditè ſanè explicat Turn. Adverſ. lib. 1. cap. 4. Quanquam Dithyramborum ratio mihi, ut ingenuè fatear, obſcuriſſima eſt. Hoc tantum conſtat Bacchi laudibus carmen illud dedicatum fuiſſe, ita ut aliud nullum ejus argumentum quam *Liber pater* extiterit.

Seu per audaceis nova dithyrambos
Verba devolvit, numeriſque fertur
Lege ſolutis:
Seu deos, regeſque canit, deorum
Sanguinem, per quos cecidêre juſta
Morte Centauri: cecidit tremendæ
Flamma Chimæræ:
Sive quos Elea domum reducit
Palma cœleſteis: pugilemve, equumve

Dicit,

terit. Unde & nomen ei contigit; ſiquidem id cum Deo ipſo commune eſt, quem *Dithyrambum* vocatum tradit, ob varias rationes: vel quod duabus veluti januis, ſemel ex matris utero, ſemel ex patris femore in vitam prodiit. Eſt & alia ratio quo ſimplicior, eo & melior, quod vino capti & pectora & ora ſimul aperta gerant. *Torr.* *Audaces nova.*] Dithyrambi vel numeris innumeris, & pedibus lege ſolutis conſtant, vel ſunt verſus valde vehementes ad animos concitandos. *Dithyrambis.*] Hic non dubitarim tam ad cantionem ipſam rhythmicam, quam ad chorum Bacchicum referri Dithyrambos; qui ad numeros ipſe, nunc in dextrum, nunc in ſiniſtrum, magno & corporis & vocis impetu contendebat: quod ideo inventum eſt, ne qua pars corporis religione vacaret, quaſi penitus ſacro numine afflati, & quodam furore capti eſſent. Vide Alex. ab Alex. lib. 4. c. 17. *Cruq.* *Dithyrambos.*] Dithyrambi ſunt metri genus liberius in honorem Bacchi compoſitum.

11. *Devolvit.*] Deorſum volvit, id eſt, verba grandia loquitur. *Numeris lege ſolutis.*] Atqui numeri ſine lege eſſe nequeunt. *Legem* ergo intelligamus, qua Lyrici ſeu Melici verſus adſtricti ſunt ob ſtrophas illas & antiſtrophas ſive converſiones, quas in Pindaricis carminibus cernimus. Dithyrambi enim multò concitatiores, ac veluti à Lymphatis effuſi, majore licentia profluebant. *Torr.* *Fertur.*] Pindarus velut vates rapitur numerorum Dithyrambicorum majore licentia.

13. *Seu deos, regeſque canit.*] *Deos* ut Apollinem: *Reges*, ut Hieronem Syracuſanum, qui ſuo tempore regnavit in Sicilia. *Deorum ſanguinem.*] Priſci autem reges illi omnes ſuam ad deos originem referebant. Et alioqui βασιλέας καὶ ἄνακτας vocabant Græci, viros quoſcunque excellentes ac magna apud ſuos gloria præditos, quamquam non imperarent. *Torr.*

14. *Per quos cecidêre juſta*] Per quos (Herculem & Pirithoum) devicti ſunt Centauri Thraciæ populi, qui à Poëtis finguntur eſſe media parte viri, & media equi, originem ab Ixione trahentes.

16. *Flamma Chimæræ.*] Per Bellerophontem cecidit Chimæra, cujus tria capita ignem efflant. vide Od. 27. lib. 1.

17. *Sive quos.*] Sive dicit, & laudat eos, quos victoria apud Elidem parta domum reducit cœleſtes, id eſt, cœleſtibus ob gloriam comparandos. *Elea cæleſtes.*] De Elide, Peloponeſi ad occaſum & oppido & agro, multi multa ſcripſere. vide Plin. lib. 4. cap. 5. Hinc ergo *Eleus campus*, & apud Virg *Eliades equæ*, *&c.* Appellat autem victores Olympiæ *Cæleſteis*, quod deos gloria proximè contingant. ſi quidem idem erat viciſſe in Olympiis, quod Romæ triumphaſſe. *Torrent.*

18. *Pugilemve, equumve.*] Lyrici carminis materia.

Dicit, & centum potiore ſignis
Munere donat:
Flebili ſponſæ juvenemve raptum
Plorat, & vireis, animumque, moreſque
Aureos deducit in aſtra: nigroque
Invidet Orco.
Multa Dircæum levat aura cycnum;
Tendit, Antoni, quoties in altos
Nubium tractus: ego apis Matinæ

More,

Et pugilem victorem & equum certamine primum,
Et juvenum curas, & libera vina referre.

Pugilemve, equumve.] Seu pugilatu, ſeu equorum curſu ſuperiorem dicit.

19. *Centum potiore ſignis.*] Hoc ideo dicit, quod victoribus omnibus ſtatuæ publicè ponebantur. *Torrent.*

20. *Munere donat.*] Carminibus donat, quæ ſunt centum ſtatuis diuturniora.

21. *Flebili ſponſa.*] Dignæ fletu ac lacrymis: ut lib. 1. Od. 24.
Multis ille quidem flebilis occidit.
Flebili ſponſa.] Sive in Epitaphio exprimit ploratum flebilis ſponſæ, propter juvenem ſponſum immatura morte ſibi ereptum.

22. *Vires, animumque.*] Sunt qui *vires* pro virtute exponant. Alii *vires animumque* pro animi viribus, hoc eſt, pro fortitudine accipiunt, quaſi verò non etiam corporis vires ſæpe laudet Pindarus. *Torrent.*

23. *Aureos deducit.*] Et bonos mores ejuſdem juvenis effert ad aſtra. *Educit in aſtra.*] Sic quidem tres noſtri codices. ſed plures ac meliores *reducit* habent. ut lib. 2. Serm.
Dii tibi dent capta claſſem reducere Troja.
Ubi vulgati libri ſimiliter *deducere* legunt. *Torrent.*

24. *Invidet Orco.*] Invidet morti, id eſt, à morte & oblivione eum vindicat.

25. *Multa Dircæum.*] Lycus Thebarum rex repudiata uxore Antiopa, Dircen duxit. Antiopam compreſſit Jupiter, quam Dirce ſuſpicata cum marito adhuc conſueſcere, in vincula conjecit. unde illa Jovis miſeratione liberata, in Citheronem montem confugiens, Zethum ibi & Amphionem peperit. qui adulti, interfecto Lyco, matris æmulam, equi indomiti caudæ alligarunt. Quæ diu raptata, diis tandem commiſerantibus, in fontem non procul à Thebis converſa, ei nomen dedit. Hinc *Amphion Dircæus.* Et *Dircæus cycnus* Thebani poëtæ ſeu Pindari, periphraſis eſt; ut *Teïus cycnus* Anacreontis. Et cur cycnis comparentur poëtæ ante dictum eſt, lib. 2. Od. 20. Nunc addam ſimili ratione ob cantus dulcedinem, etiam *Sirenas* eos vocari. *Torr. Dircæum levat aura.*] Pindarum Poëtam Thebanum, ſic dictum à Dyrce fonte Thebano. *Cygnum.*] Poëtam. nam ut cygnus aura, & vento levatus in altum volat; ſic Pindarus quoties deorum, & regum canit laudes, ſua eloquentia ſublimis volat, & ſuaviter canit.

27. *Nubium tractus.*] In eam uſque regionem cœli, ubi nubes condenſantur, id eſt, in cœlos ipſos. *Ego apis Matinæ.*] Ego, ut apis Calabra in Matino monte paſcens, carpenſque grata thyma, id eſt, ſcribens depreſſe, ſuavi tamen ſtylo fingo carmina, &c. *Apis Matinæ.*] Apis autem circà flores ſtudium, & in congerendo melle ſedulitas, meritò

More, modoque,
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, uvidique
Tiburis ripas, operoſa parvus
Carmina fingo.
Concines majore Poëta plectro
Cæſarem, quandoque trahet feroceis
Per ſacrum clivum, merita decorus
Fronde, Sicambros:
Quo nihil majus meliuſve terris
Fata donavêre, bonique divi:
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priſcum.
Concines lætoſque dies, & urbis
Publicum ludum, ſuper impetrato

Fortis

ritò cum poëtarum oratorumque eloquentiæ ſuavitate comparatur. Quare & in Pindari & in Platonis labris apes conſediſſe memorantur; certum futuræ facundiæ auſpicium. Plura Muretus Var. lect. lib. 8. cap. 1. *Torrentius.*

30. *Uvidi Tiburis.*] Tiburis aqua abundantis.

31. *Operoſa carmina.*] Quæ plurimum operæ atque induſtriæ requirant: ut *operoſas divitias*, quibus & parandis & conſervandis plurimo labore opus ſit, lib. 3. Od. 1. *Torrent.*

32. *Carmina fingo.*] Carmina compono laborioſa, exiſtens parvus.

33. *Côncines majore plectro.*] O Poëta, tu canes Cæſarem ſtylo grandiore, id eſt, carmine heroïco.

34. *Quandoque trahet.*] Quandocunque Cæſar merita laurea decorus, trahet per ſacrum clivum *Sicambros*, id eſt, Germaniæ populos, quos hodie *Gheldrenſes* appellamus.

35. *Per ſacrum clivum.*] Non dubito, quin *clivum Capitolinum* viæ Sacræ adhærentem ſignificet. Triumphantes enim ingreſſi urbem porta Triumphali, per Velabrum & Forum, ab æde Saturni juxtà Concordiæ & Jovis Tonantis, qua via Sacra clivo proxima erat, in Capitolium aſcendebant. *Torrentius. Per ſacrum clivum, &c.*] Per ſacram viam triumphantes in Capitolium vehebantur.

36. *Sicambros.*] Hos *cæde gaudentes* vocat Od. libri hujus 14. Rheni ab utraque parte accolæ fuerunt; quos Druſus eodem quo Cheruſcos & Suevos terrore ſubegit; Auguſtus poſtea ipſos ac Suevos in Galliam traduxit. Florus l. 4. Libri aliquot manuſſ. *Sigambros* legunt. *Torrent.*

37. *Quo nihil.*] Quo Cæſare.

38. *Bonique divi.*] Divi largi.

39. *Quamvis redeant in aurum.*] Quamvis redeant aurea ſæcula, vel aureæ ætatis mores.

41. *Concines lætoſque dies.*] Decantabis etiam feſtos dies, & publicam civitatis lætitiam pro Auguſti reditu à diis impetrato, & conceſſo.

42. *Super impetrato reditu.*] Oda lib. præcedentis 14. lætitiæ ob Auguſti reditum

Fortis Auguſti reditu, forumque
Litibus orbum.
Tum meæ (ſi quid loquar audiendum)
Vocis accedet bona pars: & ô Sol
Pulcher, ô laudande, canam recepto
Cæſare felix.
Tuque dum procedis, Io triumphe,
Non ſemel dicemus, Io triumphe,
Civitas omnis, dabimuſque divis
Tura benignis.
Te decem tauri, totidemque vaccæ,
Me tener ſolvet vitulus relicta
Matre,

ditum ex Hiſpania argumentum continet. Sed bello Cantabrico multis annis extracto, repetita interea Hiſpania, iterum deſideratus, cum S.P.Q. Romani precibus rediturum ſe pollicitus fuiſſet, nec tam citò quam pollicitus fuerat rediiſſet, huic quoque carmini materiam præbuit. *Torrent.*

44. *Forum litibus orbum.*] Ob dies feſtos ac ludos publicos ceſſantibus judiciis. *Torrent.* *Litibus orbum.*] Et cantabis forum contentionibus vacuum, propter ferias, ſeu potius propter Cæſaris æquitatem. *Forumque litibus orbum.*] De juſtitio hoc intelligendum, quod feſtorum dierum, ludorum, pomparum ac ſupplicationum tempore, parta victoria, ductoque triumpho, nihil judicabatur, tacerentque forenſes cauſæ, dum panegyris agitur. De publica ergò lætitia feſtum diem intelligas. Ut enim inter arma ſilent leges, ita in communi totius populi gaudio triumphoque lites forenſes tacebant. *Schott.*

45. *Tum meæ (ſi quid loquar.*] Tum magna mei carminis pars addetur tuo poëmati, ſi quid loqui poſſum auditu dignum.

48. *Cæſare felix.*] Et Cæſare à periculis belli erepto, ego beatus, felix hæc canam. O Sol pulcher, id eſt, ô dies pulcher, laudibuſque celebrande, quo victor Cæſar urbem ingreſſus eſt.

49. *Tuque dum procedis.*] Quis enim præter Imperatorem in triumpho procedit, cum in Capitolium vehitur? Cui niſi Imperatori triumphus clamatur? cujus denique gratia populus rem ſacram facit, niſi ejus qui triumphat? Ad hæc omnia nunc de Iulo Antonio qui conſul fuit DCCXLIII anno, ad quem ſcribit, dicuntur, quem tantum ut Poëtam commendat. Sed certò credo ſcriptum fuiſſe *Duque*, extrita una, ut ſolet littera, quod eſt *Duxque*. Vera autem lectio eſt: *Duxque dum procedit, &c.* Heinſius. *Cruquius* legit, *Teque dum procedis. Tuque dum procedis.*] Et ô triumphe nos (omnis civitas) non ſemel dicemus Io, Io, triumphe.

52. *Benignis.*] Divis liberalibus erga nos, illius reditu.

53. *Te decem tauri.*] Ut Prætorem, ac forte jam deſignatum Conſulem, Cæſariſque affinem, magna dare præcipit, ipſe vitulo liberandus. *Torr.* *Te decem tauri.*] Liberabunt te à voto, quo obligaris ex Cæſaris reditu.

54. *Me tener ſolvet.*] Dicimur *vota facere* ac *ſuſcipere*, cum vovemus aliquid. *Nuncupata* enim *vota* dicebantur, quæ Magiſtratus ituri in provinciam faciebant,

Matre, qui largis juveneſcit herbis
In mea vota:
Fronte curvatos imitatus igneis
Tertium Lunæ referentis ortum,
Quà notam duxit, niveus videri;
Cætera fulvus.

bant, multis nempe præſentibus; quæ & in tabulis referebantur, ac ſignara interdum etiam deorum genibus figebantur. *Reddere* autem *vota* eſt ſolvendo ſe liberare. *Torr. Me tener ſolvet.*] Parva victima, nempè vitulus à matre, id eſt, à vacca depulſus me ſolvet à votis, quæ pro Cæſaris incolumitate diis feci.

55. *Juveneſcit herbis.*] Qui fit juvencus.

57. *Fronte curvatos.*] Qui cornua habet parva & curva inſtar Lunæ, tertio die à ſuo novilunio.

59. *Qua notam duxit.*] Qua parte notabatur, id eſt, in fronte candidus erat, ſed fulvus reliquo corpore. *Videri.*] Niveus videri, Græca eſt loquendi figura, ut, Certus amari.

60. *Cætera fulvus.*] Τἄλλα. Genus loquendi Græcum eſt. Virg. Æneid. 3.

Conſertum tegmen ſpinis: at Cætera Grajus.

Lambinus.

Cætera fulvus.] Per Synecdochen, id eſt, habens cætera fulva.

ODE III. [illegible]

Ad MELPOMENEM.

Natus eſt Horatius ad artem Poëticam, cujus beneficio immortalem gloriam eſt conſecutus.

QUEM *tu, Melpomene, ſemel*
Naſcentem placido lumine videris:
Illum non labor Iſthmius

Clara-

1. QUem tu Melpomene.] Hic *Melpomenem*, alibi *Euterpen*, aut aliam aliquam ex Muſarum choro arripit: quamquam enim nominibus differunt, & aliæ aliis ſtudiis præeſſe traduntur, pari tamen omnes in omnibus ſunt facultate, quique unam invocat, auditur ab omnibus. Neque erraverit fortaſſis, qui ad vim orbium cœleſtium, quibus ſingulis præficiuntur Muſæ, Poëtam reſpicere exiſtimet; quemvis hæc ego ad dulciſſimum cœli concentum referre malim. Sententia ergo hujus loci eſt, eum, cui naſcenti aſpirent Muſæ, quique ad Muſarum ſtudia trahatur, ipſa natura, nullius cupiditate gloriæ inde avelli poſſe, idque ſuo deinde exemplo oſtendit. *Torrent. Quem tu Melpomene ſemel.*] Melpomene, quem tu ſemel oculis benevolis aſpexeris naſcentem, is non athleta, neque miles, ſed Poëta.

3. *Labor Iſthmius.*] Sic *Eleos labores* pro ſacris certaminibus dixit Statius. *Iſthmium* vero abſolute cum dicimus, Corinthiacum, ſive Achaïcum, utpote omnium celeberrimum, intelligimus; qui anguſtis faucibus, inter duo maria Ægæum & Ionium, Achaiam Helladi conjungit. Unde *Iſthmia certamina* dicta. *Torr. Iſthmius.*] Labor ſuſceptus in

ludis

Clarabit pugilem, non equus impiger
Curru ducet Achaïco
Victorem: neque res bellica Deliis
Ornatum foliis ducem,
Quod regum tumidas contuderit minas,
Oſtendet Capitolio:
Sed quæ Tibur aquæ fertile præfluunt,
Et ſpiſſæ nemorum comæ,
Fingent Æolio carmine nobilem.
Romæ principis urbium
Dignatur ſoboles inter amabileis
Vatum me ponere choros:
Et jam dente minus mordeor invido.
O teſtudinis aureæ

Dulcem

ludis Iſthmiis à Syſipho in honorem Neptuni inſtitutis.

4. [*Clarabit.*] *Clarare* pro declarare dixit; voce enim præconis victorum nomina declarabantur. Lucret. lib. 4. *Torr.* [*Clarabit pugilem.*] Clarum faciet pugilem.

5. *Curru Achaïco.*] Id eſt, qui curru in Iſthmiis vicerit. *Achaïco* enim pro *Iſthmio* dixit. Et hactenus quidem de ſumma apud Græcos gloria; ſequitur proprius Romanorum honor, devictis hoſtibus triumphaſſe. *Torr. Curru ducet.*] Curru Græco, vel Eleo, id eſt, quadrigali certamine.

6. *Neque res bellica.*] Neque res bellica benè geſta oſtendet eum Capitolio ducem ornatum foliis Deliis, quod contuderit tumidas minas regum, id eſt, quod minantes, & ſuperbos reges ſuperaverit. *Deliis.*] Laurea Apollinari à Delo inſula, Apollini ſacra.

9. *Oſtendet Capitolio.*] Eo nempe recta aſcendebant triumphantes, Diis acturi gratias. Is enim pulcerrimus eorum victoriæ fructus erat. Hinc frequens illa veterum Juriſconſultorum conditio, *Si Capitolium aſcendero*, pro ſi triumphavero. *Torrent.*

10. *Sed quæ Tibur aquæ.*] Non hæc ſupra memorata eum reddent nobilem, ſed aquæ, quæ præterfluunt fertile Tibur ab eo deſcriptæ Æolio carmine, facient clariorem. *Fertile præfluunt.*] Sic in omnibus melioris notæ libris ſcriptum repperi. Nam particula *præ*, non tantum *ante* ſignificat, ſed & auget ſignificationem verbi, cui jungitur; & interdum etiam pro *per* accipitur. Gellius lib. 7. cap. 9. *Torr. Tibur fertile.*] Od. 29. l. 3. Udum appellat Tibur, ubi carmina ſua conſcribebat.

12. *Fingent.*] Efficient nobilem. *Æolio carmine.*] Carmine Sapphico, & Alcaïco, vide Od. 30. lib. 3. & lib. 2. Od. 12.

13. *Romæ principis.*] Poſteritas Romæ (quæ urbium princeps eſt, & caput) dignatur me numerari inter Poëtas lyricos, qui canunt amabilia. *Romæ ſoboles.*] Id eſt, Romana juventus. Et *ſuboles.* quidem ſcribi debere ratio oſtendit, ſi quidem à *ſub* & *oleſco* vocem hanc deducunt Grammatici, ſed auribus aliquid tribuendum eſt. *Torrent.*

16. *Et jam dente.*] Et jam virtute ſupero invidiam.

17. *O teſtudinis aureæ.*] O Pieri Melpomene

Dulcem quæ ſtrepitum, Pieri, temperas!
O mutis quoque piſcibus
Donatura cycni, ſi libeat, ſonum!
Totum muneris hoc tui eſt,
Quod monſtror digito prætereuntium
ROMANÆ *fidicen lyræ:*
Quod ſpiro, & placeo, ſi placeo tuum eſt.

pomene Muſa, quæ moderaris dulcem cantum aureæ, & excellentis lyræ.

18. *Teſtudinis ſtrepitum*] *Strepitum* dixit, reſpectu vocis: quia illa ſola perfecta eſt, & veros habet ſonos; in his ſtridulum ſemper aliquid, & obſtreperum; imitantur enim vòcem, quoad ejus fieri poteſt: at ſuavitatem illam aſſequi nequeunt. Recte igitur *ſtrepitum* vocat Horatius. *Torr.* Turn. lib. 24. cap. 35.

19. *Mutis quoque piſcibus.*] Duo Græcorum proverbia in unum contulit. Nam & piſcium ἀφωνία, & cycnorum cantus ſuavitas in proverbium abiere. Vide lib. 2. Oda ultima. *Torrent. Mutis quoque piſcibus.*] Muti ſunt piſces, quia (paucis exceptis) non ſpirant, neque reſpirant; nam pulmonem non habent, nec pulmone indigent, eo quod non habent ſanguinem, quo cordis calor refrigeretur.

20. *Sonum.*] Cantus dulcedinem. Nam cygni ante mortem canunt dulciſſime.

21. *Totum muneris tui eſt.*] Hoc munus eſt mihi datum.

22. *Quod monſtror digito.*] Hinc Perſius:

At pulchrum eſt, digito monſtrari & dicier, hic eſt.

Quo ſenſu etiam Græci δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ dixêre, pro ἐπίσημον εἶναι ἐν πλήθεσι. *Quod monſtror.*] Sic olim Demoſthenes: οὗτος ἐκεῖνος Δημοσθένης, Hic eſt ille Demoſthenes.

23. *Fidicen lyræ.*] Lyricus Poëta.

24. *Quod ſpiro & placeo.*] Bene. nam qui indocti, incultique vitam ſicuti peregrinantes tranſiere, eorum, inquit Saluſtius, vitam mortemque juxta æſtimo. Quod vero addit, *ſi placeo*, id civiliter intelligendum eſt. Nam ante non ſolum placere ſe, ſed & admirationi eſſe Romanis dixerat. *Torrent. Quod ſpiro.*] Quod vivo.

ODE IV. προσφωνητική. ἐγκωμιαστική.

Ad Urbem Romam de indole Druſi, ejuſque inſtitutione ſub Auguſto.

QUALEM *miniſtrum fulminis alitem,*
Cui rex Deorum regnum in aveis vagas
Permi-

1. *QUalem miniſtrum.*] Longum eſt hic hyperbaton. ſenſus eſt: Qualis eſt Aquila in ovium greges, ejuſque pugnandi cupiditas in draconem: aut qualis eſt catulus leonis in capream, ejus dentibus jam dilacerandam, talem Rhœti, & Vindelici videre Druſum, &c. *Fulminis alitem.*] Periphraſis aquilæ. de cujus in volucres regno, & cur *Jovis ales* dicta, varii varia tradidere. Horatius regni cauſam ad obſequium in rapiendo Ganymede præſtitum

Permiſit; expertus fidelem
Jupiter in Ganymede flavo:
Olim juventas & patrius vigor
Nido laborum propulit inſcium:
Vernique, jam nimbis remotis,
Inſolitos docuêre niſus,
Venti, paventem: mox in ovilia
Demiſit hoſtem vividus impetus:
Nunc in reluctanteis dracones
Egit amor dapis, atque pugnæ:
Qualemve lætis caprea paſcuis
Intenta, fulvæ matris ab ubere
Jam lacte depulſum leonem,

Dente

tum retulit. Vide Plin. lib. 10. cap. 3. *Torrent.* *Alitem.*] Aquilam Jovis armigeram.

3. *Permiſit.*] Propter ejus fidem erga Jovem.

4. *In Ganymede flavo.*] In pulchro Ganymede, Jovis pocillatore.

5. *Olim juventas.*] Tria reperiuntur apud Nonium, *Juventus*, id eſt, juvenes, ut ait, & *Juventa*, ætas ipſa; & *Juvenilitas*, quod ὀργὴν vel νεότης Græci vocant. His porro *Juventas* accedat, quo vocabulo delectari videtur Horat. noſter. Significat autem tum deam ipſam juventutis, ut lib. 1. Od. 30. diximus, tum ætatis ejus florem fervoremque, atque impetum, Græci ἀκμὴν appellant, ut hîc, & lib. 2. Od. 11.

6. *Nido laborum propulit.*] E nido extruſit volandi, & prædandi inſcium. *Propulit.*] Ita habent tres MSS. ſed plures & meliores *protulit:* quod miror equidem. Nam *propulit* ἐμφατικώτερον eſt, ut quoniam ſola avium aquila pullos ſuos odiſſe, nec, ut par eſt, enutrire, ſed fugare ante tempus traditur, id indoles illa generoſi alitis, innato ſibi vigore antevertat quodammodo, nec matris injuriam exſpectet. De adulto autem vere loquitur Horatius, *jam remotis*, ut ait, *nimbis*, hoc eſt, inſtante æſtate; totum enim ver imbriferum eſt. Sequuntur Eteſiæ, quorum flabris veluti cortice adjuti pulli, volandi tirocinium exercent, ac pennis niti diſcunt. *Torrent.*

8. *Inſolitos niſus.*] *Niti* proprie conari eſt, unde *niſus* pro conatu; ſumitur etiam pro volatu, ut hic. *Torrent.* *Inſolitos.*] Primos, non aſſuetos volatus.

9. *In ovilia.*] Ut agnos rapiat.

10. *Vividus impetus.*] Sic Virgilius 2. Æneid.

——— *Poſſit quid vivida virtus.*

Et alibi,

——— *Vivida bello Dextera.*

12. *Egit amor dapis.*] Mira ἔκφρασις naturæ & ſagacitatis aquilæ: primum nido propellitur naturali vigore: deinde fame fertur ad prædam: poſtremo, vivido impetu ad pugnam rapitur. *Cruquius.* *Dapis, atque pugnæ.*] Amor dapis egit, ut agnus ſit ſibi eſca; amor etiam pugnæ egit in dracones, propter mutuum inter ſe odium.

15. *Lacte depulſum.*] Quin & *depellere fœtus* abſolute pro à lacte removere dici notat Servius in Eclog. 1. *Lacte depulſum*

Dente novo peritura vidit;
Vidêre Rhæti bella ſub Alpibus
Druſum gerentem, & Vindelici: quibus
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia ſecuri
Dextras obarmet, quærere diſtuli:
Nec ſcire fas eſt omnia: ſed diu,
Lateque victrices catervæ
Conſiliis juvenis revictæ
Senſêre, quid mens rite, quid indoles
Nutrita fauſtis ſub penetralibus
Poſſet, quid Auguſti paternus

In

pulſum leonem.] Leonem à lacte remotum.

16. *Dente.*] Dente leonini catuli nondum prædæ aſſuefacto.

17. *Vidêre Rhæti.*] Rhœti, ſi Straboni credendum, & Rhœtis vicini Vindelici, eas Alpium partes tenent quæ ad Orientem ſpectant, & in Auſtrum vergunt, Helvetiis, Bojiſque finitimi, quorum enim campis imminent, & ea Italiæ loca complectuntur, quæ ſupra Veronam & Conium ſunt. *Vidêre Rhæti.*] Talem Rhœti, & Vindelici vidêre Druſum ſub Alpibus bella gerentem, à quo erant ſubjugati.

18. *Vindelici.*] Ita libri omnes, non *& Vindelici*, ut Mureti habet editio. Ita ut Rhœti propinquiores Italiæ, ſumma etiam Alpium tenuerint. Vindelici ulteriora, verſus Noricum. Vide Od. 14. *Torrent. Quibus.*] Qui Vindelici cur ſecuribus in prælio (Amazonum more) utantur, non jam quærendum cenſui. Ordo eſt, quibus ut mos obarmet ſuas dextras Amazonia ſecuri, unde deductus ſit, quærere diſtuli.

20. *Amazonia ſecuri.*] Plin. lib. 7. tradit, *Securim* Pentheſileæ Amazonum reginæ inventum fuiſſe. Et Virg. de Camilla tanquam de Amazone quadam loquens, ait:

Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennem.

Porro eo ipſo quod *Amazoniam ſecurim* appellat Horat. quamquam diſſimulans, ſatis aperte indicat cur ea ſe armaverint Rhœti; nempe ut ex Servio diſcere eſt, ab Amazonibus, ac proinde à Scythis oriundi. *Torrent.*

22. *Nec ſcire fas eſt.*] In duobus codicibus Bland. legitur *neſcire fas, &c.* Utra lectio rectior ſit; judicet lector. *Cruquius. Fas eſt.*] Pote eſt, δυνατόν. vide Od. 2. lib. 1.

23. *Victrices catervæ.*] Rhœti ſemper ante victores, nunc conſiliis Druſi viciſſim victi, ſenſere, & experti ſunt, quid, &c.

22. *Conſiliis revictæ.*] Duo MSS. habent *revinctæ*, ſed male: *victrices* enim *revictas* dicit. De quo loquendi genere lib. 1. Od 1. *Torrent.*

25. *Indoles.*] Innata virtus.

27. *Auguſti paternus, &c.*] Recte. cum enim Auguſtus Liviam à priore marito Tib. Nerone, & quidem volente, ſexto jam menſe gravidam, in matrimonium accepiſſet, eaque tertio poſt menſe natum Druſum patri Tiberio reddidiſſet: moriens Tiberius & huic Druſo, & priori filio Tiberio, Auguſtum tutorem teſtamanto reliquit. Hinc ille

Permiſit; expertus fidelem
Jupiter in Ganymede flavo:
Olim juventas & patrius vigor
Nido laborum propulit inſcium:
Vernique, jam nimbis remotis,
Inſolitos docuêre niſus,
Venti, paventem: mox in ovilia
Demiſit hoſtem vividus impetus:
Nunc in reluctanteis dracones
Egit amor dapis, atque pugnæ:
Qualemve lætis caprea paſcuis
Intenta, fulvæ matris ab ubere
Jam lacte depulſum leonem,

Dente

tum retulit. Vide Plin. lib.10. cap.3. *Torrent.* *Alitem.*] Aquilam Jovis armigeram.

3. *Permiſit.*] Propter ejus fidem erga Jovem.

4. *In Ganymede flavo.*] In pulchro Ganymede, Jovis pocillatore.

5. *Olim juventas.*] Tria reperiuntur apud Nonium, *Juventus*, id eſt, juvenes, ut ait, & *Juventa*, ætas ipſa; & *Juvenilitas*, quod ὁρμὴ vel πάθος Græci vocant. His porro *Juventas* accedat, quo vocabulo delectari videtur Horat. noſter. Significat autem tum deam ipſam juventutis, ut lib. 1. Od. 30. diximus, tum ætatis ejus florem fervoremque. atque impetum, Græci ἀκμὴν appellant, ut hîc, & lib. 2. Od. XI.

6. *Nido laborum propulit.*] E nido extruſit volandi, & prædandi inſcium. *Propulit.*] Ita habent tres MSS. ſed plures & meliores *protulit:* quod miror equidem. Nam *propulit* ἐμφατικώτερον eſt, ut quoniam ſola avium aquila pullos ſuos odiſſe, nec, ut par eſt, enutrire, ſed fugare ante tempus traditur, id indoles illa generoſi alitis, innato ſibi vigore antevertat quodammodo, nec matris injuriam exſpectet. De adulto autem vere loquitur Horatius, *jam remotis*, ut ait, *nimbis*, hoc eſt, inſtante æſtate; totum enim ver imbriferum eſt. Sequuntur Eteſiæ, quorum flabris veluti cortice adjuti pulli, volandi tirocinium exercent, ac pennis niti diſcunt. *Torrent.*

8. *Inſolitos niſus.*] *Niti* proprie conari eſt, unde *niſus* pro conatu; ſumitur etiam pro volatu, ut hic. *Torrent.* *Inſolitos.*] Primos, non aſſuetos volatus.

9. *In ovilia.*] Ut agnos rapiat.

10. *Vividus impetus.*] Sic Virgilius 2. Æneid.

—— *Poßit quid vivida virtus.*

Et alibi,

—— *Vivida bello Dextera.*

12. *Egit amor dapis.*] Mira ἔκφρασις naturæ & ſagacitatis aquilæ: primum nido propellitur naturali vigore: deinde fame fertur ad prædam: poſtremo, vivido impetu ad pugnam rapitur. *Cruquius.* *Dapis, atque pugnæ.*] Amor dapis egit, ut agnus ſit ſibi eſca; amor etiam pugnæ egit in dracones, propter mutuum inter ſe odium.

15. *Lacte depulſum.*] Quin & *depellere fœtus* abſolute pro à lacte removere dici notat Servius in Eclog. 1. *Lacte depulſum*

Dente novo peritura vidit;
Vidére Rhæti bella ſub Alpibus
Druſum gerentem, & Vindelici: quibus
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia ſecuri
Dextras obarmet, quærere diſtuli:
Nec ſcire fas eſt omnia: ſed diu,
Lateque victrices catervæ
Conſiliis juvenis revictæ
Senſère, quid mens rite, quid indoles
Nutrita fauſtis ſub penetralibus
Poſſet, quid Auguſti paternus

In

pulſum leonem.] Leonem à lacte remotum.

16. *Dente.*] Dente leonini catuli nondum prædæ aſſuefacto.

17. *Vidêre Rhæti.*] Rhœti, ſi Straboni credendum, & Rhœtis vicini Vindelici, eas Alpium partes tenent quæ ad Orientem ſpectant, & in Auſtrum vergunt, Helvetiis, Bojiſque finitimi, quorum enim campis imminent, & ea Italiæ loca complectuntur, quæ ſupra Veronam & Conium ſunt. *Vidêre Rhæti.*] Talem Rhœti, & Vindelici vidêre Druſum ſub Alpibus bella gerentem, à quo erant ſubjugati.

18. *Vindelici.*] Ita libri omnes, non *& Vindelici*, ut Mureti habet editio. Ita ut Rhœti propinquiores Italiæ, ſumma etiam Alpium tenuerint. Vindelici ulteriora, verſus Noricum. Vide Od. 14. *Torrent.* *Quibus.*] Qui Vindelici cur ſecuribus in prælio (Amazonum more) utantur, non jam quærendum cenſui. Ordo eſt, quibus ut mos obarmet ſuas dextras Amazonia ſecuri, unde deductus ſit, quærere diſtuli.

20. *Amazonia ſecuri.*] Plin. lib. 7. tradit, *Securim* Pentheſileæ Amazonum reginæ inventum fuiſſe. Et Virg. de Camilla tanquam de Amazone quadam loquens, ait:

Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennem.

Porro eo ipſo quod *Amazoniam ſecurim* appellat Horat. quamquam diſſimulans, ſatis aperte indicat cur ea ſe armaverint Rhœti; nempe ut ex Servio diſcere eſt, ab Amazonibus, ac proinde à Scythis oriundi. *Torrent.*

22. *Nec ſcire fas eſt.*] In duobus codicibus Bland. legitur *neſcire fas*, &c. Utra lectio rectior ſit; judicet lector. *Cruquius.* *Fas eſt.*] Pote eſt, δυνατόν. vide Od. 2. lib. 1.

23. *Victrices catervæ.*] Rhœti ſemper ante victores, nunc conſiliis Druſi viciſſim victi, ſenſere, & experti ſunt, quid, &c.

22. *Conſiliis revictæ.*] Duo MSS. habent *revinctæ*, ſed male: *victrices* enim *revictas* dicit. De quo loquendi genere lib. 1. Od 1. *Torrent.*

25. *Indoles.*] Innata virtus.

27. *Auguſti paternus, &c.*] Recte. cum enim Auguſtus Liviam à priore marito Tib. Nerone, & quidem volente, ſexto jam menſe gravidam, in matrimonium accepiſſet, eaque tertio poſt menſe natum Druſum patri Tiberio reddidiſſet: moriens Tiberius & huic Druſo, & priori filio Tiberio, Auguſtum tutorem teſtamanto reliquit. Hinc

ille

In pueros animus Nerones.
FORTES *creantur fortibus & bonis:*
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
DOCTRINA *ſed vim promovet inſitam;*
Rectique cultus pectora roborant:
Utcunque defecêre mores,
Dedecorant bene nata culpæ.
Quid debeas, ô Roma, Neronibus,
Teſtis Metaurum flumen, & Aſdrubal
Devictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus alma riſit adorea.

Dirus

ille paternus ejus in Nerones animus. *Torrent.*

28. *In pueros.*] Tiberium, & Druſum.

29. *Fortes creantur fortibus.*] Ob id tantopere æſtimata nobilitas, quia majorum virtus in poſteros quoque dimanare creditur. Huic autem Horatii ſententiæ, his verbis expreſſæ, non parvam conciliat gratiam, quod *Nero* gentis Claudiæ & prænomen & cognomen linguâ Sabina *fortem* ſignificat. At Claudii ex Sabinis orti. Gellius lib. 13. c. 21. Quod autem ait *fortibus & bonis*, de animi fortitudine loqui ſe oſtendit, non corporis viribus. *Torrent.*

31. *Nec imbellem feroces.*] E ſquilla non naſcitur roſa.

33. *Doctrina.*] Doctrina & educatio, virtutum igniculos, nobis natura inſitos, provehit ad perfectionem.

34. *Rectique cultus.*] Recti amor, & ſtudium, id eſt, rectæ diſciplinæ, & bonæ inſtitutiones, mentem muniunt, & robuſtam reddunt.

35. *Utcunque defecêre mores.*] Ubicunque boni mores deficiunt, culpæ, id eſt, facta improba, illam naturæ bonitatem deturpant, dedecôreque afficiunt.

37. *Quid debeas Neronibus.*] Hoc eſt, ei Claudiæ gentis ſtirpi ſeu familiæ, cui cognomen Nero. *Claudiam* quoque gentem patriciam intellige. Fuit enim & plebeia, nec potentia minor, nec dignitate. At Neronum nemo unquam Reipub. nocuit. Quia tamen dignitatis ac potentiæ patriciorum acerrimi ſemper aſſertores fuere, populo iniquiores atque infeſtiores habebantur. Valer. Max. lib. 2. cap. 9. & Suet. Tiberio c. 3. *Torrent.*

38. *Metaurum flumen.*] Flumen Umbriæ, ubi Aſdrubal cum quinquaginta ſex millibus hominum, Claudii Neronis opera, cæſus eſt. *Aſdrubal.*] Aſdrubal in Italiam venerat fratri ſuo Hannibali auxiliaturus.

39. *Et pulcher fugatis.*] Et felix ille dies fuit, fugatis tenebris ex Latio, id eſt, Carthaginenſibus, & Afris ex Italia pulſis.

41. *Alma riſit adorea.*] *Ridere* etiam dicuntur inanima. Frumenti autem genus antiquiſſimum *far*, quo annis ccc. uſum fuiſſe populum Rom. apud Pli-

nium

Dirus per urbeis Afer ut Italas,
Ceu flamma per tædas, vel Eurus
Per Siculas equitavit undas.
Poſt hoc ſecundis uſque laboribus
Romana pubes crevit, & impio
Vaſtata Pœnorum tumultu
Fana Deos habuêre rectos.
Dixitque tandem perfidus Annibal:
Cervi luporum præda rapacium
Sectamur ultro, quos opimus
Fallere, & effugere eſt triumphus.
Gens, quæ cremato fortis ab Ilio
Jactata Tuſcis æquoribus, ſacra

Natoſ-

nium auctor eſt Verrius. Id olim *ador* & *adoreum* vocabant, & ſi Feſto credimus, etiam *edor*. Nunc Græco nomine *ζεαm* appellamus. *Riſit adorea.*] Qui lætus eſt bellica gloria. Farris, & frugum copiam ſignificat *Adorea*, qua abundantem, putabant glorioſum.

42. *Dirus per urbeis.*] *Ut*, id eſt, poſtquam crudelis Annibal equitavit, & aufugit per urbes Italas, veluti flamma per tædas, vel Eurus Siculas percurrit undas. Vide Muretum Var. lect. lib. 1. cap. 10. *Afer ut Italas.*] *Ut* non *it* legendum eſſe omnes conſentiunt. *Et ut* pro poſtquam: & *equitavit* pro equitaverat. Tum Cruquius ita etiam exponi poſſe credit. Ille dies pulcer, tenebris fugatis Latio, qui primus riſit, &c. *quo dirus Afer it*, hoc eſt, ſtatim fugit per urbes Italas ſibi ſocias.

45. *Poſt hoc ſecundis.*] Poſt cædem Aſdrubalis, & victoriam à Nerone partam, proſperis ſemper præliis creverunt Romani.

46. *Impio tumultu.*] Recte bellum illud Punicum *tumultum* vocat, ut lib. 3. Od. 14. notavimus. Addit *impium* ob violata deorum templa. *Torrent. Impio tumultu.*] Impiorum, & barbarorum clamore bellico.

48. *Fana deos.*] Fana ſtatuas deorum habuere erectas, quæ à Carthaginenſibus fuerant de ſuis ſedibus deturbatæ. *Deos habuere rectos.*] Turnebus fortè aliud agens, lib. 24. cap. 35. *rectos* pro æquos atque propitios expoſuerat. Eam expoſitionem tacito auctoris nomine exagitat Lambinus, inepti hoc hominis ſomnium vocans, ipſe in hoc, multo ineptior. *Torrent.*

49. *Perfidus Hannibal.*] De Hannibale ſic Livius lib. 21. *Has tantas virtutes, ingentia vitia æquabant, inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica: nihil veri, nihil ſancti, nullus deorum metus, nullum jusjurandum, nulla religio. Perfidus Annibal.*] Hannibal primus violavit fœdus inter Romanos, & Afros initum.

50. *Cervi luporum.*] Oratio Annibalis ad ſuos milites. Nos (inquit) Carthaginenſes tanquam cervi, Romanos, veluti lupos inſequimur.

52. *Fallere, & effugere.*] Quos latere, & fallendo effugere magnifici triumphi loco ducere debemus.

53. *Gens, quæ.*] Gens Rom. quæ originem duxit à Troja.

54. *Sacra, natoſque, &c.*] Hoc nimirum erat Ilium in Italiam portare, ut invidioſe apud Virg. loquitur Juno

Natoſque, maturoſque patres
Pertulit Auſonias ad urbeis;
Duris ut ilex tonſa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædeis ab ipſo
Ducit opes animumque ferro.
Non Hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem crevit in Herculem;
Monſtrumve ſummisère Colchi
Majus, Echioniæve Thebæ.
Merſes profundo, pulcrior evenit.

Luctere,

illa, iniqua Teucris. *Torrent. Sacra.*] Deos penates.

55. *Natoſque, maturoſque.* Virgil. *Aſcanium, Anchiſenque patrem, Teucroſque penates Commendo sociis, &c.*

56. *Auſonias ad urbes.*] Ad Italiæ urbes.

57. *Duris ut ilex tonſa.*] Ut ilex ramis ſpoliata magis repullulat, ſic Romani adverſis præliis magis invaleſcunt.

58. *Nigræ frondis.*] Frondis umbroſæ. *Algido.*] Algidum mons eſt in agro Tuſculano. vide Od. 21. lib. 1.

60. *Ducit opes.*] Acquirit vires & incrementum & audaciam ab ipſis cædibus. vide Virg. lib. 2. Æn.

61. *Non Hydra, &c.*] De Hydræ neque forma, neque interitu, inter poëtas ſatis convenit. Sunt qui illi capita centum, ſunt qui quinquaginta dent, ſunt qui novem, alii etiam pauciora. Verum hic poëtarum ludus eſt. *Torrent. Hydra ſecto corpore.*] Hydra ſerpens monſtroſa in Lerna deliteſcens, cujus uno capite ab Hercule abſciſſo, ſeptem ſubitò renaſcebantur. *Firmior.*] Subintellige, *quàm fuit hæc gens in nos.*

62. *Dolentem crevit.*] Qui dolebat, ſe ab aliquo vinci. *Crevit.*] Multiplicata eſt.

63. *Monſtrum ſummiſere.*] Non tauros ignem vomentes, nec pervigilem draconem cum Lambino intelligo: ſed terrigenas illos, qui ſatis draconis dentibus, tam Colchis quam Thebis, ſerente illic Jaſone, hic Cadmo, enliere. Pulcrè verò verbum *ſummittere* rem ipſam veluti ante oculos ponit: ſic enim Lucret.

—— Tibi Dædala tellus
Submittit flores.

Item *ſubmittere vites, arbores, pecudes,* in locum demortuarum. *Torrent. Monſtrumve ſummiſere.*] Nec Colchi ediderunt majus monſtrum, aut urbs Thebana, quam ſunt ipſi Romani. Hæc eſt hujus loci ſententia. Non tantum duo dracones ex dentibus diſſeminatis pullularunt, quantum gens Trojana ex ſuis damnis, & præliis adverſis.

64. *Echioniæve Thebæ.*] Thebæ conditæ ab Echione Cadmi genero.

65. *Merſes profundo.*] Lib. 1. Epiſt. 1. *Merſor civilibus undis.* Notandumque hanc vel ſimilem apud Livium referri Annibalis ſententiam, non de C. Claudio Nerone, quem celebrat hic Horatius, ſed de M. Claudio Marcello, cum vidit illum iterum tentantem fortunam belli, ſeque prementem. *Torrent. Merſes profundo.*] Quamvis in mari Romanum merſes. à verbo inuſitato Merſo, as. *Pulchrior.*] Fortior emergit.

66. *Lucte-*

Luctere, multa proruet integrum
Cum laude victorem, geretque
Prælia conjugibus loquenda.
Carthagini jam non ego nuntios
Mittam ſuperbos, occidit, occidit
Spes omnis, & fortuna noſtri
Nominis, Aſdrubale interempto.
Nil Claudiæ non efficient manus:
Quas & benigno numine Jupiter
Defendit, & curæ ſagaces
Expediunt per acuta belli.

ODE

66. *Luctere, multa proruet integrum.*] Si luctêre, & pugnes, ipſe proſternet, & evincet te hoſ[illegible] integrum, id eſt, hoſtem incolum[illegible] cui exercitus non ſit imminutus.

67. *Victorem.*] Q[illegible] paulo ante viceras.

68. *Conjugibus loquenda.*] Vel quæ victores reverſi domum uxoribus narrent. Sic enim ad Ulyſſem ſuum Penelope:

Narrantis conjux pendet ab ore viri.

Conjugibus loquenda.] Prædicanda à conjugibus, lætitia, dolore, vel alio muliebri affectu permotis.

69. *Ego nuntios.*] Ego Hannibal (occiſo jam Aſdrubale) poſthac deſinam ſuperbos mearum victoriarum nuntios Carthaginem mittere.

70. *Occidit, occidit.*] Spes omnis interiit.

73. *Non efficient manus.*] Plures & meliores libri habent, *perficient*. Sunt autem Horatii verba, non Hannibalis: quod & priſci interpretes notarunt. *Claudiæ* verò *manus*, hoc eſt, Nerones ipſi, qui nec ſibi deſint, & propitium habeant Jovem. Lambinus hæc quoque Hannibali tribuere videtur. *Torrent. Manus.*] Vires Neronum perficient omnia.

75. *Curæ ſagaces.*] Induſtria, & cura cum conſilio conjuncta.

76. *Expediunt per.*] Expeditum faciunt per ſubtilitates belli, quæ à Græcis ϛρατηγήματα nominantur. *Per acuta belli.*] Id eſt, per maxima quæque diſcrimina. *Acuta* autem *belli* dixit, ut *ſubita & incerta belli*. Bellum autem omne propter varios rerum eventus, anceps in primis atque arduum eſt. incerta enim, ut ajunt, Martis alea. Sed hæc omnia, inquit, Nerones facile ſuperabunt: quorumque *curæ ſagaces*, hoc eſt, provida animi ſollicitudo, ab omni ipſos diſcrimine tueri poterit atque defendere. Nam recte Livius, *Multa quæ natura impedita ſunt, conſilio expediri.* Torrent.

ODE V. προσφωνητικὴ

Ad AUGUSTUM.

Ut tandem in urbem redeat.

DIVIS *orte bonis, optime Romulæ*
Cuſtos gentis, abes jam nimium diu:
Maturum reditum pollicitus patrum
Sancto concilio, redi.
Lucem redde tuæ, dux bone, patriæ.
Inſtar veris enim vultus ubi tuus
Affulſit, populo gratior it dies;
Et ſoles melius nitent.
Ut mater juvenem, quem Notus invido
Flatu Carpathii trans maris æquora

Cun-

1. D*Ivis orte bonis.*] Hoc vel ob gentis Juliæ, cui adoptione inſertus Auguſtus, ductam à Venere originem dicit; vel ob Divi Julii conſecrationem (unde illa frequens ejus numiſmatum inſcriptio, CAES. AUG. DIVI FILIUS) vel denique quod Apollinis filius videri voluit. de quo lib. 1. Od. 2. *Torrent.* *Divis orte bonis.*] Divis propitiis, & beneficis orte. *Romulæ.*] Romanæ, à Romulo Romæ conditore.

2. *Romulæ Cuſtos gentis.*] Sex optimi codd. habent *Romuleæ.* Sed *Romula tellus* etiam Virg. dixit, ut *Dardana arma, Dardana pubes, &c. Romulæ* autem *gentis cuſtodem* vocat Cæſarem, ut *gentis humanæ cuſtodem* ipſum Jovem, l. 1. Od. 12. *Cuſtos* enim à cura derivant Grammatici. At populi cura ad principem ſpectat. Quare & φύλακας peculiari quadam ratione Plato vocat principes ac magiſtratus. *Torrent.*

3. *Patrum Sancto concilio.*] Pro ſenatu: quem ut noſter, ſic & Virg. *ſanctum* vocat 1. Æneid.

Jura magiſtratuſque legunt ſanctumque
Senatum.

4. *Sancto concilio, redi.*] Sancto ſenatorum cœtui.

5. *Lucem redde.*] O bone Auguſte, redde te patriæ, qui lux es.

6. *Inſtar veris enim vultus.*] Quando vultus tuus ad ſimilitudinem veris affulſerit populo, major eſt dierum ſerenitas.

8. *Et Soles melius nitent.*] Sic Od. 2. hujus libri:

—— O Sol
Pulcer, ô laudande, canam recepto
Cæſare felix.

Nitent.] Nitere videntur.

9. *Ut mater.*] Ordo eſt, ut mater vocat votis, ominibus, & precibus juvenem cunctantem trans æquora Carpathii maris, quem Notus invido flatu detinet à dulci domo longius anni ſpatio; nec, &c. *Juvenem quem.*] Filium ſuum. *Quem Notus invido.*] Tres fideliſſimi libb. habent *Uvido.* illud tamen magis placet. *Torrentius. Invido.*] Adverſo flatu.

10. *Carpathii maris.*] Carpathus inſula eſt, inter Rhodum & Cretam, Ægyptum verſus, unde in Italiam navigaturis, Notus non uſque quaque obſtaret. *Carpathium* ergo pro quocunque mari dixit: aut Notum, ſi mavis, pro quocunque vento. minimè enim anxium

Cunctantem ſpatio longius annuo
Dulci detinet à domo;
Votis ominibuſque, & precibus vocat,
Curvo nec faciem littore demovet:
Sic deſideriis icta fidelibus
Quærit patria Cæſarem.
Tutus bos etenim rura perambulat:
Nutrit rura Ceres, almaque Fauſtitas:
Pacatum volitant per mare navitæ:
Culpari metuit fides:
Nullis polluitur caſta domus ſtupris:
Mos & lex maculoſum edomuit nefas:
Laudantur ſimili prole puerperæ:

Cul-

xium eſſe conve[illegible] Poëtam. *Torrent.* *Carpathii trans m*[illegible]] A Carpatho inſula contra Ægyp[illegible]ta, à qua vicinum mare ad Ægy[illegible]m vergens, Carpathium dicebatur.

11. *Cunctantem ſpatio.*] Morantem ultra annum.

12. *Detinet à domo.*] Libri MSS. omnes, *deſtinat*, vel *deſtinet* legunt: nullus *detinet*. Et paulò poſt, *dimovet* magno omnes conſenſu, non *demovet*. Torr.

13. *Votis ominibuſque.*] Non adulatur Cæſari, ſed hiſtoriam refert. Cujus rei fidem tot nummi veteres, marmorumque inſcriptiones faciunt, nec uno in loco Dion caſſius. *Ominibuſque.*] Bonis verbis.

14. *Littore dimovet.*] Cruquius mavult cum Lambino legere *demovet:* motus auctoritate Terentii in Adelphis: *Cave nunc jam oculos à meis oculis quoquam demoveas tuos.* *Dimovet.*] Nec faciem movet de littore, ad quod filium appulſurum ſperat.

15. *Deſideriis icta.*] Sic patria juſtis deſideriis affecta.

17. *Tutus bos.*] Extant vetera numiſmata cum ſimulacro Apollinis, in cujus tutela erat Auguſtus: ab altera verò parte vir arans; adſcriptum Imp. Caes. Quo veluti ſymbolo temporum quies, cœlique temperies & terræ fertilitas ſignificatur. Suet. cap. 98. *Torrent.* *Tutus bos etenim.*] Te præſente, ô Cæſar, omnia terra marique ſunt tranquilla.

18. *Fauſtitas.*] Felicitas.

19. *Pacatum volitant.*] Nautæ ſine metu piratarum navigant.

20. *Culpari metuit.*] Fides cavet commiſiſſe quamobrem culpetur, id eſt, nemo fidem fallit.

22. *Mos & lex.*] Benè conjunxit. Quid enim leges ſine moribus proficiunt. legem autem Juliam De adulteriis & pudicitia intelligo, quam alii perperam divo Julio attribuere. Vide Sueton. *Auguſto*, cap. 34. *Torrent.* *Mos & lex.*] Boni mores, & lex Julia de adulteriis coërcendis ſuſtulerunt turpe, & immundum nefas. *Maculoſum.*] Ut macula turpitudo eſt, ita *maculoſum* ſordidum, turpe, immundum. *Cruquius.*

23. *Laudantur ſimili.*] Filii ſunt parentibus ſimiles. Non generantur ſpurii. *Simili prole.*] Qualem Manlio Torquato naſci molliſſimis verſiculis optat Catullus:

— *Qui facile inſciis*
Noſcitetur ab omnibus,
Et pudicitiam ſua

 Matris

CULPAM *pœna premit comes.*
Quis Parthum paveat? quis gelidum Scythen?
Quis, Germania quos horrida parturit
Fœtus, incolumi Cæſare? quis feræ
Bellum curet Iberiæ?
Condit quiſque diem collibus in ſuis,
Et vitem viduas ducit ad arbores:
Hinc ad vina redit lætus, & alteris
Te menſis adhibet deûm.

Matris indicet ore.
Et Martial. lib. 6. Epig. 17.
Et tibi quæ patrii ſignatur imagine vultus
Teſtis maternæ nata pudicitiæ.

24. *Culpam pœna, &c.*] Vide lib. 3. Od. 2. in fine. Hoc autem eſt, quod à Juriſconſultis traditur, eum qui delinquit, tacito quodam conſenſu admittere pœnam, atque ad eam quodammodo ex contractu obligatum teneri. *Torrent.* *Culpam pœna premit comes.*] Sic valent leges, ut pœna celeriter ſequatur culpam.

25. *Quis Parthum paveat?*] Parthi ſigna militaria, quæ Craſſo & Antonio ademerant, poſcenti Auguſto reddiderunt. Scythæ virtutis moderationiſque ejus fama commoti, amicitiam ultrò petiverunt. Germanos ultrà Albim fluvium ſummovit, Hiſpaniam univerſam ſubegit. Merito igitur ſecurum jubet eſſe populum Romanum Horatius. *Torrent.* *Quis Parthum paveat?*] Bella jam ceſſant ſalvo Cæſare. Nemo enim extimeſcit Parthos, &c. *Gelidum Scythen.*] Scythia multo frigore, & nivibus eſt frigida.

26. *Quis, Germania.*] Quis extimeſcat fœtus, id eſt, homines quos horrida Germania parturit.

28. *Iberiæ.*] Bellicoſæ Hiſpaniæ, à flumine Ibero.

29. *Condit quiſque diem collibus in ſuis.*] Quiſque diem finit in operibus ruſticis.

30. *Viduas ducit.*] Ad ulmos, populos, & ſimiles arbores, quæ viduæ dicuntur, antequam junguntur vitibus.

31. *Alteris Te menſis, &c.*] Nihil aliud poëta intelligit, quam δαίμονα ἀγαθὸν, quem ſecundis menſis Græci adhibebant. Nam confecto jam epulo, vinum exquiſitiſſimum promebant: quam potionem ἀγαθοῦ δαίμονος vocabant. Eo nomine intelligebant Deum non eundem omnes, neque certum aliquem, ſed quem quiſque ſibi propitium volebat, aut quem quiſque præ cæteris colebat. Horatius ergò hic nihil aliud voluit, quam Auguſtum Cæſarem, ἀγαθὸν δαίμονα Romanis eſſe, & menſæ ſecundæ Deum. *Heinſius.* *Alteris Te menſis, &c.*] Libet hîc adſcribere ea, quæ ad optimi cujuſdam libri marginem notata repperi: *Antiquorum conſuetudo fuit, ut ſublata prima menſa, poneretur ſecunda: atque in ea poſitis pomis, infuſoque vino, libaretur diis.* his conſona ſunt, quæ ſcribit Servius in illud lib. 1. Æneid.
Poſtquam prima quies epulis, menſæque remotæ.
Non ſolum diis libabant, verum etiam amicis, abſentibus maximè. *Torrent.* *Alteris Te menſis*] Secundis menſis tibi honor exhibetur cultu divino. Veteres prima menſa ſublata, ſecundam eleganter apparatam in deorum honorem exhibebant.

Te multa prece, te proſequitur mero
Defuſo pateris; & Laribus tuum
Miſcet numen, uti Græcia Caſtoris,
Et magni memor Herculis.
Longas ô utinam, dux bone, ferias
Præſtes Heſperiæ, dicimus integro
Sicci mane die: dicimus uvidi,
Cum ſol Oceano ſubeſt.

33. *Te proſequitur mero.*] Tibi ſacrificat.

34. *Defuſo pateris.*] Sic Lambin. reſtituiſſe ſe ait, cum libb. omnes, ut inquit, *diffuſo* habeant. Ego *defuſo* in quatuor exemplaribus inveni, & ſic omnino legendum. Nam *diffundere* longè aliud eſt. *Torrent. Defuſo pateris.*] Vino de pateris fuſo. *Et Laribus tuum.*] Quiſque colens Lares ſimul & tuum nomen colit. *Laribus miſcet numen.*] Poſſet & hoc ad publicam religionem referri (nam & aras Genio Auguſti inſcriptas legimus, & veriſimile eſt, populum Romanum eundem ipſi, quem Laribus, per compita honorem habuiſſe) mallem tamen de privato civium cultu intelligi, quod eum paſſim omnes in ſuo quoque larario venerarentur. *Lares* autem auctore Feſto, animæ putabantur eſſe hominum, redactæ in numerum deorum. *Torrent.*

35. *Uti Græcia Caſtoris.*] Quemadmodum Græcia Herculem, Caſtora, & Pollucem inter deos penates enumerat, ſic nos te.

36. *Memor Herculis.*] Ob beneficia ab illis accepta.

37. *Ferias.*] Dies feſtos, id eſt, otioſam pacem.

38. *Heſperiæ.*] Italiæ. *Integro die.*] Vide lib. 1. Od. 1. & Turneb. Adverſ. lib. 24. cap. 35. *Integro die.*] Primo mane, quando nihil bibitum eſt, nihil guſtatum.

39. *Sicci mane die: dicimus.*] Non poti, ſed ſobrii. *Uvidi.*] Madidi, & vino pleni.

40. *Cum ſol Oceano.*] Cum ſol eſt ſub Oceano, id eſt, veſperi.

ODE VI. προσφωνητική.

Ad APOLLINEM & DIANAM. Carmen ſæculare.

DIVE, *quem proles Niobæa magnæ*
Vin-

1. *Dive, quem.*] O Apollo. *Proles Niobæa.*] Niobe Tantali filia, ſoror Pelopis, Amphionis Thebarum regis uxor, Latonæ ob ſobolis & numerum & pulcritudinem ſeſe præferre auſa: maſculis ab Apolline, feminis à Diana ſagitta confixis, ipſa mœrore confecta atque in ſaxum verſa, arrogantiæ pœnas dedit. Vide & Gellium libro 20. cap. 7. Metam. *Magnæ Vindicem linguæ.*] *Magnam* vocat, quod Niobe de rebus ſuis, quantumvis per ſe bonis atque laudandis, ſuperbè nimis ac magnificè loqueretur: ut de eadem Statius,

Magnificos luit improba flatus Tantalis. Torrent.

Proles Niobæa.] Sex filii Niobes. *Magnæ.*]

Vindicem linguæ, Tityoſque raptor
Senſit, & Trojæ prope victor altæ
Phthius Achilles,
Cæteris major, tibi miles impar;
Filius quamvis Thetidos marinæ
Dardanas turreis quateret tremenda
Cuſpide pugnax.
Ille, mordaci velut icta ferro
Pinus, aut impulſa cupreſſus Euro,
Procidit late, poſuitque collum in
Pulvere Teucro.
Ille non incluſus equo Minervæ

Sacra

gnæ.] Vindicem magnificæ, & ſuperbæ linguæ, quod liberorum multitudine, & pulchritudine, Niobe Latonam præ ſe contemneret.

2. *Tityoſque raptor.*] Libb. MSS. ferè *Tytium* & *Ticium* vocant. Græci Τίτυος ſcribunt. *Titius* autem Jovis ex Elara Nympha filius, matre, Junonis metu intrà terræ viſcera occultata, miræ magnitudinis infans prodiit, Terræ ob id progenies creditus. *Torrent. Tityoſque raptor.*] Tityus ſtuprum Dianæ inferre voluit. vide Od.4. lib.3.

3. *Propè victor altæ.*] Cur prope victor? quia Hectorem interfecit, quo pacto facilius Troja capi potuit.

4. *Phthius Achilles.*] Erat Phthia Achillis patria, Theſſaliæ urbs.

5. *Tibi miles impar.*] Tibi impar, quia à te ſub figura Paridis, Achilles fuit occiſus: vel, quia tuo conſilio ab ipſo Paride fuit interemptus: juxta illud Virg.

Dardana qui Paridis direxti tela, manuſque
Corpus in Æacidæ.

6. *Filius quamvis.*] Meliores codices *quamquam* habent. *Marinæ.*] Thetis dea marina, fuit filia Nerei, mater Achillis.

8. *Cuſpide pugnax.*] Pugnax haſta, quam nemo præter Achillem poterat vibrare.

9. *Ille, mordaci.*] Achilles ruit velut arbor cadens. *Mordaci velut icta.*] Frequenter Homerus heroas bello cadentes cum exciſis arboribus confert. Et Virgilii noſtri de Entello proſtrato verſus apponam:

Concidit, ut quondam cava concidit, aut Erymantho,
Aut Ida in magna, radicitus eruta pinus.

Icta ferro.] Velut icta ſecuri, quæ quaſi mordet, & paulatim exeſt arborem inciſam.

11. *Procidit latè.*] Procidit in latum, unde denotatur violentus caſus Achillis, & corporis ejus magnitudo. *Poſuitque collum.*] Vulgata editio non habebat particulam *in*, rectè quidem à Lambino additam: ſed eam optimi codices initio extremi verſiculi adjungunt: *In Pulvere Teucro.* Torrent. *Poſuitque collum.*] Occubuit.

12. *Pulvere.*] Appoſita vox, equis & militaribus viris, atque adeo omnibus exercitiis, non corporis tantum, ſed & metaphoricos animi. nam ſine pulvere contingere dicitur, quod quis facile aut nulla opera conſequitur. hinc ἀκονιτί ſine pulvere, citrà pulveris tactum. *Cruquius.*

13. *Ille non incluſus.*] Achilles non inſidiis, aut dolo, ſed aperto Marte Trojam expugnaſſet, niſi à Paride tua opera, & im-

Sacra mentito, male feriatos
Troas, & lætam Priami choreis
Falleret aulam:
Sed palam captis gravis, heu nefas, heu,
Neſcios fari pueros Achivis
Ureret flammis; etiam latenteis
Matris in alvo:
Ni tuis victus Veneriſque gratæ
Vocibus divûm pater, annuiſſet
Rebus Æneæ potiore ductos
Alite muros.
Doctor argutæ fidicen Thaliæ,

& impulſu, prius eſſet interfectus. *Equo Minervæ.*] In equo ligneo, qui Minervæ ſacra mentiebatur, & ſimulabat. Nam Græci ideò equum fabricatum fingebant, ut Palladem offenſam placarent.

14. *Malè feriatos.*] Id eſt, ignavo inutilique otio vacantes, ut Budæus ait. malim tamen *malè feriatos* interpretari, temerè ab armis ceſſantes: quod turpe eſt in viris militaribus, qui ſoli, etiam ferias agente multitudine, non debent omnia, vel hoſte victo ſuperatoque tuta putare. *Cruquius.*

16. *Falleret aulam.*] Achilles non fefelliſſet Trojanos ſuo malo otiantes, & dies feſtos celebrantes. *Aulam.*] Domum regiam Priami, & ita totam urbem. *Lambin.*

17. *Sed palam victis.*] Unus librorum noſtrorum: *Sed palam victor* habebat. & paulò poſt pro *latenteis*, *jacentem*, alii omnes *latentem*, quod ſequor, & Lambinum fugiſſe miror. Eſt autem non inconcinna numeri mutatio. *Victor* etiam non diſplicet, quamquam *victis* fortaſſe legendum ſit. *Torrent. Sed palam victis gravis.*] Sed aperto bello ſævus, & immitis, etiam parvos infantes, & materno ventri incluſos combuſſiſſet. Alii legunt *captis*.

21. *Ni tuis victus.*] Cruquius ex veteri codice legit *flexus*, non videns id ex commentatoris gloſſario in contextum veniſſe. *Torrentius. Ni tuis victus.*] Niſi Juppiter flexus tuis & placidæ Veneris precibus conceſſiſſet Æneæ laboribus muros Romanos *ductos*, id eſt, ducendos, & erigendos potiore alite, id eſt, melioribus auſpiciis.

23. *Potiore ductos.*] Urbem enim ſuam credidere Romani ſempiternam fore. Hinc ROMAE ÆTERNAE & in nummis & in marmoribus antiquis ſcriptum cernimus. Ut verò Horatius *alitis* vocabulo, & pro avis & pro auſpicio utitur: & Græci *οἰωνοὺς* vocant ipſa etiam auſpicia. Vide lib. 1. Od. 6. *Torrent.*

25. *Doctor argutæ.*] In tribus codicibus ſcriptum repperi, *Ductor Argivæ fidicen Thaliæ*: & rectè ni fallor. *Μουσηγέτης* enim celebre apud Græcos Apollinis cognomen, quo ducem comitemque Muſarum eſſe ſignificabant. Medici ergo, ut Plutarchus refert Sympoſ. Æſculapium & Apollinem, qui Pæan cognominetur, invocabant, non qui Muſagetes, is enim Poëſis convenit. Quare eum implorat Horatius, ut ſicut Argiva, ita & Daunia illi Muſa cordi ſit. *Torrentius. Doctor argutæ.*] O Phœbe fidicen, qui doces Thaliam Muſam argute canentem.

Phœbe, qui Xantho lavis amne crineis,
Dauniæ defende decus Camœnæ
Lævis Agyieu.
Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem
Carminis, nomenque dedit Poëtæ.
Virginum primæ, puerique claris
Patribus orti,
Deliæ tutela deæ, fugaceis
Lyncas, & cervos cohibentis arcu;
Lesbium ſervate pedem, meique
Polli-

26. *Xantho amne.*] Παρὰ τὸ ξανθὰς τρίχας ποιεῖν τοῖς λουομένοις ἐκεῖσε. hoc eſt, *quod in eo loti flavi fiant capilli.* Eo ni fallor reſpexit Horatius. Nota enim Apollinis capillitii pulcritudo. *Torrent. Xantho amne.*] Trojæ fluvio.

27. *Dauniæ.*] Patriam ſuam reſpicit: ut lib. 3. Od. ultima. Ita enim *Ceæ Camœnæ*, *Calabræ Pierides*, pro Simonidis & Ennii verſibus dixit. *Torrentius. Dauniæ.*] Latinæ Camœnæ, id eſt, carminis ſui Lyrici.

28. *Lævis Agyieu.*] Mirum dictu, quam variè hoc Apollinis cognomen proferant antiqui codices. Nam & *Agieu*, & *Ageu*, & *Agileu*, & quod placet *Agyieu* ſcriptum reperi, eamque lectionem veram eſſe Pet. Bembus in Culicem Virg. monuit. Dictus autem *Agyieus* Apollo, quod viis præſit: de quo omiſſis Græcis Macrobium lib. 1. Saturn. audiamus: *Apud Græcos Apollo colitur, qui* θυραῖος *vocatur, ejuſque aras ante fores celebrant, ipſum exitus & introitus demonſtrantes potentem. Idem Apollo apud illos &* Ἀγυιεὺς *nuncupatur, quaſi viis præpoſitus urbanis. Illi enim vias, quæ intra pomœria ſunt,* ἀγυιὰς *appellant.* Torrent. Cruquius legendum cenſet *Agylleu*: nam *Agylleus* eſt villaticus, quia in villis & vicis Apollo reſponſa dabat. *Lævis Agyieu.*] Imberbis Apollo, qui Agyieus dicitur, eo quod in viis publicis ei ſolebant ſacrificare.

29. *Spiritum Phœbus.*] Cum *ſpiritum* dicit, indolem illam poëticam ſignificat: cum *artem*, id quod doctrina & exercitatione acquirimus. Utrumque verò Apollini acceptum fert, uti & poëtæ famam: ne, ſi illa ſibi tribuat, unà cum Niobe divini numinis iram provocet. *Torrent. Spiritum.*] Divinum furorem.

31. *Virginum primæ.*] Clariſſimorum civium filias intelligit: quibus etiam claris ortos patribus filios adjungit Nam ter novem pueri prætextati, totidemque virgines, patrimi ac matrimi, Græca Latinaque voce carmina Apollini & Dianæ concinebant, ac rem Romanam diis immortalibus commendabant; ut ante vidimus lib. 1. Od. 21. *Intonſum pueri dicite Cynthium.* Torrent. *Primæ, puerique claris.*] Primariæ & nobiles.

33. *Deliæ tutela.*] An in Dianæ tutela etiam pueri fuere? Dianam certè & educendis in lucem & nutriendis prolibus profuiſſe ante oſtendimus. *Fugaces* vocat ad fugam celeres. *Torrent. Tutela Deæ fugaces.*] Qui eſtis ſub protectione Dianæ.

34. *Cohibentis.*] Fugam cohibet, qui jaculis fixos remoratur: ut venatrix illa & pharetrata & jaculatrix Diana. *Torrentius. Cohibentis arcu.*] Comprehendentis, & vulnerantis lyncas, & cervos.

35. *Lesbium ſervate pedem, &c.*]
Sapphi-

Pollicis ictum:
Rite Latonæ puerum canentes,
Rite creſcentem face noctilucam;
Proſperam frugum, celeremque pronos
Volvere menſeis.
Nupta jam dices: Ego dis amicum,
Sæculo feſtas referente luces,
Reddidi carmen; docilis modorum
Vatis Horati.

Sapphicum pedem. Nam Sappho fuit Lesbia.

36. *Pollicis ictum.*] Modulationem Lyrici carminis. Quod dicit, quaſi lyram ipſam percutiat. *Stephan.* *Ictum.*] Lyræ meæ ſtrepitum.

37. *Ritè Latonæ.*] Ex veterum inſtituto, & ſolenni conſuetudine canentes Apollinem Latonæ filium.

38. *Face.*] Creſcentem lumine. *Noctiluca.*] Græcorum expreſſit epithetum νυκτιλαμπὴς, quod Muretus admonuit. Sed *Noctiluca* apud Latinos ipſius Lunæ nomen potius, quam epithetum eſt. Vide Turneb. lib. 20. cap. 35. *Torrent.* *Noctilucam.*] Lunam nocte lucentem, quæ ſingulis menſibus creſcit & decreſcit.

39. *Proſperam frugum.*] Quæ fruges proſperat. Nocturnus enim Lunæ humor vel maximè fruges alit. *Proſperam frugum.*] Luna plantandi, & vegetandi vim habet, ſuoque nocturno humore fruges proſperat. Nota quod adjectivum verbale cum patrio caſu jungitur. *Celeremque pronos.*] Celerem ad volvendos menſes. Nam Luna 18. circiter diebus orbem ſuum conficit.

41. *Nupta jam dices, Ego diis.*] Cum fueris nupta, hoc dices: Ego docilis modorum vatis Horatii, reddidi carmen amicum diis, ſæculo referente feſtas luces. Poëta unam è puellis alloquitur omnium nomine. *Amicum.*] Carmen diis gratum, & amabile.

42. *Sæculo feſtas.*] Anno centeſimo feſtos dies referente.

43. *Reddidi carmen.*] Ego quæ facile didici verſus Horatianos, eoſdem cecini, & recitavi.

ODE VII. δικωλική.

Ad L. MANLIUM TORQUATUM.

Veris adventu, & æqua omnibus moriendi conditione, ſine ſpe reviviſcendi, omniumque rerum mutatione & viciſſitudine propoſita, invitat ad hilariter jucundeque vivendum.

DIFFUGERE *nives: redeunt jam gramina campis,*
Arbo-

Libri veteres *alii* Mallium *alii* Manlium Torquatum *vocant eum, cui carmen iſtud ſcripſit Horatius. Cruquius hujus Manlii conſulatu natum eſſe Horatium credit, qui manifeſtus error eſt.* Torrent.

1. *Diffugêre nives.*] Veris adventu hyems in fugam vertitur. *Redeunt jam gramina campis.*] Virgil.

—— Viridi ſe gramine veſtit
Tellus. & Mart.

—— Veſti-

Arboribuſque comæ.
Mutat terra viceis, & decreſcentia ripas
Flumina prætereunt.
Gratia cum Nymphis, geminiſque ſororibus, audet
Ducere nuda choros.
IMMORTALIA *ne ſperes, monet annus, & almum*
Quæ rapit hora diem.
Frigora miteſcunt Zephyris: ver proterit æſtas,
Interitura, ſimul
Pomifer autumnus fruges effuderit; & mox
Bruma recurrit iners.

Damna

—— *Veſtitur humus, veſtitur & arbor.* *Gramina.*] Herbæ.

2. *Comæ.*] Frondes.

3. *Mutat terra vices.*] Ante clauſa atque iners, nunc aperta & exercita. *Et decreſcentia ripas Flumina.*] Salmaſius legendum cenſet, *recreſcentia ripas, &c.* Dicit enim, vere, ſolutis nivibus recreſcunt ac abundant flumina, ripaſque ſuas ſuperfluunt. nugas agunt, qui *decreſcentia*, vulgata notione ibi accipiunt. nam *decreſcere* hic ſignificat valde creſcere, ripaſque tranſcendere. *Mutat terra.*] Mutatur anni tempus.

4. *Flumina prætereunt.*] Flumina intra ſuas ripas fluunt, neque eas tranſiliunt, ut hiberno tempore.

5. *Gratia cum Nymphis.*] Gratiæ & Nymphæ veris amœnitate ad ludum provocantur. Sunt Gratiæ tres, Aglaia, Thalia, Euphroſyne. vide Od. 30. libri. 1. *Audet Ducere nuda.*] Sic Od. 4. lib. 1.

Junctæque Nymphis Gratiæ decentes, &c.

Verbum enim *audet*, hoc loco eleganter poſitum, ſive ob frigoris remiſſionem, ſive quod nuda ſit. *Torrentius.*

6. *Ducere nuda.*] Gratiæ pinguntur *nudæ*, quia beneficia omni fuco & velamine carere debent. Manus ipſarum inter ſe connexæ, notant perpetuum amicitiæ fœdus, gratiamque à gratia disjungi non poſſe. Stant hilari vultu, ut intelligamus, parata & prompta debere eſſe noſtra in amicos obſequia. pinguntur juvenes, quod accepti gratia beneficii non debeat conſeneſcere. Circumjaciuntur velamine pellucido, quandoquidem vera amicitia in rebus honeſtis conſiſtere debet. Earum autem una averſa pingitur, duæ vero ad nos converſæ, quia ab accipiente gratiam duplicem reverti decet. *Cruquius.* *Choros.*] Cur gratiæ fingantur *nudæ*, vide Od. 19. lib. 3. Sed hic fortaſſe nudæ ducebant choros propter veris calorem: nam frigora miteſcunt Zephyris.

7. *Immortalia ne ſperes.*] Annus, ejuſque varietates docent nos, ne immortalia ſperemus: nam cum tempus ipſum ſemper ſit in fluxu, nihil ſub tempore poteſt perpetuo durare. *Et almum diem.*] Vocat *almum*, quod ſol, qui diei præeſt, omnia alat ac nutriat. Duo exemplaria & quidem fide digna, *album* habent, pro *almum*. Torrent.

9. *Miteſcunt Zephyris.*] Frigora mitigantur à vere, cujus nuntii ſunt Zephyri, venti tepidi, & ſicci, ab occaſu Æquinoctiali flantes adverſus Eurum. *Ver proterit æſtas.*] Ver ſequitur æſtas & conſumit.

10. *Simul.*] Poſtea quam.

12. *Bruma recurrit.*] Bruma facit pigros, & inertes.

13. *Damna*

Damna tamen celeres reparant cœleſtia Lunæ:
Nos ubi decidimus,
Quo pius Æneas, quo Tullus dives, & Ancus,
Pulvis & umbra ſumus.
QUIS *ſcit an adjiciant hodiernæ craſtina ſummæ*
Tempora Dî ſuperi.
Cuncta manus avidas fugient hæredis, amico
Quæ dederis animo.
Quum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
Fece-

13. *Damna tamen.*] Quaſi diceret: Tempora aſſiduo lapſu fluunt, redeunt tamen; ſed nos ſemel extincti nunquam renaſcimur. *Celeres reparant, &c.*] *Celeres* appellat *Lunas*; ut *Celerem pronos volvere menſes Dianam* dixit Oda præcedente. Jam vero quia temporum fugæ vitam noſtram comparaverat, prudenter admonet, ne ut tempora redeunt, ac proinde nihil cœlo deperit, ita nos quoque redituros aliquando exiſtimemus:

Soles, inquit Catullus, *occidere & redire poſſunt;*
Nobis, cum ſemel occidit brevis lux,
Nox eſt perpetua una dormienda.

Lunæ autem hanc temporum reparationem attribuit Poëta eruditiſſimus, quia ejus potiſſimum ſideris curſu tempora metimur. *Torrentius. Celeres reparant.*] Lunæ dicuntur celeres, quia breviſſimo tempore orbem ſuum metiuntur. *Cœleſtia lunæ.*] Damna, quæ ſunt in viciſſitudine ortus & interitus.

14. *Nos ubi decidimus.*] Poſtquam nos decidimus, ſcilicet ad inferos, non (ut anni tempora) redimus, ſed tranſimus in pulverem.

15. *Quo pius Æneas.*] In quem locum Æneas decidit. *Tullus dives & Ancus.*] Sex libri mutato ordine:

Quo dives Tullus & Ancus.

Sic autem Epiſtola ad Numicium:

Ire tamen reſtat, Numa quo devenit & Ancus.

Ancus ſane cuilibet ſuperiorum regum, teſte Livio, belli paciſque artibus & gloria par fuit: ut non temere veteres Poëtæ ejus exemplo uſi ſint, cum alios conſolabantur. *Torrent. Tullus dives.*] Tullus & Ancus reges Romani fuerunt admodum divites.

16. *Pulvis.*] Ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα, καὶ σκιὰ μόνον. Eurip. *Homo bulla.*

17. *Hodiernæ craſtina ſummæ.*] Non diſplicet quidem hæc lectio: ſed diſſimulare non poſſum libros multo plures *vitæ* pro *ſummæ* legere. Bene autem Martial.

Sera nimis vita eſt craſtina, vive hodie.

Torrent. *Summæ.*] Numero dierum, quos uſque ad hodiernum diem viximus.

19. *Cuncta manus.*] *Hortatur ad liberalitatem.* Quæ tu conſumpſeris, ad avarum hæredem non pervenient. *Amico Quæ dederis animo.*] Non poſſum non aſſentire Lambino, ut ſolum hoc noſtrum eſſe dicat Horat. neque ad hæredis manus perventurum, quod dum vivimus, nobis ac genio noſtro impertimur. *Vive* enim *memor quam ſis ævi brevis.* Neque ſane ulla melior defraudandi heredis ratio eſt, quam ut liberaliter parta omnia abſumendo nobis ipſis heredes ſimus. *Torr. Amico.*] Liberali animo.

21. *Quum ſemel occideris.*] Ubi ſemel mortuus fueris & inferis per Minoa adjudicatus, non iterum reviviſces. *Splendida Fecerit arbitria.*] Dixit *arbitria facere,*

Fecerit arbitria;
Non Torquate genus, non te facundia, non te
Reſtituet pietas.
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum:
Nec Lethæa valet Theſeus abrumpere caro
Vincula Pirithoo.

cere, ut *facere judicia*, M. Tullius & alii pro *exercere*. Et apud antiquos *arbiter* non pro judice tantum, ſed & pro teſte & auctore cujus dicto ſtabant, ponebatur. *Arbitria* ergo pro judiciis accipiemus. Quod vero *ſplendida* addidit, ad tribunalis, cui Minos præerat, dignitatem referemus. *Splendida.*] Splendor non ſemper eſt λαμπρότης, ſed plerumque σεμνότης: quæ eſt gravitas in moribus quædam ac majeſtas. *Splendida* ergo *judicia* vocavit, majeſtatis plena. *Heinſius.* Aut quod nonnulli volunt, εἰρωνικῶς dictum eſſe intelligemus. apud inferos enim exilia omnia & abjecta faciunt Poëtæ. Magis tamen placet antiqui interpretis expoſitio, ut *ſplendida* ſint, quorum ſine fuco ullo, aut fallacia manifeſta veritas apparet. *Torr.*
Minos.] Minos Judex inexorabilis apud inferos.

22. *Splendida arbitria.*] Judicia æquiſſima.

24. *Genus.*] Generis nobilitas.

25. *Infernis neque.*] Non poſſunt dii mortem propulſare ab iis, quos charos habent. Quis igitur ab ea liberabitur unquam? *Diana Hippolytum.*] Hippolytus Theſei filius, à Phædra noverca adamatus, eum, quem alii multi (de quibus lib. 3. Od. 7.) exitum ſortitus eſt, ut libidinoſæ mulieris, cui obſequi noluerat, criminatione perierit. Nam ad patris Theſei preces, Neptunus quadrigarum curriculo in littore ſeſe exercenti, belluam marinam repente immiſit: qua exterriti equi, infelicem juvenem per avia raptantes, miſerrime dilaniarunt, Vide Ovid. lib. 15. Metam. Et Claudianus bello Getico:

Et juvenem ſpreta laniatum fraude noverca
Non ſine Circæis Latonia reddidit herbis. Torrent.

Pudicum.] Hippolytum, caſtum, qui ſua temperantia compreſſit libidinem Phædræ ſuæ novercæ.

27. *Nec Lethæa valet Theſeus.*] De Theſei ad inferos deſcenſu, ingens Grammaticorum contentio eſt, inde potiſſimum exorta, quod Virg. cum Theſea inter eos nominaſſet qui inferos adiſſent, dixiſſetque:

—— Quid Theſea magnum,
Quid memorem Alciden?

poſtea tamen intulit:

—— Sedet æternumque ſedebit
Infelix Theſeus.

Hunc ſcrupulum teſte Gellio lib. 10. cap. 16. Julius Hyginus olim movit. Æternum enim illic ſedere non potuit, & idem ab Hercule liberari. Reſpondemus cum Joviano Pontano, Herculis quidem ope incolumem rediiſſe; ſed poſtea morientem, æternis ob mortem Hippolyti filii vinculis adſtrictum, ſediſſe. Vide lib. 3. Od. 4. in fine. *Torr.*
Lethæa valet.] Vincula infernalia à Lethe flumine apud inferos. *Theſeus.*] Theſeus, & Perithous inter rariſſima illa quatuor amicorum paria enumerantur; qui ad inferos deſcendentes, ut inde Proſerpinam raperent, ibidem victi remanſerunt. Vide Plut. in vita Theſei.

ODE VIII. ἐγκωμιαστική.

Ad MARTIUM CENSORINUM

Nihil eſt, quod homines magis immortales reddere poſſit, quam Poëtarum carmina.

DONAREM *pateras, grataque commodus,*
Cenſorine, meis æra ſodalibus;
Donarem tripodas, præmia fortium
Grajorum: neque tu peſſima munerum
Ferres, divite me ſcilicet artium,
Quas aut Parrhaſius protulit aut Scopas,
Hic ſaxo, liquidis ille coloribus
Solers, nunc hominem ponere, nunc Deum.
Sed non hæc mihi vis, non tibi talium
Res eſt, aut animus deliciarum egens:

Gau-

1. P*ateras.*] Vaſa argentea, quibus olim Pontifices, & ſacerdotes in ſacrificiis utebantur. *Commodus.*] In noſtris MSS. omnibus *commodis* legitur, & ſic ab Horatio ſcriptum fuiſſe crederem. Illis enim plerumque donamus, qui vel commodaverunt nobis, vel commodare poſſint. Nec tam liberalitatem & beneficentiam hîc promittit Poëta, quam gratitudinem; ipſe haud dubie à Cenſorino inſigni aliquo beneficio ante affectus. *Torrentius. Commodus.*] Commodus donarem, id eſt, in eo commodus eſſem, & benignus, quod donarem pateras meis ſodalibus, &c.

2. *Æra ſodalibus.*] Statuas, vel pocula ex ære facta.

3. *Donarem tripodas.*] Duorum generum tripodes fuere: alterum qui ἐμπυριβήτης dicebatur, quo aqua calefiebat: alterum in quo vinum diluebatur; quem quia igni non admovebant, ἄπυρον vocabant, ut & ἀναθηματικόν: qui etiam ad ædium templorumque ornatum ſervabatur, de quo etiam Athenæus lib. 2. olim militare donum, ut frequenter apud Homerum cernimus, ac Virg. lib. 5. *In medio ſacri tripodes, &c.* Vide & Had. Junium Animad. lib. 2. cap. 3. *Torr. Tripodes.*] Menſas militares, quod donum apud Græcos erat egregium. Tripus tres pedes pro ſuſtentaculo habebat, ut fortiter ſtaret, & viris fortibus dari ſolebat in ſignum victoriæ.

5. *Ferres.*] Neque tu auferres, & acciperes peſſima munera. *Divite me artium.*] Si eſſem dives, & abundarem artibus, id eſt, ſignis & tabulis pictis, quas, &c.

6. *Protulit.*] Quas artes evulgavit populo Parrhaſius, pictor clarus, natus Epheſi, vel (ut alii volunt Athenis. *Scopas.*] Sculptor, ſtatuarius inſignis.

7. *Hic ſaxo.*] Hic Scopas. *Ille coloribus.*] Ille Parrhaſius.

8. *Solers ponere.*] Sic Græci τιθέναι pro fingere ſive facere. Horat. de Arte,
—— *Quia ponere totum Neſciet.*
Turn. lib. 9. cap. 31. *Solers nunc hominem.*] Peritus ad ponendum, & formandum nunc hominem, nunc deum.

9. *Sed non hæc vis.*] Honeſta excuſatio, à tenuitate fortunæ. *Vis.*] Hæc facultas mihi non eſt.

10. *Res eſt.*] Res familiaris. Abundas tu qui-

Optatis epulis impiget Hercules.
Clarum Tyndaridæ ſidus ab infimis
Quaſſas eripiunt æquoribus rateis.
Ornatus viridi tempora pampino
Liber, vota bonos ducit ad exitus.

31. *Clarum Tyndaridæ.*] Tyndaridæ, id eſt, Caſtor & Pollux, fratres, filii Tyndari, clara ſydera, Poëtarum carminibus dignoſcantur eſſe dii, qui naves tempeſtate quaſſatas ab imis æquoribus eripiunt.

33. *Ornatus viridi tempora pampino.*] Sic per carmina Poëtarum Bacchus habens ſua tempora viridi pampino ornata, vota & preces hominum perducit ad bonos exitus.

34. *Liber vota bonos, &c.*] Hinc Suidæ dictus eſt Διόνυσος, παρὰ τὸ διανύειν ἑκάστοις τὸν ἄγριον βίον ζῶσιν. quod viventibus vitæ feritatem mitiget. *Cruquius.*

ODE IX. *Δικωλική.*

Ad LOLLIUM.

Scripta ſua nunquam interibunt: virtus ſine carminum ope, oblivione deletur. Lollii laudes ille cantabit, cujus virtutes etiam celebrat.

NE forte credas interitura, quæ
Longe ſonantem natus ad Aufidum,
Non ante vulgatas per arteis
Verba loquor ſocianda chordis.
Non, ſi priores Mæonius tenet

Sedeis

QUoniam ad M. Lollium & Odam hanc & epiſtolas binas ſcripſit Horatius, libet quis hic Lollius fuerit lectori declarare. M. Lollium igitur C. Cæſari Augusti filio in Armeniam proficiſcenti moderatorem datum fuiſſe auctor eſt Paterculus, tunc, ut ait, Tribunus militum & ipſe Cæſarem ſecutus. Idem ex Suetonii Tiberio colligimus cap 13. Magnum certè virum fuiſſe oportet, cujus fidei ac cuſtodiæ prudentiſſimus ille princeps filium commiſerit. Maximum vocat Flaccus noſter priore ad ipſum Epiſtola, nec quidem cognomine, ut nonnulli perperam voluere, ſed ob animi præſtantiam: ſicut & altera Epiſtola liberrimum. *Dubitari verò meritò poſſit; an hic idem Lollius, ſub quo in Germania accepta clades, quam* Lollianam *appellat Sueton.* Auguſto *cap.* 23. *Vide* Torrentium *in hunc locum, & Dionem lib.* 54.

1. *Ne forte credas.*] Ordo eſt, Ne tu forte credas, id eſt, ut non credas interitura ea verba, quæ ego Horatius, natus ad Aufidum longe ſonantem, loquor, &c.

2. *Aufidum.*] Flumen Apuliæ.

3. *Non ante vulgatas.*] Per novas, & inuſitatas artes, ſcilicet apud Latinos; primus enim erat poëta lyricus Latinus.

4. *Chordis.*] Verba loquor lyræ fidibus aptanda.

5. *Non ſi priores.*] Lollius ne dubitet, quin etiam Horatii carmina, in omne ævum duratura ſint: cum neque excellentia Homeri, aliorum, qui ſecuti ſunt, luminibus ita obſtruat, ut non & ipſi cum laude legantur. *Mæonius.*]

Sedeis Homerus, Pindaricæ latent,
Ceæque, & Alcæi minaces,
Steſichorique graves Camœnæ.
Nec, ſi quid olim luſit Anacreon,
Delevit ætas: ſpirat adhuc amor;
Vivuntque commiſſi calores
Æoliæ fidibus puellæ.
Non ſola comptos arſit adulteri
Crineis;

nius.] Homeri patriæ incertitudo, complura ejus cognomina conflavit, inter quæ etiam *Mæonides* & *Mæonius*, pro Homero. *Torrentius.* *Non, ſi priores.*] Quamvis Homerus priores ſedes in arte poëtica obtinet, non tamen Pindarus, Simonides, &c. ſunt obſcuri. *Mæonius tenet.*] Vide Od. 6. l. 1.

7. *Ceæque.*] Id eſt, Simonidis Cei, in Julide nobili illius inſulæ, quæ Latinis Cea & Ceos, Græcis Κέως, Κόως & Κῶς dicitur, oppido nati: unde & Bacchilides poëta nobilis. Hinc Κεῖος & Κῷος, Latinè *Ceus* & *Cous*: ut *Cea* & *Coa veſtes*. Torrent. *Coæ Camœnæ.*] Camœnæ Simonideæ: vide Od. 1. lib. 2. *Alcæi minaces.*] Alcæus adeò amarus erat præſertim Tyrannis, ut acribus ſuis verſibus multos è civitate ejiceret, minaces igitur erant ejus Camœnæ.

8. *Steſichorique graves Camœnæ.*] Steſichorus poëta fuit ex Himera, civitate Siciliæ, qui maxima bella, & clariſſimos cecinit duces: graves ergo erant ejus Camœnæ. vide Plin. lib. 10. cap. 29.

9. *Luſit Anacreon.*] Verè luſit: nam & materia omnis illius poëtæ ludicra ac pene ridicula eſt; eamque tanta facilitate ac ſecuritate tractat, ut potius quidvis aliud agere, quam verſus ſcribere videatur. Quare Epod. 24. *Non elaboratum ad pedem* eum ceciniſſe ait. Græci hujuſmodi luſus παίγνια vocant, & ſcriptores ipſos παιγνιογράφους, inter quos vel præcipuum Anacreontem. *Torrentius.* *Luſit Anacreon.*] Cantavit Anacreon. Luſit vero, quia res amatorias ſcripſit.

10. *Delevit ætas.*] Conſumpſit vetuſtas. *Spirat adhuc amor.*] Nam Sappho Phaonem puerum in Siciliam navigantem elegantiſſimo carmine eſt proſecuta: amoris tandem ita impatiens fuiſſe dicitur, ut ſeſe è Leucade in mare præcipitem daret. *Cruq.* *Spirat adhuc amor.*] Recens eſt adhuc amor, quem Sappho Poëtria ſuis lyricis verſibus commiſit.

11. *Commiſſi calores.*] Quos Sappho verſibus ſuis commendare dignata eſt: ut *committere* idem ſit quod credere. Ita ipſius Sapphus & quorumcunque aliorum amores, ſpirare adhuc & vivere mulieris unius beneficio, quæ immortali carmine eos celebravit. *Torrent.*

12. *Æoliæ fidibus.*] Sappho fuit ex Æolia, in qua Lesbos, unde Lesbia ſæpe appellatur.

13. *Non ſola comptos.*] Non ſola Helena Lacæna arſit, id eſt, vehementer amavit Paridis crines accuratè pexos, &c. Intelligit Poëta multas ante Helenam amaſſe, quæ belli cauſam præbuerant, & magna olim bella eſſe geſta memoria digna, ſed hæc omnia fuiſſe oblivioni tradita, quod poëtæ, vel ſcriptores deeſſent, qui poſterorum memoriæ ea commendarent. *Arſit adulteri crines.*] Vide Od. 15. lib. 1. *Adulteros crines pulvere collines.* Bene autem Paridi comptum capillitium tribuit, quem inter heroas omnes, ſolum unguentis delibutum

Crineis, & aurum vestibus illitum
Mirata, regaleiſque cultus,
Et comites, Helene Lacæna:
Primuſve Teucer tela Cydonio
Direxit arcu: non ſemel Ilios
Vexata: non pugnavit ingens
Idomeneus, Sthenelusve ſolus
Dicenda Muſis prælia: non ferox
Hector, vel acer Deïphobus graveis
Excepit ictus pro pudicis
Conjugibus, pueriſque primus.
Vixêre fortes ante Agamemnona
Multi: ſed omnes illacrymabiles
Urgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate ſacro.
PAULUM *ſepultæ diſtat inertiæ*
Celata virtus. non ego te meis

Char-

libutum Homerus deſcripſit, teſte Athenæo.

14. *Aurum veſtibus.*] Veſtes aureas, vel auro ornatas.

16. *Et comites, Helene Lacæna.*] Comites Paridis in itinere, cum Lacedæmona peteret.

17. *Primuſque Teucer tela.*] Teucer non primus fuit bonus jaculator. *Cydonio Arcu.*] Arcu Cretenſi à Cydone urbe in Creta, ubi primum de pecudum cornibus arcus curvati, & facti ſunt. vide Od. 15. lib. 1.

18. *Ilios.*] Troja, quæ prius ab Hercule fuerat expugnata.

19. *Non pugnavit.*] Non ſolus pugnavit prælia Idomeneus, &c.

20. *Sthenelusve.*] Sthenelus, ſciens pugnæ. vide Od. 15. l. 1.

22. *Hector, vel acer Deiphobus graves.*] Non ſolus Hector ab Ajace, vel ſolus Deiphobus à Merione fuit vulneratus ſed multi alii in bello Trojano fortiter pugnarunt, quorum quia Homerus non meminit, oblivione hominum jam ſunt ſepulti.

26. *Illachrymabiles*] De hoc vocabulo lib. 2. Od. 14. *Illachrymabilem Plutona. Illachrymabiles.*] Propter quos in bello cæſos nemo lachrymat.

27. *Urgentur.*] Urgentur longa nocte id eſt, æterna oblivione obſcurantur.

28. *Carent quia.*] Quia nullum habuere Poëtam, à quo egregia ſua facta memoriæ mandarentur.

29. *Paulum ſepultæ:*] Virtus non laudata, & incognita, non multum differt à vita ignava. Nota quod verbum *diſtat* cum dandi caſu jungitur. *Sepultæ diſtat inertiæ.*] Perinde eſſe ajunt Juriſconſulti, non eſſe, & ignorari. Sed venuſtè Horatius *ſepultam* appellat eorum *inertiam*, quibus perpetuo torpentibus otio, anima veluti pro ſale ſit, tantum ne computreſcant. Mortui enim æquè cenſendi, atque hi qui terra condiri in cinerem deſtinere. *Torrent.*

31. *Iner-*

Chartis inornatum ſileri,
Totve tuos patiar labores
Impune, Lolli, carpere lividas
Obliviones. Eſt animus tibi,
Rerumque prudens, & ſecundis
Temporibus, dubiiſque rectus;
Vindex avaræ fraudis, & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ:
Conſulque non unius anni,
Sed quoties bonus atque fidus
Judex honeſtum prætulit utili, &
Rejecit alto dona nocentium

Vultu,

31. *Inornatum ſileri.*] Primus Canterus Novar. lect. lib. 6. cap. 14. in duobus vetuſtis codicibus *ſilebo*, ſcriptum eſſe affirmavit: ego ubique *ſileri* reppeṙi. Sic autem locutus eſt Horat. lib. 1. cap. 12.

Præliis audax neque te ſilebo Liber.

Nec diſſimile illud Virgilii:

Quis te magne Cato tacitum, aut te Coſſe relinquat?

Perinde ac ſi indignum ſit, poëtam præclaræ virtuti, meritum laudis præmium non reddere. *Torr. Inornatum ſileri.*] Te non illuſtratum.

32. *Totve tuos patiar labores.*] Nam M. Lollius iſte, graviſſima bella & in Thracia, & in Galatia, & in Germania geſſit. Nondum autem, cum hæc ſcripſit Horatius, Caji Cæſaris cura ei commiſſa fuerat; in cujus comitatu, perfidiæ & avaritiæ notam incurrit. *Torrent.*

33. *Impune, Lolli, carpere lividas.*] Non patiar invidas obliviones immeritò carpere, id eſt, imminuere tot tuos labores.

35. *Rerumque prudens.*] Sic mox *Abſtinens pecuniæ*, locutione Poëtæ noſtro atque optimis quibuſque auctoribus peculiari. *Rerumque prudens, & ſecundis.*] Rerum cognitione præſtans. Ergo vere es philoſophus.

36. *Rectus.*] Æquabilis in utraque fortuna.

37. *Vindex avaræ fraudis.*] punitor avaritiæ, & abſtinens à pecunia, cui omnia parent.

39. *Conſulque non unius anni.*] De Lollii animo perinde ac de ipſo Lollio loquitur. Et rectè: nam animo ſumus quidquid ſumus. Ait igitur Poëta, Lollium tam præſtanti animo præditum, non illo tantum anno, quo Cæſaris populive ſuffragio honorem hunc adeptus ſit, Conſulem fuiſſe; ſed quoties præclarum aliquod virtutis ſuæ ſpecimen edidit, & illo & majore etiam nomine appellandum fuiſſe. *Torr. Conſulque non unius anni.*] Eſtque tuus animus non unius anni conſul, ſed ſemper eſt ille Conſul, ſemper rex, qui ſuis cupiditatibus imperat, qui honeſtatem præfert utilitati, qui hominum nocentium muneribus non corrumpitur.

42. *Alto vultu.*] Erecto vultu, & animo excelſo. Nam alti animi eſt pecuniam contemnere.

43. *Per obſtantis catervas.*] Cupidinis voluptatiſque illecebrarum agmina intelligo, quæ fortis & conſtans animus virtutis inſtructus armis, perrumpat ac palmam auferat. Notandumque in omnibus MSS. poſt verbum *vidi*, & poſt verbum *vultu*, abeſſe & particulam mi-

Vultu, & per obſtanteis catervas
Explicuit ſua victor arma.
NON *poſſidentem multa vocaveris*
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter uti,
Duramque callet pauperiem pati,
Pejuſque letho flagitium timet:
Non ille pro caris amicis,
Aut patria timidus perire.

nimè certè neceſſariam. *Torrentius. Per obſtantes catervas.*] Per mediam hoſtium aciem, id eſt, per munera, & largitiones tanquam victor exprompſit ſua arma, id eſt, ſuam integritatem, & abſtinentiam. Eſt optima Allegoria.

45. *Non poſſidentem, &c.*] Oſtendit divites non rectè dici beatos, ſed eos qui ſapientes ſunt, doniſque deorum cum mediocritate utuntur, paupertatem non minus æquo animo ferunt, quam divitias: mori malunt, quam indignum facinus in ſe admittere. *Figulinus. Poſſidentem multa vocaveris.*] Non recte vocaveris beatum, qui multa poſſidet.

46. *Rectius occupat.*] Meritò.

49. *Callet pauperiem pati.*] Sapit, & acutè novit.

50. *Pejuſque letho flagitium timet.*] Et turpitudinem odit pejus letho, id eſt, mori maluit, quam flagitium committere.

51. *Non ille pro charis.*] Ille, id eſt, vir talis non timet mori pro amicis, aut patria.

ODE X. ἐρωτική.

Ad LIGURINUM puerum ſpecioſum.

Futurum dicit, ut Ligurinum ſuæ adverſus amatores arrogantiæ pœniteat, cum flos ætatis ſuæ exaruerit.

O CRUDELIS *adhuc, & Veneris muneribus potens,*
Inſperata tuæ cum veniet pluma ſuperbiæ,

Et

PRimo hujus libri carmine, ſe, quamquam jam ſeneſcentem, Ligurini amore torqueri vel invitum confeſſus eſt, nunc veluti ſe ulciſcens, puerum admonet, ne formæ nimium confidat; futurum enim ut ea mox pereunte, ſuperbiæ ipſum pœniteat.* Torrent.

1. *Muneribus potens.*] Pulcritudine, & forma potens.

2. *Pluma ſuperbiæ.*] Quum barbæ lanugo, quem adhuc non times, veniet, & adjicietur tuæ ſuperbiæ, id eſt, levitati oris, & corporis tui. *Superbiæ tuæ.*] Id eſt, tibi ſuperbo. ſic enim loquuntur optimi ſæpe auctores. *Plumam* verò illam primam pubeſcentium lanuginem vocat; modeſtius ſane, quam *capitis nives* pro canitie dixit.

3. Et,

Et quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ:
Nunc & qui color eſt puniceæ flore prior roſæ,
Mutatus, Ligurinum in faciem verterit hiſpidam;
Dices, heu (quoties te ſpeculo videris alterum)
Quæ mens eſt hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ?

ODE

3. *Et, quæ nunc.*] Et cum vir factus eris, & detonſa erit coma, quæ humeris tuis jam paſſa eſt, & diffuſa. *Pueri concubini, puellarum more comam alebant. Humeris involitant.*] Sic de Gyge puero lib. 2. Od. 5. & alio quodam Od. 20. lib. 3. Apud veteres enim pueri non impudici tantum, quique ad cyathos ſtabant, ſed & ingenui atque honeſte habiti, pœne puellarum in morem comam per cervicem atque humeros demittebant. Unde *comati* quoque & *capillati* impuberes ſæpe appellantur. Verum delicati ac molles majore cura, ac diutius quoque comam nutriebant; ſemper ſolliciti, ut virilitatem, ſic enim Plinius loquitur, effugerent. Honeſtioribus verò, mox ut pubetes facti fuerant, comæ in pubertatis ſignum præcidebantur. Porro delicatuli iſti, cum vel ætas, amores ultrà non permitteret, vel uxorem ducerent domini, quorum libidini ſervierant, ſolenni quodam more tondebantur: idque ut fieret ipſa præcipuè ſponſa allaborabat. Sic enim Mart.

Flammea texuntur ſponſæ, jam tæda parata eſt;
Tondebit pueros jam nova nupta tuos.

Quin etiam ſi quis inſigniter inſaniret, cæſariem illam deorum alicui, maximè Apollini, ideo credo, quod & ipſe comatus nobis fingitur, conſecrabant. *Torrent.*

4. *Prior flore roſa.*] Melior flore purpureæ roſæ.

5. *Ligurinum.*] Optimi duo & vetuſtiſſimi Codd. *Ligurine* habent, quod ſanè multò venuſtius eſt. *Ligurinum* ſcripſere, qui vim verbi *vertere* ignorarunt: eo enim vocabulo ſæpe abſolutè uſi ſunt auctores. Virg. lib. 1. Æneid.

—— Tum prora avertit, & undis
Dat latus.

Ubi Servium vide. *Torr. Hiſpidam.*] In faciem piloſam, & horridam.

6. *Quoties te ſpeculo.*] Jure huic Cinædo tanquam feminæ ſpeculum tribuit, ut Earino Martialis, *conſilium formæ* perelegantet vocans, quod ab eo componendæ formæ conſilium omne ſumitur. *Alterum* autem dicit, pro tam diſſimili, ut alius videri poſſit, nunc hiſpidus, ante lævis. Tib. lib. Eleg. 8.

Carior eſt auro juvenis, cui lævia fulgent
Ora, nec amplexus hiſpida barba terit. Torr.

Alterum.] Videris mutatum.

7. *Quæ mens eſt hodie.*] Quaſi diceret: Utinam in puerili ætate præcogitaſſem faciem meam futuram hiſpidam, ex qua quæſtum meretricium deperdere ſit neceſſe: vel utinam levis, & glabra pueri facies nunc rediret ad hunc animi mei ſenſum, id eſt, Utinam ſenſus ille fuiſſet in pueritia, aut pueri forma rediret ad hunc ſenſum.

8. *Incolumes non.*] Genæ imberbes. Nam genæ barbatæ tanquam mortuæ habebantur, quia ad amores puerileis erant ineptæ.

ODE XI. ἐρωτικὴ.

Ad PHYLLIDEM.

Die natali Mæcenatis, qui erat Id. Aprilis, invitat eam ad epulas.

EST mihi novum ſuperantis annum
Plenus Albani cadus: eſt in horto
Phylli, nectendis apium coronis:
Eſt ederæ vis
Multa, qua crineis religata fulges.
Ridet argento domus, ara caſtis

Vincta

2. PLenus Albani cadus.] Albano tertiam inter vina palmam dat Plin. lib. 14. cap. 6. Quin & Juvenal. 5. Sat. cum ait:

Cras bibet Albanis aliquid de montibus aut de
Setinis.

Vini hujus & ipſe nobilitatem oſtendit, utpote quod Setino conferri poſſit. Loquitur autem de divite luxurioſo, qui pridianæ cœnæ cruditatem, Albano aut Setino velit corrigere. *Torrent.* *Albani cadus.*] Vini Albani.

3. *Nectendis apium coronis.*] Inter coronarias herbas enumerandum ergo eſt *apium*, ut ante vidimus lib. 2. Od. 7. neque illud tantum quod ἐλεοσέλινον Græci vocant, ſeu paluſtre ac ruſticum: verum etiam ſativum atque hortenſe, ut ex hoc loco manifeſtum eſt: & de eo etiam loquitur Plin. lib. 20. cap. XI. cum peculiarem in condimentis habere gratiam ſcribit, quod hodie vulgò *petroſelinum* appellamus, eoque in cibis & jucunde & utiliter utimur. Quamquam plura ſint apii genera, non æquè omnia laudata. nam illud quod in Sardinia naſcitur, venenatum, eſt. *Torrent.* *Apium coronis.*] Apium ebrietatem pellit, & ab Horatio in rebus lætis adhibetur, quamvis Græcis ſemper fuit lugubre. vide Od. 36. lib. 1.

4. *Eſt ederæ vis.*] Eſt mihi magna copiæ hederæ, quæ Baccho conſcrata eſt. *Ederæ vis Multa.*] Horatius Phyllidem edera coronat: vel quod ea peculiariter oblectabatur; vel conſueta poëtarum libertate. nam quas cuique velint coronas nectunt. Et alioqui *edera* ſacra Baccho, ſine quo nulla lætitia eſt. Poterat etiam poëtica videri velle Phyllis, ederam ideo geſtans. Sic etiam Amaryllidi ſuæ paſtor apud Theocritum Eid. 3. coronam ederæ folliculis & odorato apio implexam ſervat. *Torr.*

5. *Qua fulges, &c.*] Delectari Phyllidem corona ederacea ſignificat: ideoque ederæ copiam non minorem, quam apii apud ſe eſſe dicit. *Qua crines religata.*] Qua (ſcilicet corona ex hedera facta) tu comam habens religatam, fulgere ſoles.

6. *Ridet argento domus.*] Domus ſplendet argento. *Ara caſtis vincta verbenis.*] Lib. 3. Od. 19. *Hic vivum mihi ceſpitem, hic verbenas pueri ponite.* Virg. Æneid. lib. 11.

Velati limo & verbenis tempora vincti.

Ex quibus locis conſtat, quis verbenæ in ſacrificiis uſus fuerit. ſi quidem ea non aræ tantum circumligabantur, ſed & capita poparum qui immolabant hoſtias. Verbena etiam utebantur legati, cum ad hoſtes clarigatum, id eſt, res raptas clarè repetitum mittebantur. Plinius lib. 32. cap. 2. addens è legatis unum *Verbenarium* vocatum fuiſſe, & quidem, ut ego arbitror, legationis principem. Eadem autem *ſagmina* quæ & *verbenæ*, teſte etiam Feſto: *vel quod*

ex loco

Vincta verbenis, avet immolato
Spargier agno.
Cuncta feſtinat manus. huc & illuc
Curſitant miſtæ pueris puellæ:
Sordidum flammæ trepidant rotantes
Vertice fumum.
Ut tamen noris, quibus advoceris
Gaudiis, Idus tibi ſunt agendæ:
Qui dies menſem Veneris marinæ
Findit Aprilem:
Jure ſolemnis mihi, ſanctiorque
Pene natali proprio; quod ex hac
Luce Mæcenas meus affluenteis
Ordinat annos.

Tele-

ex loco ſancto arcebantur: vel à ſanciendo, id eſt, confirmando. Arcere enim pro arceſſere dixit vel adciere. Frondes ergo omnes ſacratæ & quocunque loco puro decerptæ, *verbenæ* dicebantur, teſte Servio. *Torrent.*

7. *Verbenis avet immolato.*] Caſtis, & puris herbis, frondibuſque feſtis ad aras coronandas.

8. *Agno.*] Agni mactati ſanguine adſpergi & imbui avet, id eſt, videtur cupere.

9. *Cuncta feſtinat manus.*] Miro artificio quam carus ipſi Mæcenas ſit oſtendit, cujus natalem tanto apparatu celebret. Nihil etiam ſignificantius verbis illis, quibus glomeratum ex flamma fumum deſcribit. *Torr. Cuncta feſtinat manus, huc, & illuc.*] Omnes adhibent diligentiam.

11. *Sordidum flammæ.*] Flammæ generantes nigrum fumum in verticem cum trepido motu ſurſum feruntur.

13. *Quibus advoceris.*] Ut intelligas ad quod convivium inviteris.

14. *Agendæ.*] Idus celebrandæ.

15. *Veneris marinæ.*] Vide quæ dicta ſunt lib. 3. Od, 26. & lib. 1. Od. 3.

16. *Findit Aprilem.*] Findere pro videre dixit. Cur autem *Aprilis* Veneri ſacer, & unde id illi menſi nomen, explicat Macrob. Sat. lib. 1. cap. 12. & 21. Græci verò, teſte Suida, menſis hujus tutelam Apollini tribuunt; à cujus Feſtis, quæ θαργήλια vocant, etiam menſi nomen. *Torr. Findit Aprilem.*] Dividit Aprilem Veneris menſem. Aprilis deducitur ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, id eſt, à ſpuma, ex qua, & cruore genitalium Saturni in mare projectorum, Venerem progenitam fabulantur Poëtæ. vide Od. 26. lib. 3.

17. *Jure ſolennis mihi.*] Meritò mihi celebrandus, ut dies feſtus ſtatus, & fixus quotannis.

18. *Quod ex hac.*] Quia ab hoc die Mæcenas meus accreſcentes annos ſuæ ætatis, ordine numerat.

20. *Ordinat annos.*] Hoc eſt, ordine componit ac digerit vitæ ſuæ ſeriem. ut enim à Conſulibus publicè, ſic privatim à natalibus quiſque annos computabat. Hinc *ordinarii Conſules*, qui & anno nomen dabant, ad differentiam eorum qui ſuffecti dicebantur. Oruquii commentum non placet. *Torrent.*

Telephum, quem tu petis, occupavit,
Non tuæ ſortis juvenem, puella
Dives & laſciva, tenetque grata
Compede vinctum.
Terret ambuſtus Phaëthon avarus
Spes: & exemplum grave præbet ales
Pegaſus; terrenum equitem gravatus
Bellerophontem:
SEMPER *ut te digna ſequare, & ultra*
Quam licet, ſperare, nefas putando,
Diſparem vites. age, jam meorum
Finis amorum.
(Non enim poſthac alia calebo

Fœmi-

21. *Telephum.*]Hujus Telephi amore etiam Lydiam,& alibi Chloën quoque pereuntem deſcribit lib. 1. Od. 13. & lib. 3. Od. 19. Ingenioſe autem Poëta jam ſenior, Phyllidem à Telephi amore deterret; hortaturque ut quæ conſequi nequeat relinquens, ea quæ parata atque obvia ſunt amplectatur: proinde ad ſe veniat, cui minus impar ſit quam Telepho, à tot aliis potioribus expetito. Illud igitur quod ſequitur, *Non tuæ ſortis*, cum verbo *juvenem*, quam cum verbo *puella* jungi mallem. *Torr.* *Quem tu petis.*] Quem tu amas.

22. *Non tuæ ſortis juvenem.*] Juvenem tibi valde diſſimilem loco, re, genere.

24. *Compede vinctum.*] Grata ſervitute.

25. *Terret ambuſtus.*] Exemplis docet Phyllidem, debere omnem ſpem Telephi deponere, cum ille ſit ſupra fortunam ſuam. Phaëthon vetat avide ſperare, qui negotium ſupra vires ſuſcipiens, ſcilicet paterni currus moderationem, igne combuſtus periit. *Avarus ſpes.*] Avarus ab avendo dicitur, non æris tantum, ſed & aliarum rerum appetens: neque enim ſemper in reprehenſione eſt avarus, ſed interdum etiam ad res honeſtas refertur, ut cum *Græcos præter laudem nullius avaros* dicit Horat. *Avarus* igitur *ſpes* interpretor, per quas ea, quæ ſuprà vires noſtras ſunt, aſſequi poſſe confidimus. Nigidius compoſitum eſſe vocabulum credidit, pro *avidus æris*. Gellius lib. 10. cap. 5.

26. *Ales.*] Pegaſus penniger, vel alatus.

27. *Terrenum equitem gravatus.*] *Gravari* cum accuſandi caſu, pro gravate ac moleſtè ferre, vocabulum Suetonio & Quinctiliano, ejuſdemque ætatis ſcriptoribus frequens. *Bellerophontes* autem ante Hipponomus dictus, nomen hoc vel à Bellero Corinthiorum principe, quem adoleſcens occidit, retulit, ut in fabulis narratur. Vide Eraſmum proverbio, *Bellerophontis litteræ*. Torr. *Gravatus.*] Gravatim ferens Bellerophontem, qui cœlos conſcenſurus, ut, quid rerum ageret Jupiter cognoſceret, in terram decidit.

29. *Te digna ſequare.*] Ut ſequare res tibi aptas. *Et ultra.*] Ordo eſt: Et vites diſparem, putando nefas eſſe, ſperare ultrà quam licet.

31. *Age jam meorum.*] O Phylli, quam omnium poſtremam amare conſtitui, condiſce lyræ modos, quos ſuavi, & amabili voce decantes.

33. *Calebo.*] Non alia incendar, id eſt; non aliam amabo.

34. *Con-*

Fœmina) condiſce modos, amanda
Voce quos reddas. minuentur atræ
Carmine curæ.

34. *Condiſce modos.*] Obliviſcere ergo Telephi, & meos verſus, quos amabili tua voce recites & cantes, condiſce, & ſollicitudini ob amorem Telephi contractæ valedicas. *Lubin.*

35. *Atræ curæ.*] Id eſt, triſtes, quod niger color infauſtus ſit. ſic Homer. μελαίνας ὀδύνας, dixit. Vide Turneb. lib. 4. cap. 14. *Pulmannus.*

ODE XII. παραινετική.

Ad VIRGILIUM.

Deſcribit Veris adventum, & Virgilium ad convivium ſub conditione invitat.

JAM *veris comites, quæ mare temperant,*
Impellunt animæ lintea Thraciæ,
Jam nec prata rigent, nec fluvii ſtrepunt
Hiberna nive turgidi.
Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,

Infelix

NOn *diſplicet titulus, quem in tribus codd. MSS. repperi,* AD VIRGILIUM UNGUENTARIUM, URBIS DISCRIPTIO; PARAENETICE. *Unguentarium autem fuiſſe illud oſtendit:* Cum tua velox merce veni. *quo etiam referendum quod ſequitur:* Verum pone moras & ſtudium lucri. *Illis certè non aſſentior, qui Odam Virgilio poëtæ inſcribunt.* Torrent.

1. *Temperant.*] Quæ mare tranquillum reddunt.

2. *Impellunt animæ.*] Thracii venti, id eſt, Favonii impellunt vela. *Animæ Thraciæ.*] Lib. 1. Od. 25. Thracium ventum *Aquilonem* aut *Boream* propriè eſſe oſtendimus. An ergò & hoc loco *animas Thracias* pro ventis Aquilonaribus dixit Horatius? Id ſi ita eſt, cur eos *veris comites* appellat? Vere enim Favonii flant, hibernumque molliunt cœlum, & navigantibus aperiunt mare, ut lib. 3. Od. 7. dictum. *Animæ* ergò *Thraciæ* non invenuſtè dicuntur venti omnes, quorum veluti ſedes ac domicilium quoddam Thracia eſt. Quod verò addit *veris comites*, & *quæ mare temperant*, perinde eſt, ac ſi cum *venti* dixiſſet, adjungeret *Favonii*, quo de certo ventorum genere ſe loqui oſtenderet. id enim ad alios quam Favonios referri nequit. *Torrentius.*

3. *Rigent, nec fluvii.*] Non glacie dureſcunt.

4. *Turgidi.*] Aucti.

5. *Ityn flebiliter gemens.*] Nota omnibus ex Ovidii Met. lib. 6. Pandionis filiarum & Terei fabula, qua ipſe in Upupam, illarum altera in Luſciniam, altera in Hirundinem, filius Itys in Phaſianum, aut quæ paucorum opinio eſt, in Carduelem converſi traduntur. De hirundine hic Horatium loqui nemo negaverit: (veris enim adventum avis illa nuntiat) quæ verò ſequuntur, propriè ad Prognem ſpectant. Hæc enim & quod Barbaro nupſerit, & quod infandum illud ſcelus ſtruxerit, Cecropidarum nomini æternum opprobrium intulit.

6. *Infelix*

Infelix avis, & Cecropiæ domus
Æternum opprobrium, quod male barbaras
Regum eſt ulta libidines:
Dicunt in tenero gramine pinguium
Cuſtodes ovium carmina fiſtula:
Delectantque deum, cui pecus, & nigri
Colles Arcadiæ placent.
Adduxêre ſitim tempora, Virgili:
Sed preſſum Calibus ducere Liberum
Si geſtis, juvenum nobilium cliens,
Nardo vina merebere.
Nardi parvus onyx eliciet cadum,

Qui

6. *Infelix avis.*] Hirundo (olim Progne Pandionis regis Athenienſis filia) flebiliter Ityn filium gemens à ſe interfectum, jam nidum ponit. *Cecropiæ domus.*] Codex Laurentianus *Cecropidæ* legit. *Cecrops* autem natione Ægyptius, ad Actæum ſeu Actæonem, in Actam, quæ poſt Attica dicta eſt, veniens; filia ejus uxore ducta, oppidum à ſe appellavit *Cecropiam*, ubi, ut inquit Plin. lib. 7. cap. 56. nunc eſt arx Athenis. *Cecropiam* ergò *domum*, quod rectè monet Lambinus, non pro ſtirpe Cecropis, ſed ſimpliciter pro regno, quod fundavit ipſe, accipiemus. *Torr. Cecropiæ domus.*] Familiæ regum Athenienſium perpetua infamia, propter immanem in ſuum filium crudelitatem. Cecrops dux erat Athenienſium, unde domus Cècropia, pro familia Athenienſi.

8. *Regum eſt ulta libidines.*] Infelix, quod Terei mariti ſui barbaram libidinem in Philomela conſtupranda ulta eſt malè, id eſt, parricidio.

9. *Dicunt in tenero gramine pinguium.*] Paſtores modulantur carmina in honorem Panos.

11. *Deum, cui pecus.*] Delectant Pana fiſtulæ inventorem. *Nigri colles Arcadiæ.*] Ita Od. 21. lib. 1. *Nigris Erymanthi ſylvas* dixit. Atqui Erymanthus mons Arcadiæ eſt: nam loquitur hic de collibus ſilviſque ad paſcendum idoneis. *Torr. Nigri colles Arcadiæ.*] Colles feraces, quia terra nigra frumentis eſt optima. vel nigri colles, id eſt, colles umbroſi propter ſylvas.

13. *Adduxêre ſitim tempora Virgili.*] O Virgili, hæc tempora, id eſt, veris amœnitas, & aëris temperies ſuadent lætitiam, & invitant ad voluptatem.

15. *Si geſtis.*] Si vehementer cupis vinum Calenum bibere. *Juvenum nobilium.*] Ad Cajum & Lucium Cæſares, Auguſti filios, referre malim. hi enim *principes juventutis* dicti fuere, ut in Auguſti nummis legitur: C. L. CAESARES AUGUSTI F. COS. DESIG. PRINC. IUVENT. Vel ſimpliciter de Romana juventute intelligi poterit; niſi forte Virgilium una cum Cæſaribus Neronibuſque ad cœnam invitet. *Torrent. Juvenum nobilium cliens.*] Claudii, & Druſi privignorum Auguſti.

16. *Nardo vina merebere.*] Propter unguentum ex Nardo per te allatum tu accipies à me vinum Calenum. Vide l. 1. Od. 31.

17. *Nardi parvus onyx.*] Vinum præſtantiſſimum convivis præbiturus, à Virgilio viciſſim collectam ſive ſymbo-

lam

Qui nunc Sulpitiis accubat horreis,
Spes donare novas largus, amaraque
Curarum eluere efficax.
Ad quæ ſi properas gaudia, cum tua
Velox merce veni. non ego te meis
Immunem meditor tingere poculis,
Plena dives ut in domo.
Verum pone moras, & ſtudium lucri:

Nigro-

lam exigit. Cœnam ergò collativam inſtituit Horatius, & cadum integrum vini optimi, exiguo nardi vaſculo elici poſſe ait. *Onyx* ergo pro vaſculo ad unguenta ex onyche lapide confecto, accipitur. Qui lapis ab unguis humani ſimilitudine in nominis quoque ſocietatem venit, dictus etiam *alabaſtrites*. Initio quidem rarior, poſt invaleſcente luxu, etiam in columnas ac pavimenta tranſiit. Et quoniam *onychus* præcipuus olim ad unguenta uſus, hinc factum, ut quodcunque vaſculum unguentarium, etiam alterius materiæ, *onyx* diceretur. vide Plin. lib. 36. cap. 7. & lib. 37. cap. 6. *Torrent. Onyx eliciet cadum.*] Parum unguenti multum vini eliciet. Onyx hic ſignificat vaſculum ex onyche factum, ad ſervandum unguentum.

18. *Sulpitiis accubat.*] Liber optimæ notæ habet *occubat*, nec diſplicet. Interiore enim horrei parte latere ac veluti ſepultum jacere cadum ſignificat: unde vini præſtantia notatur. *Torrentius. Horreis.*] Apothecis vinariis, cujuſmodi habebat Romæ Sulpitius Galba, in quibus oleum, vinum, fruges, iiſque ſimilia condi ſolebant.

19. *Spes donare novas largus.*] Liberalis ad donandum ſpes inſolitas. *Amaraque.*] Amaras curas, vel amaritudines curarum.

21. *Cum tua.*] Cum parvo Nardi onyche.

22. *Non ego te meis.*] Non eſt mihi in animo te vino madefacere ſine munere, ut faciunt divites.

23. *Immunem.*] *Immunis*, inquit Feſtus, vacans munere, ſine officio. Unde *immunes civitates*, quod ab omni onere liberæ, nihil penderent. Pulcre igitur Horat. *Immunem* hoc loco vocat, quem ἀσύμβολον Græci, qui nihil conferat, inanis, vacuus. Venuſtè etiam Flaccus in Epiſt.

Quem ſcis immunem Cynaræ placuiſſe rapaci.

Quod avariſſimæ meretrici nihil daret. vide lib. 3. Od. 23. *Tingere* etiam emphaſis eſt, pro imbuere ac totum madefacere, ut lanæ colores imbibunt. *Immunem meditor tingere poculis.*] Te nihil afferentem. Hæc verba olent jocum non infacetum, fortaſſe tamen Virgilium taxant tenacitatis.

24. *Plena dives ut in domo.*] Excuſat quod collectam flagitat, cum ſolorum divitum ſit gratuita præbere convivia, ut in novis magiſtratibus ſacerdotiiſque facere illi ſolent. Græci εἰλαπίνας vocant; ut contrà ἔρανους ea, quæ ex ſymbola fiunt. In quibus plus jucunditatis & gratiæ, atque impenſa minor, quo nomine à veteribus maximè commendabantur. *Torrent.*

25. *Pone moras.*] Depone moras, & cupiditatem lucri. hinc licet conjicere hunc Virgilium fuiſſe negotiatorem. *Et ſtudium lucri.*] Stephanus de Virgilio Poëta dici credit: nam ut dicimus, eum qui ſtudiis literarum avocatur, velut à lucro avocari: ſicut illius temporis jacturam facere dicimur, quod in ea non collocamus. Quid? nonne

qui

Nigrorumque memor, dum licet, ignium,
Miſce ſtultitiam conſiliis brevem.
DULCE *eſt deſipere in loco.*

qui plura indies diſcit, proficere dicitur? qui autem proficit, nonne is lucrum facit. Sic & Cic. initio Officior. locutus eſt. Quidni enim Virgilius, mercator & ipſe bonarum artium, ab Horatio volente ἀσεῖζεαξ, *lucri ſtudium ponere*, id eſt, intermittere jubeatur? Poſſumus etiam fortaſſe lucrum de præmiis illis intelligere, quæ Virgilius ab Auguſto ob ſua poëmata exſpectabat. Tum quod *juvenum nobilium cliens* datur, merito id mihi ſuſpectum, non intelligi poſſe de Virgilio negotiatore. Tum, cum dixit, *Nardo vina merebere*, innuit, afferendam ab eo eſſe nardum, quam ex illorum nobilium juvenum liberalitate accepiſſet: quod cum alia munera ab illis accipere, tum etiam unguentis donari ſoleret. *Stephan.*

26. *Nigrorum memor.*] Mortis memor, nam rogos, ſive ignes funebres, quibus cadavera cremabantur, appellat nigros, id eſt, triſtes ab effectis.

27. *Miſce ſtultitiam.*] Miſce ſeriis ludicra, ita tamen, ut ſis brevis in ſtultitia.

28. *Dulce eſt deſipere.*] Jucundum eſt aliquando, cum tempus, & locus ferunt, deſipere, id eſt, à ſeveritate animum joco remittere. *In loco.*] Ἐν καιρῷ, opportunè.

ODE XIII. μεμπτική.

In LYCEN Meretricem vetulam.

Inſultat ei mordaciſſime, quod jam anus facta, & libidine flagrans comtemnatur à juvenibus.

AUDIVERE, *Lyce, Dî mea vota, Dî*
Audivère, Lyce. fis anus, & tamen
Vis formoſa videri,
Ludiſque & bibis impudens:
Et cantu tremulo pota Cupidinem

Lentum

1. LYce.] Mulierculæ hujus immitiſſimæ faſtum, cum ab Horatio, meliore adhuc ætate amaretur, jam ante vidimus lib. 3. Od. 10. Quod ergo tunc iratus ei imprecabatur Poëta, id nunc eveniſſe gaudet. *Torrentius.*

2. *Fis anus.*] Hæc votorum Horatii ſumma erat, ut contemptui eſſet his, quos ipſa ante contempſerat, nec delinimentis quicquam proficeret, ut à quoquam peteretur. *Torrent.*

3. *Vis formoſa videri.*] Peculiare eſt mulieribus, ut, quod formæ per ætatem decidit, id arte & blanditiis corrigere ſtudeant, fruſtra. *Torrent.*

4. *Ludiſque & bibis impudens.*] Adeo es impudens ut ludas & bibas. *Steph.* *Ludiſque.*] Tu ludis ludos amatorios, & vinum bibis impudenter.

5. *Et cantu tremulo pota Cupidinem.*] Falluntur eruditi viri, qui *tremulum cantum* interpretantur *anilem*: laſciviæ enim vox illa ſignificationem habet. cujus interpretationis teſtem habemus veterem interpretem. Sic ἀλλαδαρεῖν Græci pro laſcivo

Lentum ſollicitas. ille virentis, &
Doctæ pſallere Chiæ,
Pulcris excubat in genis.
Importunus enim tranſvolat aridas
Quercus; & refugit te: quia luridi
Dentes: te quia rugæ
Turpant, & capitis nives.
Nec Coæ referunt jam tibi purpuræ,
Nec clari lapides tempora, quæ ſemel
Notis condita faſtis,
Incluſit volucris dies:
Quo fugit Venus? heu! quove color decens?
Quo

laſcivo, ac molli, & κλαδαρὸς idem ac tremulus. *Caſaubon. Et cantu.*] Vetularum vox ſenectute intremiſcit. *Pota Cupidinem.*] Tu pota lentem excitas amoris flammam in te penè emortuam, vel, excitare vis erga te amorem in adoleſcentibus, quorum amor in vetulas tardus eſt, & piger.

6. *Lentum.*] Eadem ſignificatione Propertius:

Hoſtibus eveniat lenta puella meis.

Ille virentis.] Cupido ſemper vigilat in pulchris genis Chiæ puellæ ætate florentis, & canendi peritæ, cum in te ſit ſopitus.

9 *Importunus enim.*] Non quieſcens; ſic *importuna pauperies*, Ode 16. lib. 3. *Aridas quercus.*] Informe ſpectaculum & prorſus inamœnum atque horridum; Codex vetuſtius *frondes* pro *quercus* habet. Sed tranſlatum ſuſpicor ex margine ab aliquo, qui ante legiſſe meminerat.

Aridas frondes hyemis ſodali
Dedicet Hebro. Torrent.

Aridas.] Vetulas, conſumptas, & exangues.

10. *Luridi.*] Dentes illuvie ſqualidi.

12. *Turpant.*] Te deformem reddunt. *Nives.*] Nive, pro Canitie.

13. *Nec Coæ.*] *Coas purpuras* à patria commendat, ut alibi *Tyrias Laconicas*. neque enim de certo veſtium, quas *Coas* vocabant, genere hic loqui Poëtam crediderim: de quibus lib. 1. Serm. 2. dicemus. Illæ namque tenuiſſimæ ac penè pellucidæ fuere. *Torr. Nec Coæ.*] Nec elegantia veſtium, nec gemmæ pretioſæ reducent tibi tempora præterita, id eſt, pulchritudinem amiſſam. In inſula Choo tenuiſſimæ veſtes ex bombyce texebantur, & optima purpura tingebantur.

14. *Clari lapides.*] Duo optimi Codices *cari* habent, quod ſane non diſplicet. Nam gemmis & lapidibus convenit, *clari* non ita. *Tempora.*] Præterita tempora nunquam redeunt, ſed volucris dies (id eſt, decurrens ætas) ea ſemper condita, & in publicis faſtis perſcripta incluſit, & ſepelivit.

15. *Notis condita faſtis.*] Id eſt, præterita, ut priſci interpretes annotarunt; recte ex Romanorum more, qui tempora faſtis ſuis publicis metiri ſolent; Unde & annos à Conſulibus computabant; atque adeo *Conſulem* pro anno poſuit Martialis lib. 1.

Bis jam penè tibi Conſul trigeſimus inſtat. Torrent.

Faſtis.] In faſtis Romani cum res foris geſtas, tum acta urbana ſingulorum annorum publicæ memoriæ cauſa perſcribebant.

17. *Venus.*] Quo fugit venuſtas,
quam

Quo motus? quid habes? illius, illius,
Quæ ſpirabat amores?
Quæ me ſurpuerat mihi,
Felix poſt Cynaram, notaque & artium
Gratarùm facies? ſed Cynaræ breveis
Annos fata dederunt:
Servatùra diu parem
Cornicis vetulæ temporibus Lycen:
Poſſunt ut juvenes viſere fervidi,
Multò non ſine riſu,
Dilapſam in cineres facem.

ODE

quam olim habebas Lyce? *Heu.*] Eſt Ironia.

18. *Motus.*] Agilitas corporis, & ſaltatio. *Quid habes illius.*] Quid habes illius Lyces, quæ olim fuit puella pulcherrima; nihil omnino.

19. *Quæ ſpirabat amores.*] Quæ adeo formoſa fuit, ut amores expiraret.

20. *Me ſurpuerat mihi.*] Nec mirum: anima enim eſt amica amantis. Vel quæ me ipſum & optimam mei partem rationem mihi ſurripuerat, meque à mente alienum fecerat. *Lubin.* *Surpuerat mihi.*] Subripuerat. Quæ optimam mei partem mihi furtim ademerat.

21. *Felix poſt Cynaram.*] Tam pulchra, ut ſoli Cynaræ cedas, vel, poſt Cynaram mortuam ei ſecunda es in pulchritudine. *Artium Gratarum facies.*] Quæ oculis, nutu ſuperciliorum, capitis gratia, totiuſque denique corporis placet. His fingi artibus puellam ait Horat. lib. 1. Od. 6. in eoque genere præſtantem fuiſſe Sulpiciam ſignificat Tibullus, mellitiſſimis verſibus:

Illam quicquid agit, quoquo veſtigia movit:
Componit furtim ſubſequiturque decor.

Hæc præſidia ubi formæ acceſſerint, regnat Venus. Tum hoc monendum, quod *Cynara* in omnibus pæne exemplaribus per jota ſcribitur: & *delapſam* pro *dilapſam.* Quod Lambino non placet. Lector judicet. *Torrent.*

22. *Facies.*] Facies artificioſo cultu ornata, vel, facies inſtructa iis rebus, quæ amorem valent allicere, cujuſmodi ſunt oculorum ſplendor, frontis lævor, vultus hilaris, labrorum nativus rubor, genarum candor puniceo colore temperatus, cervicis volubilitas, & ſimilia.

23. *Fata dederunt.*] Sed fata, quæ ſervatura ſunt Lycen temporibus, cornicis parem, dederunt breves annos Cynaræ, tibi autem dederunt annos multos, ut juvenibus fias ludibrio.

24. *Servatura diu parem.*] Dicit eam futuram parem, ſive effectum iri parem. Vel ſervatura donec effecta ſit par.

25. *Vetulæ temporibus.*] Cornix dicitur centum annos vivere. hinc *annoſa cornix*, Od. 17. lib. 3.

26. *Fervidi.*] Juvenes tui amore olim incenſi.

28. *Dilapſam in cineres facem.*] Ut te tanquam facem conſumptam, id eſt, pulchritudinem tuam olim eximiam, nunc verſam in deformitatem, juvenes poſſent viſere.

1. Quæ

ODE XIV. ἐγκωμιαστική.

Ad AUGUSTUM.

A Senatu, populoque Romano, honores Auguſto tribui non poſſunt, qui virtutes ejus æquare valeant.

QUÆ cura patrum, quæve Quiritium
Plenis honorum muneribus, tuas,
Auguſte, virtutes in ævum
Per titulos memoreſque faſtos
Æternet? ô, qua Sol habitabileis
Illuſtrat oras, maxime principum:
Quem legis expertes Latinæ
Vindelici didicere nuper,
Quid Marte poſſes: milite nam tuo
Druſus Genaunos, implacidum genus,

Bren-

1. *QUæ cura patrum.*] Cum *populum* dicimus, tota unius ejuſdemque coetus univerſitas intelligitur: cum *patres*, Senatus tantum: cum *plebem*, cæteri cives abſque Senatoribus. Ergo & Horatius *patrum* ac *Quiritium* nomine omnes ordines complexus eſt: quos cum in ornando pariter Auguſto ſummo ſtudio occupatos cerneret, præclare admodum & ex abrupto in hæc verba prorumpit, *Quæ cura, &c.* concludens Auguſti laudes nullo unquam ſtudio hominum impleri poſſe. *Torrent.* *Patrum.*] Senatorum. *Quiritium.*] Populi Romani.

2. *Plenis honorum muneribus.*] Quæ cumulate & ad plenum, ut alibi loquitur, virtutem honore ac gloria compenſent. Percontando igitur, quæ populi Romani cura ad hoc ſufficere poſſit, perinde facit, ac ſi fieri poſſe neget. ſumma enim & perfecta virtus (qualem Auguſto tribuit) divinæ ſimilis, humana omnia præmia excedit. *Torrent.* *Muneribus.*] Statuis, & monumentis.

4. *Per titulos.*] Per titulos ſtatuis inſcriptos, & faſtos qui memoriam annorum rerumque geſtarum continent.

5. *Æternet.*] Poſſit virtutes tuas æternas reddere. *O qua Sol.*] Ordo eſt: O maxime principum, qui terram incolunt, qua parte Sol illuſtrat oras mundi habitabiles, id eſt, ô Princeps maxime omnium qui ubique ſunt. *O qua Sol.*] Exclamatio parænetica, continens per enumerationem, res fere omnes ab Auguſto, & illius auſpiciis geſtas. *Cruquius.*

7. *Quem legis expertes Latinæ.*] Quem Vindelici expertes legis Latinæ, id eſt, civilitatis, & humanitatis neſcii, didicêre nuper, quid poſſes Marte, id eſt, in re militari. De Vindelicis vide ſupra Od. 4. *Expertes legis Latinæ.*] Quibus necdum victor Romanus leges impoſuerat.

9. *Milite nam tuo.*] Militibus, & auſpiciis tuis acer Druſus, plus quam ſemel dejecit Genaunos, & Brennos, Galliæ populos immaniſſimos, & implacabiles.

10. *Genaunos.*] Mira in noſtris quoque codicibus utriuſque nominis hujus varietas. Plin. lib. 3. cap. 2. de his gentibus, à mari ſupero uſque ad inferum devictis, titulum recenſens, *Tenaunos*

Brennoſque veloceis, & arceis
Alpibus impoſitas tremendis
Dejecit acer plus vice ſimplici.
Major Neronum mox grave prælium
Commiſit, immaneiſque Rhætos
Auſpiciis pepulit ſecundis:
Spectandus in certamine Martio,
Devota morti pectora liberæ
Quantis fatigaret ruinis:
Indomitas prope qualis undas
Exercet Auſter, Pleiadum choro
Scindente nubeis: impiger hoſtium
Vexare turmas, & frementem
Mittere equum medios per igneis.

Sic

ſex *Genaunos* aut *Genaunos*, ſi mavis, omittit, *Breunos* exprimit. Quare *Breunos* legendum cenſeo. *Implacitum* quoque in uno codice ſcriptum reperi, pro *implacidum*. Torrent.

12. *Tremendis.*] Propter hoſtium crudelitatem.

13. *Plus vice ſimplici.*] Non uno congreſſu, ſed iterum, atque iterum.

14. *Major Neronum.*] Inepta lectio eſt, in Acrone vulgato, ubi Druſus eſt major Neronum, contra fidem hiſtoriæ. nam Druſum enixa eſt Livia intra Cæſaris Penates, auctore Velleio; Tiberium autem ſecum attulit. Itaque aut propter fratrem Druſum vulneratum miſſus eſt Tiberius, aut certe poſt mortem Druſi, Tiberius Rhætos aggreſſus, mox ſtravit, & in provinciæ formam redegit. *Cruq. Major Neronum.*] Claudius Tiberius Nero ſubmiſſus eſt Druſo in auxilium ab Auguſto ad bellum conficiendum, ejuſque in Imperio ſucceſſor fuit.

15. *Immaneiſque Rhætos.*] Id quoque nomen quomodo ſcribendum ſit, & qui *Rhæti* fuerint, jam ante declaravimus.

16. *Auſpiciis.*] Auſpiciis ſuis.

17. *Spectandus in.*] Dignus, qui ſpectaretur in bello, quantis ruinis, & cladibus fatigaret Rhætorum pectora, mortem non timentia propter libertatem.

18. *Devota morti pectora.*] Hoc eſt, Rhætos ipſos, qui ex voto honeſtam in libertate mortem oppetere, quam in ſervitute turpiter vivere mallent. Quanto autem ferocior hoſtis, tanto glorioſior victoria eſt. *Torrent.*

20. *Indomitas prope qualis undas.*] Ordo eſt: Tiberius tam impiger vexare hoſtium turmas, & mittere frementem equum per medios ignes, qualis propemodum eſt Auſter, cum undas exercet, Pleiadum choro ſcindente nubes.

21. *Exercet Auſter.*] Agitat Auſter. *Auſter Pleiadum, &c.*] *Auſtro*, quo non alius ventus concitatior, bene *Pleiades* ſive Vergilias, ortu & occaſu tempeſtuoſas adjungit; ut Tiberii ducis impetum apertius ante oculos ponat. De Pleiadibus autem pulcerrime Ovid. Faſt. lib. 4. *Torrent. Pleiadum choro.*] Vergiliarum ortus, & occaſus pluvioſus eſt, & tempeſtuoſus, nubibus à vento ſciſſis.

24. *Medios per ignes.*] Per medium pugnas

Sic tauriformis volvitur Aufidus;
Qui regna Dauni præfluit Appuli,
Quum ſævit, horrendamque cultis
Diluviem meditatur agris.
Ut barbarorum Claudius agmina
Ferrata vaſto diruit impetu,
Primoſque & extremos metendo,
Stravit humum ſine clade victor:
Te copias, te conſilium, & tuos
Præbente divos: nam tibi, quo die

pugnæ fervorem, per ſumma diſcrimina.

25. *Sic Tauriformis.*] Ταυρομόρφους vocant fluvios Græci, Acheloum maximè, totius Græciæ vetuſtiſſimum, qui & ſub tauri forma congreſſus eſt cum Hercule, victuſque alterum cornu amiſit. qua de re ſic in vetuſtis Horatii membranis ſcriptum repperi: *Flumina cum cornibus pinguntur; quia mugitum habent veluti boves, eorumque cornua arundinibus coronantur, quòniam ripæ arundinetis præfiguntur.* Virg.

—— Tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius & tenerà prætexit arundine ripas.

Addam & Feſtum: *Taurorum ſpecie ſimulacra fluminum, id eſt, cum cornibus, quia ſunt atrocia ut tauri.* Torrent. *Aufidus.*] Aufidus Appuliæ fluvius, dicitur Tauriformis, propter ejus impetum, & mugitum, vel, quod imbribus auctus, relicto ſuo alveo, exundabat ſæpius.

26. *Dauni.*] Dauni Appulorum regis. *Præfluit.*] Sic in omnibus melioris notæ libris ſcriptum repperi, ut & Od. 3. hujus libri annotavimus.

27. *Quum ſævit.*] Cum eum auxerit cœleſtis imber.

28. *Diluviem minitatur.*] *Minitatur* pro *meditatur* magiſtellus aliquis adſcripſit. Quare non eſt quod Nonio auctore, qui & ipſe forſitan corruptus eſt, elegantiſſimum vocabulum loco moveamus. ſic enim princeps Poëtarum:

Nec lupus inſidias pecori, nec retia cervis
Ulla dolum meditantur. Torrent.

Meditatur agris.] Metaph. eſt à re animata ad inanimatam. alii legunt, *minitatur.*

29. *Claudius.*] Tiberius Nero.

30. *Ferrata vaſto.*] Agmina ferro, & armis munita.

31. *Primoſque.*] Totam Aſiam cædendo. Sic Virg.

Proxima quæque metit gladio.

32. *Stravit humum.*] Nemo dubitet, quin ita ſcribendum ſit, non *humi.* ut *Sternere humum foliis, &c. Stravit humum.*] Operuit humum victor, ſine ulla ſuorum militum jactura.

33. *Te copias.*] Pulcerrime expreſſit, quid ſit alterius auſpiciis vincere. Notandumque jure antiquo militari penes ſolum Imperatorem auſpicia fuiſſe. Quare & ejus auſpiciis, quamquam abſens eſſet, bella geri dicebantur. Bella ergo legatis committere, hoc ipſum eſt dare auſpicia, & præbere deos ſuos, quibus illi auctoribus nitantur. Eoque referendum illud ex Od. 8. lib. 1.

34. *Præbente divos.*] Te ſuppeditante divos tuos, id eſt, divos tibi faventes. *Quo die.*] Dion Caſſius lib. 51. pugnatum quidem ſcribit apud Actium IV. Non. Septembr. A. U. C. DCCXXIII. ſed quo ſequentis anni die Alexandriæ capta ſit, non exprimit. tantum addit,

Portus Alexandreia ſupplex,
Et vacuam patefecit aulam,
Fortuna luſtro proſpera tertio
Belli ſecundos reddidit exitus:
Laudemque, & optatum peractis
Imperiis decus arrogavit.
Te Cantaber non ante domabilis,
Meduſque, & Indus, te profugus Scythes
Miratur, ô tutela præſens
Italiæ, dominæque Romæ:
Te, fontium qui celat origines

Niluſ-

addit, inter alios poſt victoriam Actiacam Auguſti honores, ſancitum fuiſſe, ut dies, quo capta erat Alexandria, feſtus haberetur. *Torrentius.* *Quo die.*] Eodem, quaſi fatali die, Alexandria ab Auguſto fuit capta, quo Druſus Vindelicos ſuperavit, tertio luſtro (id eſt, quindecim annis) interpoſito.

35. *Alexandreia ſupplex.*] In Alexandriam Antonius, & Cleopatra confugerant.

36. *Aulam.*] Domum regiam hoſte vacuam. Nam devicta erat Cleopatra, & Antonius extinctus.

39. *Optatum peractis.*] De Tiberio loquitur, & quidem ut arbitror, peracto jam non ſolum Rhætico Vindelicoque, ſed & Pannonico bello, longo & difficili: quas ob res ovans Urbem ingreſſus eſt. At de Germanis etiam triumphavit. ſic enim de ipſo Sueton. atque hoc ipſum eſt, quod ait Horat. *peractis imperiis.* Tot enim bellis dux ab Auguſto conſtitutus, & à militibus Imperator de more appellatus, tandem quinto & decimo poſt captam Alexandriam anno, ſummum decus aſſecutus eſt, cum victis hoſtibus, triumphavit. *Torrent.*

40. *Arrogavit.*] Fortuna peperit divinos honores tuis imperiis jam finitis attribuendos: ut Horatius in Epiſt.

Præſenti tibi maturos largimur honores;
Jurandumque tuum per nomen ponimus aras.

41. *Cantaber non ante.*] Te miratur populus Hiſpaniæ à nullo ante Cæſarem victus. Vide Od.6.lib.2. Od.8.l.3.

42. *Profugus Scythes.*] Scythes campeſtris huc illuc vagatur, nec in eodem loco manet. vide Od.35.l.1. & Od.24. lib.3.

43. *Miratur.*] Plus dicit, quam vulgus exiſtimet. *Mirari* enim, ut ait Nonius, ſignificat novo aliquo obſtupeſieri, in quo horror quidam ac ſæpe etiam veneratio eſt. Pulcrè de apibus Virg. regis majeſtatem deſcribens:

Ille operum cuſtos, illum admirantur, &c.

44. *Dominæque Romæ.*] Recte, ut & *Romanos rerum dominos* dicimus. Atqui ſi Auguſtum *dominum* appellaſſet, & graviter offendiſſet, & minus ei laudis tribuiſſet. *domini* enim nomen ne per jocum quidem tulit, ſi Suetonio credimus: & multo ſpecioſius eſt, patriæ, quam ſibi imperium quærere. *Torrent.* *Dominæque Romæ.*] Romæ principis urbium. vide ſupra Od.3.

45. *Te fontium.*] Nilus Ægypti fluvius, qui celat originem ſuorum fontium (id eſt, cujus fontes, & origines adhuc nemo ſcivit) audit te, id eſt, te colit, & veneratur.

46. *Iſter.*]

Niluſque, & Iſter, te rapidus Tigris,
Te, belluoſus qui remotis
Obſtrepit Oceanus Britannis;
Te, non paventis funera Galliæ,
Duræque tellus audit Iberiæ:
Te cæde gaudentes Sicambri,
Compoſitis venerantur armis.

46. *Iſter.*] Danubius fluvius permagnus. *Tigris.*] Tigris eſt Armeniæ fluvius, adeo velox, ut aliquando ſaxa ingentia ſecum rapiat.

47. *Belluoſus.*] Novum, ſed perelegans Oceani epithetum, & quidem veriſſimum. ſi quidem Tiberio principe in inſulam quandam contra Lugdunenſis provinciæ littus, trecentas amplius belluas reciprocans, deſtituit. Plin. lib. 9. cap. 5. *Belluoſus qui remotis.*] Te audit Oceanus, qui ingentes belluas in ſe continens Britannos circumſonat à nobis longè ſejunctos.

49. *Non paventis funera.*] Druidæ enim imprimis hoc volunt perſuadere, non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitare putant, metu mortis neglecto. *Cæſar* de bello Gallico lib. 6. *Funera Galliæ.*] Galli mortem non extimeſcebant, vel, propter ingenitam ferocitatem, vel, quia ſibi perſuadebant, quod aliquando renaſcerentur.

50. *Duræque tellus.*] Laborioſæ Hiſpaniæ.

51. *Sicambri.*] Hos quemadmodum & Suevos, in Galliam traduxit Auguſtus, locumque eis aſſignavit. quam clementiam experti victi, merito victorem venerabantur. *Torr. Sicambri.*] Germaniæ populi bellicoſi. vide ſupra Od. 2.

52. *Compoſitis venerantur armis.*] Armis in uno loco ſimul poſitis, & conditis, id eſt, bello ſedato, & finito.

ODE XV. ἐγκωμιαστική.

AUGUSTI Laudes.

PHOEBUS *volentem prælia me loqui,*
Victas & urbeis, increpuit lyra:

Ne

HÆC *Ode, invenitur in Cod. MS. adhærere præcedenti indiviſa: ea fortaſſe de cauſſa, quod eiſdem numeris & modis eſſet deſcripta, & eſſet ejuſdem argumenti.* Cruquius. *Poeta novam laudandi Auguſtum occaſionem arripit, & tanquam à Phœbo admonitus, ne bella Lyricis numeris adoptet, leviora ſcribenda ſumit: ut ante belli, ſic nunc pacis arteis in optimo principe collaudans.* Torrent.

1. *Phœbus volentem prælia.*] Apollo increpuit, id eſt, objurgavit, & admonuit me volentem prælia, & victas urbes loqui lyra, id eſt, Lyrico carmine.

2. *Increpuit lyra*] Dictio *lyra*, paulò remotius à verbo *loqui* poſita, nonnihil difficultatis parit: ſatis aperta tamen ſententia eſt. Si quis tamen totum illud *Increpuit tamen* Lyra ad Phœbum referre malit, me volente id faciet: vel quod lyram tenens, ut fere pingitur; vel quod etiam lyra accinens, Poëtam objurgaverit. Apertiſſima eſſet ſententia ſi pro *volentem*, *volente* legeretur: tum ele-

Ne parva Tyrrhenum per æquor
Vela darem. tua, Cæſar, ætas
Fruges & agris rettulit uberes,
Et ſigna noſtro reſtituit Jovi
Direpta Parthorum ſuperbis
Poſtibus: & vacuum duellis
Janum Quirini clauſit, & ordinem
Rectum, & vaganti fræna licentiæ
Injecit, amovitque culpas,
Et veteres revocavit arteis:

Per

ganter diceretur *increpuit lyra*, pro inſonuit lyra: quo dei concitatioris indignatio quædam exprimitur. Ovidius 6. Faſt.

Annuit Alcides increpuitque lyra.

Quid ergò ſi Phœbus ſic vatem noſtrum loqui prœlia volentem, lyræ impulſu deterruit?

3. *Ne parva Tyrrhenum per.*] Ne res grandes tenui Muſa canerem. Allegoricè ſignificat id æquè periculoſum eſſe, ac ſi parvo navigio in mari Tyrrheno navigaret.

5. *Uberes.*] Copioſas fruges.

6. *Et ſigna noſtra.*] Signa, quæ Craſſus amiſerat à Parthis interfectus. *Noſtro reſtituit Jovi.*] *Noſtro* vel Capitolino exponere licebit; vel nobis, id eſt, Romanis propitio. Nulla autem re magis gaviſus Auguſtus, quam quod ſigna à Craſſo & Antonio capta, Parthi volentes ei reſtituêre. quod paſſim teſtantur veteres nummi, cum hac inſcriptione: SIGNIS RECEPTIS. *Jovi.*] Jovi Capitolino, ubi ſigna militaria ſervari ſolebant.

7. *Direpta Parthorum ſuperbis.*] Signa detracta à ſuperbis poſtibus Parthorum: qui, ne victi viderentur, ſigna Craſſiana, ſua ſponte Romam ad Auguſtum remiſerunt.

8. *Vacuum duellis.*] Hunc locum Torrentius, in Suet. commentariis declaravit, cap. 22.

9. *Janum Quirini.*] Joh. Paſſeratius legi poſſe putat *Fanum Quirinum*, quæ lectio Lambino non diſplicet. *Janum Quirini clauſit.*] Et tua ætas clauſit Janum Quirini, id eſt, clauſit Jani templa apud Romam, facta pace per univerſum terrarum orbem. Nam belli tempore templum Jani patebat.

10. *Et vaganti.*] Vetus interpres Porphyrion *Evaganti* legit, & pro perturbanti ordinem rectum exponit. quod licentiæ proprium eſt, ut legibus tanquam frenis coërcenda ſit. Atqui id præcipuum magni in repub. viri munus eſt: ut quod alibi inquit Flaccus noſter;

—— *Indomitam audeat Refrenare licentiam.*

Auguſtum verò præclarè hoc munus expleviſſe, & hic & alibi ſæpè oſtendit, maximè paucis illis quidem, ſed pulcerrimis verbis,

Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes.

Evagari autem *ordinem*, pro extrà ordinem vagari interpretabimur. *Torr.*

11. *Injecit.*] Et injecit fræna licentiæ extrà ordinem rectum vaganti, id eſt, bonas leges conſtituit, quæ peccandi licentiam veluti frænis reprimerent. *Emovit.*] Eruit, extirpavit, ut nulla amplius veſtigia ſuperſint: & multò efficacius eſt, quam *amovit*. Torrent. *Emovitque culpas.*] Gravibus pœnis in improbos conſtitutis.

12. *Veteres revocavit artes.*] Quibus

nempe

Per quas Latinum nomen & Italæ
Crevere vires; famaque, & imperî
Porrecta majeſtas ad ortum
Solis ab Heſperio cubili.
Cuſtode rerum Cæſare, non furor
Civilis, aut vis eximet otium:
Non ira, quæ procudit enſeis,
Et miſeras inimicat urbeis.
Non qui profundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Julia: non Getæ,
Non Seres, inſidive Perſæ:
Non Tanaïm prope flumen orti.
Noſque & profeſtis lucibus & ſacris,

nempe & majorum virtute, res Romana in tantam amplitudinem excrevit. Et qua ratione ea conſervari poſſet oſtendens, ait:

Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.

In pace enim bonis legibus moribuſque, in bello fortitudine & clementia reſpub. feliciſſimè geritur. *Torrent. Artes.*] Priſtinas Romanorum virtutes.

14. *Imperî Majeſtas.*] Optimi quique Codices *Imperii* ſcribunt, & mox *orta* pro *ortum*. Verum illud notatu dignum, quod duo illa vocabula *Imperii majeſtas* Poëta doctiſſimus feliciſſime conjunxit. Majeſtas enim in Imperio eſt, atque omni populi Romani dignitate. *Torrent.*

15. *Porrecta majeſtas.*] Majeſtas eſt amplificata.

16. *Ab Heſperio cubili.*] Ab occaſu Solis.

17. *Cuſtode rerum.*] Jovis enim cura Cæſar, Cæſaris Roma. Extant nummi veteres, quos S. P. Q. R. AUGUSTO PARENTI CONSERVATORI SUO inſcripſit. *Furor.*] Non bellum civile, aut violentia ejiciet pacem.

18. *Aut vis eximet.*] Porphyrion legit *exiget*, id eſt, turbabit & expellet: alii *exuet*, minus bene. *Fabricius.*

19. *Procudit enſes.*] Procudi facit.

20. *Inimicat urbes.*] Inimicas reddit urbes.

21. *Qui profundum.*] Thraces, Germani & aliæ gentes.

22. *Edicta Julia.*] Non ſolum C. Cæſaris Dictatoris, ſed & Auguſti in gentem Juliam adoptati leges, *Juliæ* appellabantur; addita peculiari cujuſque legis nota aliqua, unde aliæ ab aliis diſtinguantur: ut puta *Julia Majeſtatis*, *Julia de Adulteriis*. Inter quas celeberrima illa *De maritandis ordinibus*, ſive *Papia Poppæa*, ſerò ab Auguſto perlata. *Torrent. Edicta rumpent Julia, non Getæ.*] Leges Julias non violabunt de adulteriis, vel alias leges quaſcunque.

23. *Inſidive Perſæ.*] Infideles, quia Craſſum ſimulata pace occiderant.

24. *Non Tanaim, &c.*] Non Scythæ, & Sarmatæ.

25. *Profeſtis lucibus.*] Feſtis potiſſimum diebus inter vina, clarorum virorum nomina celebrabant. Eximia vero Auguſti laus, quem Romani non feſtis tantum, ſed & profeſtis diebus, nec ſolum publicis, verum etiam privatis in convi-

Inter jocoſi munera Liberi,
Cum prole, matroniſque noſtris,
Rite deos prius apprecati,
Virtute functos, more patrum, duces,
Lydis remiſſo carmine tibiis,
Trojamque, & Anchiſen, & almæ
Progeniem Veneris canemus.

Q. HO-

conviviis celebrabrant. *Torrent.* *Profeſtis lucibus.*] Diebus ſacros dies præcedentibus, qui laboribus & privatis, & publicis ſunt conceſſi.

26. *Inter jocoſi.*] Inter vina, & lætas epulas.

27. *Cum prole, matroniſque.*] Cum liberis, & uxoribus.

28. *Ritè deos prius.*] Nos ritu Majorum, deos primum invocantes, canemus claros duces, qui pro patriæ ſalute cum gloria ſunt mortui.

29. *Virtute functos.*] Vide libro 1. Od. 12. *Virtute functos* dicit Horatius, ut *virtutis munere functus* Cic. *Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ functus eſt munere.* Torrent.

30. *Lydis remiſſo.*] Plures libri *remixto* legunt: nonnulli *Lydiis* pro *Lydis*, parum refert. Sed videndum eſt cur *Lydas* vocat Flaccus, quas alii ferè *Phrygias.* quod meo ſane judicio non aliunde quam à regionum vicinitate procedit. nam cum Phrygiæ inventum ſit tibia & eandem habeat in organis vim, quam in vocibus harmonia, quæ & ipſa Phrygia appellatur, à qua Lydia plurimum differt: (illa enim concitatior, acriorque, ac proinde Cybeles & Bacchi ſacris apta) nulli dubium eſt, quin *Lydas* pro *Phrygiis* dixerit Horat. ut libro 3. Od. 19. *Berecynthiam* vocat *tibiam.* Idem volunt qui *barbaram* appellant. *Barbaros* enim apud optimos quoſque pro Phrygibus accipimus. Denique *remixto carmine tibiis* cum dicit Flaccus noſter, carmen ad tibiam quod canatur intellige. Voce autem cum tibiis canere primus Troezenius Dardanus inſtituit. *Torrent.* *Lydis remiſſo carmine.*] Tibiarum varii erant modi, tres præcipue: Dorius, ſive Ionicus, Phrygius, & Lydius.

31. *Anchiſen, & alma.*] Canemus patrem Æneæ, ipſumque Æneam Veneris filium, & totam gentem Juliam, nempe Julium Cæſarem, Auguſtum, Tiberium, Druſos, &c.

Q. HORATII FLACCI
ΕΡΟΔΩΝ
LIBER.

EPOD. I.
Ad MÆCENATEM.

Horatius ibit cum Mæcenate proficiſcente ad bellum Actiacum, contra Antonium.

IBis *Liburnis inter alta navium,*
Amice, propugnacula:
Paratus omne Cæſaris periculum
Subire, Mæcenas, tuo.

Quid

EPodōn Liber.] *Margini antiqui codicis adſcriptum reperimus*: Liber hic ΕΡΟΔΩΝ inſcribitur, id eſt, clauſularis, quod in eo verſus ita ordinantur, ut ſingulis quibuſque clauſulæ ſuæ recinant. Clauſulas autem Lyrici appellant minores verſus majoribus ſuppoſitos, quaſi præciſos, integris ſubjectos. *Si mea tamen opinioni locus eſſet, Liber ἐπῳδὸς inſcriberetur, non à certo carminis genere, quod in hoc volumine maximè variat, neque ſemper ſequens verſus præcedente brevior eſt; ſed, ut ſi Latinè* incantator *dicas, hoc enim Græcis eſt ἐπῳδὸς, ut & ἐπῳδὴ* incantamentum. *Videmus certè quam multa de incantationibus tractet hic Horatius, & quam acriter Canidiam veneficam exagitet: neque novum eſt à tam inſigni operis parte totum opus nomen acquirere. Errant autem ſolenniter, qui ἐπῳδὸς vocari poſſe hæc Poëtæ noſtri carmina arbitrantur, tanquam ex intervallo poſt alios libros ſcripta. Nam ut alias rationes omittam, quibus facile refellantur, illud manifeſtè conſtat, & multa ex prioribus libris, totum pene librum quartum Carminum, poſt hoc ipſum volumen ſcriptum fuiſſe. vide & Turneb. Adverſ. libro 12. capite 14. Muretus dicit ſe vidiſſe veterem librum in quo hic quintus Odarum liber inſcribebatur.* Torrentius.

1. *Ibis Liburnis.*] Qui ſint *Liburni*, quæve à gente illa denominatæ *Liburnæ*, docet Vegetius lib. 4. de re Milit. Errant verò qui tam exiguas faciunt, ut cymbæ potius, quam naves bellicæ videri poſſent. Suidas certè roſtratas conſtrataſque fuiſſe tradit, alia tamen quam triremes forma. In eo vero conſentiunt omnes, quod ab agilitate & incredibili celeritate præcipuè commendabantur, ob hoc aptiſſimæ bello, quod Actiaci prælii eventus docuit. *Torrent.*
Ibis Liburnis.] Amice Mæcenas, tu paratus ſubire omne periculum Cæſaris, idque tuo periculo, ibis Liburnis navibus inter alta navium propugnacula, id eſt, inter turritas naves Antonianas.
Liburnis inter alta navium.] In navibus humilioribus, ſic dictis à Liburnorum gente.

2. *Amice.*] Illud monendum, me exiſtimare celebri ad Actium pugnæ non interfuiſſe Mæcenatem, tunc temporis Romæ & Italiæ adminiſtrandæ

Quid nos? quibus te vita ſit ſuperſtite
Jucunda, ſi contra, gravis?
Utrumne juſſi perſequemur otium
Non dulce, ni tecum ſimul?
An hunc laborem mente laturi, decet
Qua ferre non molleis viros,
Feremus? & te vel per Alpium juga,
Inhoſpitalem & Caucaſum,
Vel Occidentis uſque ad ultimum ſinum,
Forti ſequemur pectore.
Roges, tuum labore quid juvem meo
Imbellis, ac firmus parum.
Comes minore ſum futurus in metu
Qui major abſenteis habet:
Ut aſſidens implumibus pullis avis,

Serpen-

præfectum. quod ſignificare videtur Dio lib. 51. Virgilius ſane ſolius Agrippæ meminit, inſigni laudatione ipſum Cæſari æquiparans, non omiſſurus Mæcenatem ſuum, modo adfuiſſet. Quare carmen hoc ſola opinione futuræ profectionis ſcripſit Horatius. *Torrent.*

5. *Quid nos?*] Quid nos faciemus qui Romæ reſtamus? quibus vita eſt jucunda, te ſuperſtite & incolumi, gravis verò te mortuo. *Sit ſuperſtite.*] Codex Gandavenſis optimæ notæ, *ſi* legit, pro *ſit*, adſcriptumque abundare. Sed & alterum exemplar *ſic* habebat. Verum alicui hoc fortè diſplicebat, eraſit, & *eſt* ſuppoſuit. ait enim τὸ *ſi*, abundare, & melius legi *eſt*. Torrent.

7. *Juſſi perſequemur otium.*] Juſſi ab Auguſto domi manere, an carmen per otium componemus, quod ſine te eſt injucundum.

9. *Laturi.*] Sequitur mox *feremus*. Novum itaque loquendi genus: Græci uſitatius, *laturi feremus*. Non diſſimile illud Lucretii:

—— Quid multa, quid inſit
Semina habent ignis ſtuppæ tedæque tementa.

Habent tenentes, pro *habent tenentque*. *Laturi, decet.*] An laturi ſumus hunc laborem militarem ea mente & conſtantia, qua viros fortes decet.

10. *Qua ferre.*] MSS. ferè omnes habent *quem*: ut & mox *roges tuum laborem*, pro *labore*.

11. *Feremus: & te vel.*] Sibi ipſe dat reſponſum.

12. *Inhoſpitalem.*] Caucaſus eſt Scythiæ mons inhoſpitalis, propter glaciem, & nives.

13. *Vel occidentis uſque.*] Uſque ad ſinum Gaditanum in Hiſpania, juxta columnas Herculis.

15. *Roges, tuum labore.*] Si roges, quid ego non bellicoſus, poſſim meo labore te juvare.

17. *Comes minore.*] Si tuus ſim comes, minus tibi metuam præſens, quam abſens.

18. *Qui major.*] Qui metus.

19. *Ut aſſidens.*] Longè apertior eſſet ſententia, modo verſus ferret, ſi *aſſidet* & paulò poſt *timens* pro *times* legeretur. quomodo enim timere poteſt relictis jam aſſidens. Niſi totum illud *Aſſidens implumibus pullis*, unius epitheti loco accipia-

Serpentium allapſus timet
Magis relictis : non, ut adſit : auxili
Latura plus præſentibus.
Libenter hoc, & omne militabitur
Bellum in tuæ ſpem gratiæ.
Non ut juvencis illigata pluribus
Aratra nitantur meis:
Pecuſve Calabris ante ſidus fervidum
Lucana mutet paſcua.
Nec ut ſuperni villa candens Tuſculi
Circæa tangat mœnia.
Satis ſuperque me benignitas tua
Ditavit. haud paravero,
Quod, aut, avarus ut Chremes, terra premam:

Diſ-

accipiamus, ut puta fœta avis, aut quid ſimile. *Torrent.* *Aſſidens pullis.*] Id eſt, quemadmodum avis pullis implumibus aſſidens atque accubans, ſerpentium illa quidem inſidias & impetus extimeſcit: ſed multò magis tamen timet abſens, cùm ſcilicet pullos ſuos reliquit. *Lambin.*

20. *Allapſus timet.*] Serpentum incurſiones.

21. *Magis relictis.*] Magis timet pullis relictis. *Relictis, eſt Dativi caſus. Non ut adſit.*] Non eſt latura plus auxilii præſentibus, quamvis adſit.

23. *Militabitur, &c.*] Ego, inquit, hujus belli laborem ac periculum perferam, nulla abs te ſperata mercede: ſed tuæ ergà me benevolentiæ retinendæ ſtudio & ſpe ductus. *Lambin. Militabitur.*] Militabitur à me.

25. *Non ut juvencis.*] Eſt Hypallage, non ut plures juvenci mei nitantur aratris illigatis, id eſt; non ut plura habeam aratra, vel, ut plura agri jugera poſſideam. *Illigata.*] Quidam codices *alligata* legunt: & mox *nectantur* pro *nitantur*: ſed nihil muto. *Torr.*

27. *Pecuſve Calabris.*] Magnus veterum Romanorum ex re pecuaria quæſtus, ut & ex aratione. At ſolidæ illæ & inſignes divitiæ, in propriis paſcere, & quidem diverſis locis: ut pro temporum ratione, nunc in æſtiva, nunc in hiberna pecus ducere poſſint. Turneb. lib. 12. cap. 14. *Pecuſve Calabris ante ſydus fervidum.*] Non ut habeam multa armenta, quæ poſt ortum Caniculæ paſcua mutent, ſcilicet ex Calabria in Lucaniam.

28. *Paſcua.*] Libri omnes maximo conſenſu habent *paſcuis*, malim tamen *paſcua*. Torrent.

29. *Nec ut ſuperni.*] Nec ut villa mei fundi Tuſculani in colle ſita, & marmore candenti extructa, ſe extendat ad oppidum Tuſculum, à Telegono Circes, & Ulyſſis filio ædificatum. *Superni Tuſculi.*] Editi, & in colle poſiti. *Tuſculi* autem *villam*, pro Tuſculani agri villa accipio; tanta amplitudine, ut ipſa urbis mœnia attingeret. Telegonus porrò, Ulyſſis ex Circe filius, Tuſculum condidit. Unde *Circæa* appellat *mœnia* Horatius, atque ita locum hunc diſertè explicat Porphyrion. *Torrentius.* Turneb. lib. 12. cap. 14.

31. *Benignitas.*] Pro liberalitate.

33. *Quod, aut avarus.*] Quod in terra occultem, ut Chremes ille ſenex Terentianus.

34. *Diſcin-*

Diſcinctus aut perdam ut nepos.

34. *Diſcinctus ut nepos.*] Ut pater patris, avus: ſic filii filius, nepos dicitur: quamquam *nepotum* nomine, ſicut & *liberorum*, cæteri quoque deſcendentes plerunque intelliguntur. Illud quoque non inelegans, quod in Feſti compendio adhuc conſervatur, *nepotes* etiam luxurioſæ vitæ homines appellari, quibus non magis rei familiaris cura ſit, quam iis, quibus pater avuſque vivant. Unde & *nepotari*, apud Nonium, & *nepotini ſumptus* apud Suet. Porro aptiſſimum *nepotis* epithetum *diſcinctus*; non abſimili enim tranſlatione Romani ab habitu ad ingenium, ut *cinctos* pro navis atque ſtrenuis: ſic *diſcinctos* pro ignavis ac remiſſis dixere: tum etiam de luxurioſis & intemperantibus. *Torrentius.* Turnebus lib. 11. cap. 14. *Diſcinctus aut.*] Ut diſſolutus nepos prodigè expendam. *Nepos* præter propriam & vulgatam ſignificationem, luxurioſum & perditum hominem ſignificat.

EPOD. II.

Vitæ Ruſticæ Laudes.

BEATUS *ille, qui procul negotiis,*
Ut priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis;
Solutus omni fœnore:
Nec excitatur claſſico miles truci,
Nec horret iratum mare:

Forum-

1. BEatus ille, &c.] Vult Poëta eum, quem rure viventem beatum exiſtimat, non publicanorum more arationes habere, ac pecuarias negotiationes agere, quibus tunc multò magis quam fœnore locupletabantur: ſed primæ ætatis hominum more, ea quæ à parentibus tradita poſſideant, colere, liberiſque poſt ſe relinquere. quæ vita ut innocentiſſima, ita jucundiſſima eſt. *Torrent.* *Procul negotiis.*] Separatus ab urbanæ vitæ moleſtiis.

2. *Ut priſca gens mortalium.*] Ut primi homines in aureo ſæculo, qui in agris habitabant.

3. *Paterna rura.*] Qui rura à parentibus accepta propriis, non conductis bobus colit. *Exercet.*] Verbum ipſum culturæ diligentiam arguit, uti & apud Virgil. cum ait:

Exercetque frequens tellurem atq; imperat (*arvis.*

Veriſſimumque quod veteres Romanos dicere ſolitos accepimus, operâ, non impensâ culturam conſtare. Quod Furius ille Creſinus coram populo, ut qui alienas fruges veneficiis alliceret, accuſatus, non verbis ſed reipſa oſtendit. vide Plin. lib. 18. cap 6.

4. *Solutus omni fœnore.*] Varie ſcriptum invenias in antiquiſſimis monumentis, *fœnus*, *fœnerari*, &c. Sextus tamen Pompeius Feſtus, *fenus* ſine diphthongo agnoſcit, ut & *fetus*. Nam credita pecunia fenebris, à *fetu*, inquit dicta eſt, quod crediti nummi alios pariant. qua ratione τόκος Græcè dicitur. *Solutus* ergo *omni fœnore* eſt, qui neque dat, neque accipit fœnori: in quorum altero ſumma invidia, in altero extrema miſeria eſt, unde tot olim ſeditiones exortæ. *Torr.* *Solutus omni fœnore.*] Liber ab omni debito.

5. *Neque excitatur.*] Neque militat, neque navigat.

7. Forum-

Forumque vitat, & ſuperba civium
Potentiorum limina.
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos:
Inutileiſque falce ramos amputans,
Feliciores inſerit:
Aut in reducta valle mugientium
Proſpectat erranteis greges:
Aut preſſa puris mella condit amphoris,
Aut tondet infirmas oveis.
Vel, cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus arvis extulit:
Ut gaudet inſitiva decerpens pyra,

Cer-

7. *Forumque vitat.*] Forum vitat, ubi lites aguntur, & dijudicantur. *Et ſuperba civium.*] Et divitum domos non frequentat favoris ineundi cauſa. *Civium potentiorum limina.*] Id ad ſalutandi moleſtiam referendum eſſe arbitror, poëtis præcipuè inviſam, ambitioſis & diteſcere volentibus neceſſariam. *Torrent.*

9. *Adulta vitium propagine.*] Cum adulta vitium propagine conjungit altas populos.

10. *Altas maritat populos.*] Plin. l. 17. cap. 23. *Longo uſu compertum nobilia vina non niſi in arbuſtis gigni, & in his quoque laudatiora ſummis, ſicut uberiora imis: adeo excelſitate proficitur. hac ratione & arbores eliguntur. Prima & omnium ulmus: deinde populus nigra, &c.* Sic ille Lambini ſcrupulum tollit, quærentis cur *altas* hic appellet Horatius, & anne *albas* reponere ſatius eſſet.

11. *Inutileſque, &c.*] Quatuor hos ſequentes verſus ita Fabritius & Stephanus ordinarunt. Sed in veteribus & vulgaris libris 13. & 14. verſus, ponitur ante 11. & 12. *Pulmann. Inutiles ramos.*] Ramos ſupervacaneos.

13. *In reducta valle.*] In valle longa, aut ſinuoſa. Turn. lib. 26. cap. 23.

14. *Proſpectat errantes greges.*] Procul ſpectat.

15. *Puris mella.*] Mella è favis expreſſa.

16. *Infirmas oveis.*] Naturale epithetum ovium: ſunt enim delicatæ morbiſque obnoxiæ. Quod autem vetus interpres addit, *lanitondium* vocari, cum æſtate tondentur oves; ut & *mellatio* dicebatur, cum mella condebantur: id nullo idoneo teſte probari poſſe arbitror. Ruſticum Kalendarium menſe Majo ſic habet, *Segetes runcantur, oves tundunt, lana lavatur.* De melle nihil. Sed Rei ruſticæ auctores, ut *mellificium* vocant ipſum mellis artificium; ſic *mellationem*, cum mel certa ratione decoquitur. quod decoctum mel dicitur & ad vetuſtatem reponitur; quemadmodum defrutum ex uvis; eaque de re loqui poëtam hic exiſtimo. *Torrent.*

17. *Quum decorum.*] Pingebatur autumnus, pomis capite redimitus. Vide Turn. lib. 6. cap. 14. *Pulmann. Decorum mitibus pomis.*] Caput quaſi pomis coronatum.

19. *Ut gaudet.*] Quam gaudet ruſticus. *Eſt admirantis. Inſitiva.*] Nativa quoque pyra nobis autumnus ſuppeditat; ſed ſumma inſitionis voluptas, in

qua

Certantem & uvam purpuræ;
Qua muneretur te, Priape, & te pater
Sylvane tutor finium!
Libet jacere modo ſub antiqua ilice:
Modo in tenaci gramine.
Labuntur altis interim ripis aquæ:
Queruntur in ſilvis aves,
Fonteſque lymphis obſtrepunt manantibus,
Somnos quod invitet leveis.
At cum tonantis annus hibernus Jovis
Imbreis niveiſque comparat;
Aut trudit acreis hinc & hinc multa cane

Apros

qua veluti miraculum quoddam naturæ decernitur. *Torr. Inſitiva decerpens pyra.*] Pyra non ex ſemine nata, ſed pyra proprii laboris.

20. *Et uvam purpura.*] Virgilius Eclog. 4.

—— *Rubens pendebit ſentibus uva.*

Cruquii libri quatuor, *Purpura. Purpura.*] Et decerpens uvam purpuream. *Participium certandi, dativo jungitur.*

21. *Qua muneretur.*] Qua donet te Priape hortorum Deus.

22. *Sylvane, tutor.*] Sylvarum, & agrorum cuſtos.

23. *Libet jacere modo.*] Qui novæ Odæ faciunt hic principium, ſententiam non intelligunt: eſt enim Oda [illegible], quæ multa habet [illegible]. *Fabricius. Antiqua ilice.*] Sub ilice annoſa, quæ latiorem umbram præbeat.

24. *Tenaci gramine.*] Vel quod recubantem virore ſuo oblectet ac diutiſſime retineat. ut Catullus:

Mentem amore revinciens,
Ut tenax edera hac & hac
Arborem implicat errans.

Tenaci gramine.] In gramine, quod terræ firmiter adhæret.

25. *Labuntur ripis.*] Plures & meliores codices *rivis* legunt, haud dubiè melius. ut lib. 2. Od. 3.

—— *Qua obliquo laborat*
Lympha fugax trepidare rivo.

Torrent.

26. *Queruntur.*] Rectè quidem hîc Cruquius; ſed unus è noſtris codicibus ſic habebat: *Veteres omnium animalium voces querelam vocarunt, præterquam ſuium. Sic Maro cicadis, ranis, bubus querelam tribuit.* Sic & Flaccus noſter *querulam* vocat *tibiam*, lib. 3. Od. 7. ob modulationis dulcedinem. Nam *querula* pro *ſonora* exponit ipſe Servius. *Torrent. Queruntur in ſylvis aves.*] Canunt aves.

27. *Obſtrepunt.*] Et fontes ſtrepitum, & murmur faciunt.

28. *Somnos leves, &c.*] Paulo aliter Virgilius Eclog. 1.

Sæpe levi ſomnos ſuadebit inire ſuſurro.

Quod invitet.] Quæ res.

29. *Annus hibernus Jovis.*] Locutio prorſus poëtica. Nam & *annus hibernus* pro anni parte hiberna dixit: & *tonantis Jovis*, propter aëris eo tempore inclementiam. *Torr. Annus hibernus.*] Hyems. *Totum pro parte.*

31. *Multa cane.*] Annotarunt viri docti veteres, cum de canibus ad venandum loquuntur, ferme muliebri genere uti, ut à Græcis [illegible], Κελευστὰς paſſim appellari invenias. *Torrent. Multa cane.*] Multis canibus.

31. *In*

Apros in obſtanteis plagas:
Aut amite levi rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos:
Pavidumque leporem, & advenam laqueo gruem,
Jucunda captat præmia:
Quis non malarum, quas amor curas habet,
Hæc inter obliviſcitur?
Quod ſi pudica mulier in partem juvet
Domum, atque dulceis liberos,
(Sabina qualis aut peruſta ſolibus
Pernicis uxor Appuli)
Sacrum vetuſtis exſtruat lignis focum,

Laſſi

32. *In obſtantes plagas.*] In oppoſita retia.

33. *Amite levi.*] Furcula aucupali, qua rete tenditur.

34. *Dolos.*] Quæ retia ſunt doli turdis, avibus voraciſſimis.

35. *Advenam.*] Advenam, tranſmarinam. Grues, cum loca calidiora petentes, maria tranſmittunt, trianguli formam efficiunt: M. Tul. 2. de Nat. *Laqueo gruem.*] Gruem pedica captat.

36. *Jucunda captat præmia.*] Quæ omnia, nempe apri, turdi, lepus, grus, ſunt ruſticis jucunda laborum præmia.

37. *Malarum, quas.*] Malarum curarum, quæ propter amorem ſuſcipiuntur. *Quas amor.*] Per *amorem* nunc omnem cupiditatem intelligit, aut ſaltem avaritiam, ex ſententia Heleni. Et pro *malarum*, quidam legunt *malorum.*

39. *Quod ſi pudica mulier.*] Sic & Virg. 2. Georg.

Interea dulces pendent circum ubera nati,
Caſta pudicitiam ſervat domus.

De utiliſſima autem atque jucundiſſima vitæ inter conjuges ſocietate, multa cum alii optimi auctores, tum quod maximè ad Horatium facit, præclarè Columella Procemio libri 12. *Apud Græcos, inquit, & mox apud Romanos, uſque in patrum noſtrorum memoriam, fere domeſticus labor matronalis fuit, &c.* additque, *Verum cum in totum non ſolum exoleverit, ſed etiam occiderit vetus ille matrum familiarum mos Sabinarum atque Romanarum, neceſſario irrepſit villica cura.* Hoc ergò eſt quod ſequitur, *Sabina qualis, &c.* Torrent. *Pudica mulier.*] Mulier caſta. *In partem.*] Græciſmus, ἐν μέρει, id eſt, viciſſim. *Hartung.* Victorius Var. lect. lib. 2. cap. 6. *Juvet.*] Sic plerique omnes libri, quos vidi: vel *juvat*, in uno atque altero. Turnebus tamen lib. 12. cap. 15. *Juvans* reſtituit, quod parum cohæreat oratio. quod veritus etiam Lambinus *ſacrumque vetuſtis* ſcripſit, & ſecundum pedem Anapæſtum facit, malè. *Torrent.*

41. *Sabina qualis, &c.*] Quales ſunt Sabinæ mulieres, aut Appulæ, fœminæ caſtiſſimæ. *Peruſta ſolibus.*] Nigra.

42. *Pernicis uxor.*] *Pernix* & celerem & perſeverantem ſignificat. Unde *pernicitas* & pro celeritate, & pro patientiſſima fortitudine, teſte Nonio. *Torrentius. Pernicis uxor Appuli.*] Aut nigra uxor Appuli agilis, vel patientis laborum.

43. *Sacrum vetuſtis.*] Vocat focum *ſacrum*, vel quod Veſtæ conſecratus ſit: vel quod ara deorum penatum focus ſit, quod margini antiquiſſimi codicis adſcriptum reperi. *Vetuſta* verò *ligna*

cum

Laſſi ſub adventum viri:
Claudenſque textis cratibus lætum pecus,
Diſtenta ſiccet ubera;
Et horna dulci vina promens dolio,
Dapes inemptas apparet;
Non me Lucrina juverint conchylia,
Magiſve rhombus, aut ſcari,
Si quos Eois intonata fluctibus

Hiems

cum dicit, ſicca jam & arida intelligit, unde fumus non ſequatur, quæ vel præcipua ruſtici poſt labores recreatio eſt. Tibull. lib. 2.

Tum nitidus plenis confiſus ruſticus agris,
Ingerit ardenti grandia ligna foco. Torr.

Sacrum vetuſtis extruat lignis focum.] Eſt Hypallage, Si extruat ligna ſuper focum, laribus ſacrum.

44. *Sub adventum.*] Paulo ante adventum mariti.

45. *Textis cratibus.*] Septis.

46. *Diſtenta ſiccet ubera.*] Si plena ubera mulgeat.

47. *Et horna.*] Optimi codices ſine aſpiratione ſcribunt: ut lib. 3. Od. 23. dictum. Tum Plin. lib. 14. cap. 13. apothecas primum fuiſſe Romæ & diffundi cœpta vina, anno Urbis DCXXXIII. Antea de dolio ſive de cupa hauſtum bibebant, præſentis nempe anni, & nec dum ad vetuſtatem ac luxum in cados amphoraſque diffuſum. Hinc *vinum doliare*, ad veteris differentiam Ulpianus dixit. Atque hoc eſt, quod *dulci dolio* ait Horatius; vetera enim amariora. *Torr. Horna dulci vina promens dolio.*] Hujus anni vina.

48. *Dapes inemptas.*] Notum illud Catonis: *Patrem familias vendacem, & non emacem eſſe oportere.* Optimè etiam Virg. 4. Georg.

—— Seraque revertens
Nocte domum, dapibus menſas onerabat inemptis.

Inemptas apparet.] Eſcas ſuo labore paratas, & domi natas.

49. *Non me Lucrina.*] Conchylia in lacu Lucrino capta (quæ ſunt omnium præſtantiſſima) non magis delectaverint, aut Rhombus, vel, &c. *Lucrina conchylia.*] Poſtquam genera, nominaque edulium ac ciborum domicilia veſtigare ac diſtinguere profunda hominum ingluvies non erubuit, primus Sergius Crata optimum ſaporem oſtreis Lucrinis adjudicavit. vide Plin. lib. 9. c. 54. & lib. 32. cap. 6. Val. Max. lib. 9. cap. 1. Atque hoc eſt, quod ex Catii diſciplina, inquit Horat.

Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ.

Et de peritiſſimo gulæ magiſtro Juvenal. Sat. 4.

—— Circeis nata forent, an
Lucrinum ad ſaxum, Rutupinove edita fundo
Oſtrea, callebat primo deprendere morſu,
Et ſemel aſpecti dicebat littus Echini.

Torrent.

50. *Rhombus.*] Turbo eſt piſcis magni pretii, ſic etiam Scarus.

51. *Si quos Eois.*] Ad Scaros hoc pertinet. *Scarus* enim piſcis Italiæ littoribus adeo olim ignotus fuit, ut ne nomen quidem Latinum invenerit. Macrob. lib. 3. cap. 16. de quo etiam Columella lib. 8. cap. 16. Ingenioſè igitur Horatius, veluti tempeſtate ex Oriente in Latium compulſos ait. Mirum autem in omnibus vetuſtis codicibus *ſcaurus* pro *ſcaris* legi: uti & apud Columellam. *Torr. Si quos Eois intonata fluctibus.*] Si quos Scaros hyems, (id eſt, tempeſtas concitata) vertat ad mare Italicum.

53. *Afra*

Hiems ad hoc vertat mare:
Non Afra avis deſcendat in ventrem meum:
Non attagen Ionicus
Jucundior, quam lecta de pinguiſſimis
Oliva ramis arborum:
Aut herba lapathi prata amantis, & gravi
Malvæ ſalubres corpori:
Vel agna feſtis cæſa Terminalibus,
Vel hœdus ereptus lupo.
Has inter epulas, ut juvat paſtas oveis
Videre properanteis domum!
Videre feſſos vomerem inverſum boves
Collo trahenteis languido;
Poſitoſque vernas, ditis examen domus,

Circum

53. *Afra avis.*] Sic Juvenal. quoque Sat. XI.

Nec fruſtum capreæ ſubducere; nec latus Afræ
Novit avis noſter tirunculus.

Eadem autem haud dubiè quæ & Numidica; à parte Africæ Numidia, ut ait Plin. lib. 10. cap 48. Columella lib. 8. cap. 2. *Afra avis deſcendat in ventrem meum.*] Gallina Africana non poteſt mihi eſſe cibus jucundior.

54. *Attagen Ionicus.*] Attagen eſt avis Aſiatica inter nobiliſſimas habita. Ionia, eſt pars Aſiæ, in qua fuit urbs Epheſus.

57. *Herba lapathi.*] *Λάπαθον* Græcè, Latinè *rumex*, plura habet genera. Et quamquam omnium decocto olere mollitur alvus, præcipuè tamen laudatur id, quod à foliorum acumine *ὀξυλάπαθον* vocari tradunt. Quod cum Plinius non niſi in paluſtribus naſci, & ſativo ſimilius eſſe ſcribit, inde interpretabimur, quod *prata amantis* epitheton addiderit Horatius. Vide Victorium Var. lect. lib. 23. c. 13. *Torr. Lapathi prata.*] Lapathum Latini appellant *rumicem*, de cujus variis virtutibus conſule Dioſcoridem. *Gravi.*] Corpori agrotanti Plin. lib. 20. cap. 21.

59. *Terminalibus.*] Terminos olim in ſumma veneratione fuiſſe nemo ignorat. Et ut Siculus Flaccus teſtatur: *Termini in terra collocabantur conſecrabanturque, cæſa immaculata hoſtia à dominis, qui confines agros poſſidebant.* Eum diem feſtum *terminalia* vocabant, & quotannis menſe Februario celebrabant. Hoſtiam agnam fuiſſe indicat Poëta. Juvenalis verò Sat. 16. pulte ac libo coli ſolere Terminum oſtendit his verſibus:

Aut ſacrum effodit medio de limite ſaxum,
Quod mea cum patulo coluit puls annua libo.

Sed ſeorſum, ut puto cædebatur agna, quam vicini epularentur: ut interdum etiam Lactens porca, quod ab Ovidio diſcimus. *Torr. Terminalibus.*] Feſtis in honorem Termini dei celebratis, in cujus tutela veteres putabant eſſe agrorum fines.

60. *Vel hœdus.*] Hœdus è faucibus lupi ereptus, ſuavior eſt ruſtico, quam qui deſumptus eſt ex ſuo hœdili. Nam minoris conſtat.

61. *Ut juvat paſtas oves.*] Quantum delectat.

65. *Ditis examen.*] *Examen*, multitudinem

Circum renidenteis Lareis!
Hæc ubi locutus fœnerator Alphius,
Jam jam futurus ruſticus,
Omnem relegit Idibus pecuniam;
Quærit Kalendis ponere.

EPOD.

dinem notat: ut paſſim *examen apum* dicimus pro nova illa ſobole, quæ ad alias ſedes quærendas educitur. Cujus ſimilitudine *juvenum recens examen* dixit Horat. lib. I. Od. 35. *Examen domus.*] Vernæ ſunt, quaſi examen apium, in divitis domo.

66. *Circum renidentes lares.*] Neque τὸ *renidentes* ad *lares*, ſed ad vernas referendum eſt. ut ſit ordo: *Vernas renidentes circum lares.* Eſt autem Horatio valde uſitata Synchuſis. Sic Od. 10. lib. I.

Quin et Atridas duce te ſuperbos
Ilio dives &c.

Non enim *duce te ſuperbos*, ſed *duce te fefellit.* Et in Tyreſia:

Quando pauperiem miſſis ambagibus horres,
Accipe qua ratione queas diteſcere.

Pro, *Accipe miſſis ambagibus.* ut recte vetus Comment. explicat. In arte:

Qui variare cupit rem prodigialiter unam
Delphinum ſylvis appinget, &c.

Eſt enim *prodigialiter appinget*, non autem *prodigialiter variare.* Alibi,

—— quid eſt cur barbara minus
Venena Medeæ valent?

Subintellige, *quam. Quid eſt cur mea venena minus quam Medeæ valent?* Græci felicius hoc per articulum; quo quia Latini deſtituimur, magnæ plerumque obſcuritatis cauſa eſt. Neque minus obſcurum eſt quod ſequitur:

Venena magnum fas nefaſque non valent
Convertere humanas vices.

Sed legendum eſt, *magicum fas nefaſque.* Venena, inquit, quæ totum Magorum fas & nefas ſunt, humanas vices converſere nequeunt. *Rutgerſ. Renidentes Lares.*] Circum Lares ſplendentes, & hilares. vide Od. 18. l. 2.

67. *Hæc ubi loquutus.*] Fingit Horatius Alphium fœneratorem ſuperiora omnia dixiſſe, quaſi is approbaret vitæ ruſticæ jucunditatem, ſed ad ingenium ſuum rediens, properat ad pecuniam in fœnore collocandam. *Fœnerator Alphius.*] Scribe *Alfius*, ut in vetuſtis membranis. Summa verò in eo facetia eſt, quod ſub Alfii perſona hactenus vitam ruſticam laudavit Poëta, more humano fieri oſtendens, ut vel optimè de rebus ſentientes, aſſueta tamen non relinquamus. *Torrent.*

69. *Omnem relegit.*] Multo plures melioreſque codices *redegit* legunt, quod exemplis firmat Cruquius. *Redigere* enim verbum elegans, ut *cogere* quoque *nummos, argentum, aurum, &c.* dicimus: unde & *coactores.* Torrent. *Relegit.*] Omnem pecuniam congregavit, à debitoribus eam exigens Idibus, (id eſt, circà dimidiatum menſem) ſtudetque iterum in fœnore collocare ſequentis menſis Kalendis. *Idibus.*] Idibus, inquit Lamb. nomina exigebant; Calendis autem & exigebant & collocabant. De Idibus citat alterum Poëtæ locum ex Sat. 6. lib. I.

Ibant octonis referentes Idibus æra.

De Calendis illum è Satyra 3.

Qui niſi cum triſtes miſero venere Kalendæ.

Et priſci interpretis verba à me reperta, paulò aliter quam Cruquius opponam: *Redegit Idibus, ut vitam ageret ruſticam; ſed cum venerunt Kalendæ, quæ ſunt ſequenti die poſt Idus, quærebat ponere in uſuram.* Torrent.

EPOD. III.

Ad MÆCENATEM.

Allium deteſtatur, quod apud Mæcenatem ederat, cujus æſtu torquebatur.

PARENTIS *olim ſi quis impia manu*
Senile guttur fregerit,
Edit cicutis allium nocentius.
O dura meſſorum ilia!
Quid hoc veneni ſævit in præcordiis?
Num viperinus his cruor
Incoctus herbis me fefellit? an malas
Canidia tractavit dapes?
Ut Argonautas præter omneis candidum
Medea mirata eſt ducem,
Ignota tauris illigaturum juga,
Perunxit hoc Jaſonem:
Hoc

1. *Olim.*] Poſthac.

2. *Senile guttur.*] Epitheto hoc utitur vel ad commiſerationem, vel quod fere vivacitatem in parentibus oderint filii, ipſi jam provecti & mali. *Frangere* ergo *guttur*, vel ferro, vel laqueo. *Guttur fregerit.*] Cervicem patris ſenis. Gr. λαιμοτομεῖν.

3. *Edit cicutis.*] Edat, pro ſupplicio, allium ſuo calore nocentius cicutis, quæ frigore venenato necant. Victor. Var. lect. 6. cap. 19. *Allium.*] Sic vulgo quidem: ſed veteres membranæ *alium* ſcribunt. Sunt qui aſpirent & *halium* ſcribant, ut *halitus* & *anhelare* ab halando ſcilicet, ob odoris gravitatem. *Torrent.* Brodæus Miſc. 6. cap. 2.

4. *Meſſorum ilia.*] Meſſoribus allium dare ſolebant. vide Virg. Alexin.

5. *Quid hoc veneni.*] Lambini expoſitio vehementer placet, per ſubintellectionem provocabuli, *quod*; nimirum, Quid hoc veneni eſt, quod ſævit in præcordiis? *Sævit in præcordiis.*] Venenum æſtuat.

6. *Num viperinus cruor.*] Significat allium eſſe veneficium omnium certiſſimum & præſentiſſimum, Medeamque veneficam nullas priores herbas ad veneficium habuiſſe. Turn. lib. 12. c. 15. *Pulmann. Cruor.*] Sanguis viperæ ſerpentis, id eſt, venenum.

7. *Fefellit.*] Me latuit, id eſt, me inſcio fuit incoctus?

8. *Canidia.*] Errant qui Gratidiam Neapolitanam veneficam, ſub Canidiæ nomine ab Horatio exagitari exiſtimant, quod non liceret quemquam nominatim inſectari. *Torr. Canidia tractavit dapes.*] An mulier venefica malè contrectavit dapes?

9. *Ut Argonautas.*] Poſteaquam Medea mirata eſt, id eſt, adamavit Jaſonem, ducem præ omnibus Argonautis candidum, id eſt, pulchrum.

10. *Mirata eſt ducem.*] Siquidem admiratio ea Medeam tanto amore perculſit. Hujus verbi vim oſtendimus l. 4. Od. 13. quæ vel hoc loco apertiſſima eſt. *Torr.*

12. *Hoc Jaſonem.*] Hoc unguento, ſcilicet allio perunxit Jaſonem, illigaturum

Hoc delibutis ulta donis pellicem,
Serpente fugit alite.
Nec tantus unquam ſiderum inſedit vapor
Siticuloſæ Apuliæ:
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarſit æſtuoſius.
At, ſi quid unquam tale concupiveris,
Jocoſe Mæcenas, precor
Manum puella ſuavio opponat tuo,
Extrema & in ſponda cubet.

tum juga ignota tauris, id eſt, qui tauris ignivomis juga inſueta injiceret.

13. *Hoc delibutis ulta.*] Medea Glaucam Creontis filiam veſtibus hoc allio delibutis ulta, aufugit per aërem, vecta à dracone alato. *Delibutis donis.*] Idem quod imbutis. infra Epod. 17.

Quantum neque atro delibutus Hercules
Neſſi cruore. —

Nec diſſimile quod *medicamentis delibutus* dixit Cic. & *delibutus capillis*, pro Roſcio; ſubauditur enim *unguentis*. Terentius vero cum ait, *delibutus gaudiis*, quod corporis eſt, ad animum tranſtulit. *Torr.* Vide & Turneb. lib.6. cap.9. Plin. lib.2. cap. 105.

14. *Serpente alite.*] Eleganter *ſerpentem* dixit *alitem*. Contraria enim *ſerpere* & *volare*, quamquam dracones pennatos, non ſoli Poëtæ, ſed & Philoſophi nobis exhibeant. *Torrent.*

15. *Siderum vapor.*] Vapor enim idem, quod æſtus aut calor, ut recte Lambinus; unde *vaporare* pro calfacere Epiſt. ad Quinctium dixit Horatius. *Vapor.*] Nec tantus calor ſyderum, Caniculæ præſertim, aridam invaſit Apuliam.

17. *Nec munus humeris*] Nec tunica ad Herculem à Deïanira miſſa Neſſi Centauri ſanguine intincta ardentius inflammavit humeros Herculis efficacis, id eſt, laborioſi, & ad efficiendum apti.

19. *Tale.*] Allium.

21. *Manum puella.*] Precor ut puella halitum tuum effugiens, opponat manum oſculo tuo, & cubet in exteriore lecti parte, ne allii fœtore offendatur, id eſt, precor, ut neque te oſculetur, neque ſe tibi potiendam præbeat. *Suavio.*] In optimis exemplaribus *ſavio*, invenimus. *Torrent.*

22. *Extrema & in ſponda.*] Lecti pars *ſponda*, eaque interior & exterior; unde interius & exterius cubare. Ovid. igitur cum ait:

Cur preſſus prior eſt interiorque torus?

Utramque ſpondam intelligit. At Martialis lib.3. Epigrammate de Miſitio, *ſpondam* pro exteriore parte accipere videtur, & opponere *pluteum*. Torr. Sic non inepte quis *extrema, cubare ſponda* cum eo dici poterit, quicum illi quidem congruit, ſed exiliter & non undequaque perfecte. *Cruquius.*

EPOD. IV.

Ad VOLTEIUM MENAM, Libertum Pompeji Magni.

LUPIS & agnis quanta ſortitò obtigit,
Tecum mihi diſcordia eſt,
Ibericis peruſtè funibus latus,
Et crura dura compede.
Licet ſuperbus ambules pecunia,
FORTUNA *non mutat genus.*
Videſne, ſacram metiente te viam
Cum bis ter ulnarum toga,

Ut

VElleius, Manam & Menecratem paternos Sexti libertos vocat. Atque adeo is ille eſt Mana, de quo Plutarchus Antonio. qui, cum Sextus Cæſarem & Antonium pace inita in triremem ſuam convivio excepiſſet, ſuaſit patrono, ut, ſi orbis terrarum imperio potiri vellet, utrumque ſoluta repente navi captivum abduceret. Perfidus natura ac vafer. Codex ergo Laurentianus verum hujus carminis titulum præfert: IN SEXTUM MAENAM POMPEII LIBERTUM. *ac proinde Lambini hic diligentiam deſidero. Quanquam turpius errat Cruquius, qui* Vulteium Mœnam *vocat, ideo opinor, quod Vulteii Mæna in Epiſtolis fiat mentio. At ille longe alius erat.* Torrent.

1. *Sortito.*] Naturæ veluti ſortem quandam appellat, cujus nulla nobis ratio conſtet. Vide Plin. lib. 10. cap. 74. Turneb. 14. cap. 9. *Sortito obtigit.*] Naturaliter.

2. *Tecum mihi.*] Tanta mihi tecum diſcordia eſt.

3. *Ibericis.*] Libri optimi, vocabulum hoc fere aſpirant. In uno etiam adſcriptum, id eſt, *Sparteis.* Sparto enim abundat Hiſpania, unde funes conficiuntur. Plin. lib. 19. cap. 2. Hiſpaniæ Carthaginem ad alterius differentiam *Spartariam* appellat, ob ſparti abundantiam. *Torr.* Turn. lib. 4. cap. 9. *Ibericis peruſte funibus latus.*] Qui latus habes peruſtum, & valde flagellatum funibus Hiſpanicis. *Species pro genere.*

4. *Et crura.*] Cujus crura peruſta ſunt, & attrita ferreis compedibus.

5. *Licet ſuperbus.*] Velut qui Junonis ſacra ferret. hujuſmodi hominum genus Græcis ſignificanter dicitur σοβαρεύεσθαι, hoc eſt, inſoleſcere & cum faſtu omnia agere. *Cruquius.*

6. *Fortuna non mutat genus.*] *Genus* mihi dixiſſe videtur pro ſtatu ac conditione hominum, ut Juriſconſulti loquuntur. alii enim ingenui, alii ſervi. *Torr. Fortuna non.*] Pecuniæ ex liberto nobilem non efficiunt.

7. *Sacram metiente te viam.*] Te incedente per viam ſacram, quæ ducit ad Capitolium. *Sacram viam.*] Omnium quæ in urbe celeberrima fuit, ſic dicta, ſi Varroni credimus, quia ſacra per eam, quotquot menſibus in arcem ferebantur. Hinc *Sacravienſes*, qui in ea habitabant. Eam igitur celebritatem, quo magis eſſet conſpicuus, quærebat Mæna, quærebant & homines minimè ambitioſi, ut novis ſpectaculis inter ambulandum oculos paſcerent. Notandum vero, quod *metiri viam* dicit, pro compoſito ad normam gradu incedere, ut homines arrogantes ſolent. *Torr.*

8. *Bis ter ulnarum.*] Quoniam ventoſum nobis hominem deſcribit Poëta,

Ut ora vertat huc & huc euntium
Liberrima indignatio?
Sectus flagellis hic triumviralibus
Præconis ad faſtidium,
Arat Falerni mille fundi jugera,
Et Appiam mannis terit:
Sedilibuſque magnus in primis eques
Othone contempto ſedet.

Quid

certumque eſt ex illo Epiſtolæ ad Lollium loco;

Arcta decet ſanum comitem toga:

Quo quiſque aut major erat, aut videri volebat, eo laxius ſplendidiuſque cultum incedere ſolitum; neceſſario ſequitur, ſolito majorem fuiſſe togam, quæ ex ſex ulnis conſtiterit. *Torrent. Cum bis ter ulnarum*] Indutus togam ſex ulnarum laxam, & amplam, more divitum.

9. *Ut ora vertat.*] Videſne, quo modo liberrima indignatio hominum prætereuntium ora in te convertat?

10. *Liberrima indignatio.*] Indignatio aperta ſine fuco, aut aliqua diſſimulatione.

11. *Sectus flagellis hic triumviralibus.*] *Eſt hæc oratio indignantis populi in Menam.* Hic cæſus flagellis triumvirûm juſſu, uſque ad ſatietatem præconis; arat mille jugera fundi optimi in Campania, & perequitat viam Appiam (qua itur ad agrum Falernum) mannis, id eſt, equis gradariis ad luxum nobilium, & fortunatorum hominum accommodatis. Angl. *fit for a footcloth. Triumviralibus.*] Hoc ad majorum invidiam addidit, oſtendens Mænam, cum adhuc ſervus eſſet, non heri tantum, ſed judicis juſſu publice punitum fuiſſe. Unde ſequitur ne juſtam quidem libertatem eum conſequi potuiſſe; obſtante lege Ælia Sentia, de qua Torrent. in Sueton. Auguſtum cap. 40. Tum Aſconius Pædianus auctor eſt, Triumviros Capitales de furibus ac ſervis nequam, aliiſque vilibus hominibus cognoſcere, damnatoſque apud columnam Mæniam punire ſolitos. Et ſic Euclio coquo Aulul. minatur:

Ad treſviros ergo deferam tuum nomen.

In ſumma, abjectæ conditionis homines, quorum vilitas deferri ipſos apud Prætorem non pateretur, à triumviris judicari ſolere conſtat. *Torr.* Turn. l. 21. cap. 31.

13. *Arat Falerni, &c.*] At Falerni vites commendantur, quas arari nemo dixerit. Cæterum meminiſſe oportet Campaniam illam felicem, cujus pars ager Falernus, Cereris & Bacchi certamen olim dictam fuiſſe, tam ob vini quam frumenti præſtantiam, cum eodem in fundo inter arbuſta vitibus onuſta ſegetes colerentur. *Torrent.*

14. *Appiam mannis terit.*] *Appiam* dicit, vel quod regina viarum eſſet, omnium extra urbem celeberrima, ut in urbe *ſacra via*: vel quod per eam in Falernum ſuum iret Mæna magno comitatu, ipſe mannis vectus, ut tenuiores mulis & fere conductis. *Mannos* autem burichos & burdones vocari ſolere, priſci interpretes annotarunt. Unde & *mannuli*: nos, ni fallor *gradarios* dicimus, qui tolutim & nulla vectoris moleſtia incedunt. ut lib. 1. Epiſt. 7. *Torrent.*

15. *Sedilibuſque magnus in primis eques.*] Menas factus Tribunus militum ſedet in primis ordinibus contra legem à Roſcio Othone latam, qua ſancitum erat, ne quis ex infimo hominum genere fieret eques, aut ſederet intra quar-

tumde-

Quid attinet tot ora navium gravi
Roſtrata duci pondere
Contra latrones, atque ſervilem manum,
Hoc, hoc tribuno militum?

tumdecimum theatri gradum. Menas igitur Othonis legem contemſit, quod aliquando fuerat ſervus, etſi jam quadraginta millia ſeſtertiûm habeat.

17. *Quid attinet.*] Quid prodeſt claſſem ab Auguſto armari contra piratas, & ſervos fugitivos (quos Sextus Pompejus armis inſtruxit) ſi Menas ipſe pirata, & ſervus, ſit tribunus militum. *Tot ora.*] Naves roſtratas, quarum ſummæ partes ære, & ferro ſunt munitæ. *Ora navium.*] Æreis roſtris armabantur naves bellicæ; unde & *aratas* & *roſtratas* paſſim dici cernimus. *Ora* igitur vocat Horat. roſtra; ut & roſtrum pro ore non ſolum cujuſvis animalis, ſed & hominis, ſæpe accipitur. Virg. etiam *Spumas ſalis ære ruebant* cum dicit, roſtra ærea intelligit. Loci autem hujus ſententia eſt, perperam adverſus latrones ſervoſque claſſem duci, cujus præfectus tribunicia poteſtate, ipſe ſervus ac quovis latrone deterior ſit. Exiſtimo autem de eo tempore loqui Poëtam, quo victor jam Cæſar Sext. Pompeii reliquias Mænæ hujus opera perſequebatur. *Torr.*

EPOD. V.

In CANIDIAM veneficam.

AT ô deorum quicquid in cælo regit
Terras, & humanum genus:
Quid iſte fert tumultus? aut quid omnium
Vultus in unum me truces?

Per

1. AT ô.] Conveniens rei novæ atque inauditæ per exclamationem principium. ſic enim & Priamus, filii ante pedes ſuos trucidati ſpecie, meritò perturbatus,

At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis
Dii, ſi qua eſt cælo pietas, quæ talia curet,
Perſolvant grates dignas. ——

Et ut rectè à Franciſco Florido notatum memini, particula *At*, otioſa non eſt, ut ſi quis rectè obſervet, mirificè ſæpè exornet præſtantium poëtarum ſententiam. Virg. ſanè quartum Æneid. librum ſic exorſus eſt,

At Regina gravi, &c.

At ô Deorum, &c.] Exclamat puer prætextatus, quem furtim raptum Canidia aliæque veneficæ mento tenus ſub terra defoderant, fameque necare conſtituerant, ut ex ejus jecore & medulla, arte Necromantica, philtrum, ſeu poculum amoris conficerent. Exclamat inquam, O omnes dii, qui regitis terras homineſque. *Quidquid in cælo regit.*] *Quidquid* quidem habent M. S. omnes; ſed alii *regit*, alii *regis*. In duobus etiam adſcriptum, *Quicquid deorum*, id eſt, *quæcunque poteſtas*; in uno præterea, *ſive deus, ſive aliud quàm deus*. *Regis* etiam quàm *regit* malim, ut more humano in tanto diſcrimine deos obteſtetur.

3. *Quid iſte fert.*] Quid affert, vel quid ſibi vult iſta tumultuoſa mulierum feſtinatio. *Tumultus.*] Tot nempe in unius pueri exitium conſpirantibus veneficis. *Quid omnium.*] Quid omnium vultus contra me ſolum volunt?

Per liberos te, ſi vocata partubus
Lucina veris affuit:
Per hoc inane purpuræ decus precor,
Per improbaturum hæc Jovem.
Quid ut noverca me intueris? aut uti
Petita ferro bellua?
Ut hæc trementi queſtus ore, conſtitit
Inſignibus raptis puer,

Impube

5. *Per liberos te.*] E multis concurrentibus, Canidiam tamquam ducem alloquitur. Quod verò addunt Grammatici, Canidiam tacitò inſimulari, quaſi veros numquam partus ediderit, ipſa nempe ſterilis, ſed ſuppoſitis ſibi liberis matris nomen mentiens, id mihi non liquet; nec impuberi adhuc puero idonea talis oratio eſt: ut taceam fruſtra ſperari miſericordiam ab eo, quem irrites. Simpliciter igitur obteſtatur, ut, ſi vera mater eſt, pro ſuo ergà proprios liberos amore, alterius quoque filiis parcat. Olim enim jurabant per ea, quæ cara erant. Turn. lib. 18. cap. 25. *Per liberos te.*] O Canidia rogo te per liberos tuos, ſi quos verè peperiſti.

6. *Lucina veris.*] Diana à parturientibus invocabatur, quòd naſcentibus opem ferre putabatur. *Veris.*] Rectè vetuſti codicis margini adſcriptum, *Adulterinis enim partubus dedignatur adeſſe Diana.* Senſus igitur; Si verè mater es, ut eſſe credo, &c.

7. *Per hoc inane.*] Te rogo per hanc prætextam purpuream (nobilitatis indicem) quæ mihi tamen nihil proderit ad crudelitatem veſtram minuendam. *Inane purpuræ decus.*] Ab ætate commiſerationem movet, nec minùs à conditione ſua. *prætexta* enim pueritiæ ornamentum erat, nec aliis concedebatur, quàm Romanis, atque ingenuis. De ejus uſu atque origine multa præclarè Macrob. lib. 1. Saturnal. c. VI. *Inane* autem *decus* vocat, quod videbat nihil ſibi profuturum.

8. *Per improbaturum hæc Jovem.*] Te rogo per Jovem hæc maleficia vindicaturum.

10. *Petita ferro.*] Ut bellua ferro ſauciata.

11. *Ut hæc trementi.*] Poſtquam puer hæc tremula voce queſtus, finem querendi fecit, &c.

12. *Inſignibus raptis.*] Duo puerorum inſignia: *prætexta*, ut ex purpuræ rubore, ingenuitatis pudore regerentur; & in cordis figuram *bulla* ante pectus, quam inſpicientes, ita demum ſe homines cogitarent, ſi corde præſtarent. Sic Macrobius. De *prætexta* jam diximus; de *bulla* hoc obiter dicendum, non obſtare Macrobio, qui cordis ei figuram tribuit, quòd Plut. eam bullæ ex aqua inflatæ, unde & nomen habeat, ſimilem fuiſſe tradidit, quid enim vetat cordis figuram bullæ inſtar aſſurgere, & à tumore idem nomen acquirere? Hinc bullæ militum olim balteis cingulisque ceu clavorum capita inſerebantur. Virg. IX.

—— Phaleras Rhamnetis, & aurea
bullis
Cingula. ——

Denique triumphantes, bullæ, quam geſtabant, remedia quædam includere conſueverint, quæ credebant adverſus invidiam valere; & bulla aurea ingenuitati tantùm permiſſa fuit: libertinæ conditionis pueris (ſi juſtis tamen nuptiis nati fuiſſent) lorum tantùm ſive ſcorteam bullam præferentibus. *Inſignibus raptis puer.*] Ornamentis ejus raptis,

Impube corpus, quale poſſet impia
Mollire Thracum pectora;
Canidia brevibus implicata viperis
Crines, & incomtum caput,
Jubet ſepulcris caprificos erutas,
Jubet cupreſſus funebreis,
Et uncta turpis ova ranæ ſanguine,
Plumamque nocturnæ ſtrigis,

Herbaſ.

ptis, ſcilicet prætexta & bulla quæ erant Patriciorum inſignia. *Puer Impube corpus.*] Liber optimus *pueri* legit, adſcriptumque, *pueri impube corpus*, *pro impubes puer*. A qua lectione non me deterret ſyllabæ ratio (cur enim *pueri* non æquè diſſyllabon eſſe queat ac *fidei*, *Pompeii*, & ſimilia;) ſed præcedit *quæſtus*, Lector cogitet an veriſimile ſit Poëtam tanta uſum fuiſſe audacia. Figulus Porphyrionem impreſſum ſecutus, ut conjicit, hic ponit ἐπεξήγεσιν, nempe puer impube corpus. *Cruquius.*

13. *Impube corpus, &c.*] Exiſtens tale impube corpus, quale, &c.

14. *Thracum pectora.*] Pectora crudelium & barbarorum hominum.

15. *Brevibus implicata viperis.*] Quales nempe eſſe convenit crinibus inſertas, quæve capillamenti loco Furiarum capiti, ut in antiquis marmoribus cernimus, implexæ inerrent. Canidiam verò rectè tanquam Furiam deſcribit, quæ tot inſtructa venenis, ex Orci faucibus profecta videri poſſit. Implicata ergò crines, hoc eſt, habens caput incomtum & brevibus viperis implicitum, Furiarum inſtar. *Cruq.* Turn. lib. 14. cap. 9.

16. *Crines & incomptum caput.*] Habens crines viperis implicatos Furiarum inſtar.

17. *Jubet ſepulchris.*] Jubet adhiberi caprificos infauſtas & ſepulchris extractas, quaſi diis inferis ſacrificatura. *Caprificos.*] *Caprificus* (ſic enim ſilveſtrem ficum vocant) nunquam florens, nunquam fructu matureſcens, meritò inter infelices arbores computatur. Quia verò parietes findit, & maximè ſepulcrorum moles infeſtat, non temere Horatius *caprificos* unà cum *cupreſſis* herbis magicis annumerat. Veteres ſanè eorum quos oderant ſepulcris caprificos enaſci optabant. Propertius lib. 4.

Sit tumulus lenæ curto vetus amphora collo:
Urgeat hunc ſupra vis caprifice tua.

18. *Funebres.*] Cupreſſus funeri adhibebatur, quia, ut Cupreſſus cæſa nunquam revireſcit, ſic mortui ad vitam minime redeunt. Vide Od. 14. lib. 2.

19. *Turpis ova ranæ.*] Ranarum plura genera: illæ ut corpore maximæ, ſic & nocentiſſimæ, quæ paluſtrem vitam terra commutarunt, & in vepribus rubiſque agunt; unde & nomen adeptæ (Latini enim *rubetas*, Græci φρύνους vocant, teſte Plinio) geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum. Sic enim ille lib. XXXII. c. V. additque mira eſſe quæ de illis auctores tradunt, inter alia amorem quoque concitare. Non abs re igitur Canidiæ veneficio eas miſcet Horatius. Uſum in veneficiis demonſtrat non uno loco Juven. ut Sat. VI.

At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ, &c.

Ranæ ſanguine.] Rubetæ.

20. *Plumamque nocturnæ ſtrigis.*] Sic apud Propert. quoque,

—— Turgentis ranæ portenta rubetæ,
Et ſtrigis inventæ per buſta jacentia plumæ

amatorem trahunt. lib. III. El. IIII. At

Herbaſque, quas Iolcos, atque Iberia
Mittit venenorum ferax,
Et oſſa ab ore rapta jejunæ canis,
Flammis aduri Colchicis.
At expedita Sagana per totam domum
Spargens Avernales aquas,
Horret capillis, ut marinus, aſperis,

Echinus,

Lucanus buboni eam, ut inauſpicatiſſimam, aſſociat;

Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna queruntur.

Græce στρίγξ dicitur: Latini tamen ſuum eſſe nomen volunt, & à *ſtridere* deducunt. Ovid. lib. VI. Faſt.

Eſt illis ſtrigibus nomen, ſed nominis hujus
Cauſſa quòd horrenda ſtridere nocte ſolent.

Quamquam quæ hæc propriè avis ſit conſtare negat Plinius lib. XI. c. XXXIX. quemadmodum & fabuloſum eſſe ait, ſtriges ubera infantium labris immulgere. Illud omnino inter auctores convenit, ſtrigem apud veteres in maledictis & execrationibus fuiſſe, creditumque veneficas in id genus avium converti ſolere, cùm magicis cantionibus volaticæ fiebant. Itali nunc quoque *ſtrigas* vocant veneficas. *Strigis.*] Strix eſt avis mali ominis, quæ nocturno tempore volat & ſtridorem pro cantu habet.

21. *Iolcos atque Iberia.*] Sic noſtri codd. niſi quòd nonnulli *Hiolcos & Hiberia:* alii, *Colchos* legunt. Eſt autem *Iolcos* Theſſaliæ oppidum, quò Jaſon cum Medea ex Ponto revertens appulit. Ovid.

Victor Iolchiacos tetigit cum conjuge portus.

Iberiam verò Ponticam intelligit; ubi plurima naſci venena teſtis eſt etiam Virgilius. *Iberia.*] Non Hiſpania, ſed civitas montibus Colchicis vicina.

23. *Et oſſa ab ore rapta jejunæ.*] Quæ creduntur aviditatem ad amorem transferre, ideoque multum valere ad poculum amoris conficiendum.

24. *Flammis aduri Colchicis.*] Flammis eo ritu paratis, quo apud Colchos, opera & arte Medeæ erant paratæ ad Creontis domum ejuſque filiam Creuſam conflagrandam. *Colchicis.*] Ut *Iolchos* Theſſaliæ, ſic *Colchos* Ponti oppidum, à quo Medea ipſa *Colchis* dicta.

25. *Sagana expedita.*] Sagana ſuccincta eſt nomen proprium alterius veneficæ. *Expedita Sagana.*] Hæc unà cum Veja tamquam Canidiæ adminiſtra inducitur.

26. *Avernales aquas.*] Ita princeps poëtarum:

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni.

Simulatos dicit vel vanitatem irridens, vel quòd artis magicæ virtute, veris Averni aquis pares effectæ fuiſſent. Turn. lib. 14. c. 9. *Avernales aquas.*] Aquas ex Averno lacu petitas.

27. *Horret capillis, &c.*] Horrida apparet capillis aſperis in capite erectis. *Marinus aſperis Echinus.*] *Echinus* & terreſtris, & marinus eſt. Terreſtrem *Erinaceum* ferè appellamus: uterque aculeis ſpiniſque munitus natura. *Marinus* tamen hic additur, vel quia terreſtris non ita toto corpore aſper eſt, vel quia marinus tenuiores habet aculeos, ac veluti ſetas quaſdam, quibus Saganæ capilli rectiùs comparantur. Porrò hinc proverbium ἐχίνου τραχύτερος. *Marinus aſperis.*] Ut marinus Echinus cui ſimilis eſt echinus terreſtris, & eodem modo ſpinis eſt confertus.

28. *Cur-*

Echinus, aut currens aper:
Abacta nulla Veia conſcientia,
Ligonibus duris humum
Exhauriebat, ingemens laboribus:
Quò poſſet infoſſus puer
Longo die bis terve mutatæ dapis
Inemori ſpectaculo:
Quum promineret ore, quantum exſtat aqua
Suſpenſa mento corpora:
Exerta uti medulla, & aridum jecur
Amoris eſſet poculum;
Interminato quum ſemel fixæ cibo

Inta-

28. *Currens aper.*] Ut aper furens qui duriſſimas habet ſetas in dorſo inſurgentes.

29. *Abacta nulla Veja conſcientia.*] Veja tertia venefica nullius maleficii conſcientia deterrita.

31. *Exhauriebat, ingemens laboribus.*] Vehementer anhelans ſcrobem faciebat.

32. *Quo poßit.*] In eum finem ut puer, &c. *Infoſſus puer.*] Liber pervetuſtus *infuſus* habet, malè. notæ enim foſſæ magicæ.

34. *Inemori ſpectaculo.*] Eſt mori in ſpectaculo ore prominente. Turneb. lib. 14. cap. 9. *Spectaculo.*] Aſpectu dapis novæ ſæpius appoſitæ, ſed ſemper ſublatæ.

35. *Quum prominerct ore.*] Cum puer in terra defoſſus extaret è terra.

36. *Suſpenſa mento corpora.*] De natantium corporibus loqui Poëtam manifeſtum eſt: hi enim mento tenus ſub aqua ſunt.

37. *Exerta.*] Sic de Faërni ſententia Lambinus legendum eſſe pronuntiavit; nec ego ſanè negaverim. Illa enim tam lentæ mortis cauſſa fuit, ut exſiccata longa jam tabe medulla, & arefactum jecur, validiùs operarentur, quo & Varus ipſe ſic amore contabeſceret. Omnes tamen lib. *exſecta*, vel *execta* legunt; Lector pro arbitrio agat. Nam ut illud *exſecta*, tam ad jecur, quam ad medullam referri poteſt; ſic etiam τὸ *aridum* de utroque intelligi. Cruquius mallet *extracta* legi. *Exſucta uti medulla, & aridum jecur.*] Iſta eſt cauſa hujus facinoris. Alii legunt *exerta*, vel *execta*.

39. *Interminato.*] Frequenter *interminandi* verbum actionem notat; cùm propriè ſit minando vetare ne quid fiat. Terent. And.

Interminatus ſum ne faceres, num veritus?

Gellius lib. xv. c. xiii. Sed ſi puer iſte patricius in ſcrobem defoſſus mento tenus fuerit, quid opus erat illi interminari ne cibum caperet? manibus enim uti non poterat, utpote defoſſis. Quare ſignificantius *interminato cibo*, id eſt, appoſito quidem, ſed non tacto, non permiſſo uti, idque per impedimentum defoſſionis, novo tamen crebro appoſito, defoſſi famem irritante aſſiduè. *Cruquius.* Turneb. lib. 14. cap. 9. *Interminato cum ſemel fixæ cibo.*] Vetito & interdicto cibo, quem tangere puer eſt prohibitus. *Semel fixæ.*] Hoc eſt, poſtremùm ſeu prorſus & omnino fixæ. Tale illud, *Cùm ſemel occideris.* Pupulas ergò ait Poëta, ſemel atque in perpetuum fixas intabuiſſe. Nulla enim re

magis

Intabuiſſent pupulæ.
Non defuiſſe maſculæ libidinis
Ariminenſem Foliam,
Et otioſa credidit Neapolis,
Et omne vicinum oppidum:
Quæ ſidera excantata voce Theſſala,
Lunamque cælo deripit.
Heic irreſectum ſæva dente livido

Cani-

magis quam fame, tali præſertim, qualem puer hic patiebatur, contabeſcimus. Virg.

Et fame tabentes artus in littore ponunt.

Certumque mortis indicium cùm oculi rigeſcunt.

40. *Pupulæ.*] Oculorum acies cum intabuiſſent ſemel, id eſt, cum tabidæ apparuiſſent uno impetu, non temporis ſucceſſu.

41. *Non defuiſſe maſculæ libidinis.*] Norunt Neapolitani huic facinori interfuiſſe etiam Foliam veneficam, quæ fœminarum amore adeo exarſit, ut tanquam vir in fœminas ageret.

42. *Ariminenſem.*] Ariminum eſt urbs in Italia.

43. *Otioſa credidit Neapolis.*] Ovid. lib. VI.

——— *Et in otia natam*
Parthenopen & ab his Cumæa templa Sibyllæ.

Qui ſe otio aſſerere cupiebant, & ab urbe ſecedebant, Neapolim non rarò ſe recipiebant, quæ hominum otioſorum domicilium erat. Turn. lib. 29. cap. 2. *Otioſa credidit Neapolis.*] Neapolis ſita eſt in ſeceſſu, vitæ tranquillæ & otioſæ aptiſſimo.

45. *Quæ ſidera excantata voce.*] Quæ Folia deripit ſidera, &c. *Voce Theſſala.*] Sic Epod. XVII. *Marſa nænia.* Nam & Marſi veneficiis nobiles fuere. Neque tantum herbæ illæ magicæ, quantum carmina valuere, quare plerumque à Poëtis conjunguntur. De Theſſalia verò eo nomine infami, poſtquam Theſſalæ mulieres Theſſalique magi in proverbium venêre, multa dicere otioſi hominis ſit. Vide Plin. lib. XXX. c. I. *Theſſala.*] Voce magica, vel cantionibus Magicis, quibus utentes Theſſali lunam & ſidera e cœlo in terram devocant. Virg.

Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam.

46. *Deripit.*] Sic habent Codices Bland. non ut vulgò *diripit: Deripere* autem eſt, deorſum rapere ex ſuperiori loco. *Cruquius.* Videtur alludere ad proverbium, *Lunam detrahere.* Quod idem eſt ac *deripere:* invita enim deſcendit.

47. *Irreſectum.*] *Inreſectum* ſcribi malim, & pro non reſecto interpretor. id enim veneficæ magis convenit, longos curvoſque geſtare ungues, quos incantationes ſuas meditando arrodant; quòd ſummam animi attentionem demonſtrat. Perſius:

Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues.

Irreſectum ſæva dente livido.] Unguem pollicis non reſectum. Nam mulieres veneficæ ungues ſuos nutriunt, non ſecant, quippe quæ non minus corpore quam animo turpes ſunt & deformes. *Hic inreſectum ſæva dente livido.*] Longis & inreſectis unguibus ſaga fingitur, tum ob illuviem & fœditatem corporis; tùm quod eam illis dant rabiem, ut quæ alii ferro & cultris diſſecent, ipſæ unguibus dentibuſque expediant. *Gronov.*

49. *Ore-*

Canidia rodens pollicem,
Quid dixit? aut quid tacuit? O rebus meis
Non infideles arbitræ,
Nox, & Diana, quæ ſilentium regis,
Arcana cum fiunt ſacra:
Nunc, nunc adeſte; nunc in hoſtileis domos
Iram, atque numen vertite;
Formidoloſæ dum latent ſilvis feræ,
Dulci ſopore languidæ,
Senem (quod omnes rideant) adulterum
Latrent Suburanæ canes,
Nardo perunctum, quale non perfectius

Meæ

49. *O rebus meis.*] Hæc dicuntur à Canidia, *O rebus meis, &c.*

50. *Arbitræ.*] Non infideles teſtes.

51. *Silentium regis.*] Rectè hoc Dianæ tribuit, ſive ad noctis ſilentium referas; ſive ad id quod in ſacris præſcribebatur, maximè magicis. Nam & nocti & magiæ præeſt Diana, eadem ſcilicet quæ & Luna, & Hecate. Virg.
— *Tacita per amica ſilentia lunæ.*
Magica autem ſacra ferè nocturna. Turneb. lib. 12. cap. 5. & lib. 14. càp. 9. *Silentium regis.*] Luna ſilentium regere dicitur, quia nox taciturna eſt.

52. *Arcana cum fiunt ſacra.*] Dum nocturna mulierum ſacrificia, ſeu potiùs maleficia celebrantur.

53. *In hoſtiles domos.*] In Varum ſenem, qui me aſpernatur, vim veſtram divinam vertite.

55. *Formidoloſæ dum.*] Libri non pauciores *formidoloſis* legunt, & *cum* pro *dum*, meo judicio rectiùs. noctem enim deſcribit. *Formidoloſæ dum latent ſylvis feræ.*] Noctu.

57. *Senem (quod omnes rideant.)*] Ut Varum ſcortatorem canes allatrant in Subura, dum ibi meretrices ſectatur, quem omnes etiam rideant propter juvenilem in ſene amorem. *Adulterum.*] Pro mœcho poſuit, uti & lex Julia de Adulteriis eo vocabulo promiſcuè utitur. Monendus etiam Lector in optimo cod. legi *ſenem quo omnes*, pro *quod*: rectè, ut ego quidem cenſeo.

58. *Latrent.*] *Latrare ſenem* dixit, ut *latrare cervinam pellem* Epiſt. II. lib. I. Gellius lib. VII. c. I. Latratus autem ille amatoribus permoleſtus. *Suburanæ canes.*] *Subura* vicus erat valdè celebris in ſecunda Urbis regione: unde & tribus Suburana, eadem quæ & Sucuſana; quandoquidem Subura, ut nonnulli volunt, à pago Sucuſano dicta fuit. Nec contemnenda veteris Scholiaſtæ ratio, nempe quod ſubuſtione olim paludeta illic exſiccata ſint. Ridiculi verò qui *canes Suburanas*, ipſas vocant meretrices in Subura proſtantes. Quamquam certum eſt, vicum illum meretricibus, ſed vilioribus celebrem fuiſſe; nec minus frequentem canibus, tum ob habitantium multitudinem, tum ob vici immunditiem; immunditia autem etiam canes trahit. Turneb. lib. 14. cap. 9. *Suburanæ canes.*] Subura locus eſt in urbe Roma, quæ inter Eſquilias & Viminalem jacet, meretricum ferax.

59. *Nardo perunctum: quale.*] Hoc quoque juvenum eſt, ut unguentis delibuti ad amicam eant, quod libro I. Od. v. annotavimus. Lambino autem aſſentior, qui ſic locutum eſſe hîc arbitratur Horatium, ut lib. I. Serm. v.

— *Ani-*

Meæ laborarunt manus.
Quid accidit? cur dira barbaræ minus
Venena Medeæ valent,
Quibus ſuperbam fugit ulta pellicem,
Magni Creontis filiam,
Quum palla, tabo munus imbutum, novam
Incendio nuptam abſtulit?
Atqui nec herba, nec latens in aſperis
Radix fefellit me locis.
Indormit unctis omnium cubilibus
Oblivione pellicum.
Ah, ah, ſolutus ambulat veneficæ
Scientioris carmine.

Non

—— *Animæ, quales neque candidiores*
Terra tulit, &c.

Vide & Linacrum de Emend. ſtruct. lib. 6. *Laborarint* etiam haud dubiè melius, VIII. librorum quos vidi auctoritate comprobatum. Unguentariam autem ſe eſſe Canidia ſignificat. *Nardo perunctum.*] Unguento Nardino perunctum.

60. *Quid accidit?*] Miratur Canidia cur venena præſtantiſſima, quæ in Varum adhibuerat, minus valerent, quam ea quibus uſa eſt Medea in Creüſam Creontis filiam.

61. *Venena Medeæ.*] *Venena Medeæ* interpretor ex Medeæ præſcripto & arte confecta, hac in re tam præſtantis, ut quæ ſequuntur efficere potuerit.

63. *Superbam.*] Multò plures codd. vulgatam tuentur lectionem, *ſuperba*; ut ad Medeam artibus ſuis & curru illo volatili à Sole patre ſuo præparato gloriantem, non ad pellicem referatur. *Superbam.*] Creüſam potentem & ſuperbi regis filiam.

65. *Palla, tabo munus.*] Palla accepta Creüſa cum tota Creontis regia ſubito incendio conflagravit. *Tabo.*] *Tabum* pro corrupto ſanguine veteres Grammatici ferè interpretantur; Horatius pro quacumque veneni peſte poſuit. neque enim anxiè inquirendum, quod genus illud veneni fuerit; poſtquam per jocum, ut antè vidimus, allio quoque tantas vires tribuit.

66. *Nuptam abſtulit.*] Creüſam Jaſoni nuptam.

67. *In aſperis locis.*] In montibus.

68. *Fefellit me.*] Latuit me.

69. *Indormit unctis.*] Varum dicit ſecurum tutumque à quarumcumque pellicum amoribus dormire, neque curare cujuſquam veneficium, utpote ſolutum alterius veneficæ opera. Profitebantur enim ſagæ ſe ei conciliare poſſe amores, & ſolvere. Tibullus:

Quid credam? nempe hæc eadem ſe dixit amores
Cantibus atque herbis ſolvere poſſe meos.

Uncta igitur *oblivione cubilia* interpretor, medicamentis quæ oblivionem inducerent circumlita. *Indormit unctis omnium cubilibus.*] Varus indormit cubilibus unctis oblivione omnium pellicum, id eſt, dormit ſecurus, mei & omnium ſuarum pellicum amore ſolutus.

71. *Solutus ambulat.*] Quaſi ſua carmina nullius ſint efficaciæ.

72. *Carmine.*] Veneficæ doctioris cantione.

73. *Non*

Non uſitatis, Vare, potionibus
(O multa fleturum caput!)
Ad me recurres: nec vocata mens tua
Marſis redibit vocibus.
Majus parabo, majus infundam tibi
Faſtidienti poculum.
Priuſque cœlum ſidet inferius mari,
Tellure porrecta ſuper:
Quam non amore ſic meo flagres, uti
Bitumen atris ignibus.
Sub hæc puer, jam non, ut ante, mollibus
Lenire verbis impias:
Sed dubius unde rumperet ſilentium,
Miſit Thyeſteas preces.

Venena

73. *Non uſitatis.*] Novis & inſolitis veneficiis tu ad me recurres velis nolis. *Potionibus.*] Quinctil. Declamat. CCCL. venenum interpretatur potionem mortis cauſſa datam. Hinc *potionatus* uxoris opera Cajus princeps apud Suet. amatorio quidem, ut ait, medicamento, ſed quod in furorem verterit.

74. *O multa fleturum caput.*] O caput multum fleturum, id eſt, cui multa impendent mala.

75. *Nec vocata mens tua, &c.*] Non te Marſa nænia, nec cantione ad me revocabo, nec mens tua mihi reſtituetur Magico carmine: ſed majus quiddam parabo, & ex humanis extis amatorio temperato, non uſitata potione te inſanum amore mei reddam. Turneb. lib. 14. cap. 9. *Nec vocata mens tua.*] Nec mens tua facta ſemel à me inſana, ad ſanitatem revertetur carminibus potentiſſimis, qualia ſciunt Marſi, Apuliæ populi, qui à Circe venefica didicerunt.

76. *Marſis vocibus.*] Marſi enim in Italia, quod in Græcia Theſſali; nec minùs celebrata Circe quàm Medea. Plinius lib. XXV. cap. 11. Rectè igitur & Tibullus eas conjunxit hoc verſu:

Quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni.

Porrò à Marſo Circes filio, orta Marſorum gens. De quorum in venenis præſtantia Gellius lib. XVI. cap. XI.

78. *Faſtidienti poculum.*] Tibi faſtidienti & aſpernanti me.

79. *Sidet inferius mari.*] Priùs cœlum ſubſidebit mari, quam, &c. Natura mutabitur. *Hyperbole eſt.*

80. *Tellure.*] Tellure ſuperjecta.

82. *Bitumen.*] Naphtam, de qua modò dixi, circa Babyloniam liquidi bituminis modo fluere tradit Plinius; & alioqui *bitumen* omne, igneæ naturæ, Græci ἄσφαλτον appellant. *Atris ignibus.*] Ignes ex bitumine nigreſcunt.

83. *Sub hæc puer.*] Paulo poſtquam hæc locuta eſt Canidia.

84. *Lenire.*] Lenibat.

85. *Unde rumperet.*] Dubius à qua re exordium loquendi ſumeret.

86. *Thyeſteas preces.*] Ut enim Græci ἀρὰς, ſic Latini *preces*, tam pro obſecrationibus, quàm pro execrationibus uſurpant, præſertim Flaccus noſter. *Thyeſteas preces.*] Emiſit diras execrationes, qualibus Thyeſtes in fratrem Atreum uſus eſt.

87. *Venena*

Venena magnum fas, neſaſque, non valent
Convertere humanam vicem.
Diris agam vos: dira deteſtatio
Nulla expiatur victima.
Quin, ubi perire juſſus exſpiravero,
Nocturnus occurram furor:

Petam-

87. *Venena magnum fas neſaſque.*] *Venenum* Latinis, ut φάρμακον Græcis, inter ea vocabula eſt, quæ Grammatici μέσα ſive media vocant, & tam bonum, quàm malum ſignificant, uti & *virus* (teſte Servio in illud Virg. 1. Georg. *Ille malum viris; &c.*) Itaque *veneni nomine continetur omne, quod adhibitum, ejus rei, cui adhibitum eſt, naturam mutat, ſive ad ſanandum ſive ad occidendum paratum eſt.* Verba ſunt Caji Juriſconſ. l. CCXXXV. De verborum ſignificatione. Puer igitur, qui Canidiam tam magna pollicentem jactantemque audiebat; At, inquit, venena iſta veſtra, quantumcumque ponderis ac momenti habeant, ſive fas ſive nefas teneant, non valent tamen *convertere humanam vicem*; hoc eſt, efficere nequeunt, quin, quod in rebus humanis perpetuò cernimus, malis malè ſit, & quas meruere pœnas, luant. ſic enim *vicis* vocabulo utuntur veteres. Brutus ad Ciceronem: *Valde & meam & veſtram vicem timeam neceſſe eſt*, hoc eſt, ea quæ adverſa nobis, ſive merentibus, ſive immerentibus, evenient. Nec malè Porphyrion, *Vices*, inquit, *appellantur pœnæ, quæ in malos regeruntur. Venena magnum fas, neſaſque.*] Vel ſic interpretabimur: In veneficiis eſt quidem magna vis, ſed tantum profecto non poſſunt illa pro hominibus efficere, ut natura æqui & iniqui, ut fas & nefas, jus & injuria mutentur. hoc hominum cauſſa non poſſunt præſtare: Atque id eſt humanam vicem convertere: & ut in Epiſt. Cic. *noſtram vicem ultus eſt ipſe ſeſe*, id eſt, quod facere debuimus, id pro nobis noſtraque vice fecit. *Turneb.* lib. 14. cap. 10. *Venena, magnum fas neſaſque.*] Mulieres veneficæ fas & nefas confundere, ſuiſque venenis humana & divina pervertere poſſunt; ſed humanæ vitæ ſortem nequeunt immutare: neque poſſunt effugere quin ſuorum maleficiorum pœnas dent, & morte pereant miſerabili. *Alii aliter hunc locum exponunt. per me libera eſt ſua cuique opinio.*

89. *Diris agam vos.*] Execrationibus vos perſequar. *Dira deteſtatio, &c.*] Sic Oda, quam dixi, XXVIII. poſt imprecationem additur;

Teque piacula nulla reſolvent.

Credebant enim antiqui ea expiari non poſſe, quæ affecti inſigni aliquâ injuriâ, ipſi illi qui intulerat, toto animo imprecabantur. Quare & *diras* appellarunt, quæ Deos iratos infeſtoſque redderent.

90. *Nulla expiatur victima.*] Nullo purgatur ſacrificio.

91. *Ubi perire.*] Ubi mortuus fuero vobis per noctem occurram & perterrefaciam. ſic Dido: *Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.* Et Ov. in Ibin:

Tum quoque factorum veniam memor umbra tuorum,
Inſequar & vultus oſſea forma tuos.

De Phryxo quoque ab Æta occiſo Pelias apud Valer. Flaccum:

—— Non nuntia tantum
Fama refert ipſum juvenem tam ſæva gementem:
Ipſum ego, cum ſeras feſſos ſopor alligat artus,
Aſpicio.

Neque id ſoli Poëtæ narrant, aut ad animi tantum conſcientiam referendum. nam graviſſimi auctores ita hiſtoriam tradunt; veluti Plut. *Cimone*, de Damone quodam per fraudem in gymnaſio interfecto, deque his quæ Pauſaniæ Græcorum duci Byzantii contigerunt.

93. *Petam-*

Petamque vultus umbra curvis unguibus,
Quæ vis deorum eſt Manium:
Et inquietis aſſidens præcordiis,
Pavore ſomnos auferam.
Vos turba vicatim, hinc & hinc ſaxis petens,
Contundet obſcœnas anus.
Poſt inſepulta membra different lupi
Et Eſquilinæ alites.
Neque hoc parentes (heu) mihi ſuperſtites,
Effugerit ſpectaculum.

93. *Petamque vultus.*] Et ego umbra involabo in facies veſtras.

94. *Quæ vis Deorum.*] Quæ *umbra* vis eſt & ultio Deorum Manium, ſic ut per umbras Dii Manes ſe vindicent.

95. *Aſſidens præcordiis.*] Et ego inhærens præcordiis nunquam quieſcentibus auferam ſomnos, &c.

97. *Vicatim hinc.*] E ſingulis vicis.

99. *Different lupi.*] Diſcerpent & diſſipabunt corpora veſtra inſepulta; quo nihil veteribus fuit horribilius.

100. *Eſquilinæ alites.*] In Eſquiliis commune viliſſimorum hominum ſepulcrum fuiſſe, ipſe Horatius lib. I. Serm. VIII. teſtimonium dicet. Porphyrion etiam ad portam Eſquilinam non modò pauperum ſed & ſceleratorum corpora comburi, vel ambuſta abjici ſolere tradit. Sed & Tacitus lib. II. locum ſupplicii ibi fuiſſe oſtendit his verbis: *Sumtum more priſco extra Eſquilinam de nocentibus ſupplicium.* Quin Eſquilinam portam etiam *Maciam* olim vocatam fuiſſe volunt. Et carnificum ibidem habitationem fuiſſe. Mirabitur quiſpiam, cur fingat Eſquiliis veneficarum nocturna & magica ſacra Horatius: ſed mirari deſinet, qui ſciet eas mulieres buſta ſequi ſolere: ita à Græcis *buſtuariæ* appellatæ, quod in monumentis ſæpe verſarentur, & mortuorum cadavera mutilarent. *Turneb.* lib. 14. cap. 38. *Eſquilinæ alites.*] Vultures aves, in Eſquiliis *(colle urbis Romæ)* volitare ſolent.

101. *Neque hoc parentes.*] Parentes mei mihi ſuperſtites (ad ſuum luctum leniendum) videbunt has veneficas inſepultas, atque earum membra à canibus & avibus dilacerata.

EPOD VI.

In CASSIUM SEVERUM,

Poëtam maledicum & petulantem.

QUID *immerentes hoſpites vexas, canis,*
Igna-

QUoniam *in* Caſſium Severum *carmen hoc ſcriptum eſſe, tam ex veterum librorum titulis, quàm Grammaticorum ſcholiis conſtat, quis ille fuerit videamus.* Caſſius *itaque* Severus *celebris Augusti tempore orator (quod teſtimonium de eo fert Plin. lib.* VII. *c.* XII.*) inter alios potentiſſimos reos Nonium Aſprenatem, ipſi Cæſari cognatione junctum, de veneficio accuſavit; una ejus patina* CXXX. *interiiſſe convivas objiciens. ſic enim Plin. l.* XXXVI *c.* XII. *Horatius igitur hominem accuſandi avidum, & maledicum, ſed parum efficacem, meritò ignobili cani comparat; imo* canem *vocat, ut philoſophos dictos inde Cynicos ſolemus.*

1. *Immerentes.*] Cur hoſpites vexas nihil mali meritos. *Hoſpites.*] Sic, puto,

Venena magnum fas, nefaſque, non valent
Convertere humanam vicem.
Diris agam vos: dira deteſtatio
Nulla expiatur victima.
Quin, ubi perire juſſus exſpiravero,
Nocturnus occurram furor:

Petam-

87. *Venena magnum fas nefaſque.*] *Venenum* Latinis, ut φάρμακον Græcis, inter ea vocabula eſt, quæ Grammatici μέσα ſive media vocant, & tam bonum, quàm malum ſignificant, uti & *virus* (teſte Servio in illud Virg. 1. Georg. *Ille malum virus; &c.*) Itaque *veneni nomine continetur omne, quod adhibitum, ejus rei, cui adhibitum eſt, naturam mutat, ſive ad ſanandum ſive ad occidendum paratum eſt.* Verba ſunt Caji Juriſconſ. l. CCXXXV. De verborum ſignificatione. Puer igitur, qui Canidiam tam magna pollicentem jactantemque audiebat; At, inquit, venena iſta veſtra, quantumcumque ponderis ac momenti habeant, ſive fas ſive nefas teneant, non valent tamen *convertere humanam vicem*; hoc eſt, efficere nequeunt, quin, quod in rebus humanis perpetuò cernimus, malis malè ſit, & quas meruere poenas, luant. ſic enim *vicis* vocabulo utuntur veteres. Brutus ad Ciceronem: *Valde & meam & veſtram vicem timeam neceſſe eſt*, hoc eſt, ea quæ adverſa nobis, ſive merentibus, ſive immerentibus, evenient. Nec malè Porphyrion, *Vices*, inquit, *appellantur pœnæ, quæ in malos regeruntur. Venena magnum fas, nefaſque.*] Vel ſic interpretabimur: In veneficiis eſt quidem magna vis, ſed tantum profecto non poſſunt illa pro hominibus efficere, ut natura æqui & iniqui, ut fas & nefas, jus & injuria mutentur. hoc hominum cauſſa non poſſunt præſtare: Atque id eſt humanam vicem convertere: & ut in Epiſt. Cic. *noſtram vicem ultus eſt ipſe ſeſe*, id eſt, quod facere debuimus, id pro nobis noſtraque vice fecit. *Turneb.* lib. 14. cap. 10. *Venena, magnum fas nefaſque.*] Mulieres veneficæ fas & nefas confundere, ſuiſque venenis humana & divina pervertere poſſunt; ſed humanæ vitæ ſortem nequeunt immutare: neque poſſunt effugere quin ſuorum maleficiorum poenas dent, & morte pereant miſerabili. *Alii aliter hunc locum exponunt. per me libera eſt ſua cuique opinio.*

89. *Diris agam vos.*] Execrationibus vos perſequar. *Dira deteſtatio, &c.*] Sic Oda, quam dixi, XXVIII. poſt imprecationem additur;

Teque piacula nulla reſolvent.

Credebant enim antiqui ea expiari non poſſe, quæ affecti inſigni aliquâ injuriâ, ipſi illi qui intulerat, toto animo imprecabantur. Quare & *diras* appellarunt, quæ Deos iratos infeſtoſque redderent.

90. *Nulla expiatur victima.*] Nullo purgatur ſacrificio.

91. *Ubi perire.*] Ubi mortuus fuero vobis per noctem occurram & perterrefaciam. ſic Dido: *Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.* Et Ov. in Ibin:

Tum quoque factorum veniam memor umbra tuorum,
Inſequar & vultus oſſea forma tuos.

De Phryxo quoque ab Æeta occiſo Pelias apud Valer. Flaccum:

——— Non nuntia tantum
Fama refert ipſum juvenem tam ſæva gementem:
Ipſum ego, cum ſerus feſſos ſopor alligat artus,
Aſpicio.

Neque id ſoli Poëtæ narrant, aut ad animi tantum conſcientiam referendum. nam graviſſimi auctores ita hiſtoriam tradunt; veluti Plut. *Cimone*, de Damone quodam per fraudem in gymnaſio interfecto, deque his quæ Pauſaniæ Græcorum duci Byzantii contigerunt.

93. *Petam-*

Petamque vultus umbra curvis unguibus,
Quæ vis deorum eſt Manium:
Et inquietis aſſidens præcordiis,
Pavore ſomnos auferam.
Vos turba vicatim, hinc & hinc ſaxis petens,
Contundet obſcœnas anus.
Poſt inſepulta membra different lupi
Et Eſquilinæ alites.
Neque hoc parentes (heu) mihi ſuperſtites,
Effugerit ſpectaculum.

93. *Petamque vultus.*] Et ego umbra involabo in facies veſtras.

94. *Quæ vis Deorum.*] Quæ *umbra* vis eſt & ultio Deorum Manium, ſic ut per umbras Dii Manes ſe vindicent.

95. *Aſſidens præcordiis.*] Et ego inhærens præcordiis nunquam quieſcentibus auferam ſomnos, &c.

97. *Vicatim hinc.*] E ſingulis vicis.

99. *Different lupi.*] Diſcerpent & diſſipabunt corpora veſtra inſepulta; quo nihil veteribus fuit horribilius.

100. *Eſquilinæ alites.*] In Eſquiliis commune viliſſimorum hominum ſepulcrum fuiſſe, ipſe Horatius lib. I. Serm. VIII. teſtimonium dicet. Porphyrion etiam ad portam Eſquilinam non modò pauperum ſed & ſceleratorum corpora comburi, vel ambuſta abjici ſolere tradit. Sed & Tacitus lib. II. locum ſupplicii ibi fuiſſe oſtendit his verbis: *Sumtum more priſco extra Eſquilinam de nocentibus ſupplicium.* Quin Eſquilinam portam etiam *Maciam* olim vocatam fuiſſe volunt. Et carnificum ibidem habitationem fuiſſe. Mirabitur quiſpiam, cur fingat Eſquiliis veneficarum nocturna & magica ſacra Horatius: ſed mirari deſinet, qui ſciet eas mulieres buſta ſequi ſolere: ita à Græcis *buſtuariæ* appellatæ, quod in monumentis ſæpe verſarentur, & mortuorum cadavera mutilarent. *Turneb.* lib. 14. cap. 38. *Eſquilinæ alites.*] Vultures aves, in Eſquiliis (*colle urbis Romæ*) volitare ſolent.

101. *Neque hoc parentes.*] Parentes mei mihi ſuperſtites (ad ſuum luctum leniendum) videbunt has veneficas inſepultas, atque earum membra à canibus & avibus dilacerata.

EPOD VI.

In CASSIUM SEVERUM, Poëtam maledicum & petulantem.

QUID *immerentes hoſpites vexas, canis,*
Igna-

QUoniam in Caſſium Severum *carmen hoc ſcriptum eſſe, tam ex veterum librorum titulis, quàm Grammaticorum ſcholiis conſtat, quis ille fuerit videamus.* Caſſius *itaque* Severus *celebris Augusti tempore orator (quod teſtimonium de eo fert Plin. lib.* VII. *c.* XII.*) inter alios potentiſſimos reos Nonium Aſprenatem, ipſi Cæſari cognatione junctum, de veneficio accuſavit; una ejus patina* CXXX. *interiiſſe convivas objiciens. ſic enim Plin. l.* XXXVI. *c.* XII. *Horatius igitur hominem accuſandi avidum, & maledicum, ſed parum efficacem, meritò ignobili cani comparat; imo* canem *vocat, ut philoſophos dictos inde Cynicos ſolemus.*

1. *Immerentes.*] Cur hoſpites vexas nihil mali meritos. *Hoſpites.*] Sic, puto,

Ignavus adverſum lupos?
Quum huc inaneis, ſi potes, vertis minas,
Et me remorſurum petis?
Nam qualis aut Moloſſus, aut fulvus Lacon,
Amica vis paſtoribus,
Agam per altas aure ſublata niveis,
Quæcunque præcedet fera.
Tu, quum timenda voce compleſti nemus;
Projectum odoraris cibum.
Cave, cave: namque in malos aſperrimus
Parata tollo cornua:
Qualis Lycambæ ſpretus infido gener,
Aut

appellat homines, qui Caſſium penitiùs nondum noverant; alioqui etiam illuſtribus civibus infeſtum, ut diximus. *Canis.*] Latrator maledice.

2. *Ignavus.*] Imbecillis & nullius animi contra eos, qui te mordere poſſunt.

3. *Quin huc inanes.*] Cur non in me convertas minas inanes, quæ præter verba nihil ſunt; *Quin huc, &c.*] Vel potius, hortatur hunc maledicum, ut in ſe detorqueat ſua maledicentiæ ſpicula, nimirum ad retorquendum paratum. *Cruquius. Vertis.*] Libri VI. *verte*, & verſiculo ſequenti *pete* pro *petis*.

4. *Remorſurum petis?*] Qui pares tibi referam gratias.

5. *Nam qualis aut.*] Ordo eſt: Nam ego agam, id eſt, perſequar per altas nives alacer & aure ſublata omnem feram quæcunque præcedit me, & agam telis qualis aut, &c. *Moloſſus aut fulvus Lacon*] Genera canum nobiliſſima conjunxit etiam Poëtarum princeps hoc verſu;

Veloces Spartæ catulos, acremque Moloſſum
Paſce ſero pingui.

Neque aliter *odora canum vis* dixit, pro odoris canibus, quàm noſter *amica vis paſtoribus*, pro paſtoribus grati atque amici. *Moloſſus.*] Canis magnus & procerus. *Lacon.*] Canis Lacedæmonicus, admodum agilis.

6. *Amica vis.*] Defenſio paſtoribus chara. *Quia canes à lupis greges protegunt.*

9. *Tu quum timenda.*] Tu quum conviciis & carmine maledico aliquem es inſectatus, pretio tibi oblato, latrare deſinis.

10. *Projectum odoraris cibum.*] Cic. *Canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia & pervestigabant.* Caſſium autem tamquam prævaricatorem inſimulat, qui minimis rebus corrumpi ſe ſineret, *Projectum.*] More canis ignaviſſimi.

12. *Parata tollo cornua.*] *Cornutam beſtiam petere* dixit Plautus, pro eum laceſſere, qui ſe ulciſci paratus ſit. *Parata tollo.*] Tollo cornua tanquam taurus, ad feriendum eos, qui mihi maledicunt.

13. *Qualis Lycambæ.*] Plures Poëtas ſtyli acerbitate nobiles commemorat antiquitas; ſed præter veteris Comœdiæ auctores, iiſque proximos Satyricos, *Theon* & *Zoilus* & *Timon* maledicentia infames fuere: *Archilochus* verò & *Hipponax*, quos juſta ob illatam injuriam iracundia ad ſcribendum provocavit, præcipuè laudantur, Jambis ambo illuſtres; ſed ætate prior *Archilochus* puris trimetris, qui & *Archilochii* ab eo appellati ſunt. *Hipponax* autem, trimetrum Archilochium in Scazontem inflexit,

Aut acer hoſtis Bupalo.

An, ſi quis atro dente me petiverit,

Inultus ut flebo puer?

flexit, ut ultimus pes ſpondæus, feriret gravius, ac veluti ferrum in vulnere relinqueret. *Qualis Lycambæ.*] Talis nimirum qualis fuit Poëta Archilochus Jamborum ſcriptor, qui carminis ſui amaritudine, Lycamben ſocerum laqueo vitam finire coëgit.

14. *Aut acer*] Hipponax Poëta acerrimus, quem dicunt ad ſuſpendium adegiſſe Bupalum pictorem. Junius Animadv. lib. 1. cap. 16.

15. *Si quis atro dente.*] Si quis lingua virulenta me carpſerit, an, ut puer, ad lachrymas confugiam? Néquaquam. *Eſt enim pueri injurias flere, viri vero ulciſci.* Sed hoc vetat lex divina. *Nam vindictam mihi, & ego retribuam, inquit Dominus.*

16. *Inultus ut flebo puer?*] Frequens eſt his generibus loquendi Homerus, non me terrebis ut puerum, non te extimeſcam ut puer. *Lambin.*

EPOD. VII.

Ad POPULUM ROMANUM.

Execratio belli civilis geſti hinc Bruto & Caſſio, illinc Octaviano, M. Antonio, & M. Lepido Coſſ.

QUO, quo ſceleſti, ruitis? aut cur dexteris

Aptantur enſes conditi?

Parumne campis, atque Neptuno ſuper

Fuſum eſt Latini ſanguinis?

Non ut ſuperbas invidæ Carthaginis

Romanus arceis ureret:

Intactus aut Britannus ut deſcenderet

Sacra

PLacet epigraphe; In pop. Rom. & deinde minuſculis litteris; Primo bello civili finito, ut ab aliis abſtineant deprecatur. *Primum autem civile bellum, non quod inter Cæſarem & Pompejum fuit intellige, ſed quo mecum patris contra Brutum & Caſſium uſus eſt Auguſtus, ſecuto poſtea bello Siculo, & Actiaco.*

1. *Sceleſti ruitis.*] Sceleſti, id eſt, impii ſunt in plateis, ubi civis à cive interficitur.

2. *Conditi.*] Cur enſes in vaginis incluſi jam diſtringuntur?

3. *Campis atque.*] Terra marique.

5. *Non ut ſuperbas invida.*] Non ut Romanus miles Carthaginem, quæ imperii Romani diu æmula fuit, everteret atque incenderet; neque ut Britanni nondum domiti, vincti per triumphum ducerentur: ſed ut Roma ſua manu labefactata concideret. *Lambin. Invida.*] Carthago ſemper fuit imperii Rom. æmula.

6. *Romanus.*] Romanus miles.

7. *Intactus aut Britannus.*] Tentavit quidem Britanniam C. Julius Cæſar, cum in inſulam illam ex Gallia trajiceret; ſed uſque ad Claudii principis tempora invicta permanſit. auctor Suet. *Intactus.*] Britannus bello nondum domitus.

Sacra catenatus via:
Sed ut ſecundum vota Parthorum, ſua
Urbs hæc periret, dextera.
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Unquam, niſi in diſpar feris.
Furorne cæcus, an rapit vis acrior,
An culpa? reſponſum date.
Tacent, & ora pallor albus inficit,
Menteſque perculſæ ſtupent.
Sic eſt. acerba fata Romanos agunt,
Sceluſque fraternæ necis:

Ut

8. *Sacra catenatus via.*] Sacra dicta eſt via, quod per eam ſacra quotquot menſibus ferrentur in arcem: aut quod in ea fædus ictum ſit inter Romulum & Tatium regem. *Cruquius.* Portam Romæ triumphalem fuiſſe, pontem quoque ac viam triumphalem, omnibus conſtat. Et quidem ultra Tiberim hanc fuiſſe portam nemo negaverit, ſiquidem pontem tranſire neceſſe erat; ſed quò loci fuerit non ſatis liquidò traditur. hoc interim in confeſſo eſt, eos qui triumphant, Velabrum prætervectos, inde per forum Romanum, ac viam Sacram, qua clivo Capitolino adhærebat, Capitolium aſcendiſſe. De via Sacra teſtimonium hic Horatii habemus. Accedat quod notavimus lib. III. Od. II. *Per ſacrum clivum. Sacra catenatus via.*] Ut per ſacram viam vinctus duceretur ad Capitolium in triumpho.

9. *Vota Parthorum.*] Secundum optata Parthorum inimicorum veſtrorum. *Sua.*] Sua dextra, id eſt, bellis civilibus.

12. *Niſi in diſpar feris.*] Niſi in animal alterius generis: veſtra igitur crudelitas eſt plus quàm ferina. *In diſpar feris.*] Poſterior Lamb. editio *diſpar genus* ſubſtituit: at prior & libri manuſcripti omnes, *feris* non *genus* legunt; nec dubium, quin ad oram alicujus libri adſcriptum τὸ *genus*, pro declaratione vocabuli *diſpar*, ſcribam deceperit. Glareanus ſic exponit: Neque unquam hic mos fuit feris leonibus, niſi in diſpar genus.

13. *Furorne cæcus.*] Duo exemplaria *cæcos* habent, nec diſplicet. Recteque enumerat Horat. nam aut Deorum ira fataliſque neceſſitas ut imperia mutentur: aut proprius furor, ſive culpa, & ei debita pœna, nos in bellum trahunt. Quamquam nec divinam ſentiremus iram, niſi ſcelera illam noſtra provocarent. *Furorne cæcus.*] Inſaniane an major vis, *(utpote fatalis neceſſitas)* an culpa cauſa eſt civilis furoris?

15. *Tacent.*] Talis ille Virg. verſus?
Hac effata ſilet, pallor ſimul occupat ora.
Qualem ſcilicet ſcelerum conſcientia excitare ſolet.

16. *Menteſque.*] Mentes ſceleris conſcientia perculſæ obſtupuerunt.

17. *Sic eſt.*] Sic eſt, ut Dii irati ob ſcelus Romuli (qui fratrem Remum dominandi cauſa interemit) immiſerunt in Romanos hæc bella civilia. *Acerba fata.*] Duos vidi codices, qui *facta* habebant. quod improbare non poſſum; ut Romani, & ſua & Romuli auctoris ſui culpa, ad arma venerint. Quale illud, *delicta majorum, &c.* Nec ſanè *ſceleſtos* vocare debuit, quorum nulla ſit culpa.

19. Ut

Ut immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

19. *Ut immerentis.*] Poſtquam cruor innocentis Remi effuſus eſt in terram.

20. *Sacer nepotibus cruor.*] Cruor nepotibus ſacer, id eſt, execrabilis, vel pernicioſus poſteris, qui pœnas luerent ejuſdem ſceleris.

EPOD. VIII.

Ad anum libidinoſam.

ROGARE *longo putidam te ſeculo,*
Vires quid enervet meas?
Cum ſit tibi dens ater, & rugis vetus
Frontem ſenectus exaret:
Hietque turpis inter aridas nateis
Podex, velut crudæ bovis.
Sed incitat me pectus, & mammæ putres,
Equina quales ubera:
Venterque mollis, & femur tumentibus
Exile ſuris additum.

Eſto

LUbet *adſcribere incerti Commentatoris huic carmini præſcriptum titulum:* In anum libidinoſam, proſtitutam, putidam, Gratidiam; quam aſpernatur, cujus vitia corporis deteſtatur. *Uſque adeò miſera illa Gratidia Grammaticis exoſa eſt.*

1. *Rogare longo.*] Poëta iratus, orationem non profert integram, ſed præciſam. eſt igitur ſubaudiendum, Oportet, decet, æquum eſt, aut ſimile. Non te pudet putidam, id eſt, marceſcentem longa ætate rogare me, quid vires meas debilitet & ad Venerem ineptas reddat? *Longo putidam te ſæculo.*] *Sæculum* ferè centum annorum eſt; ſed tamen & pro triginta & pro mille annorum ſpatio ſæpè accipitur; hîc verò ſimpliciter pro ævo ſeu pro ætate.

3. *Et rugis vetus.*] Et cum ſenectus frontem tibi rugoſam effecerit.

4. *Frontem ſenectus exaret.*] Eleganter vetus Scholiaſtes, *Id eſt, rugis tanquam ſulcis proſcindat.* Virg. VII. Æneid.

Et frontem obſcœnam rugis arat.

5. *Hietque turpis.*] Cumque dehiſcat turpis podex, veluti podex bovis, quæ cruditate laboret, unde cibum malè concoquit, atque ideo cruda excrementa ejicit.

6. *Crudæ bovis.*] Ego ſic dictum exiſtimo, ut lib. III. Od. XI. de equa,

Nuptiarum expers, & adhuc protervo
Cruda marito.

7. *Sed incitat.*] Sed pectus tuum incitat me ad Venerem, &c. Ironia eſt amariſſima. *Incitat me pectus.*] Perinde enim ac de Phryne illa nobiliſſima meretrice locuturus incipit; at flagitioſè deſinit. *Putres.*] Mammæ pendulæ non turgentes, ut in puellis.

8. *Quales ubera.*] Tales mammæ, qualia ſunt equina ubera.

9. *Venterque mollis.*] Venter rugoſus & luridus. *Tumentibus.*] Et hydropicis

ſuris,

Eſto beata: funus atque imagines
Ducant triumphales tuum:
Nec ſit marita, quæ rotundioribus
Onuſta bacis ambulet.
Quid, quod libelli Stoïci inter ſericos
Jacere pulvillos amant?
Illiterati num minus nervi rigent?
Minuſve languet faſcinum?

Quod

ſuris, gracile femur appoſitum, quod ſæpe fit in tabidis.

11. *Eſto beata.*] Dives eſto & nobilis. *Imagines, &c.*] Quales ſcilicet in funere nobilium virorum præferebantur. Idem enim mulieribus apud Romanos habebatur honor funeris, qui & viris, ſi modò jus imaginum habebant; hoc eſt, ſi majores curulem aliquem magiſtratum geſſiſſent. inde enim nobilitas.

12. *Ducant triumphales tuum.*] Præcedant funus tuum imagines triumphales, id eſt, imagines majorum tuorum, qui triumpharunt, ad declarandam generis tui antiquitatem.

13. *Rotundioribus Onuſta bacis.*] Sic optima quæque exemplaria, non *baccis*. *Bacca* autem propriè lauri, oleæ, myrti, ſimiliumque arborum fructus; à quarum ſimilitudine *bacas* etiam vocabant margaritas. Ac eas digitis auribuſque, & quidem ſæpè binas ternaſque geſtare feminarum gloria erat. Jam verò cùm *onuſtam bacis* dicit Poëta, non ſolùm numerum, ſed & pondus indicat. Rectè etiam eas à rotunditate commendat; cùm, ut Plinius nobis tradit l. IX. c. XXXV. *Margaritarum dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere conſiſtat.* Quamquam & oblongæ laudabantur, quos *elenchos* vocabant, ad aurium præcipuè ornamenta. Unde Juven. Sat. VI.

Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

14. *Bacis ambulet.*] Unionibus, quos rotunditas reddit pretioſos.

15. *Libelli Stoïci.*] Locus obſcurus; nec ſane multum refert ut rectè intelligatur. Ad oram optimi cod. ſic adſcriptum; *Quaſi diceret, quid refert quod etiam te literatam eſſe oſtentas, ut me ad te amandum provoces?* Ego verò per *libellos Stoïcos*, Philoſophos ipſos intelligo, quorum amorem jactabat anus; quod formæ & ætati deerat, lecti pulvinorumque mollitia ac deliciis compenſans. At Horatius nihil illud morans; quod ad Venerem faciat, requirit. Vide Turneb. Adverſ. lib. IX. c. XXIII. & lib. 14. cap. 10. *Libelli Stoïci.*] Philoſophiæ ſtudium præ ſe fert, ut adveniente amatore, docta & honeſta videretur eſſe. Abſit, ut hac noſtra ætate ſint hujus farinæ ullæ mulieres, quæ Biblia ſacra in manibus ad templum ferentes atque illa domi inter pulvinaria reponentes, de rebus divinis & arduis non ſolum inter ſe & cum ſuis maritis concertare ſolent, ſed etiam cum eruditiſſimis Theologiæ profeſſoribus manus conſerere audeant, eo nimirum ut piæ atque religioſæ, ſpecie tantum, non reverà eſſe videantur. Non eſt meum judicare. Hoc tantum dico, ut virorum, ſic fœminarum aliæ ſunt hypocritæ, aliæ religioſæ cum libris, ſine libris.

16. *Amant.*] Solent.

17. *Illiterati num.*] Ineruditorum nervi, (id eſt, penes vel mentulæ) ſine literis, num minus arriguntur? Lege;

Illiteratis num minus nervi rigent?
Magiſve languet faſcinum?

ſubaudi, quam literatis. *Guiet.*

18. *Faſcinum.*] Faſcinum eſt virile membrum, cujus ſpecies è collo puerisſuſpenſa

Quod ut ſuperbo provoces ab inguine,
Ore allaborandum eſt tibi.

ſuſpenſa faſcinationibus erat remedio. *Faſcinum.*] Hoc loco mentulam ſignificat. Cujus rei hæc ratio eſt. mentulæ ſpecies è collo puerorum ſuſpenſa, aſpicientibus riſum movet; atque idcirco faſcinum & faſcinantium invidiam depellere aut placare exiſtimabatur. Nam quæ ridicula & ſubturpia ſunt, faſcinationibus remedio ſunt. Et Varro lib. 5. de ling. lat teſtatur *collo pueri rem turpiculam ſuſpendi ſolitam, ne quid obeſſet bonæ ſcævæ cauſa.* Significat igitur hanc anum nullis neque blandimentis, neque delinimentis aſſequi poſſe, ut ametur aut ejus amplexus expetantur propterea quod anus eſt. Vide Cælium lib. 4. c. 6. Turneb. lib. 9. c. 28. *Lambin.*

19. *Superbo provoces.*] Ab inguine faſtidioſo.

20. *Ore allaborandum eſt tibi.*] Lingua. Adeo obſcœna ſunt iſta, ut ſalva verecundia explicari non poſſint.

EPOD. IX.

Ad MÆCENATEM.

Præſentit voluptatem quam percipiet ex Auguſti victoria adverſus Antonium & Cleopatram.

QUANDO *repoſtum Cæcubum ad feſtas dapes,*
Victore lætus Cæſare,
Tecum ſub alta (ſic Jovi gratum) domo,
Beate Mæcenas, bibam,
Sonante miſtum tibiis carmen lyra:
Hac Dorium, illis Barbarum?

Ut

1. R*Epoſtum Cæcubum ad feſtas dapes.*] Cum *Cæcubum* nominat, & quidem *repoſtum*, idque *ad feſtas dapes*, modis omnibus optimæ notæ vinum ſignificat, tantaque victoria dignum. *Repoſtum Cæcubum.*] Vinum Cæcubum ſervatum & repoſitum ad feſtas epulas.

2. *Victore lætus.*] In prælio navali apud Actium, ubi Antonium & Cleopatram Cæſar ſuperaverat.

3. *Sub alta.*] Domum Mæcenatis intelligit, ob turrem illam Mæcenatianam, de qua lib. III. Od. XXIX. ac proinde ab ipſo præberi debere cœnam oſtendit. *Sic Jovi gratum.*] Nihil aliud eſt, quam volente ita Jove. Ergo de futuro dicitur, non de præſenti; boni ominis cauſſa, ut ſolemus. *Heinſius.* Jupiter enim victoriæ auctor, ab his qui vicêre, publicam lætitiam quodammodo exigit. Publica autem lætitia ſupplicationibus ſacrificiiſque atque epulis conſtat.

5. *Miſtum.*] Sunt qui *miſtis* legant; quod equidem in nullo fide digno codice inveni. Receptam lectionem firmat locus huic germanus lib. III. Od. XV.

Lydis remiſto carmine tibiis.

Mixtum autem, ſive lyræ, ſive tibiæ, ſive fiſtulæ carmen dicitur, quod illis voce accinitur, aut cujus numeri modulive etiam ſine voce per organa redduntur. Sed voce accinere honeſtius habebatur.

6. *Hac Dorium, illis Barbarum.*] Volumine opus ſit, ſi quis organorum harmoniarumque veteris Muſicæ rationem

 ad ex-

Ut nuper, actus cum freto Neptunius
Dux fugit uſtis navibus,
Minatus urbi vincla, quæ detraxerat
Servis amicus perfidis.
Romanus, (eheu poſteri negabitis)

Eman-

ad explicandum Horatium conferre velit. Sufficiat igitur obiter annotaſſe, ut tria Græcorum genera fuere, Dores, Æoles, Iones, ſic & Harmonias fuiſſe tres. Doricam, Æoliam, atque Ionicam: Barbaras vero duas, Phrygiam, & Lydiam. Ex his Doricam maxime commendatam ac Phrygiam. quamquam enim concitatior Phrygia, commovendis tamen ad virtutem animis non inefficax habebatur. Jam vero inter organa Muſicæ accommodata alia aliis harmoniis aptiora erant. Nam quod lib. VIII. monet Ariſt. & nos quoque ante diximus, eandem in organis vim habebat tibia, quam in vocibus harmonia Phrygia. Nec mirum. Phrygum enim inventum tibia. Jam verò Romani, quibus ſolenne erat virtute præſtantium virorum laudes in conviviis & voce & organis celebrare, quanto ceteris nationibus graviores erant, tanto, veriſimile eſt, moderatiore Muſica tenebantur. qualem Doricam Phrygiamque eſſe diximus. Cum itaque Phrygiæ conſonet tibia, Doricæ vero lyra; pereruditè Flaccus noſter hunc concentum poſtulat, ut Dorica per ſe ſubtriſtior, Phrygiæ hilaritate concinnetur. Supereſt ut *Barbarum* pro Phrygio dixiſſe Poëtam credatur. quod non ex hoc tantum loco, ſed & Epiſt. II. lib. I.

Græcia Barbariæ lento colliſa duello,

apertè conſtat. Hinc *Barbaricæ veſtes* apud Lucretium pro Phygiis (unde & Phrygiones dicti earum artifices) & *Barbara tegmina crurum*, pro armatura Phrygia apud Virgilium. *Turn.* l. 9. c. 18. *Hac Dorium.*] Lyra ſonante carmen Dorium, tibiis ſonantibus carmen barbarum, id eſt, Phrygium vel Lydium.

7. *Ut nuper.*] Confecto ſcilicet bello Siculo, quod Actiacum anteceſſit. Jam vero quod *Neptunium ducem* Sextum Pompejum vocat Poëta, id quoque ex hiſtoria petendum. Patris enim, qui universo mari imperaverat, gloria elatus, & occupata jam Sicilia ferox, Neptuni filius videri voluit, veſtemque cæruleam (στολὴν κυανοειδῆ vocat Dion) ſumpſit, equoſque ac viros vivos in fretum, tamquam hoſtiam conjecit. qua de re, præter Dionem, Plin. lib. XIX. c. XVI. *Ut nuper.*] Ut nuper tecum bibi. *Actus quum freto.*] Fugatus & pulſus freto Siciliæ. *Neptunius.*] Sextus Pompejus, qui ſe Neptuni filium prædicabat.

8. *Uſtis navibus.*] Uſtis navibus ab Auguſto.

9. *Minatus urbi vincula.*] Minatus compedes civibus Romanis, quas ſervis detraxerat in Sicilia, eos ut armaret contra patriam. vide ſupra Epod. 4.

10. *Servis amicus perfidis.*] Addit Dion tantam fuiſſe hanc fugitivorum ex tota Italia multitudinem, ut virgines Veſtales rem divinam facientes vota conciperent, ſi fugiendi finis factus fuiſſet. *Perfidi* autem fugitivi omnes. Quamquam non tam de cetera fugitivorum turba loqui Poëtam crediderim, quàm de Mæna, Menecrate, Apollophane, quorum præcipuè ductu rem gerebat Pompejus.

11. *Romanus.*] Ad Antonium redit, ejuſque exercitum, indignans eum feminæ ſervire, ac veluti mancipio dari: hoc enim hic ſignificat *emancipatus*, ſua ſponte traditus. Nam *mancupium* dicebant veteres jus ipſum dominiumque, ſeu proprietatem rei; ut in pulcerrimo illo Lucretii verſus:

Vitaque mancupio nulli datur, omnibus uſu.

Hinc

Emancipatus fœminæ,
Fert vallum, & arma miles, & ſpadonibus
Servire rugoſis poteſt:
Interque ſigna (turpe!) militaria
Sol aſpicit conopeum.
Ad hunc frementeis verterunt bis mille equos

Galli

Hinc *mancipare*, ut nunc ferè ſcribitur & *emancipare*, pro mancipio dare, in alteriuſque manum ac poteſtatem tradere; ut contrà *mancipio accipere* dicitur is, cui res traditur. Eademque ratione *emancipatus* dicitur filius, qui ſolutus patria poteſtate, ſui juris efficitur. Feſtus, & pereruditè Budæus, Cruquius ex annotationibus ſcriptis, hunc locum ſic exponit: Eheu poſteri negabitis, quod Romanus miles emancipatus, id eſt, liber & ingenuus, tulit quondam vallum, id eſt, papiliones & arma feminæ, id eſt, mollitiem omnem cum conopeo, & præterea poteſt ſervire ſpadonibus rugoſis. *Romanus.*] Antonius pro mancipio Cleopatræ fert vallum, Eheu ô poſteri, vos propter infamiam negabitis.

13. *Fert vallum.*] Notat præcipuè Antonium, ejuſque comites luxu ac mollitia diffluentes, & Reginæ libidini turpiſſimè ſervientes. His cinctum comitibus Antonium, cùm ſe ipſum regere non poſſet, Reginæ Eunuchi gubernabant: hoc eſt, quod libro I. Od. XXXVII. ait Horat.

Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum quidlibet impotens
Sperare: ——

Gregem nimirum tam Eunuchorum, quàm Antonii comitum, intelligens. *Fert vallum.*] Portat palum, quo caſtra muniuntur. *Et arma.*] *Arma ferre*, ut benè ex Cicerone Lamb. in onere non numerabant milites. arma enim membra militis eſſe dicebant. *Spadonibus Servire rugoſis.*] *Spadonum* appellatio generalis. Quos verò *Spadones* hic appellalat Horat. peculiari nomine *Eunuchi* dicuntur, Græcis pariter ac Romanis exoſi, ſed regum Barbarorum cubiculis olim præfecti; unde & nomen eos adeptos Grammatici tradunt. Turneb. l. 9. cap. 14.

14. *Rugoſis poteſt.*] Eunuchi, virilitate amiſſa, unde multum de calore naturali amittunt, cito fiunt rugoſi; horum magna erat copia in comitatu Cleopatræ. vide Od. 37. lib. I.

16. *Conopeum.*] Sic eadem de re Propert. lib. III.

Fœdaque Tarpeio conopea tendere ſaxo.

At Juvenal. Sat. VI. penultimam producit:

Ut teſtudineo tibi Lentule conopeo, &c.

Græcè κώνωπες dicuntur *culices*; inde κωνωπεῖον, velum excludendis culicibus aptum, quo lecti obtendebantur: Alexandrinorum inventum, qui ob Nili paludes, & vicinum mare, culicibus præ cæteris infeſtabantur. *Conopeum.*] Conopeum eſt tentorii genus ad culices excludendos, thalamis non caſtris aptum,

17. *Ad hunc.*] Pro *adverſus hunc.* Tale illud Virg.

—— Clypeoſque ad tela ſiniſtris
Protecti objiciunt.

Pro *contrà*. *Verterunt* autem media brevi: ut,

Dii tibi divitias dederunt. ——

Turneb. lib. 14. cap. 10. *Ad hunc frementes.*] Contra hunc Antonium Galli ad Cæſarem transfugientes converterunt bis mille frementes equos, ſpadonibus Ægyptiis ſervire dedignantes. Nota, quod Cæſar & Antonius exercitus habebant in littore & pedeſtres & equeſtres, quo tempore claſſes ad bellum navale erant paratæ.

Galli canentes Cæſarem:
Hoſtiliumque navium portu latent
Puppes ſiniſtrorſum citæ.
Iô triumphe, tu moraris aureos
Currus,

18. *Galli canentes Cæſarem.*] *Canentes*, pro *laudantes* exponit vetus interpres. Ego ad Gallorum conſuetudinem refero, magna voce eorum, quibus militant, in acie nomina cientium. Quò reſpexit etiam Virg. lib. VII.

Ibant æquali numero, Regemque canebant.

Brodæus Miſcell. lib. 6. cap. 2. Non minus etiam id quod ſequitur ab hiſtoria dependet. Cleopatra enim poſt pugnantis Antonii claſſem cum navibus LX. ad portus fauces in anchoris ſtans, & ante pugnam fugam meditans, incerta adhuc victoria, profugit. Hoc igitur graphicè deſcribit Poëta, *ſiniſtrorſum citas navium puppes in portu latere* dicens. Nam ab Actio ſolventibus Ægyptus ad ſiniſtram eſt, & in ipſo poenè portu Cleopatram latuiſſe neceſſe eſt; ſiquidem ante portus fauces commiſſum prælium hiſtorici tradunt. Nec temerè *navium puppes* dixit; prora enim altior puppis eſt. Auget igitur latentium turpitudinem, quod puppes quidem conſpici potuere.

20. *Siniſtrorſum.*] Hoc eſt, παλιναγρομηδὸν. Jacent autem ita naves ſiniſtrorſum puppibus, dextrorſum proris ad fugiendum converſis. An non reſpectu Italiæ & Orientis? Sane ex Oriente naves venerant. Proris igitur ab Oriente averſis venerant. De victoria autem cum deſperarent, *ſiniſtrorſum*, hoc eſt, contrà converterant. Gloſſæ Stephani, *ſiniſter* ἀριστερὸς. Naves ergò *ſiniſtrorſum ſitæ*, naves ſunt ad fugiendum paratæ; vel quia inhibentur præ metu: ciere enim puppim ſiniſtrorſum eſt πρύμνην κρούσασθαι: quod ab iis fiebat, qui paulatim cedebant, ac retrorſum naves, ſed ſenſim flectebant ne inter fugiendum hoſti ſe exponerent. Hoc ergò vult: Naves illas Cleopatræ & Antonii, quæ prius Italiam petebant, poſtea πρύμνην κρούσειν, ut loquitur Euripides, id eſt, retrocedere cepiſſe, & Italiam verſus puppes, proras verſus Orientem convertiſſe. *Heinſius. Siniſtrorſum citæ.*] Cruquius duobus in codicibus *ſitæ* legi affirmat. Ego Gryphii editionem ſic habere ſcio, alibi vidiſſe non memini. Nonius *citum* & celere ſignificare tradit, & diviſum ac ſeparatum. *Siniſtrorſum citæ.*] Alexandriam verſus. *Citæ.*] Puppes ad fugam celeres & paratæ.

21. *Iô triumphe.*] Ad primum Actiacæ victoriæ nuntium hæc ſcripſiſſe Poëtam antè monuimus. Cum ergò allatum eſſet aufugiſſe Antonium, triumphum veluti deum aliquem alloquitur, qui plenam victoriam, quam annuere poſſit, adhuc remoretur, nondum capto Antonio. Triumphi certè, uti & Honoris effigiem in antiquis nummis cernimus. *Iô triumphe.*] Eſt cantus, quem *Pæana* appellant veteres, hunc Apollini tum de ejus, tum de victorum laudibus, canebant. Nam præſertim Græci duos Pæanes habebant, alterum Martis, quo utebantur initio pugnæ: alterum Apollinis, quem fuſis cæſiſque hoſtibus decantabant, quemadmodum hic facit Horat. profligato M. Antonio. Vide Franc. Luiſini Parergon l. 2. c. 12. *Iô triumphe.*] Vox eſt exprimens gaudium militum, qui Imperatorem triumphantem proſequebantur. *Tu moraris aureos.*] Tu in mora es curribus triumphalibus, qui jam parati ſunt. *Aureos currus.*] Verè *aureos* fuiſſe triumphantium currus, maximè Cæſarum, probare nititur Turnebus lib. Adverſ. II. c. XVI. Tibullus tamen lib. I. Eleg. VII. Meſſalæ triumphanti eburnum tribuit:

At

Currus, & intactas boves.
Io triumphe, nec Jugurthino parem
Bello reportâſti ducem:
Neque Africano, cui ſuper Carthaginem
Virtus ſepulcrum condidit.
Terra marique victus hoſtis, Punico

Lugu-

At te victrices lauros, Meſſala gerentem,
Portabat niveis currus eburnus equis.

Quid ergo ſi *aureos* pro fulgentes atque eximiè ornatos accipiamus. Vide Turneb. lib.2. cap.16.

22. *Intactas boves.*] Non male antiquus commentator; *A triumphantibus alba bos & indomita immolabatur in Capitolio.* Idem enim *indomita* quod *intacta.* quod ex Virgilio manifeſtum eſt, cùm ait:

——*Intacta totidem cervice juvencas.*

Ideoque *injuges* proprio ſacrificantium vocabulo appellabantur: quales etiam Minervæ, utpote virgini, immolari ſolere legimus, & quia virtus jugum neſcit; ſic enim Fulgentius. Nec ignoro taurum peculiarem fuiſſe triumphi hoſtiam, unde *maxima taurus victima* à Virgilio dicitur: ſed plures omnino hoſtiæ immolabantur, ac pluribus diis; & ſi maſculis non litaſſent, ſuccidaneæ erant feminæ. *Intactas boves.*] Juvencas à tauro integras & paratas ad ſacrificium pro victoria.

23. *Iô triumphe.*] Iterùm hortatur triumphum ut acceleret, & Auguſto, quo nullus ante dux major, lauream imponat.

24. *Ducem.*] Marium, qui de Jugurtha Afrorum duce triumphavit.

25. *Neque Africano.*] Non damno quidem hanc lectionem, ſed in plus decem codicibus optimæ notæ *Africanum* repperi, & mihi ſane perplacet; nam & Jugurthinum bellum in Africa geſtum eſt. *Neque Africano.*] Neque Africano bello reportaſti ducem (nempe Scipionem) Auguſto parem. *Cui ſuper Carthaginem.*] Locus obſcurus, in cujus explicatione diſſentiunt Turnebus & Lambinus. Ego de Africano Majore Flaccum noſtrum loqui exiſtimo; quantò enim gravior hoſtis Annibal, quantò diuturnius difficiliuſque cum eo bellum, tantò & ſpecioſior victoris triumphus fuit. Senſus ergò horum verborum ex Glareani ſententia, hic eſt: Cui virtus ſepulchrum condidit ſuper Carthaginem: quaſi diutius duraturum, quam ipſa Carthago, quod etiam verum eſt. Vel ego Scipioni virtutem ſepulchrum condidiſſe puto ſuper Carthaginem, id eſt, ſuper res Carthaginenſes; & intelligo elogium in ejus ſepulchro ſcriptum. Vide Luiſini Parergon lib. 3. cap. 8. Turneb. lib. 14. cap. 10. & lib. 10. cap. 11. *Cui ſuper Carthaginem.*] Scipioni ſua virtus æternam memoriam peperit, propter Carthaginem deletam & everſam, quæ victoria illi ſemper erit loco ſepulchri.

27. *Hoſtis, Punico.*] Antonius lugubre paludamentum, id eſt, veſtem mœroris induit, purpureo ſago depoſito. *Punico Lugubre mutavit ſagum.*] *Sagum* amiculum erat militare. unde & *ſagati* ad differentiam *togatorum* dicti. Quamquam & in Urbe, majore aliquo motu aut tumultu concitato, ſaga à populo ſumebantur, & ad ſaga ire & in ſagis eſſe civitas dicebatur. Ceterùm purpurea erant, aut coccina, quibus belli duces utebantur (Græci Φοινικίδας vocant) ut quo loco Imperator ageret, præſertim in acie, conſpiceretur. Plura Turnebus lib. 11. cap. XVI. Sagi duo fuêre genera, alterum craſſum, denſe villoſum

loſum

Lugubre mutavit ſagum.
Aut ille centum nobilem Cretam urbibus,
Ventis iturus non ſuis,
Exercitatas aut petit Syrteis Noto:
Aut fertur incerto mari.
Capaciores affer, puer, ſcyphos,
Et Chia vina, aut Lesbia:
Vel, quod fluentem nauſeam coërceat,
Metire nobis Cæcubum.
Curam metumque Cæſaris rerum, juvat
Dulci Lyæo ſolvere.

losum & commune, ἰδίως στρατιωτικόν. Alterum tenuiſſimum, molle, Imperatorum ſuperindumentum. hoc autem ipſum mutavit Antonius in fuga cum ſago lugubri, id eſt, communi, quod quidem illi lugubre fuit, non tam quod eſſet nigrum ſeu pullum, quam quod illi quaſi ob oculos poneret mutatam fortunam, & exitium præſens. *Cruquius.*

29. *Centum nobilem Cretam urbibus.*] Creta centum habuit civitates. vide Od. 27. lib. 3.

30. *Non ſuis.*] Ventis adverſis & contrariis.

31. *Exercitatas.*] Syrtes tempeſtuoſas & à Noto vexatas.

32. *Aut fertur incerto mari.*] Neſciens quo fugiat.

33. *Capaciores.*] Vel impatiens moræ, ob tam inſignem lætitiam, ab ſe ſumit, quod à Mæcenate petierat, vel animo Mæcenatis convivium præcipiens, tamquam præſens, Græco more, poſcit majoribus poculis. De qua conſuetudine, Sat. VII. lib. II. *Capaciores affer.*] Affer huc grandiores calices, ut bibamus liberalius.

34. *Chia vina, aut Lesbia.*] Græca vina flagitat, ſeu transmarina, quæ in ſummo pretio apud antiquiores Romanos erant. tanta enim illis gratia, ut non niſi ſingulæ potiones in convivio darentur. Plin. lib. XIIII. cap. XIIII. In vetuſtis quoque codicibus legitur, *Aut Chia vina aut Lesbia*, pro *& Chia*, haud dubiè concinniùs. *Chia vina, aut.*] Vina ſic dicta à Chio, inſula in Ægæo. *Lesbia.*] A Lesbo inſula.

36. *Cæcubum.*] Vinum Cæcubum ciborum concoctioni eſt utile: quamobrem cum ſtomachi cruditatem tollat, fluentem etiam nauſeam ſedat & coërcet. Alii aliam reddunt rationem, nempe, quòd vinum Cæcubum auſterum eſt & pungens.

37. *Curam metumque.*] Victor jam quidem Auguſtus; ſed Poëta nihil actum credens, cùm quid ſupereſſet agendum, ante captum Antonium non omnino ſecurus eſt. *Torrent.*

38. *Dulci Lyæo.*] Juvat dulci vino relaxare metum propter incertum belli eventum. vide Od. 7. lib. I. Lyæus eſt nomen Bacchi, ἀπὸ τοῦ λύειν, id eſt, ſolvere.

EPOD. X.

In MÆVIUM Poëtam, cui naufragium precatur.

MALA ſoluta navis exit alite,
Ferens olentem Mævium.
Ut horridis utrumque verberes latus,
Auſter memento, fluctibus.
Niger rudentes Eurus inverſo mari,
Fractoſque remos differat.
Inſurgat Aquilo, quantus altis montibus
Frangit trementeis ilices.
Nec ſidus atra nocte amicum appareat,
Qua triſtis Orion cadit.
Quietiore nec feratur æquore,
Quam Graja victorum manus,
Quum Pallas uſto vertit iram ab Ilio

In

E*Undem verò eſſe Mævium, de quo Virg. Eclog.* III.

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mævi.

Grammatici omnes conſentiunt, hominem arrogantem & obtrectatorem, neque aliud memini me legiſſe.

1. *Mala ſoluta.*] Malo auſpicio navis de ſtatione exit. *Soluta navis.*] Et *ſolvere* abſolutè dicuntur, qui navigaturi diſcedunt, & *ſolvere navem, ſolvere vela, ſolvere item è portu.* Turn. lib. 3. cap. 1.

2. *Olentem Mævium.*] Mævio exprobrat, quod Rufo Catullus:

Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur,
Valle ſub alarum trux habitare caper.

Sic Od. 17. l. 1. *Olentis uxores mariti.* O*lentem Mævium.*] Ferens tetri odoris hominem & turpem Poëtam, de quo Virg.

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mævi.

3. *Latus.*] Utrumque latus navis.

5. *Rudentes.*] Funes navales.

Inverſo mari.] Mari ventis contrariis agitato.

6. *Remos differat.*] Vide exempla apud Nonium, quæ huc maxime ſpectent. Lucret.

Ingenteſque ruit naves & nubila differt.

Virg. IIII. Georg.

—— Scythiaque hiemes, atque arida differt
Nubila. ——

Differat.] Diſſipet & diſperſos ferat.

8. *Trementes ilices.*] Ilices concuſſas.

9. *Atra nocte.*] Tenebroſa nocte ſine lunæ lumine.

10. *Qua triſtis Orion cadit.*] Qua nocte occidit triſtis Orion, ſydus cœleſte, cujus occaſus tempeſtates excitans, triſtes nautas efficit.

12. *Graja victorum manus.*] Quam Græci victores; quorum complures naufragio perierunt.

13. *Pallas.*] Notum omnibus fœdiſſimum illud Græcorum claſſis ad montem Eubojæ Caphareum naufragium, partim Nauplii dolo, ob occiſum filium Palamedem; partim Palladis ira, ob ſtupratam ab Ajace Oileo in deæ templo Caſſandram. *Torrent.*

14. *In*

In impiam Ajacis ratem.
O quantas inſtat navitis ſudor tuis;
Tibique pallor luteus,
Et illa non virilis ejulatio,
Preces & averſum ad Jovem!
Ionius udo cum remugiens ſinus
Noto carinam ruperit.
Opima quod ſi præda curvo littore

Porre-

14. *In impiam Ajacis ratem.*] Ajax Caſſandram Minervæ ſupplicem, in ejus templo ſtupraverat. *Impiam Ajacis ratem.*] Sic quidem & Virg.

Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei,

Univerſam claſſem afflictam disjectamque canit; ſed ne cui dea ob hoc videri poſſet iniquior, alii Ajacis culpæ Palladii è templo rapti ab Ulyſſe & Diomede, applaudentibus ceteris Græcis, crimen adjiciunt. *Torrent.*

15. *O quantus.*] Apoſtrophe Poëtica ad Mævium. *Sudor tuis.*] Labor & metus propter tempeſtatem impendentem.

16. *Luteus.*] Color croceus ex fulvo pallidoque conſtans, ſic dictus à luteo herba in cujus vertice flores emicant lutei.

17. *Et illa non virilis.*] Planctus fœmineus præ timore naufragii. *Ejulatio eſt fœminarum clamor, & gemitus virorum, vagitus infantium. Non virilis ejulatio.*] Liber vetuſtiſſimus *euiulatio*, & mox *adverſum Jovem.* Et viri quidem excelſo animo præditi, ut Heroës illi Poëtici, nullum æque mortis genus ac per naufragium deteſtabantur.

18. *Averſum ad Jovem.*] Ad Jovem preces non audientem, vel iratum.

19. *Jonius udo cum remugiens ſinus.*] In quatuor exemplaribus *ſinu* ſcribitur; quod mihi ſane non diſplicet. Cur enim non abſolute *Jonius* dicamus, ut Hadria, Avernus, Lucrinus? Quin illud *udo ſinu remugiens*, prorſus Poëticum eſt; ut *Jonio in magno* Virgilius. Cruquius legendum cenſet: *Jonius udo cùm remugiens ſinu Notus.* Tum quod hic ventus Notus ex Jonia primarius ſit, vehementiſſime in Adriaticum pelagus incumbens: tum quod Notum precetur, ut udo ſinu velorum, impetu vehementi diſſipet, rumpatque navem qua vehitur Mævius. *Torr. Jonius udo quum.*] Cum Adriaticus ſinus, humido Auſtro ſæpe murmurans, navem fregerit. *Remugiens ſinus.*] Metaph. eſt à bobus. *Jonius udo cum remugiens ſinu.* Dixit *Jonius*, pro Jonium mare, Græcorum more, quibus Ἰόνιος eſt Ἰόνιον πέλαγος. Et ita videtur Ovid. v. Triſt. Eleg. XIV. dixiſſe *Geticus.*

Hanc tuus è Getico mittit tibi Naſo ſalutem.

Cur autem Tempeſtati promittit caprum, quum nigram ovem ejus hoſtiam fuiſſe conſtet? Puto, non ob aliam cauſam, quam ut fætens hoſtia olenti Mævio conveniret. Ita enim vocat: *Ferens olentem Mævium.* Sed cur *olentem* vocat? Credo propter obſoletorum verborum, quæ affectabat, ut Divus Auguſtus loquitur, fætores. Auctor libelli de Cauſſ. corruptæ eloquentiæ: *Quædam verò procul arceantur, ut jam obliterata & olentia. Rutgerſ.*

21. *Opima quod ſi præda.*] Ad *opima ſpolia* alludit, opinor, ut nihil mergis contingere poſſit melius, quàm nudum abjectum Mævium depaſcere. *Opima quòd ſi præda.* Quod ſi tu facto naufragio in littus eris ejectus, mergis præda pinguis exiſtens.

22. *Per-*

Porrecta mergos juverit;
Libidinoſus immolabitur caper,
Et agna tempeſtatibus.

22. *Porrecta mergos.*] More mortuorum præda extenta. *Juverit.*] Quos codices invenerit Lamb. qui *juveris* habeant, neſcio: noſtri ferme omnes *juverit*. Et concinna eſt hæc mutatio, *Feratur æquore*, *Tibique pallor* & *juverit*. *Juveris.*] Paveris mergos, aves marinas à facilitate mergendi ſic nominatas.

23. *Libidinoſus immolabitur.*] Non quòd caper tempeſtatibus immolari eſt ſolitus, ſed quia Mævius Poëta fuit petulans & libidinoſus.

24. *Et agna tempeſtatibus.*] Agna nigra. Virg. lib. 3. Æn. *Nigram hyemi pecudem, Zephyris fœlicibus Albam.* Vide Turn. lib. 14. cap. 4.

EPOD. XI.

Ad PETTIUM contubernalem.

Amore Lyciſci occupatus, non poteſt operam conferre ad verſus faciendos.

PETTI, nihil me, ſicut antea, juvat
Scribere verſiculos,
Amore perculſum gravi:
Amore, qui me præter omneis, expetit
Mollibus in pueris,
Aut in puellis urere.
Hic tertius December, ex quo deſtiti
Inachia furere,
Silvis honorem decutit.

Heu

1. PEtti.] Sic Lamb. pro *Pecti*. nam & optimi codd. vel *Petti* vel *Peti* legunt. Lamb. autem aſſentior carmen hoc tricolon eſſe, non, ut in antiquis exemplaribus ſcribitur dicolon. Alioqui nimis inverecunde Horat. uno eodemque in carmine modo brevem produceret ſyllabam, modo vocalem non abſumeret ante vocalem. *Nihil me.*] Nihil me juvat.

3. *Amore.*] Amore Lyciſci pueri. *Perculſum.*] Non damno equidem, poſtquam eo vocabulo uſque adeo ſe jactat Lamb. codex tamen Laurentianus, longe fideliſſimus, & alii duo *percuſſum* habent; ut & veteres Virgilii membranæ II. Georg.

Quarum ſacra fero ingenti percuſſus amore.

Ad animum enim refertur, ut πλήττω apud Græcos.

4. *Amore.*] Eſt Anadiploſis.

5. *Mollibus.*] Delicatis, formoſulis.

7. *Hic tertius December.*] Ordo eſt, hic tertius December (id eſt, annus) decutit ſylvis honorem, id eſt, frondes, quæ ſunt arborum honos & ornamentum.

8. *Inachia furere.*] Liber Laurentianus *Inachiam* legit, & ſic legiſſe puto veterem interpretem. *Inachia furere.*] Inachiam amare.

9. *Silvis honorem.*] Non gravabor referre quod vetuſti codicis margini adſcriptum comperi: *A XII. Kal. Julii uſque*

Heu me, per urbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui!
Conviviorum & pœnitet,
In queis amantem & languor & ſilentium
Arguit, & latere
Petitus imo ſpiritus.
Contraque lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium
Querebar, applorans tibi:
Simul calentis inverecundus Deus

Fervi-

que XII. Kal. *Januarii cotidie deficit ſuccus arboribus.* quibus verbis cauſſa redditur cur Decembri menſe potiſſimum arborum frondes & pulcritudo omnis penitus deficiant. Sic enim & Virg.

—— Silvis Aquilo decuſſit honorem.

& Horat. lib. I. Od. 17. *ruris honores* fruges & meſſem vocat, *Honoris* enim vocabulo varie utuntur Poëtæ. quá de re Nonius. Hic certe decus atque ornatum ſignificat.

11. *Fabula.*] Quam multus ſermo de me habitus eſt propter Inachiæ amorem?

12. *Conviviorum & pœnitet.*] Liber unus è noſtris *convitiorum*, ſed repugnant ea quæ ſequuntur. Mallem ſic legere,

Fabula quanta fui
Conviviorum? heu pœnitet.

Nam, *&*, particula mihi hic moleſta eſt; & quo facilius mutetur, *eu* pro *heu* ſæpe ſcriptum invenias. Accedat quod iſtiuſmodi ſermonibus maxime in conviviis locus eſt, etiam præſente eo, de quo per jocum narrentur, ut lib. I. Od. XXVII. vidimus. Juven.

It nova per cunctas nec triſtis fabula cœnas.

13. *In queis amantem.*] In quibus conviviis languor, id eſt, pallor, ſilentium, & ſuſpiria, indicia erant amoris mei.

14. *Arguit.*] Probavit. *Et latere imo petitus ſpiritus.*] Suſpirium ab imo productum.

16. *Contraque lucrum.*] Bene Gruquius *contrane lucrum.* eam enim lectionem in IX. exemplaribus repperi, & quidem cum interrogationis ſigno poſt *ingenium:* ut totum illud,

Contrane lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium?

ſit amantis oratio ad eum, cui querebatur. Paulo ante quoque pro *in quies amor & languor, amor languor,* ſine *&*, in iiſdem ſcribitur. Communis autem omnium Poëtarum de meretricum rapacitate querimonia eſt, ut & adoleſcentum in Comœdiis. Conqueritur enim Horatius nihil poſſe ſuum ingenium candidum; id eſt, carmina ſua ad Inachiam, candoris & favoris plena, quibus apud illam cum rivalibus ſuis divitibus de amore contendebat quidem, ſed illa carmina, cum verba ſolum darent, ab avara Inachia minoris habita ſunt, quam largitiones rivalium. *Cruq. Contraque lucrum.*] Contra rivalium munera & largitiones.

17. *Ingenium.*] Querebar candidos mores, ingenii acumen, ſapientiam, & hujuſmodi, nihil valere apud avaram puellam.

19. *Simul calentis.*] Simul, ut Bacchus protulerat arcana mea è loco ſuo, id eſt, pectore meo, qui calebam (id eſt, ebrius eram) vino fervidiore. *Inverecundus.*] Verecundus per ſe Bacchus eſt. *Inverecundum* igitur cum vocamus, noſtram illi culpam adſcribimus. lib. I. Od. XXVII.

Vere-

Fervidiore mero
Arcana promôrat loco.
Quod ſi meis inæſtues præcordiis
Libera bilis, ut hæc
Ingrata ventis dividat
Fomenta, vulnus nil malum levantia:
Deſinet imparibus
Certare ſummotus pudor.
Ubi hæc ſeverus te palam laudaveram,

Juſſus

——— *Verecundumque Bacchum*
Sanguineis prohibete rixis.

Neque prætereunda antiqui commentatoris annotatiuncula, *in* particulam interdum epitaſin habere. & tunc *inverecundus*, inquit, ſignificat valde verecundus. Sic ille. *Torr.* *Inverecundus.*] Bacchus facit homines inverecundos.

22. *Quod ſi meis.*] Continuat orationem cum Pettio in poculis habitam ſuper Inachiæ faſtu & avaritia. Et ſi, quod meditor, inquit, hanc injuriam ad animum revocans, qua decet indignatione, ea omnia quæ adhuc in me ſentio amoris fomenta, & veluti pabula quædam, abjiciam, cum nihil proſint; tunc tandem ceſſabit illa impudentia, qua nunc imparem amare, & potentiorem æquare rivalem contendo. Sic locum difficilem, &, ut verum fatear, inſuavem atque aſperum obiter explicandum cenſeo. *Fomenta* enim *amoris* ſunt eadem quæ & pabula; otium maxime ac deſidia, & inepta quædam credulitas atque ſpes. Neque aliud *ſummotus pudor*, hoc eſt, nullus; & *imparibus certare* non minus recte ad quoſcumque corrivales, quam ad amicum referri poteſt. Hæc impar moribus, ille facultatibus. Bene ergo Phyllidem monet lib. IIII. Od. XI.

Diſparem vites. Torrent.

23. *Libera bilis.*] Quæ increpando, ut nihil ſperet majoris benevolentiæ, ſi taceat vitia; ita non metuat plus indignationis, ſi eloquatur tacenda. *Cruq.* *Libera bilis.*] Iracundia non impedita ab amore. *Ut hæc.*] Ut hæc ingrata amoris pabula diſſipet, & ex animo meo dimoveat.

24. *Dividat Fomenta.*] Id eſt, harum querelarum obliviſcatur, quæ magis fovent & augent amorem, quam levent & minuant.

25. *Fomenta.*] Suſpiria, lacrymas ſilentium, querelas, cogitationes anxias, quæ amoris vulneri levamen non afferunt.

26. *Deſinet imparibus, &c.*] Senſus talis eſt; Pudor paupertatis meæ ſummotus, liberiore ira in me exæſtuante tantum non deſinet de amore cum imparibus & ditioribus rivalibus amplius candide & verecunde certare, verum etiam erumpet in apertam contumeliam, atque hæc fomenta Inachiæ ingrata ventis dividet, id eſt, in vulgus populumque diſperget ac manifeſtabit avaram illam, non amoris laudes & munuſcula candidi, ſed munera ſequi ditiorum. *Cruq.* *Deſinet imparibus.*] Id eſt, verecundia mea deſinet certare cum ſuperioribus de amore. *Figulinus.*

27. *Summotus pudor.*] Me, inquit, paulo inverecundius geram, nec ita pudenter ſummittam amicæ, ſed eam aſpernabor, deſinamque ſectari imparem, neque me redamantem. *Pulmann.* Turn. lib. 14. cap. I. *Summotus pudor.*] Impudentia deſinet certare imparibus, id eſt, cum rivalibus ſuperioribus & ditioribus.

28. *Ubi hæc ſeverus.*] Poſtquam hæc magnifice dixeram te palam, id eſt, co-

Juſſus abire domum,
Ferebar incerto pede,
Ad non amicos (heu) mihi poſteis, & (heu)
Limina dura, quibus
Lumbos, & infregi latus!
Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia,
Amor Lyciſci me tenet:
Unde expedire non amicorum queant
Libera conſilia,
Nec contumeliæ graves:
Sed alius ardor, aut puellæ candidæ,
Aut teretis pueri,
Longam renodantis comam.

EPOD.

ram te ô Petti. *Laudaveram.*] Id eſt, jactando dixeram; perinde ac ſeverus & fortis. Vide Gell. lib. 11. cap. VI.

29. *Juſſus.*] A te juſſus.

30. *Incerto pede.*] Pettius enim abire domum, ac quieſcere juſſerat, ut monere amici ſolent. At ipſe vel invitus alio trahebatur, ut egregie de ſe Tibull.

Juravi quoties rediturum ad limina nunquam,
Cum benè juravi, pes tamen ipſe redit.

Incerto pede.] Incertus quo irem quidve agerem, ferebat ad poſtes, id eſt, Inachiæ ædes mihi inimicas.

3. *Poſteis & heu.*] Optimus codex *Poſtes eheu*, alter *hehew.*

31. *Limina dura.*] Ad dura ejus veſtibula, ſuper quæ jacebam totas noctes.

33. *Infregi latus.*] Hoc eſt, quod paulo ante monui, *in* ſæpe epitaſin eſſe. ut apud Virg. Æneid. VI.

Nec Iovis imperio fatiſve infracta quieſcit.

34. *Nunc gloriantis.*] Ordo eſt: Nunc amor Lyciſci gloriantis ſe vincere mollitia quamlibet mulierculam, me tenet.

37. *Unde expedire.*] A quo amore me extricare, &c.

38. *Libera conſilia.*] Conſilia vera & ab adulatione libera.

39. *Contumeliæ graves.*] Non objurgationes, vel injuriæ ab amica acceptæ.

40. *Sed alius.*] Sed alius amor. Ovid.

Succeſſore novo tollitur omnis amor.

Alius ardor.] Hoc nimirum eſt clavum clavo pellere, ac malum malo medicari; ut, quod alibi ait Horatius, *Emoveat veterem morbum novus.* Parum tamen intereſt quo quiſque gurgite demergatur. *Torrent.*

41. *Teretis pueri.*] Non male interpres, id eſt, obeſuli, ſucco pleni, ſuras habentis teretes & rotundas. *Teretis pueri.*] Habentis membra ſolida & ſucci plena.

42. *Renodantis comam.*] Alius amor pueri in nodum colligentis comam. Quod faciebant pueri impudici. Vide Od. 10. lib. 4.

1. Bar-

EPOD. XII.

In anum libidinoſam, quæ ſe ab eo ſubigi cupiebat.

QUID *tibi vis, mulier, nigris digniſſima barris?*
Munera cur mihi, quidve tabellas
Mittis, nec firmo juveni, nec naris obeſæ:
Namque ſagacius unus odoror,
Polypus, an gravis hirſutis cubet hircus in alis,
Quam canis acer, ubi lateat ſus:
Quis ſudor vietis, & quam malus undique membris
Creſcit

1. B*arris.*] Turn. lib. XIIII. cap. XX. *Barros* pro non optimæ notæ hominibus exponit, quales Romæ tunc Barri. de quibus Horat. lib. I. Serm. VII.

Siſennas, Barros ut equis præcurreret albis.

Et Serm. IIII.

Barrus inops.

Ingenioſe Turnebus: ſed nihil uſquam de Barris Horat. ob quod vetulam hanc illis delegemus. Fuerit *Barrus* aliquis prodigus, arrogans, dicax. an ideo minus amet? Quintales exoptant potius meretriculæ. Cruquius Lectori cogitandum relinquit, anne *bardis* potius legendum ſit. *Bardi* enim ſtulti ſtolidique, ab ingenii ſcilicet tarditate dicti ſunt. Sed huic lectioni obſiſtit librorum omnium fides: Epitheton *nigris*, dubitare nos non patitur quin *Barri* aut homines aut beſtiæ fuerint. Nos itaque pro hominibus accipiamus, ſed qui deformi ſpecie moribuſque incompoſitis elephantis ſimiles ſint. Vel ut Cruquius vult: *Barri* dici poſſunt geruli aduſti perpetuo Sole, valido & ſucculento corpore, qui ut magno erant animi ſtupore, ita nullo nitore corporis, nulla munditie gaudebant, homines plebeii, & moribus plane impoliti *Torr.* *Barris:*] Non viris digna; ſed barris, id eſt, elephantis Indicis, qui magna habent genitalia; fortaſſe, intelligit valentiſſimos ac mentulatiſſimos amatores.

2. *Munera cur mihi.*] Sic noſtri omnes. Canteri codex, ut ait:

Munera quid mihi, quidve tabellas?

Tabellas.] Cur mittis Epiſtolas quibus me ad tuam libidinem explendam ſollicitas?

3. *Nec firmo juveni.*] Mihi Juveni, in certamine venereo non valido. *Nec naris obeſæ.*] Sed naris acutiſſimæ, cui tua immundities placere non poteſt. *Naris obeſæ.*] Veteres *pingues* vocabant obtuſos atque hebetes, perinde ac ſi corporis habitus ingenium afficeret. Turn. lib. 14. c. 20. *Canterus* Nov. lect. lib. 5. cap. 20.

4. *Namque ſagacius unus.*] Nam ego ſolus citius odoror utrum mulier polypum, id eſt, narium morbum habeat, an gravem hircum, id eſt, fœtorem tetrum in alis (citius inquam odoror) quam canis rimatur, ubi lateat aper.

5 *Polypus.*] *Polypum* definiunt medici tumorem præter naturam in naribus genitum, Polypi piſcis carni ſimilem, unde & nomen habet. De quo Celſus lib. VI. cap. VIII. Unde fœtor, quem inter naſorum poſtes annumerat Horatius. *Hircus in alis.*] Proverb. *Anus olet hircum.* *Hircus.*] Fœtidus odor in alarum pilis.

7. *Quis ſudor vietis.*] Libri VI.

Qui ſudor vietis. ——

Sic enim veteres loquebantur, *ſi qui, ne qui, aliqui*, prô *ſi quis, ne quis, aliquis.* *Vietus* autem à viere, ut Varro & Feſtus tradunt, quod vincire & alligare ſignificat, quaſi ſine vi, languidus ac ſuis jam viribus privatus ipſa natura, ut

Creſcit odor: quum pene ſoluto
Indomitam properat rabiem ſedare; nec illi
Jam manet humida creta, colorque
Stercore fucatus crocodili: jamque ſubando
Tenta cubilia, tectaque rumpit.
Vel mea cum ſævis agitat faſtidia verbis,
Inachia langues minus, ac me.

Inachiam

morbo & ætate contingere ſolet. Terent. Eunuch.

Hic eſt vetus, vietus, veternoſus ſenex. quo loco Donatus; *Aranea veſtem*, inquit, *Lucretius, vietam appellat putri mollitie præditam.* Quæ ſane ſignificatio vetulæ hujus membris probe convenit. *Torrent. Quis ſudor.*] *Poëta ſecum loquitur de hac anu exclamans in tertia perſona. Vietis & quam.*] Senilibus & flaccidis ejus membris.

8. *Pene ſoluto.*] Pene meo languente, nec ullam vim habente, propter tui faſtidium.

9. *Indomitam properat.*] Quum effrænatam libidinem hæc anus properat explere. *Neque illi.*] Nec illi anui jam manet creta ſudore humefacta, nec fucus quo faciem tinxerat. Tanto enim motu in opere venereo ſeipſam agitaverat, ut fucus, quo faciem pinxerat, præ ſudore defluxerit.

10. *Humida creta.*] Errant qui *cretam* pro ceruſſa hîc accipiunt. nam & creta & ceruſſa feminæ ad formæ lenocinium utebantur, & creta quidem præcipuè ea, quam *Cimoliam* vocabant, à Cimolo, una Cycladum, de qua Plinius lib. xxxv. c. xvII. Nunc *terra ſaponaria* vulgò dicitur, mira in abſtergendo vi prædita. *Torrent.*

11. *Stercore fucatus crocodili.*] Mirandum eſt in optimis paſſim codicibus tanta conſtantia *crocodili* ſcribi, cum Etymologi à croci timoře animali huic inditum eſſe nomen velint. δειλία enim *timiditas* dicitur. Atque adeò mel croco ſparſum contra crocodilos ſervant Ægyptii. Sed quod Poëtæ noſtro interpretando magis ſervit, tradunt auctores duo eſſe crocodilorum genera: alterum quod nunc in aquis, nunc in terra degat; alterum quod in terris tantum. hujus, cum odoratis floribus veſcatur, excrementa diligenter colligi, quæ jucundum nidorem reddant, maculaſque omnes è facie deleant, ac nitorem afferant. Sic ex Galeno atque aliis diligentiſſimus Pet. Victorius Var. lect. lib. xI. c. IIII. *Subando.*] *Subare* non hoc quod vult Lamb. ſignificat, ſed ut equæ equire, canes catulire, ſic *ſubare* & *ſurire* proprie dicuntur ſues, quando Venerem deſiderant. Græci κάπρᾷν vocant. Tantam ergo mulierculæ rabiem hîc ſignificat Poëta, ut omnia perrumpat ac laceret. *Torr. Stercore fucatus.*] Ex crocodili terreſtris fimo & ceruſſa (quam Poëta hîc cretam appellat) fit medicamentum ad cutim nitidam ſervandam. *Jamque ſubando Tenta cubilia, tectaque rumpit.*] Ego puto, *τὸ tenta* de ipſa anu dici, ut ſit *ſubando tenta.* ut Juvenalis de Meſſalina: *adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ.* Rutgerſ. *Subando.*] Clunes agitando, tranſlatio eſt à ſuibus.

12. *Tenta.*] Malc iterum meo judicio Lamb. & melios commentator antiquus: *Tenta cubilia, lectus funibus vel faſciolis tentus: tecta verò, ſtragula, quibus tegitur lectus. Tectaque rumpit.*] Lectl ſtragula nimio motu rumpit.

13. *Vel mea cum.*] Vel cum hæc anus iracundis dictis mea ſui faſtidia increpat: ſic loquitur, ò Horati, tù minus langues Inachiæ complexu quàm meo, id eſt, validior es in illa quam in me.

15. Po-

Inachiam ter nocte potes: mihi ſemper ad unum
Mollis opus. pereat male, quæ te
Lesbia, quærenti taurum, monſtravit inertem.
Cum mihi Chous adeſſet Amyntas,
Cujus in indomito conſtantior inguine nervus,
Quam nova collibus arbor inhæret.
Muricibus Tyriis iteratæ vellera lanæ,
Cui properabantur? tibi nempe.
Ne foret æqualeis inter conviva, magis quem
Diligeret mulier ſua, quam te.
O ego non felix, quam tu fugis, ut pavet acreis
Agna lupos, capreæque leones.

EPOD.

15. *Potes.*] Potes ſubigere.

16. *Mollis opus.*] Debilis es & mihi ſemper languidus ad unum opus venereum. *Pereat malè, quæ te.*] Pereat malè Lesbia lena, quæ mihi quærenti taurum, id eſt, juvenem in re venerea robuſtum, monſtravit te inertem, id eſt, ignavum & pigrum.

17, *Quærenti.*] Solent vetulæ libidinoſæ, ac feminæ viroſæ omnes, ſibi conditiones quærere; & ultro adulteros lenarum opera, vel etiam muneribus, ſollicitare. Antiqui *conciliatrices* vocabant eas, quæ iſtiuſmodi conditiones inquirerent, quemadmodum & *ſagas*, uti & canes ſagaces, quod illæ, homines ad mulierum libidinem, ut canes feras, indagarent. *Taurum.*] Id eſt, validum maritum. *Torrent.*

18. *Amyntas.*] Juvenis robuſtus ex Choo civitate, cujus mentulæ nimietas eſt arbori comparanda.

19. *Nervus.*] Penis.

21. *Muricibus.*] Purpura Tyria veſtes bis tinctas, quas Dibaphas nominant.

22. *Cui properabantur.*] Unus codex Bland. hîc habet, *cui properabuntur*? in futuro promiſſivo. hæc lectio ſi placeat, habebit ſubjectionem Ironicam: ſolent enim mulieres habere neſcio quid vanæ pollicitationis in hujuſmodi amoribus, ut invitent & incitent amantes ad acrius deſiderium. *Cruq. Cui properabantur.*] Cui? ad cujus uſum texebantur à me vellera, id eſt, veſtes pretioſæ. *Tibi nempe.*] Tibi nempe invalido atque ad Venerem inepto.

23. *Æquales inter.*] Inter coævos & contubernales.

24. *Mulier ſua.*] Quem ſua amica magis diligeret, quam ego te.

25. *O ego non felix, quam tu fugis.*] Vulgata lectio *quem tu fuges*, male. Quod vero Canterus affirmat in ſuo cod. legi, *O ego infelix*, id nos quoque in duobus aliis invenimus. Atque ita citatur à Cariſio Grammatico. *O ego non felix.*] Exclamatio Poëtica. *Ut pavet acres.*] Quam tu fugis ut agna lupum, & ut capreæ horrent leones.

EPOD. XIII.

Ad Amicos Comicos, ut hyemem hilariter traducant.

HOrrida tempeſtas cœlum contraxit, & imbres
Niveſque deducunt Jovem.
Nunc mare nunc ſilüæ
Threïcio Aquilone ſonant. Rapiamus amici
Occaſionem de die:
Dumque virent genua,

Et

H*Oc quoque carmen nunc (quamvis antiqui Grammatici dicolon feciſſe videantur) tricolon eſſe volunt, quales eſſe Epodi debent. Quod autem in vetuſtis codicibus nonnullis,* AD AMICOS COMICOS, *inſcribitur, id quid ſibi velit neſcio. Mallem, ut in aliis,* AD CONTVBERNALES. *ut in hibernis fortè agens Poëta illud ſcripſerit, cum ſub Bruto adhuc militabat.* Torrent.

1. *Horrida tempeſtas.*] Cruquius credit, per horridam tempeſtatem, Horatium ſuo more ſignificare tumultum aliquem civilem, aut alicujus principis graves iras. *Cœlum contraxit.*] Tale illud Virgilii,

— In nubem cogitur aër:

Coguntur enim primo in cœlo nubes, quibus ſummotis ſolutiſque decidunt imbres niveſque. *Cœlum contraxit.*] Tempeſtas coëgit nubes in unum locum.

2. *Deducunt Jovem.*] Quod lib. I. Od. XXXIIII. monuimus, veteres hoc maxime terruiſſe, quod vindicem ſibi ſupra verticem imminere Jovem arbitrabantur; id uſque adeo verum eſt, ut ex optimis auctoribus conſtet, crediſſe etiam deſcendere eum, quoties inſignis aliqua tempeſtas oritur; perinde ac ſi cominus illos ferire vellet, quos ob impietatem oderat. Unde & καταιβάτης dictus, à deſcendendo; Neque alia, puto, ſuberat ratio cur prodigialem pluviumque Romani vocabant, Græci ὄμβριον, & ὑέτιον. Turn. lib. IX. c. IX. *Torr. Deducunt Jovem.*] Cum imbribus Jupiter in terram deſcendit, ut veterum fuit opinio.

3. *Silüæ.*] Eſt dictio triſſyllaba per Diæreſin.

4. *Threïcio.*] Aquilone vento frigidiſſimo è Thracia flante. *Rapiamus amici.*] Arripiamus, ex hoc die, convivandi opportunitatem. *Rapiamus amici Occaſionem, &c.*] Lib. III. Od. VIII.

Dona præſentis rape lætus horæ.

Nec diſſimile illud lib. I. Od. XI. *Carpe diem.* carptim enim raptimque, ut alibi nos monet, tam exiguo tempore fruendum. *Rapere*, vim notat aut feſtinationem. monet itaque non eſſe aut deliberandum diutius, aut cunctandum de genio indulgendo, quandoquidem omnis mora, quantumvis brevis, eſt ingrata, ubi deſideratæ rei potiundæ occaſio præſens allubeſcit. *Cruquius.*

6. *Dumque virent genua.*] Dum vires ſunt firmæ & ſtabiles. *Nam in genubus robur & vim corporis repoſuiſſe videtur. Virent genua.*] Hoc eſt, robur habent, ut vetus interpres. Similis ille Odæ IX. lib. I. locus;

Donec virenti canities abeſt
Moroſa. —

Et obiter monendum, nulla humani corporis parte ingraveſcentem ætatem citius, quam genibus, ſentiri. Quin & illato timore aliquo genua ilicò contremiſcunt. lib. I. Od. XXIII.

Et corde & genibus tremit.

Cujus rei cauſſa eſſe creditur, quod ineſt genibus vitalitas quædam; ut anatomici nobis

Et decet, obducta ſolvatur fronte ſenectus.
Tu vina Torquato move
Conſule preſſa meo.
Cætera mitte loqui. Deus hæc fortaſſe benigna
Reducet in ſedem vice.
Nunc & Achæmenia
Perfundi nardo juvat, & fide Cyllenea
Levare diris pectora
Sollicitudinibus:
Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno:
Invicte

nobis tradunt. Eamque cauſſam eſſe credit Plin. lib. XI. c. XLV. quod genua attingunt ſupplices, & ad ea manus tendunt, atque ut aras adorant: atque eam ob cauſſam Miſericordiæ ſacra ſunt. Turn. lib. 6. cap. 31. *Torrent.*

7. *Decet.*] Et dum patitur ætas, longe abſit à nobis ſeveritas ſenilis. *Obducta ſolvatur.*] Solvatur ſenectus à fronte in rugas contracta. *Obducta ſolvatur, &c.*] Ad oram antiqui codicis ſcriptum inveni; *Clauſas cicatrices, obductas dicimus.* Sic ille, *obductam* nempe *frontem* pro rugis non aliter quam cicatricibus contractum intelligens, qualis ſenibus eſſe ſolet. Vult ergo Horat. explicari frontem, & abeſſe ſeveritatem omnem atque triſtitiam, quam ſenectus adferre ſolet. *Torrent.*

8. *Tu vina.*] Tu puer promove & profer vina ex apotheca.

9. *Profer meo.*] Vina calcato, quando ego natus eram, Torquato & Cotta Coſſ. quorum nominibus notabatur vini cadus. vide Od. 21. lib. 3. *Conſule preſſa meo.*] Solenne autem parentibus, naſcentibus ſibi liberis arbores inſerere, vina recondere, ac ſimilia ad memoriam ætatis facere. ut Oda XXI. lib. III.

10. *Cætera mitte loqui.*] Hilarem habiturus diem, quæ ad hilaritatem non facerent, omitti imperat. Sic in Epiſt. *Mitte leveis ſpes.* Duro autem aliquo tempore Reipub. hæc ſcripſiſſe Poëtam credo. *Cætera mitte loqui.*] Omitte & permitte divis cætera, ſic Od. 19. lib. I. *Deus hæc.*] *Poëta (ut mihi videtur) amicum ſuum triſtem conſolatur.*

11. *Reducet in ſedem.*] Id eſt, turbata ſiſtet atque componet, & ad priſtinum ſtatum reducet. Ita namque Auguſtus, cujus verbis libenter uti Horatium non ſemel oſtendimus, apud Suet. cap. XXVIII. *Ita mihi ſalvam ac ſoſpitem Remp. ſiſtere in ſua ſede liceat.* Hinc *ſedere* pro perplacere ac firmiter ſtatutum eſſe. Virgil.

Idque pio ſedet Ænea. ——

Reducet in ſedem vice.] Deus reſtituet hæc benigna viciſſitudine, in priſtinum ſtatum.

12. *Achæmenia.*] Hic *nardum Achæmeniam* vocat; ut *coſtum Achæmenium*, Od. I. lib. III. *Achæmenia.*] Unguento Nardino Perſico, ſic dicto ab Achæmene Perſarum rege. vide Ode II. lib. I.

13. *Fide Cyllenea.*] Sic *fide Teïa* Od. 17. lib. I. Lyræ inventor Mercurius. *Fide Cyllenea.*] Cythara inventa à Mercurio, qui in Cellene (monte Arcadiæ) enutritus dicitur.

16. *Centaurus.*] Id eſt, Chiron, Centaurorum, & quotquot ſua vixêre ætate juſtiſſimus; futurus & ipſe immortalis, ſi ita collibuiſſet: hic non Achillem ſolum, ſed & Jaſonem, & Herculem, & Æſculapium in Theſſaliæ montibus educavit. *Torr.* *Centaurus.*] Ut Chiron (præſtantiſſimus doctor & magiſter)

Invicte mortalis, Dea
Nate puer Thetide,
Te manet Aſſaraci tellus, quam frigida parvi
Findunt Scamandri flumina,
Lubricus & Simoïs:
Unde tibi reditum certo ſubtemine Parcæ
Rupêre: nec mater domum
Cærula te revehet.
Illic omne malum vino cantuque levato,
Deformis ægrimoniæ
Dulcibus alloquiis.

EPOD.

prædixit Achilli forti, quem aluit & erudivit.

18. *Puer Thetide.*] O invicte Achilles, fili Thetidis Deæ marinæ.

19. *Te manet.*] Te Troja exſpectat. Aſſaracus fuit avus Anchiſæ & pater Capys. *Aſſaraci tellus.*] Virg.

Iluſque Aſſaracuſque, & Troja Dardanus auctor.

Hinc *proles Aſſaraci*, & *Aſſaraci domus*, genus, ſanguis.

20. *Scamandri flumina.*] Scamander & Simois, fluvii Trojani, ex Ida monte defluentes.

21. *Lubricus.*] Labens pro natura aquæ.

22. *Unde tibi.*] Ubi pro certo tibi eſt moriendum. *Subtemine.*] Subtemen eſt filum, quod flamini ſubtexitur.

23. *Mater domum.*] Thetis Dea marina, cui cæruleus color tribuitur.

24. *Cærula.*] Proprium Thetidis, uti & Nereidum omnium, epitheton. Auget verò fati neceſſitatem, quòd ne Thetidi quidem mare apertum fuerit, quò filium reveheret.

25. *Illic omne malum.*] Cum apud Trojam fueris, levato omne malum deformis, ægritudinis vino cantuque, nimirum alloquiis, quæ (ſcilicet vinum & cantus) ſunt ægritudinis ſolatia.

26. *Deformis.*] Deformes efficit animi ægritudo.

27. *Dulcibus alloquiis.*] Vinum & cantum ægrimoniæ ſolatia appellat; ſic enim *alloquendi* verbo veteres utebantur. Varro lib. VI. *Hinc allocutum mulieres ire ajunt, cum eunt ad aliquam locutum conſolandi cauſſa.* Catull. ad Cornificium;

Quem tu, quod minimum facillimumque eſt,
Qua ſolatus es allocutione?

Sic Victor. Var. lect. VIII. c XXIII. & Muret. II. cap. IIII. Græci quoque παραμύθια vocant iſtiuſmodi allevamenta. *Torrent.*

Vetus

EPOD. XIV.

Ad MÆCENATEM.

Phrynes amore detentus Jambos promiſſos non poteſt abſolvere.

MOLLIS *inertia cur tantam diffuderit imis*
Oblivionem ſenſibus,
Pocula Lethæos ut ſi ducentia ſomnos
Arente fauce traxerim,
Candide Mæcenas, occidis ſæpe rogando.
Deus, Deus nam me vetat,
Inceptos, olim promiſſum carmen, ïambos
Ad umbilicum adducere.
Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teïum:

V*Etus codex hanc habet epigraphen:* Excuſat ſe Mæcenati, accuſans deſidiam ſuam. Deſidiam *verò amorem vocat; rectè, ut* inertiam *ipſe Horat. quid enim aliud quàm iners otium amor? Addam tale aliquid hîc pati Poetam noſtrum, quale Neobule Od.* XII. *lib.* III.

1. *Mollis inertia.*] Ordo eſt, ô candide Mæcenas, tu occidis me ſæpe rogando cur mollis inertia, id eſt, amor immiſerit meis ſenſibus tantam oblivionem. *Imis Oblivionem ſenſibus.*] In *ſenſibus* quid *imum* aut *ſummum* ſit neſcio; *imo corde, imo pectore,* rectè dicimus. Sed tamen ſic etiam Virgilius:

Senſibus hæc imis (res eſt non parva) reponas.

Id eſt, præcordiis, ut antiquus commentator expoſuit. Ego pro intimis interpretor. ſenſu enim interiore ſapimus atque intelligimus. *Torrent.*

3. *Ut ſi ducentia ſomnos.*] Veluti ſi biberim pocula afferentia ſomnos Lethæos, id eſt, lethargum, quem inexpugnabile fere dormiendi deſiderium conſequitur. Lethe fluvius eſt infernalis, cujus latices ſi quis guſtaverit, omnium rerum præteritarum ſtatim obliviſcitur. *Ducentia ſomnos.*] Id eſt, adducentia & conciliantia ſomnos. Ducunt enim ſomnos pocula, quibus hauſtis ſequantur ſomni. *Torrentius.*

4. *Arente.*] Sitiente fauce. *Traxerim.*] Neſcio quam bibendi aviditatem verbum hoc arguit.

6. *Deus, Deus.*] Cupido amoris Deus hoc voluit.

7. *Promiſſum carmen ïambos.*] Majus aliquod volumen ſignificare videtur, quàm ſint Jambi, qui nunc extant in Canidiam.

8. *Ad umbilicum adducere.*] Finire; *Tranſlatio eſt ab umbilico corporis, ad cujus formam ſolebant veteres librorum ſuorum tegumenta umbilicis ex ebore, ligno aut ſimili materia factis exornare.*

9. *Bathyllo.*] Amore Bathylli.

10. *Anacreonta Teïum.*] Lib. I. Od. 17. *Fide Teïa.* Anacreontis autem deliciæ *Bathyllus* (cujus memoriam molliſſimi Poëtæ verſus celebrant) etiam Polycrati Samiorum tyranno carus fuit; qui puero ſtatuam citharœdico habitu ad Apollinis ſimilitudinem dicavit, Romæ diu conſervatam. ſiquidem verſum illum Juven. Sat. XIII.

—*Nullum diſcrimen habendum eſt,*

Qui perſæpe cava teſtudine flevit amorem,
Non elaboratum ad pedem.
Ureris ipſe miſer. quod ſi non pulcrior ignis
Accendit obſeſſam Ilion,
Gaude ſorte tua. me libertina, neque uno
Contenta, Phryne macerat.

Effigies inter veſtras, ſtatuamque Bathylli.
Ad hunc puerum Grammatici referunt; eumque tam venuſtum (quod meritò mireris) Phorci ex monſtro marino filium faciunt. Ego verò Juvenalem de *Bathyllo* Pantomimo loqui exiſtimo, Auguſti temporibus claro, & à Mæcenate adamato. *Torr. Anacreonta.*] Poëtam lyricum ex civitate Teïa. vid. Od. 17. l. 1.

11. *Teſtudine.*] Lyra. *Amorem.*] Flevit Bathylli amorem, qui fuit Anacreontis deliciæ.

12. *Non elaboratum.*] Cum magna facilitate.

13. *Ureris ipſe miſer.*] Tu quoque Mæcenas amas etiam, miſer. *Quod ſi.*] Quod ſi Helena, quæ incendii Trojani cauſa fuit, non fuit tua puella pulchrior.

14. *Ilion*] Trojam obſeſſam.

15. *Tua me.*] Gaude ſorte tua, quæ mea ſorte eſt melior. Nam ego Phrynem amo fœminam infimæ ſortis & meretricem, non uno amatore contentam, ſed mihi cum multis communem. *Libertina.*] Facta libera ex ancilla.

16. *Phryne.*] Commemoratur ab Athenæo lib. 14. Meretrix hujus nominis Phryne Theſpienſis, uſque adeo venuſta & eximia forma, ut cum in judicium capitis adducta eſſet, plurimiſque & graviſſimis criminibus premeretur, nulla ei res alia ad abſolutionem fuerit ſuffragata, quam formæ præſtantia. Nam Hyperides Orator, qui eam defendebat, cum eſſet hæc opinio, judices eam condemnaturos, conſtituit eam in eorum conſpectu, tunicaſque à pectore abſcindit, ut nudas ejus papillas & nudum pectus aſpicerent: tantamque & oratione & hoc facto judicum miſericordiam commovit, cum eam tanquam Veneris ſacerdotem oleo perfudiſſet, ut judices religione quadam animis eorum occupatis ac deterritis, non ſint auſi Veneris ſacerdotem & antiſtitem condemnare. *Lambinus.*

EPOD. XV.

Ad NEÆRAM amicam, de cujus perjurio conqueritur.

NOX *erat, & cælo fulgebat Luna ſereno*
Inter minora ſidera,

Quum

1. NOx *erat.*] Aut ita ſe res habebat, aut certè fingit; tum quia amoribus apta nox, tum ut lunam & ſydera juramenti veluti teſtes laudare poſſet. Juven.

—— Sed luna videt, ſed ſidera teſtes
Intendunt oculos. ——

2. *Minora ſidera.*] Sic lib. 1. Od. 12.

—— Micat inter omnes
Iulium ſidus velut inter ignes
Luna minores.

Ipſam igitur lunam quoque, & ibi *ignem* & hic *ſidus* vocat, cum proprie ſidus ſit plurium ſtellarum in unum aliquod ſi-

gnum

Quum tu magnorum numen læſura Deorum
In verba jurabas mea;
Arctius atque edera procera aſtringitur ilex,
Lentis adhærens brachiis:
Dum pecori lupus, & nautis infeſtus Orion
Turbaret hibernum mare,
Intonſoſque agitaret Apollinis aura capillos,
Fore hunc amorem mutuum.
O dolitura mea multum virtute, Neæra:
Nam ſi quid in Flacco viri eſt,

Non

gnum collectio, ſeu *ἐκ πολλῶν ἀστέρων σύστημα*, ut definiunt Græci. Verum auctores promiſcue utuntur. nam *Iulium ſidus*, & *Divi Cæſaris aſtrum* appellant duo principes Poëtarum, ſtellam illam ſingularem, ſive cometam, quæ ſeptem poſt exceſſum Julii Cæſaris diebus fulſit. Reliquorum autem ſiderum veluti chorum ducit luna. Quare *ſiderum regina* à Flacco noſtro dicitur. *Torr.*

3. *Magnorum, &c.*] *Deos*, puto, *magnos* vocat Venerem & Cupidinem, ſolos pæne amantibus cognitos. Quamquam & hi amantium perjuria derident, lib. II. Od. VIII. *Magnorum, &c.*] Dii magni ſunt, Jupiter, Minerva, Apollo, &c. *Læſura Deorum.*] Numen læſura propter perjurium & fidem poſtea violatam. *Læſura.*] Lædere, proprie eſt afficere contumelia. verum communiter transfertur ad omnem offenſionem, ſive dicto ea contingat, ſive facto. *Cruquius.*

4. *In verba, &c.*] Magna ſemper juris jurandi religio: ſed tunc præcipua, cum certam aliquo præeunte formulam, in ea ipſa verba juramus. quod *conceptis verbis jurare* dicebant veteres, & *conceptis verbis pejerare*, ſi quis tale jusjurandum falleret. Gravius enim ille peccare credebatur, quemadmodum & ſi quis aram tangens. Quæ enim de certo animi propoſito fiunt, firmius obligant. *Torr.* *In verba, &c.*] Jurabas facere, quod ego tibi proponebam.

5. *Arctius atque edera.*] *Edera* nihil tenacius, nihil ſequacius, ita ut complexu ſuo etiam enecet arbores. Od. XXXVI. lib. I. *Arctius atque.*] Arctius quam ab edera adſtringitur ilex procera.

6. *Lentis adhærens brachiis.*] *Lenta* vocat *brachia*, quæ injecta pertinaciſſimè hæreant. ut Catul.

Lenta quin velut aſſitas
Vitis implicat arbores.

Turneb. lib. I. cap. 15. *Lentis adhærens.*] Flexilibus & tenacibus brachiis mihi adhærens.

7. *Dum pecori lupus.*] Semper. *Orion.*] Orion eſt aſtrum, cujus ortus mare ac terras tempeſtatibus turbat. vide Od. 28. lib. I.

9. *Intonſoſque agitaret.*] Cur ſol depingatur intonſus, vide Od. 21. lib. I.

10. *Fore hunc.*] Jurabas hunc amorem fore mutuum & parem.

11. *O dolitura.*] Quomodo *dolitura* eo amiſſo, quem ſpernit ac negligit? An quia, ſi Horat. ipſam amare deſinat, ab aliis quoque deſerenda? An potius, quia converſis animis illum mox ipſa amatura ſit, à quo viciſſim contemnatur? Tales Catulli minæ, aureo illo Epigrammate:

Miſer Catulle deſinas ineptire. Torrent. *O dolitura.*] O Neæra tu multum dolebis mea virtute, id eſt, mentis conſtantia, ſi quando iratus te deſeram.

12. *Viri eſt.*] Si quid virilitatis eſt in F. Horatio, id eſt, in me.

13. *Feret*

Non feret aſſiduas potiori te dare noctis,
Et quæret iratus parem.
Nec ſemel offenſæ cedet conſtantia formæ,
Si certus intrarit dolor.
At tu, quicunque es felicior, atque meo nunc
Superbus incedis malo;
Sis pecore, & multa dives tellure licebit,
Tibique Pactolus fluat:
Nec te Pythagoræ fallant arcana renati,
Formaque vincas Nirea:

Ebeu

13. *Feret aſſiduas.*] Horatius non patietur. *Potiori te.*] Rivali meo, qui tibi potior eſt, quam ego ſum.

14. *Parem.*] Sic paulò antè: *Deſinet imparibus certare.* Tracta à bubus ad aratrum metaphora. non ſuccedit enim labor, ſi inæquales ſubjungantur. *Parem* ergo intelligo, quæ in amore reſpondeat, ac pariter jugum ferat, nec ſectantem fugiat. *Torrent.*

15. *Nec ſemel offenſæ.*] Nec, ſi certo, & vero dolore affectus fuero, conſtantia mea, quæ me diu tuos mores tuamque injuriam perferre coëgit, cedet formæ ſemel offenſæ, id eſt, quæ ſemel offenderit: quæ mihi ſemel offenſa atque inviſa, dum alios amas, fuerit. vel ſic: & in eo conſtans ero, quod nunquam cedam poſthac tuæ formæ ſemel lapſæ & ita mihi inviſæ. *Lambin.* Vel, nec eſt, quod ſperes me poſt litem & iracundiam denuo tibi ſupplicem futurum. Nam ſi certus dolor & vera indignatio animum meum altius aliquanto ſubierit & intrarit, animi mei conſtantia, à pulchritudine tua nunquam ſuperabitur, nec formæ tuæ denuò cedet & manus dabit, cum ſemel offenſa & inviſa mihi fuerit. *Lubin.* *Offenſæ.*] *Offenſus* propriè dicitur, qui ab alio læſus ſit. Et quia læſi adverſus eos qui læſerint, iraſci ſolent, hinc *offenſus* ſæpe pro irato atque infeſto accipitur. Cic. pro Cluentio: *Quem ſibi offenſiorem ſciebat.* Illud vero notabilius quod disertè commentator Cruquianus hic annotavit, *offenſus*, licet voce paſſivum ſit, ſignificatione tamen activum eſſe, pro eo qui offenderit. in alio quoque adſcriptum legi, *offenſæ formæ*, id eſt, *quæ offenſam mihi intulit.* Torr. *Offenſæ.*] Quæ ſemel offenderit.

16. *Intrarit dolor.*] Si certus dolor intrarit in animum meum.

17. *At tu.*] Sic Tibull.

At tu, qui lætus rides mala noſtra, caveto,
Mox tibi non vanus ſæviet uſque Deus.

Nec omittam libros M.S fermè omnes. pro *at tu*, *& tu* habere; & *heu heu* pro *eheu*, & *Nerea* pro *Nirea.* *At tu.*] Apoſtrophe ad rivalem ſuum.

18. *Malo.*] Quod ſpernor à Neæra.

19. *Sis pecore.*] Quamvis ſis dives, ſapiens & pulcher, quæ ſunt cauſa amoris.

20. *Pactolus fluat.*] Pactolus eſt fluvius Lydiæ auri ramenta ſecum in decurſu trahens.

21. *Renati.*] Pythagoræ denuo nati. De animæ tranſmigratione in alia corpora juxta Pythagoræ opinionem, vide Od. 28. lib. 1.

22. *Nirea.*] Nirea formoſiſſimum. Vide Od. 20. lib. 3.

23. *Alio*

Eheu tranſlatos alio mœrebis amores:
Aſt ego vicisſim riſero.

23. *Alio mœrebis.*] In alium, te relicto.

24. *Riſero.*] Ridebo te alternatim.

EPOD. XVI.

Ad POPULUM ROMANUM.

Commiſeratio eſt Reipubl. propter civilia bella.

ALTERA *jam teritur bellis civilibus ætas,*
Suis & ipſa Roma viribus ruit.
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marſi,
Minacis aut Etruſca Porſenæ manus,

Æmula

1. *Altera.*] Seditiones quidem Romæ permultæ fuere, ſed bella civilia ante Marium Cinnamque ac Sullam nulla. Primum enim C. Marius anno U.C. DCLXV. excitavit; ab eo verò tempore uſque ad devictum Antonium anni interceſſere LVII. Et quamquam interdum Reſpub. conquievit, nunquam tamen partium illarum reliquiis caruit, donec tandem in unius poteſtatem pervenit quarto Auguſti Cæſaris Conſulatu, qui ſolus quinque bella civilia geſſit. Tam diuturni igitur mali pertæſus Poëta, tamquam in fatis eſſet, atque ipſius loci genio contingeret, ut qui Romæ agerent, aſſiduis inter ſe bellis conflictarentur, Phocæorum exemplo alias adire ſedes ſuadet; ut, quam domi ſperare ampliùs non poſſent, foris quietem quærant, atque infelicem patriam fortunatis Oceani inſulis commutent. Phocæi autem Ioniæ populi, qui Maſſiliam olim condidere. Quorum profectionem ſic lib. I. deſcribit Herodotus, ut nulli dubium eſſe poſſit, quin argumentum inde Poëta ſumſerit. qua de re Turnebus lib. XIIII. c. XXI. *Altera ætas.*] Naſcente expeditione in formidabilem Antonium: vel naſcente bello in Brutum, impia hæc ætas oborta eſt. *Cruquius. Ætatem* pro XXX. annorum ſpatio poſuit, quamquam pro quovis etiam tempore accipiatur, & quidem pro uno tantùm anno non ſemel apud Virg. ut III. Georg.

At tribus exactis ut quarta acceſſerit ætas.

Altera jam.] Altera ætas quæ eadem C. Cæſaris conſecuta eſt. *Teritur bellis civilibus ætas.*] Conſumitur bellis civilibus, quibus Auguſtus Brutum & Caſſium (Cæſaris interfectores) perſequebatur.

3. *Marſi.*] Bellum ſociale intelligit, quod primùm à Marſis duce Popedio commotum, Italicos omnes concitavit, unde *Marſicum* quoque, & *Italicum* appellatum eſt, anno Urbis DCLXII. *Marſi.*] Populi Italiæ bellicoſi.

4. *Minacis aut.*] Porſena dux Etruſcorum minabatur ſe velle Romam demoliri, niſi Tarquinium ejectum Romani in urbem reciperent. *Porſenæ.*] Lib. M. S. *Porſennæ.* Conſtat tamen verſus ſecundos omnes ex puris Jambis eſſe, & alioqui media ſyllaba communis eſt. Mart.

Urere quam potuit contempto Mucius igne,
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.

5. *Æmula*

Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Noviſque rebus infidelis Allobrox,
Nec fera cærulea domuit Germania pube,
Parentibuſque abominatus Annibal:

Impia

5. *Æmula nec virtus Capua.*] *Capua,* ut inquit Livius lib. III. vel ab duce eorum Capye Æneæ ſocio: vel, quod propius vero eſt, à campeſtri agro appellata, non ſolum Campaniæ urbium caput, ſed & Italiæ poſt Romam, atque adeò totius orbis terrarum, ſi Carthaginem excipias, maxima, Magiſtratu, Senatu, & conſilio, cæteriſque reipub. inſignibus Romæ æmula: bello Punico ſecundo vel ob id potiſſimùm Annibali adhæſit, quod ille inter cetera magnifica promiſſa pollicitus fuiſſet ſe urbem eam reliquæ Italiæ præfecturum. Elegans ergo periphraſis, *Æmula nec virtus Capua*, pro ipſa Capua. *Æmula nec virtus Capua.*] Cur æmula? quia Capua in ſpem venit eripiendi Romanis imperium, tunc temporis præſertim, cum Hannibal vaſtaret Italiam. *Spartacus acer.*] Hic quò periculum illius belli manifeſtiùs ſignificetur, Claudiani locum de bello Getico adſcribam:

—— Vilis cùm Spartacus omne
Per latus Italiæ ferro bacchatus & igni,
Conſulibuſque palam toties congreſſus, inertes
Exuerit caſtris dominos, & ſtrage pudenda
Fuderit imbelles aquilas ſervilibus armis.

Spartacus acer.] Belli civilis author & dux. Vide Od. 14. lib. 3.

6. *Noviſque rebus infidelis Allobrox.*] *Allobroges*, quos nunc *Sabaudos* ac *Delphinates* vocant, gens ad flumen Rhodanum, tractumque Lugdunenſem ſita, vel ante bella Punica, ut ait Livius libro XXI. nulla alia Gallica gente aut opibus aut fama inferior, ut Italiæ proxima erat, ſic etiam notiſſima, & Romanis præ ceteris metuenda. Porrò quòd eos *novis rebus infideles* vocat Horatius, id tam ad gentis indolem, quàm ad hiſtoriam referendum; natura enim habiti olim leves, & iracundi, & quavis occaſione irritabiles Galli omnes, maxime Tranſalpini. Unde infidelitatis nata opinio eſt. Denique non erraverit qui *Allobrogum* nomine Gallos omnes ſignificare voluiſſe Horatium crediderit. Vel *Novis rebus infidelis* dicitur, ut cum dicimus *infidelis ambitione*, hoc eſt, propter ambitionem. Ergò *infidelis novis rebus*, ſimpliciter eſt, ὁ νεωτερίζων, qui res novas molitur aut conjurat. Meritò autem gentem illam nomine hoc traducit Horatius, quæ, ut alia omittam, tribus propè aut quatuor continuis annis, novis rebus ſtuduit, ſemperque victa, novas iterum reip. bellorum cauſas dedit. *Heinſius.* *Allobrox.*] Allobroges ſunt populi Galliæ, qui per ſuos legatos Ciceroni conjurationem Catilinariam patefecerunt, quamvis cum Lentulo prius conſenſerant, rectè igitur dicuntur infideles novis rebus, id eſt, qui novis rebus ſtudebant.

7. *Cærulea.*] De Germanis ſic Tacitus: *Habitus corporum quanquam in tanto hominum numero, idem omnibus; truces & cærulei oculi, rutila coma, magna corpora.* Hoc eſt igitur quòd *cæruleam Germaniæ juventutem* vocat Horat. Nec dubium quin de Cimbris Teutoniſque loquatur, quos Marius ingenti clade afflixit. *Pube.*] Juventute cærulea. habent enim omnes ferè Germani oculos cæruleos.

8. *Abominatus.*] παθητικῶς, ut:

—— Bellaque matribus
Deteſtata. ——

Parentes autem hoc loco ſimpliciter pro majoribus accipit, non ſignificatione conſueta pro patribus matribuſque eorum, qui bello Hannibalis cæſi fuerant;

ſed

Impia perdemus devoti ſanguinis ætas,
Feriſque rurſus occupabitur ſolum.
Barbarus heu cineres inſiſtet victor, & urbem
Eques ſonante verberabit ungula:
Quæque carent ventis & ſolibus oſſa Quirini,
(Nefas videre) diſſipabit inſolens.

Forte,

ſed ut Juriſconſulti loquuntur, apud quos *parentis* appellatione plerumque omnes in infinitum ſuperiores continentur. Quare & *dirum* vocat Poëta lib. II. Od. XII. utpote in perniciem Romanorum natum. Qui puer annorum IV. patre ſacrificante aram tangens, jurabat ſe acerrimum Pop. Rom. cùm primùm per ætatem liceret hoſtem fore. Val. IX. cap. IIII. Et ſolebant veteres infauſtum aliquid ac ſiniſtri ominis deprecando averſandoque dicere, *Quod abominor. Abominatus Annibal.*] Hannibal à parentibus eſt deteſtatus, propter liberos ejus crudelitate in prælijs cæſos.

9. *Impia perdemus.*] Nos ætas impia devoti ſanguinis, id eſt, quorum ſanguis morti deſtinatus eſſe videtur propter majorum ſcelera, perdemus Romam, quam neque finitimi valuerunt perdere Marſi, &c. ut ſupra. *Devoti ſanguinis.*] Hoc eſt, nos diræ hujus & execratæ ætatis homines, in quam tot civilium bellorum clades inciderit.

10. *Feriſque rurſus occupabitur ſolum.*] Meliùs hoc intelliget, cui in mentem venerit illud de Trojæ excidio lib. III. Od. III.

Dum Priami Paridiſque buſto
Inſultet Armentum. —

Addam quod de Hannibale refertur. nam ſignificare volens, quanto inter ſe odio Carthago & Roma diſſiderent, inflicto in terram pede, ſuſcitatoque pulvere, tunc inter eas fore finem belli dixit, cùm alterutra in pulverem eſſet redacta. Val. IX cap. IIII. *Feriſque rurſus occupabitur ſolum.*] A feris ſolum urbis Romæ iterum poſſidebitur, ſicut ante eam conditam feris erat receptaculum.

11. *Inſiſtet victor.*] Stabit ſuper cineres urbis vel civium.

13. *Carent ventis.*] Proprie quidem *carere* ſignificat egere eo, quod habere velis, neque caret is qui non deſiderat. *Quirini.*] Romuli oſſa in ſepulchro condita, & ſic neque ventis commota, neque ſolis radiis exuſta, inſolens victor diſſipabit.

14. *Nefas videre.*] Libb. M. S. omnes *videri* legunt. Et ſepulcra quidem violari nefas, ſed eorum maxime, qui imperia urbeſque condidere. ut de Romulo hic Horatius. Sed & Virg. eò reſpexiſſe crediderim IIII. Æneid. cùm ait:

Nec patris Anchiſæ cineres maneſve revelli.

Ad hunc locum facit illud Ciceronis Philipp. 9. *Statuæ intereunt tempeſtate, vi, vetuſtate; ſepulcrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moveri neque deleri poteſt, atque ut cætera extinguuntur, ſic ſepulchra fiunt ſanctiora vetuſtate.* Propiùs verò ad Horatium accedit Claud. hunc haud dubiè locum imitatus, de bello Getico his verſibus:

— *Procul arceat altas*
Juppiter, ut delubra Numæ, ſedemque Quirini
Barbaries oculis ſaltem temerare profanis
Poſſit, & arcanum tanti depromere regni.

Notanda etiam quæ ex antiquis interpretibus non uni ego quoque codici adſcripta inveni, Romulum fulmine ictum interiſſe, ac ſepultum fuiſſe in Roſtris, teſte Varrone; unde nata ſit conſuetudo

Forte, quid expediat, communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla ſit hac potior ſententia (Phocæorum
Velut profugit execrata civitas,
Agros atque Lareis patrios, habitandaque fana
Apris reliquit, & rapacibus lupis)
Ire, pedes quocunque ferent: quocunque per undas
Notus vocabit, aut protervus Africus.
Sic placet? an melius quis habet ſuadere? ſecunda
Ratem occupare quid moramur alite?
Sed juremus in hæc: Simul imis ſaxa renarint

Vadis

ſuetudo ut pro Roſtris mortui laudarentur. alios tamen id tradere de templo Quirini, quod ideò temere patefieri nefas ſit. Turneb. lib. 14. cap. 21. *Nefas videre.*] Contra fas eſt, videre Romuli cineres diſſipatos.

15. *Fortè, quid expediat.*] Fortaſſe aut vos omnes generatim, aut certe melior pars, quæritis, quo modo careatis malis laboribus, qui perferuntur in bellis civilibus. *Fortè quid expediat communiter, aut melior pars, &c.*] Equidem ut dicam quod ſentio, omnes Interpretes fruſtra ſunt. legendum itaque, *quod expediat*, hoc ſenſu: *Fortaſſe vel communiter (quod optimum quidem erat) vel, ſi id non poteſt; melior ſaltem pars, civili bello carere quæritis? Nulla ſententia potior hac ſit, &c.* Vides aperta omnia, nihil coactum, nullam denique obſcuritatem: Ita ergò locus ſcribendus:

Forte (quod expediat) communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus, &c.

Rutgerſ. Melior pars.] Sanioris judicii & animi. Alludere autem videtur ad Juriſconſultorum tradita, qui legem eſſe ajunt commune quoddam præceptum, ſeu reip., ſponſionem, cui omnes debeant obedire. *Commune* verò dici nequit, niſi quod ſimul omnes, aut melior ſaltem pars ſtatuerit ſanxeritque.

17. *Phocæorum.*] Hujus Phocæorum hiſtoriæ, non tantùm meminit Herodotus, ſed & Strabo lib. IIII. Denique *Phocæenſium* ἀρὰ, ſive *execratio*, ut & *Phocæenſium* ἀπόνοια ſive *deſperatio*, in proverbium abiere. Eraſmus Chiliadibus. Ut autem *execrari* dicebant pro deteſtari ac devovere, ſic *reſacrare* erat devinctum ſolvere. *Phocæorum.*] Phocæi à Phocea Ioniæ civitate diſcedentes, venerunt in Galliam, atque illic Maſſiliam, urbem nobiliſſimam condiderunt.

18. *Execrata.*] Execrationibus adſtricta. Turneb. lib. 14. cap. 21. *Execrata civitas.*] Execrationibus uſa.

19. *Patrios.*] Sic noſtra quoque exemplaria omnia, non *proprios*, ut antè legebatur. Atque ita libro II. Ode XVII.

—— *Paternos in ſinu ferens deos.*

21. *Ire, pedes quocunque ferent: quocunque.*] Sit hæc ſententia, (nempe) quo pedes ducunt, ire.

22. *Aut protervus Africus.*] Differt ergo à Noto Africus. Vide libro I. Od. I. & III.

23. *Secunda alite.*] Bonis avibus.

25. *In hæc.*] In hæc verba juremus, ſcilicet ut nefas ſit prius in patriam redire, quam ſaxa è maris fundo enatarint, id eſt, juremus nunquam redire. *Simul imis.*] Poſteaquam. *Saxa renarint.*] Phocæi enim facto jam fugæ decreto,

maſſam

Vadis levata, ne redire ſit nefas:
Neu converſa domum pigeat dare lintea, quando
Padus Matina laverit cacumina.
In mare ſeu celſus procurrerit Apenninus;
Novaque monſtra junxerit libidine
Mirus amor; juvet ut tigreis ſubſidere cervis;
Adulteretur & columba milvio:
Credula nec flavos timeant armenta leones;
Ametque ſalſa levis hircus æquora.
Hæc, & quæ poterunt reditus abſcindere dulceis,
Eamus omnis exſecrata civitas.
Aut pars indocili melior grege, mollis, & exſpes
Inomi-

maſſam ſive globum ferreum (μύδρον ille vocat) in mare conjecerunt, juraruntque non antè ſeſe reverſuros, quàm rurſus emergeret. Turneb. libro 14. cap. 21.

27. *Neu converſa domum.*] Non pigeat navibus tum demum revehi, quando, &c. *Lintea, quando.*] Naves ad urbem Romam verſas.

28. *Padus.*] Galliæ fluvius. *Cacumina.*] Verticem montis Matini, qui eſt in Calabria.

29. *Apenninus.*] Apenninus eſt mons ab Alpibus ortus, procul à mari per mediam Italiam porrectus.

30. *Nova junxerit libidine.*] Inaudita libidine.

31. *Subſidere.*] Venereum vocabulum eſt, ut & *ſuccumbere*, unde *Incubi* & *Succubi*. Lucr. IIII.

Et pecudes & equæ maribus ſubſidere poſſent.

Subſidere cervis.] Subjacere ad coitum.

32. *Adulteretur.*] *Adulterari* ſicut & *mœchari*, propriè virorum eſt. Horatius de femina hic dixiſſe videtur, niſi παθητικῶς accipiamus, pro ſtupretur à milvio. nam *adulterare* etiam cum quarto caſu jungitur. Exempla paſſim obvia, *adulterare novercam, matronas, uxores alienas. Adulteretur.*] Et columba coëat cum milvio. *Milvio.*] Libri manuſſ. omnes *miluio* ſcribunt, ut triſyllabum ſit.

33. *Credula.*] In hoc ſcilicet, ut non timeant leones. *Nec flavos.*] Cruquius legendum cenſet *ravos*; vel à colore leonum, qui medius eſt inter flavum & cæſium: vel ab oculis illorum. *Credula nec flavos.*] Quando armenta adeò fuerint credula, ut non timeant leones.

34. *Ametque ſalſa levis hircus æquora.*] Duo mira conjungit, ut hircus levis ſit, animal piloſum atque hirſutum natura, & à montibus rupibuſque in mare tranſmigret. *Levis* autem per *e* quàm *æ* ſcribi malim. *Levis hircus.*] Hircus ſine ſetis.

35. *Hæc, & quæ.*] Tali execratione cum tota Roma, vel pars melior eſt uſa, tum eamus: *Abſcindere.*] *Abcidere* etiam, & *abſcidere* legitur, in uno *abſcindere*. Repetendum autem, *Sed juremus in hæc, hæc & quæ poterunt, &c.* Torrentius.

37. *Aut pars indocili melior grege.*] *Indocilem gregem* ignobile vulgus appellat, & alioqui hiſtoriam reſpicit. Nam & Phocæorum bona pars domum reverſa, alios deſeruit. *Melior grege.*] Melior vulgo imperito. *Mollis & exſpes.*]

 Con-

Inominata perprimat cubilia.
Vos quibus eſt virtus, muliebrem tollite luctum,
Etruſca præter & volate littora.
Nos manet Oceanus circumvagus: arva beata
Petamus arva, divites & inſulas,
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret uſque vinea:
Germinat & nunquam fallentis termes olivæ,
Suamque pulla ficus ornat arborem:

Mella

Contrà quicunque mollis & ignavus eſt, omnemque ſpem abjecit, ille hæc urbis Romæ loca tanquam cubilia infauſta & inominata perpetuò premat, & Romæ miſerrimè æternum deliteſcat. *Lubin.* Eadem ferè ratione Virg. v.

Tranſſcribunt urbi matres, populumque volentem
Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes.

Navigaturus enim in Italiam Æneas, turbam inutilem reliquit, ac veluti ſarcinam majora capeſſenti, gravem deponit. *Mollis & exſpes.*] At vero, quæ pars civitatis mollis erit & ſine ſpe, male ominatos, & infelices lectulos perpetuò premat.

38. *Perprimat.*] Segnitiæ aſſiduitas notatur. *per* enim junctum verbo, neſcio quid totum integrumque ſignificat; ut *Pernoctare extra urbem intelligendus eſt, qui nulla parte noctis in urbe eſt.*

39. *Muliebrem tollite luctum.*] Ita M. S. & impreſſi omnes. At Lamb. *pellite* mavult, atque ita non uno in codice legi affirmat; an verè, neſcio.

40. *Etruſca præter & volate littora.*] Prætervolare, id eſt, præterire Tyrrhenum mare.

41. *Nos manet Oceanus.*] Nos expectat Oceanus præternavigandus, in quo ſunt inſulæ fortunatæ. *Oceanus circumvagus.*] Hic diſtinguit Lambinus epithetum *circumvagus*, exponens quòd orbi terrarum circumfuſus ſit. Meliùs antiquus interpres, *circumvagus arva beata*, ut de certa Oceani parte, qua inſulas fortunatas ambit, loquatur Poëta. Turneb. lib. 14. cap. 21. *Circumvagus: arva, beata.*] Qui univerſam terram circumvagatur.

42. *Divites & inſulas.*] Synonyma ſunt *arva beata*, *divites inſulæ.* Vide lib. IIII. Od. VIII. ubi verò terrarum ſint, hactenus incompertum.

43. *Cererem tellus inarata.*] Meſſem copioſam.

44. *Imputata floret uſque vinea.*] Vinea non putata, non præciſa ſemper floret.

45. *Termes olivæ.*] Ramus olivæ, tam fidelis, ut ſpem domini nunquam fallat.

46. *Suam arborem.*] Arborem naturalem, non inſitam. Nam in inſulis fortunatis omnia ſine arte naſcuntur. *Suamque pulla Ficus ornat arborem.* Aut ego fallor, aut longe aliud intellexit Horatius ac Interpretes. Sciendum enim Latinos arborem pullulantem, ob eas, quæ ex ea enaſcuntur ſoboles, vocare matrem. Virgil. I. Georgicor.

Nunc alta frondes, & rami matris opacant.

Columella lib. III. cap. VI. *Non enim ſolam fæcundam eſſe matrem ſatis eſt ex qua ſemina petuntur; ſed adhibenda ratio eſt ſubtilior, ut ex his partibus trunci ſumantur, quæ & genitales ſunt, & maxime fertiles.* *Suetonius Auguſt.* XCIV. *Matricem* vocat: *Ex ea* (Palma) *continuo enata ſoboles adeo in paucis diebus adolevit, ut non æquipararet modò matricem, verum*

etiam

Mella cava manant ex ilice, montibus altis
Levis crepante lympha deſilit pede.
Illic injuſſæ veniunt ad mulctra capellæ,
Refertque tenta grex amicus ubera:
Nec veſpertinus circumgemit urſus ovile,
Nec intumeſcit alta viperis humus.
Pluraque felices mirabimur, ut neque largis
Aquoſus Eurus arva radat imbribus:
Pinguia nec ſiccis urantur ſemina glebis;

Utrum-

vitiam obtegeret. Et ut illam *matrem*, ita ex ea naſcentes *ſoboles pullos* vocant. Gloſſæ, *pullus παρφυάς*. Horat. lib. I. Od. xxv.

Læta quod pubes hedera virenti
Gaudeat pullâ magis atque myrto,

Porphyrio, *pullam myrtum.*] *ſubcreſcentem; ac per hoc novellam intelligendum.* Ita igitur & hoc explicandum eſt, tam beatam earum inſularum fertilitatem eſſe, ut è ficu pulli, nullæ, ut inquit Propertius; curæ debiti, verum ſponte enaſcantur, qui matrem ſuam ornant. Intelligit autem ficum Indicam, quam ex eo Goënſes Luſitani, *Arbor de rayz*, hoc eſt, arbor radicum vocant. Ejus deſcriptionem è Theophraſto l. I. cap. 12. & lib. 4. cap. 5. pete. Vide & Plin. lib. 12. cap. 5. ut & lib. VII. cap. 2. *Hæc facit ubertas ſoli, temperies cœli, aquarum abundantia, ut (ſi libeat credere) ſub una ficu, turmæ condantur equitum.* Rutgerſ. *Pulla ficus ornat arborem.*] Nigra & matura ficus.

48. *Levis crepante lympha deſilit pede.*] Verſus elegantiſſimus, aquæ ſalientis ſuſurrum & verbis ipſis & numeris egregiè exprimens, ut ille ex Culice Virg.

Caſtaliæque ſonans liquido pede labitur unda.

Peculiari autem Poëtis tranſlatione, *pes* etiam aquæ, & cuicumque humori fluenti, tribuitur. ut:

Ipſe ſuo flueret Bacchus pede.

Nam & cum currere aqua dicatur, ſine pedum officio id fieri non poſſe videbatur. Turneb. lib. 6. cap. 20. Omittere verò nefas ſit, repperiſſe in IIII. exemplaribus *Nympha* pro *lympha*; atque ita legi debere indicat interpres Cruquianus. Quamquam parum refert. Quod autem *crepitante* pro *crepante* legi ait Lamb. id & ego uno in codice inveni. Denique *crepare* pro *ſonare* antiquis frequens eſt. Nonius, & alii. *Crepante lympha deſilit pede.*] Crepante pede, id eſt, cum leni murmure.

49. *Injuſſæ veniunt, &c.*] Ultro veniunt.

50. *Refertque tenta grex amicus ubera.*] Et grex charus domum refert diſtenta ubera.

51. *Circumgemit urſus ovile.*] *Gemere* cùm dicit, urſorum proprietatem exprimit. ut rectè antiquus interpres notat. Malè qui *ovili* legunt; minus enim venuſta locutio eſt. *Circumgemit urſus ovile.*] Urſus non inſidiatur ovibus, quæ ſunt in ovili.

52. *Nec intumeſcit.*] Hypallage eſt. *Intumeſcit.*] Vel veneni ſparſione, vel ipſis ſerpentum latebris, quæ ſub terra ſunt.

54. *Aquoſus Eurus.*] *Aquoſum*, ut puto, vocat, quòd cùm vehementior eſt, ferè in pluviam deſinat, per ſe ſiccus potiùs frigiduſque; ut alibi:

Sique Aquilo radat terras.

Arva radat imbribus.] Utque neque Eurus terras minuat imbribus.

55. *Pinguia nec ſiccis urantur.*] In illis inſulis nulla eſt ſiccitas,

 56. *Utrinum-*

Utrumquè Rege temperante cælitum.
Non huc Argoö contendit remige pinus,
Neque impudica Colchis intulit pedem:
Non huc Sidonii torſerunt cornua nautæ,
Laborioſa nec cohors Ulyſſei.
Nulla nocent pecori contagia: nullius aſtri
Gregem æſtuoſa torret impotentia.
Jupiter illa piæ ſecrevit littora genti,
Ut inquinavit ære tempus aureum:
Ære, dehinc ferro duravit ſæcula: quorum
Piis ſecunda vate me datur fuga.

56. *Utrumque rege temperante cælitum.*] Hyemem & æſtatem Jove modificante.

57. *Pinus.*] Navis (in qua Jaſon & heroës Græciæ vecti ſunt vellus aureum petentes) non huc contendit Argoo remige, id eſt, Argoïs remigibus.

58. *Colchis intulit pedem.*] Medea quæ propter libidinem patrem prodidit.

59. *Sidonii torſerunt cornua.*] Cadmus cum ſociis non huc convertit antennarum cornua.

60. *Laborioſa nec.*] Magnum laborem perferens.

62. *Impotentia.*] Nimis vehemens potentia nullius aſtri, (ut Syrii) torret gregem.

63. *Jupiter illa piæ ſecrevit.*] Duo codd. *Juppiter ipſe.* tres *ſacravit*, pro *ſecrevit*. Sed *ſecrevit* magis Horatianum eſt. *Genti.*] Littora hominibus piis habitanda.

64. *Ut inquinavit ære tempus.*] Poſtquam Jupiter ſæculum aureum æreo permutaverat.

65. *Duravit ſæcula: quorum.*] Durum fecit, id eſt, ferrea ſæcula induxit, quorum tempore, fuga & proſpera declinatio piis datur. *Quorum.*] Quorum duorum ſæculorum piis hominibus, qui adhuc pauci reſtant, me vate, prædicente, me ſuaſore, ſecunda fuga ac proſpera migratio à diis immortalibus datur & conceditur. *Lubin.*

66. *Vate me datur.*] Me ſuaſore, & impulſore.

EPOD. XVII.

Ad CANIDIAM.

Petit eam ut ſibi ignoſcat, cujus ſe veneficiis ſuperatum fingit.

JAM *jam efficaci do manus ſcientiæ,*
Supplex & oro regna per Proſerpinæ,

Per

Hic iterum Canidia ad partes venit, cui antè graviter offenſa dum Palinodiam ſcribere ſe fingit, eam irridet magis atque exagitat.

1. *Efficaci do manus ſcientiæ.*] Sic *Magiam* appellat ex opinione illam profitentium, qui omnium artium maximam atque utiliſſimam eſſe tradiderę; quæque in Oriente, ut Plinii utar verbis, regum regibus olim imperavit, cum vera ſit vanitas. *Do manus ſcientiæ.*] Agnoſco me victum & potenti veneficiorum ſcientiæ cedo.

2. *Et oro regna.*] Mos erat apud veteres

Per & Dianæ non movenda numina,
Per atque libros carminum valentium
Refixa cælo devocare ſidera,
Canidia, parce vocibus tandem ſacris,
Citumque retro ſolve, ſolve turbinem.

Movit

teres obſecrare per res ei, quem obſecrabant, aut cariſſimas, aut religioſiſſimas & maxime venerandas: interdum etiam per res ſuas maxime afflictas & miſericordia digniſſimas. *Lambin. Proſerpinæ.*] Oro te per deas tibi maxime venerandas, nempe Proſerpinam & Dianam.

3. *Dianæ non movenda numina.*] Hoc eſt, non irritanda, non provocanda. Quippe vehemens eſt & iracunda, nec feris tantum, ſed & hominibus formidanda. quod cum Orionis, Actæoniſque, & Niobes filiorum exemplo conſtat: tum inde, quod σεληνιακοὶ, & σεληνόβλητοι vocantur, quos ferierit. Nos *lunaticos* dicimus. *Non movenda numina.*] Oro per numina quæ nolunt moveri & à ſuis decretis flecti; vel, quæ laceſſita graves ſumunt pœnas à peccantibus.

4. *Libros carminum valentium.*] Quales à Zoroaſtre, Hermippo, Democrito, aliiſque ſcriptoribus, perhibentur. *Valentium.*] Quæ valent in terras deducere ſydera cœlo detracta.

5. *Refixa cælo devocare ſidera.*] *Refixa* dixit, quod ſtellæ tamquam clavi, cælo quodammodo fixæ videri poſſint. Lucret. v.

—— *Stelliſque micantibus æthera fixum.*

Liber unus *Defixa* habet, ſed *refixa* dixit etiam Virg. v.

—— *Cælo cen ſæpe refixa*
Tranſcurrunt crinemque volantia ſidera ducunt.

Devocare etiam, ut alibi *deripere*, & Virg. *deducere*.

6. *Vocibus tandem.*] Parce cantionibus ſua diritate execrandis.

7. *Citumque retro ſolve, ſolve turbinem.*] Lambinus ex Aurati ſententia *volve, volve* legit, nullo adſtipulante veteri codice; in quibus omnibus *ſolve, ſolve* legitur, quam lectionem antiquus etiam interpres agnoſcit: *Solve turbinem*, inquit, *libera me iis amentiæ nexibus, quibus ante illigaſti. Turbinem autem vocat carmen ipſum, quo mens veluti in gyrum agi videatur; eaque maleficii ſpecie per artem magicam cogatur aliquis ad amandum.* Recte meo judicio. Nihil tamen vetat, quin *turbinem* pro rhombo ipſo magico, quo ad amores utebantur veneficæ, accipiamus. Illud enim Græcum, hoc Latinum eſt. Et *retro* ſeu *retrorſum ſolvere*, non inepte interpretabimur, pro ſiſtere atque agitationem illam inhibere, vel convertere, ut & ille cui malum parabatur agitari deſinat. Ovid. lib. I. Amor. Eleg. VIII. De Lena:

Scit bene quid gramen, quid torto concita filo
Licia, quid valeat virus amantis equæ.

& Propertius lib. IIII. Eleg. v.

Staminea rhombi ducitur ille rota.

Rotam vocans non ab inſtrumenti magici, quod diximus, forma, ſed ab agitatione ipſa inſtar rotæ. Unde *rhombum* etiam *trochum* appellari ait interpres Theocriti. Male autem qui pro *ſtaminea*, *ſtraminea* illic legunt. Pereruditè vero Lucret. lib. VI.

Traxerunt torti magica vertigine fili.

Rhombum ἀειφορητικῶς deſcribens. Unde & *turbo* recte appellatur ab Horatio. quo vocabulo Virg. & Tib. pro inſtrumento luſorio uſi ſunt. *Solve turbinem.*] Retro ſolve, vel (ut alii volunt) retro volve, id eſt, converte in contrariam partem Rhombum magicum quo mentem meam obligaſti, & ad amorem quaſi vertigine quadam coëgiſti.

 8. *Movit*

Movit nepotem Telephus Nereïum,
In quem ſuperbus ordinarat agmina
Myſorum, & in quem tela acuta torſerat.
Unxêre matres Iliæ addictum feris
Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem:
Poſtquam relictus mœnibus rex procidit,
(Heu) pervicacis ad pedes Achilleï.
Setoſa duris exuêre pellibus
Laborioſi remiges Ulyſſeï
Volente Circe membra: tunc mens, & ſonus
Relapſus,

8. *Movit nepotem Telephus.*] Telephus Myſorum rex ad miſericordiam flexit Achillem, cujus mater Thetis, Nerei fuit filia. *Telephus.*] Cum Græcos Trojam petentes regni ſui tranſitu prohiberet, graviter ab Achille vulneratus, nec ei vulneri medelam inveniens, conſulto tandem oraculo, reſponſum tulit, (Ὁ τρώσας ἰάσεται). Supplex itaque Achilli factus, id ab ipſo quidem impetravit, ſed quomodo reſtitutus ſit ambigitur. Communior opinio eſt ferrugine ab haſtæ, qua illum læſerat, cuſpide decuſſa, Achillem id præſtitiſſe. Unde nata Poëtis occaſio, ut & vulnus & vulneris medicinam eidem haſtæ tribuerent. Alii vero herba ab Achille inventa, quam Achilleon & Sideritim vocant, curatum ajunt. Hinc itaque & Τηλέφειον ἕλκος, & Τηλέφειον τραῦμα, apud medicos pro ulcere ſive vulnere inveterato, atque difficili: quod Χειρώνειον appellant, ſive quod Chiron primus talia ſanaverit, ſive quod Chironis arte ejus diſcipulus Achilles, experimento Telephi.

9. *Ordinarat agmina.*] In quem inſtruxerat exercitum.

11. *Unxêre matres.*] Ungi ſolita corpora defunctorum poſt lotionem, etiam antiquiſſimis temporibus, ex Miſeni apud Virgilium funere aperte conſtat. Recte itaque Flaccus noſter Canidiam lepidiſſima deriſione tot tantiſque exemplis mollire volens, Hectoris corpus, canibus avibuſque jam deſtinatum, Priami precibus ab Achille impetratum, & à Trojanis mulieribus curatum ac ſepulturæ traditum narrat, ac Poëtarum more à parte totum ſignificans, *Unxere*, inquit, *matres Iliæ*, verbo quidem *unctum* ſolummodo, ſed reipſa, ſive ſententia, ſolenni gentis more ſepultum oſtendens. Vide Muretum libro III. Variarum lect. capite XIX. Alii leg. *luxere*.

12. *Homicidam.*] Græcum vocabulum exprimere conatus eſt, ſed infeliciter, ſi loquendi uſum reſpiciamus. ἀνδρεφόνος enim virorum in prælio interfectorem ſignificat: *homicida* ſicarium potius, aut latronem. *Homicidam Hectorem.*] Hominum interfectorem, id eſt, virum bellicoſum intelligit. Hectoris cadaver ab Achille canibus deſtinatum.

13. *Poſtquam relictus.*] Poſtquam relicta Troja Priamus ſeſe ad pedes Achillis abjecit, orans, ut corpus Hectoris ſibi redderet.

14. *Heu.*] Indignum enim tantum, tali ætate regem genibus advolvi. *Pervicacis.*] Obſtinati in ſententia.

16. *Remiges Ulyſſei.*] Socii Ulyſſis exuerunt ſetoſa membra duris pellibus, id eſt, porcorum figuras exuerunt, & humanas reſumpſerunt.

17. *Volente Circe.*] Concedente Circe,

Relapſus, atque notus in vultus honor.
Dedi ſatis ſuperque pœnarum tibi,
Amata nautis multum, & inſtitoribus.
Fugit juventas, & verecundus color
Reliquit oſſa pelle amicta lurida:
Tuis capillus albus eſt odoribus.
Nullum à labore me reclinat otium:
Urget diem nox, & dies noctem: neque eſt
Levare tenta ſpiritu præcordia.

ce, jam ab Ulyſſe placata. *Mens & ſonus.*] Tunc ratio & oratio & facies priſtina reſtituta eſt.

18. *Relatus.*] Redditus, reſtitutus. Non improbo equidem *relatus*: ſed tamen non video cur *relapſus*, quod in multo pluribus codicibus legitur, diſplicere debeat. Mihi ſanè elegantius eſt.

20. *Amata nautis multum.*] O Canidia quam nautæ & inſtitores, homines ſordidi multum amant. *Nautis & inſtitoribus.*] Ambiguum eſt laudetne per hoc Canidiam, an vituperet potius ut vulgarem mulierem.

21. *Fugit juventas, & verecundus color.*] Quid *juventas* ſit lib. II. Od. XI. diximus. Hic florem juventutis, hilaritatemque, ac gratiam ſignificat. Cui bene additur *verecundus color*: rubens nempe purpureuſque, qualem pudor creare ſolet, maxime in pueris juveniluſque; ea enim ætas, cum frequentius peccet, facilius erubeſcit: idque certiſſimum ingenuæ probitatis ſignum. Sed & Catonem dicere ſolitum tradunt, *Placere ſibi juvenes qui erubeſcerent moniti, non qui palleſcerent.* Diogenes verecundum illum ruborem, virtutis colorem vocabat: & Sat. I. Juvenalis:

Sanguinis in facie non hæret gutta;

pudorem omnem abeſſe ſignificans. *Et verecundus color.*] Verecundum colorem, pro *rubido* poſuit: quibus enim os rubebat, pro modeſtis & ingenuis habebantur apud Veteres, & *oris probi* dicebantur. ſic Pompejus olim ab oris probitate commendabatur. Ergo *verecundum colorem* vocavit τὸ ἔρευθος, quod juvenibus multo & integro ſanguine plenis ἐπιτρέχει. Pallidos autem & mali coloris homines, impudentes fere & inverecundos dicebant. *Salmaſius. Et verecundus color.*] Et rubicundus color, qualis ineſt pueris erubeſcentibus, non carnes, ſed oſſa tantum mihi reliquit ſub nigra pelle veſtita.

23. *Tuis capillus albus eſt odoribus.*] Hoc quoque ridiculum. *præcanus* enim, ut ipſe de ſe ſcribit lib. I. Epiſt. ultima fuit Horatius. Id jocoſe Canidiæ veneficiis imputat. nam *odores* pro maleficiis exponunt interpretes. *Tuis capillus.*] Tuis unguentis & veneficiis canus eſt capillus meus ante tempus.

24. *Reclinat.*] Bene. otioſi enim à labore ſive ſedendo ſive recubando reclinamus. lib. II. Od. III.

Seu te in remoto gramine per dies
Feſtos reclinatum bearis, &c.

Reclinat otium.] Me liberat.

25. *Urget diem nox.*] Tale illud: *Truditur dies die.* Lib. II. Od. XVIII. *Urget diem nox.*] Noctedieque animi doloribus exerceòr. *Neque eſt.*] Οὐδ᾽ ἔξεστι, neque licet reſpirare.

26. *Tenta ſpiritu.*] Ut fieri neceſſe eſt, cum, ut Ennii utar verbis, *nec reſpirandi ſit copia*, aut *nec reſpirare poteſtas*, ut Virg. dicere maluit. *Tenta ſpiritu præcordia.*] Præcordia extenta ſpiritu.

Ergo negatum, vincor, ut credam miſer
Sabella pectus increpare carmina,
Caputque Marſa diſſilire nænia.
Quid amplius vis? ô mare, & terra, ardeo:
Quantum neque atro delibutus Hercules
Neſſi cruore, nec Sicana fervida
Urens in Ætna flamma. tu, donec cinis
Injurioſis aridus ventis ferar,
Cales venenis officina Colchicis.
Quæ finis? aut quod me manet ſtipendium?
Effare:

27. *Ergo negatum, vincor, ut credam miſer.*] Ergo miſer vincor, ut nunc credam à me negatum, nempe, Sabella carmina increpare pectus, id eſt, magicas incantationes poſſe perturbare mentes humanas. *Negatum vincor.*] Ego miſer vincor, ut nunc credam negatum, ſubaudi *prius à me*, id eſt, quod hactenus negavi & credere non potui, ſcilicet, carmina Sabella, ſeu cantiones Canidiæ increpare pectus, id eſt, perturbare & graviter afficere mentes humanas. *Cruquius.* Vel *Sabella carmina*, id eſt, Canidiæ Sabellæ cantiones vim habere ad permovendos & perturbandos hominum animos. *Lambin.*

28. *Sabella.*] *Magica*, vel quod Canidia in Sabinis nata; vel quod Marſis vicini fuerint Sabelli. Marſi autem veneficiis nobiles, ut Epod. v. diximus. *Increpare* autem dixit pro agitare, impellere, quatere, ut Ennius Thyeſte apud Nonium:

Sed ſonitus aures meas pedum pulſu increpat. Torrent.

29. *Diſſilire nænia.*] Dirumpi malefico carmine. Marſi Sabinis ſunt vicini, à Circes filio originem trahentes. *Nænia.*] De *nænia* diximus lib. II. Od. I.

32. *Neſſi cruore.*] Cruore Centauri, qui Deianiræ vim inferre conabatur. vide ſupra Epod. 5. *Nec Sicana.*] Nec tantum flamma virens (id eſt flamma valida & perpetua) ardet in Sicana Ætna, quæ eſt in Sicilia, quantum ego ardeo.

33. *Virens in Ætna flamma.*] Alia exemplaria *furens*, vel *urens* legunt. ſcribæ enim imperiti cum quid *virens* eſſet flamma non intelligerent; quod proximum erat, *urens* ſubſtituêre, unde paulo peritiores *furens* fecere. Notum autem omnibus quam eleganti tranſlatione optimi quique auctores *virere* dicant omnia, quæ firma ac valida ſunt: ut, *viridis juventa*, & *cruda viridiſque ſenectus* apud Virg. Noſter etiam:

Dumque virent genua.

Neque aliter Græci vocabulo χλωρὸς, ſive χλοερὸς uſi ſunt, pro ἀκμάζειν, teſte Suida & Heſychio. ut γῆρυν χλωρόν. Quid ergo mirandum ſi *virens in Ætna flamma* dixit Horat. id eſt, acris, perpetua, non langueſcens. *Donec cinis.*] Donec aridus cinis factus, fiam ventis ludibrio.

35. *Cales venenis officina.*] Ardes tanquam officina repleta venenis Medeæ. (Erat enim Medea ex Colcho.) *Officina.*] Hoc ita exponunt antiqui interpretes, ut Canidiam ipſam *officinam* vocet omni veneficiorum genere refertam; ut ſi *virtus* ipſa Cato, aut ipſa *eloquentia* dicatur Cicero. *Torrent.*

36. *Quæ finis.*] Quis terminus erit iſtis meis malis? *Aut quod me.*] Quas pœnas pecuniarias aut tributum à me exigis? *Stipendium.*] Non quod ipſe accipiat, ſed quod Canidiæ conferat, quo libere-

Effare: juſſas cum fide pœnas luam;
Paratus expiare, ſeu popoſceris
Centum juvencos, ſive mendaci lyra
Voles ſonari. Tu pudica, tu proba
Perambulabis aſtra ſidus aureum.
Infamis Helenæ Caſtor offenſus vice,
Fraterque magni Caſtoris, victi prece
Adempta vati reddidêre lumina.
Et tu (potes nam) ſolve me dementia.
O nec paternis obſoleta ſordibus,
Nec in ſepulcris pauperum prudens anus
Novendialeis diſſipare pulveres.

Tibi

liberetur. quin & ſtipendium militia & ærumna ac labor. Turneb. lib. 30. c. 27. *Torrent.*

37. *Juſſas.*] Pœnas à te imperatas luam. *Cum fide.*] Fideliter.

38. *Expiare.*] Paratus purgare & læſam te placare.

39. *Centum juvencos.*] Solidam hecatomben promittit, ut Diti & Proſerpinæ lib. II. Od. XIIII. *Torrent. Centum juvencos.*] Pro ſacrificio ſibi immolandos. *Mendaci lyra.*] Mendax futura ſi Canidiam laudet. Et alioqui falſa fere ſunt Poëtarum encomia. *Torrent. Mendaci lyra.*] Si voles laudari mendacibus carminibus, quod fiet, ſi ſic dicam, tu pudica, tu proba, &c.

41. *Perambulabis aſtra ſidus aureum.*] Tu ſidus aureum inter aſtra verſaberis. *Sidus aureum.*] Quale Ariadne & Erigone, quas Bacchus in cœlum tranſtulit, lib. II. Od. XIX. itemque Berenices coma. *Torrent.*

42. *Infamis Helenæ.*] Helenam Steſichorus verſibus contumelioſis infamaverat. *Offenſus vice.*] Codex Mechlinienſis *vicem* habet. *Torrent.*

43. *Fraterque.*] Pollux.

44. *Vati reddidere.*] Steſichoro oculos reddiderunt.

45. *Et tu, potes nam.*] Et tu ô Canidia, eorum exemplo ſolve me dementia, quam patior.

46. *O nec paternis.*] Hæc palinodia, ſeu potius contumelia eſt urbaniſſima. Simulat enim negare quod de Canidia affirmat. *Obſoleta ſordibus.*] Nec parentum obſcuritate vileſcens, nec adulteris parentibus nata.

47. *Sepulchris pauperum.*] *Pauperum* dicit, quia divitum ſepulcra, ut antiquus commentator annotavit, ſuis cuſtodibus erant curæ. eodemque ſpectat illud Virg. IX. Æneid.

—— *Semiuſtaque ſervant*
Buſta viri. ——

Prudens anus.] Pro *ſciens* accipitur. Atque adeò hæc plerumque conjunguntur, ut, *prudens ſciensque intereo.* Torrent. *Prudens anus.*] Nec docta ſepultos pauperum cineres diſpergere aut abducere.

48. *Novendialeis diſſipare pulveres.*] Citat hunc locum Servius ad eum verſum lib. V. Æn.

Præterea ſi nona diem, &c.

Verba ejus, ut ſubjiciam: *Apud majores, ubicumque quis fuiſſet extinctus, ad domum ſuam referebatur, unde eſt:*

Sedibus hunc refer ante ſuis.

Et illic ſeptem erant diebus, octavo die incendebantur, nono ſepeliebantur: unde & Horat.

Tibi hoſpitale pectus, & puræ manus:
Tuusque venter Partumejus: & tuo
Cruore rubros obſtetrix pannos lavit;
Utcunque fortis exſilis puerpera.

Canidia reſpondet, oſtendens nullis ſe precibus exorari poſſe.

Quid obſeratis auribus fundis preces?
Non ſaxa nudis ſurdiora navitis
Neptunus alto tundit hibernus ſalo.
Inultus ut tu riſeris Cotyttia

Vul-

Horat. *Novendiales diſſipare pulveres.* Sic ille, à quo diſſentit Acron. triduo enim tantùm ſervari in ædibus mortuum ſolere ait, poſt triduum in rogum poni; unde illud in Pallantis funere:

Tertia lux gelidam cælo dimoverat umbram.

Atque iterum poſt triduum cinerem in urnam condi. Quæ Acronis ſententia meo judicio verior eſt. Quod autem de ludis ait Servius, verum quidem eſt Æpeam nono illos die celebraſſe; ſed propriè *novendiale* eſt, quod novem continuis diebus durat. Unde *novendiales feriæ*, & *novendiale ſacrum*, quo Romani Urbem expiabant. Quare *novendiales* hic *pulveres* accipiemus recentes adhuc & necdum conditos, ex quibus legebant veneficæ; ut lib. I. Sat. VIII. videbimus. Turneb. lib. 24. c. 27. *Torr.* *Novendiales diſſipare pulveres.*] Nono poſt eorum mortem die quo humabantur.

49. *Tibi hoſpitale pectus.*] Tibi mite pectus eſt & humanum. *Puræ manus.*] Puræ ſunt tibi manus à ſcelere, quod falſum eſt, ut reliqua omnia.

50. *Tuuſque venter.*] *Ventrem* Juriſconſulti ſæpè appellant & mulierem ipſam gravidam, & puerum qui in utero eſt; Horatius pro filio uſurpaſſe videtur. Quin viſcera ſua matres *filios* vocant. Ovidius Epiſt. XI.

Diripiunt avidæ viſcera noſtra canes.

Partumejus.] In nonnullis codicibus *Pactumejus* legitur, in uno *Paſtulejus.* mallem tamen *Partumejus*, ut ridiculè à partu & mejendo confictum ſuppoſiti partus nomen ſit, quæ Turnebi quoque ſententia eſt lib. XXX. cap. II. *Torrent.* *Partumejus.*] Venter fœcundus. Pro *Partumejus* Salmaſius legendum cenſet: *Pactumejus.*

51. *Cruore rubros obſtetrix.*] In puerperio.

52. *Utcunque fortis.*] Quotieſcunque tu exilis, & è lecto ſurgis fortis puerpera, id eſt, nunquam.

53. *Obſeratis auribus.*] Auribus clauſis & ſurdis.

54. *Non ſaxa nudis.*] Non ſaxa naufragis nautis ſunt ſurdiora, quam ego ſum tibi. *Nudis ſurdiora navitis.*] *Nudos* dicens, naufragos intelligit; ad quorum clamores & ejulatus non magis ſurda ſunt ſaxa, quàm ad Poëtæ preces Canidia. *Torrent.*

55. *Neptunus hybernus.*] Id eſt, mare tempeſtatibus hibernis commotum atque ventis concitatum. *Lambin.* *Tundit hybernus.*] Verberat. *Salo.*] Fluctu: maris agitatione.

56. *Inultus ut tu.*] Egone patiar ut tu impune deriſeris. *Cotyttia.*] Sic primus Politianus reſtituit Miſcell. c. X. cum in libb. M. S. *Cocytia* vel *Cocitia* legatur.

Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis?
Et Eſquilini Pontifex venefici
Impune ut urbem nomine impleris meo?
Quid proderit ditaſſe Pelignas anus,
Velociuſve miſcuiſſe toxicum,
Si tardiora fata te votis manent?

Ingra-

legatur. Et *Cotys* quidem ſive *Cotytto*, obſcœnitatis ac promiſcuæ libidinis dea, apud Thracas Chioſque & Corinthios olim culta, quam Suidas ἔφορον τῶν αἰσχρῶν nominat. Quia tamen in præclaræ illius deæ ſacris nihil de rebus magicis veneficiiſque traditur, prope adducor, ut veterem lectionem hoc loco retineam, maxime cùm non uno in codice ab antiquo Scholiaſte adſcriptum ſit; *Cocyta, id eſt, infernalia, ut Cocytia virgo pro Furia, apud Virg.* Et ne quis forte objiciat, quod ab Horatio additur, *ſacrum liberi Cupidinis*, quodque non magica, ſed amatoria Cupidini conveniunt; idem Scholiaſtes *liberi Cupidinis* exponit pro *ſoluti*. Ut loci hujus ſententia ſit, Canidiam Poëtæ ſacrificia aliqua, quibus amores ſolverentur, *Cocytia* dicta, indicaſſe, quæ ille ridens evulgaverit, quemadmodum & Eſquilina veneficia. Nemo autem ignorat utrumque magos polliceri. Sic enim Virg.

Hac ſe carminibus promittit ſolvere mentes
Quas velit, aſt aliis duras immittere curas.

Accedat denique quòd toto hoc carmine Canidia tantum ut ſaga per jocum laceſſitur, non ut Cotyos famula aut ſacerdos, cujus deæ nulla uſquam apud Horat. fit mentio. Aptior tamen interpretatio, ut *liberum Cupidinem* vocet, qui nullo ſexus ætatiſve, aut loci temporiſque diſcrimine libidinetur; qualem Cotyos ſacra exigunt. De *Cocytiis* autem plura fortaſſis alii in Juvenalem Sat. II. Vide & Ang. Politian. Miſc. Cent. cap. 10. *Cotyttia.*] Cotyttia, id eſt, ſacra nocturna & flagitioſa, ſic dicta à Cotyttone dea turpitudinis.

57. *Vulgata ſacrum.*] Tuis verſibus vulgata. *Liberi Cupidinis.*] Cupidinis libere per omnem libidinem vagantis, ſine ullo pudore.

58. *Et Eſquilini.*] Et quaſi Cenſor ac Judex factus veneficiorum, quæ tracto extra portam Eſquilinam, ubi multa erant ſepulchra. *Eſquilini Pontifex venefici.*] Ridiculè, perinde ac ſi de Romanorum ſacris loqueretur, *Pontificem Eſquilini veneficii* vocat, qui tamquam pontifex aut ejus eſſet conſcius, aut ſe de eo exiſtimare ac cenſere poſſe arbitraretur. Notum autem ſacrorum omnium curam ad Pontifices ſpectaſſe. De *Eſquiliis* verò lib. I. Sat. VIII. nam ob Satyram illam ſuccenſuiſſe fingit Canidiam, quòd per eam myſteria revelaſſet. *Torrent.*

59. *Impune ut urbem nomine impleris.*] Patiarne ut ſine vindicta me urbis fabulam feceris?

60. *Pelignas*] *Peligni* autem populi Marſis vicini, ideoque venefici & ipſi habiti, ut antè de Sabellis diximus. *Pelignas anus.*] Quid proderit pretio conduxiſſe veneficas anus Pelignas? ut te vel mortifero poculo à tabe iſta liberarent. *Pelignas anus.*] Anus Sabinas à Peligno monte ſic nominatas.

61. *Toxicum.*] Præſens venenum miſcuiſſe, ut ſtatim moriaris.

62. *Si tardiora.*] Libri vetuſtiſſimi, *ſed tardiora*: poſita interrogationis nota poſt verbum *toxicum*. Nec diſplicet. conciſa enim & abrupta oratio iratis convenit. *Si tardiora fata te votis manent?*] Si tardius, quam optas, es moriturus.

63. *Miſero*

Ingrata miſero vita ducenda eſt in hoc,
Novis ut uſque ſuppetas doloribus.
Optat quietem Pelopis infidus pater,
Egens benignæ Tantalus ſemper dapis:
Optat Prometheus obligatus aliti:
Optat ſupremo collocare Siſyphus
In monte ſaxum: ſed vetant leges Jovis.
Voles modo altis deſilire turribus:
Modo enſe pectus Norico recludere:
Fruſtraque vincla gutturi innectes tuo;
Faſtidioſa triſtis ægrimonia.
Vectabor humeris tunc ego inimicis eques:
Meæque terra cedet inſolentiæ.
An quæ movere cereas imagines,
Ut ipſe noſti curioſus, & polo
Deripere Lunam vocibus poſſum meis:
Poſſum crematos excitare mortuos,

Deſide-

63. *Miſero vita ducenda eſt in hoc.*] Tibi miſero vita producenda eſt in hoc, id eſt, propter hoc.

64. *Novis ut uſque ſuppetas.*] Ut ſemper ſufficias cruciatibus, quos ego quotidie tibi novos parabo.

65. *Pelopis infidus pater.*] Multò plures ac meliores libri *Pelopis infidi*, haud dubiè rectius. Notior enim Pelopis primùm in Oenomaum, deinde in Myrtilum perfidia. *Infidus pater.*] Tantalus deorum arcana vulgavit, quapropter apud inferos in media rerum copia ſiti torquetur & fame.

66. *Egens benignæ.*] Egens affluentis dapis.

67. *Obligatus aliti.*] Libri IIII. *Alite*, *e* pro *i*; ut ſæpè veteres. *obligatus* autem pro *alligatus* more veterum dixit. *Aliti.*] Quietem optat Prometheus vulturi firmiſſime ligatus.

70. *Voles modò altis deſilire turribus.*] Vide Ode 3. lib. I. *Modo optabis deſ. &c.*

71. *Norico recludere.*] Noricus enſis ponitur pro quovis enſe. Vide. Od. 16. lib. I.

72. *Fruſtraque.*] Fruſtra, quia non morieris.

73. *Faſtidioſa triſtis ægrimonia.*] Exiſtens triſtis, animi ægritudine, quæ vitam faſtidit.

74. *Vectabor humeris.*] Lecticariorum autem humeris divites geſtabantur, oſtentandi ſe cauſſa, Turneb. l. I. cap. 10. *Torrent. Humèris tunc ego.*] Super humeros tuos mihi inimicos ego tunc equitabo.

76. *Cereas imagines.*] Tamquam vivas imagines.

77. *Polo.*] Cœlo deducere Lunam.

78. *Vocibus poſſum meis.*] Carminibus meis.

79. *Crematos excitare mortuos.*] *Crematos* cum dicit, auget artis vim, quæ non umbras tantùm ab inferis evocare poſſet, quod proprium Sciomantiæ eſt: aut cadaver aliquod elevare, quam Necyomantiam appellat Servius: (corpore enim ad id & ſanguine opus eſt) ſed etiam,

Deſiderîque temperare poculum:
Plorem artis in te nil agentis exitum?

Q. HO-

iam, crematos ſuſcitare, quod Erichto illa apud Lucanum lib. VI. vix promittere auſit. ait enim:

Non in Tartareo latitantem poſcimus antro
Aſſuetamque diu tenebris, modo luce fugata
Deſcendentem animam, primo pallentis hiatu
Hæret adhuc Orci.

Excitare mortuos.] Excitare ab inferis.

80. *Deſiderîque temperare poculum.*] Idem ergo *deſiderium* hîc quod amor. Petronius: *Tu deſiderium, tu voluptas mea.* Græci φίλτρα vocant; quo vocabulo noſtri quoque Juven. Ovid. & alii uſi ſunt. Tali poculo Lucretius Poëta & magnus ille Lucullus periere. *Deſiderîque temperare poculum.*] Amoris poculum conficere.

81. *Plorem artis.*] Lambino legendum videtur:

Plorem artis in te nullum habentis exitum.

Græca phraſi, pro cauſſa artis, vel ob artem, ut Virgilius:

Juſtitiæne priùs mirer, bellíne laborum.

Verùm omnes veteres membranæ vel *agentis*, vel *habentis*, unus etiam atque alter *valentis* legunt; atque ita quidem, ut ubi *habentis* ſcribitur, ſcribatur etiam *exitus*, in aliis *exitum*. Jam verò idem eſt *nihil exitus habere*, & nullum exitum, ut nil quæſtus, nil gratiæ, nil lucri, nihil commodi, pro nullum quæſtum, gratiam, lucrum vel commodum; & ſimilia paſſim apud optimos auctores legimus. Sed quoniam & Virgilii quem modo dixi locum aliter exponit Servius, & haud dubie inſolens Latinis auribus locutio eſt *plorare artis*, *mirari laborum*; non video quare ab altera illa lectione *nil* vel *nihil agentis exitum*, quæ pluribus exemplaribus nititur, diſcedere debeamus. Si enim *nihil agere* rectè dicitur, pro inanem operam ſumere, ſive agendo nihil proficere, cur non aliquid adjungi poſſit? Negat igitur Canidia artem, in omnes efficacem, adverſus ſolum Horatium inanem atque inutilem fore. quamvis enim *plorare exitum* abſolutè dicat, ſatis ex adjunctis apparet de ſiniſtro exitu locutam eſſe. *Plorem artis in te.*] An plorem exitum artis Magicæ contra te nihil agentis, quaſi nullius ſit efficaciæ.

Quid

Q. HORATII FLACCI
CARMEN SÆCULARE.
Pro Imperii Romani incolumitate.

PHOEBE, *ſylvarumque potens Diana,*
Lucidum cœli decus, ô colendi
Semper, & culti, date quæ precamur
Tempore ſacro:
Quo Sibyllini monuère verſus,
Virgines lectas, puerosque caſtos

Dis,

QUid ſæculum, & *unde dicti* ludi ſæculares, *quo tempore, quove ritu, quibuſque cerimoniis celebrati à Romanis fuerint, cùm veteres auctores multi, tum recentiores, Angelus Politianus, & Onuphrius Panvinus, ac Sigonius lib. 1. Emendat. diligentiſſimè tradidere. Inter alia obſervatum, ut pueri puellæque ingenui, ac patrimi, matrimi omnes carmina ac pæanas accinerent, quibus Pop. Rom. imperium diis immortalibus commendarent. Carmen ſæculare fuit à Poëta compoſitum, ut caneretur ludis ſæcularibus qui centeſimo decimo quoque anno fieri ſolebant.* Editurus anno A. U. C. DCCXXXVI. Sæculares ludos Cæſar Auguſtus, cum Poëtam quæreret, qui ſolemne Carmen, quod Apollini ac Dianæ canendum erat, digne conficeret, ſolus Horatius repertus eſt quem tanto oneri parem judicaret. Ejus igitur Principis juſſu, hoc præclarum Carmen Poëta conſcripſit. Suetonius in vita Horatii: *Scripta quidem ejus uſque adeo probavit, manſuraque perpetuo credidit, ut non modo ſæculare carmen componendum injunxerit; ſed & Vindelicam,* &c. *Rutgerſ.*

1. *Potens Diana.*] Domina.

2. *Lucidum cœli decus.*] *Clariſſima mundi lumina* Virg. Luna rore nocturno calorem Solis temperat, Sol contra humiditatem Lunæ ad generationem accendit. Hinc fruges proveniunt, hinc gignuntur omnia atque augeſcunt. Rectè ergo ſequitur, *O colendi ſemper & culti.* Torr. *Lucidum cœli decus.*] Sol & Luna ſunt cœli ornamenta, quorum altera diurnum, altera lumen nocturnum præbet.

4. *Tempore ſacro.*] Ideò *ſacro*, quia libri Sibyllini, referentibus xv. viris ſacris faciundis, ſic præceperant. de ſtato enim ludorum ſæcularium tempore loquitur Horatius. *Torrent. Tempore ſacro.*] Diebus feſtis & ſæcularibus.

5. *Quo Sibyllini monuere.*] Codd. Blandini 4. habent, *quod Sibyllini, &c.* Verum alia lectio clarior. Nam libri Sibyllini pro ratione ſacrificii monuerunt, ut precibus aliis, ita & alio carmine Deorum laudes decantari: quare ſic hunc locum & legi poſſe & exponi debere putarem: Date dicere hoc carmen diis Romanis quod Sibyllini verſus monuere, id eſt, docuerunt pueros ſeu juſſerunt à pueris cantandum eſſe. Verum lectoris judicio id relinquo. *Cruq. Sibyllini monuere.*] Verſuum Sibyllinorum authoritas multum valuit apud veteres Romanos. *Verſus.*] Libri.

6. *Virgines lectas, puerosque caſtos.*] Pueri requirebantur numero ter novem prætextati, nobiles, patrimi ac matrimi, totidemque puellæ, atque ejuſdem generis, qui ſeorſim carmina diis Urbis conſer-

Dis, quibus ſeptem placuère colles,
Dicere carmen:
Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis & celas, aliuſque & idem
Naſceris; poſſis nihil urbe Roma
Viſere majus.
Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia tuère matres:
Sive tu Lucina probas vocari;
Seu Genitalis

Diva

conſervatoribus Græca Latinaque voce concinerent: ſic enim Zoſimus, eademque de re lib. I. Od. xxi. & lib. IIII. Od. VI. Dii autem illis ludis præcipui Apollo & Diana, iidem, ut diximus, qui Sol & Luna, hæc menſes, ille annum regens, vide lib. IIII. Od. VII. *Torrent. Virgines lectas.*] Virgines à viro integras.

7. *Quibus ſeptem.*] Quibus Roma placuit, ſeptem colles ſuo ambitu includens. *Septem colles.*] Id eſt, Roma ipſa, Septicollis dicta:

Septem quæ una ſibi muro circumdedit arces. Torrent.

9. *Alme Sol.*] Sol, qui omnia alis. *Curru nitido diem qui.*] Quadrigis vectus circum terram intra horas 24.

10. *Promis & celas.*] Qui diem aperis oriens, condis occidens. *Aliuſque & idem.*] *Alius* videri poteſt, vel quia alio cotidie loco oritur, donec anni curſum peregerit; vel quia non uno ſemper vultu; vel quia oriens lucem, occidens tenebras fert; vel ob viciſſitudinem temporum, cùm tamen unus idemque numquam ipſe mutetur. Sic Veneris ſtella, quamvis ſemper eadem ſit, quia tamen nunc noctem, nunc diem nuntiat, nomen mutat; & die Lucifer, noctu Heſperus appellatur. *Torr. Aliuſque & idem.*] Qui alius ab heſterno videris naſci hodie, tamen idem es & ſemper unus.

11. *Poſſis nihil urbe Roma.*] Utinam poſſis.

12. *Viſere majus.*] Nihil majus videre in hoc inferiore mundo.

13. *Aperire partes.*] *Aperire* dixit pro detegere & in lucem edere; ut Virg.

Terram inter fluctus aperit.

Benè autem de Ilithyia, *lenis aperire partus*, pro *leniter*, cùm maturi ſunt, aperiens, atque producens. Vide Turneb. lib. 20. cap. 31 *Torrent.*

14. *Ilithyia tuère matres.*] O Diana quæ lenis es in aperiendis partubus tempeſtivis. vide Od. 22. lib. 3.

15. *Sive tu Lucina.*] Sive eligis vocari Lucina, quia opem fers infantibus in lucem prodeuntibus. *Probas vocari.*] Curioſè obſervabant veteres ut deos, ſi non omnibus, at ſaltem gratiſſimis nominibus invocarent. Eò igitur hæc verba ſpectant: ut lib. II. Sat. VI.

Matutine pater, ſeu Jane libentius audis.

Victorius Var. lect. lib. XIII. cap. II. *Torrent.*

16. *Seu genitalis.*] Seu mavis vocari Luna ad gignendum valens. Nam velut Solis calor animat, ſic humor Lunæ nutrit & gignit. *Genitalis.*] Lamb. & alii hîc interpungunt. Ego poſt dictionem *Diva* interpungi malim, ut non abſolutè *Dianam genitalem* nominet, ſed *genitalem divam*. Et Diana quidem cur *genitalis* dicta ſit, ex ipſis Poëtæ verbis facilè apparet: ſubjungit, *Producas ſobolem,*

Diva, producas ſobolem, patrumque
Proſperes decreta ſuper jugandis
Fœminis, proliſque novæ feraci
Lege marita:
Certus undenos decies per annos
Orbis & cantus, referatque ludos
Ter die claro, totieſque grata
Nocte frequenteis.
Voſque veraces ceciniſſe Parcæ,

Quod

lem, & antè matres illi commendavit, ut taceam non ſolùm in edendo, ſed etiam in concipiendo partu Lunam plurimum poſſe. Verùm major dubitatio, an certum aliquod genus deorum ſint ii, quos *Genitales* appellabat antiquitas, an omnes potiùs ſic dici poſſint. Et ſanè in univerſum, ex Philoſophorum plures deos ſtatuentium ſententia, deorum ſimul omnium ope ac beneficio naſcimur alimurque: verum ſi poëtarum conſuetudinem reſpicias, diverſis diverſa officia tribuentium, *Genitales* propriè dicti videntur. quos non uno in loco γενεθλίους libris de Legibus appellat Plato, nos etiam *natalitios* dicere poſſimus. In quibus familiam ducunt Apollo & Diana, maximè ſi cœleſtes gignendi cauſſas reſpiciamus: nam Venus genitrix tota potiùs terreſtris eſt dea. *Torrent.*

17. *Diva producas.*] O diva, te rogamus ut producas ſobolem Romanam utque proſperes Senatuſconſulta ſuper fœminis in matrimonio collocandis, & ſuper lege maritali, quæ ſit ferax prolis novæ.

18. *Jugandis Fœminis.*] Vide lib. II. Od. v. *Ferre jugum, &c.*

19. *Proliſque novæ feraci Lege marita.*] Locus nonnihil difficilis: quem ut explicemus, monendus obiter Lector, ſumma ſemper cura egiſſe Romanos, ut ſupplendis exercitibus matrimonia celebrarentur. Quare inter alia Cenſorum officia refert Cicero de Legibus, *Cœlibes eſſe prohibento.* & Gellius lib. I. cap. VI. Q. Cæcilii Metelli Numidici Cenſoris A. U. DCLI. Orationem citat, quam ad populum habuit *De ducendis uxoribus*, ſeu *De prole augenda.* Porrò felici audacia, legem De maritandis ordinibus, *maritam* & *feracem novæ prolis* vocat Poëta eruditiſſimus, per quam ſcilicet nuptiæ in ſpem novæ Quiritium ſobolis promoverentur. *Marita* enim pro *maritalis* dixit; ut & Catullus de Janua:

Poſtquam es projecto facta marita ſene.

Torrent.

20. *Lege marita.*] Legem tulerunt Papius & Poppæus Conſules de maritandis ordinibus, Auguſto imperium tenente.

21. *Certus undenos decies per annos Orbis.*] Qui ſcribendum putant,

Certus ut denos decies per annos
Orbis & cantus,

illorum ſequuntur errorem, qui centeſimo quoque anno ſæculares fieri ſolere, & hunc circulum propriè *ſæculum* dici tradunt. Sed aliud ejus temporis, quo ritè ſervabantur, hiſtoria nos docet. De *ſæculo* autem varia opinio eſt. qua de re egregiè Cenſorinus lib. De die natali, receptam Poëtæ lectionem ex XV. virorum commentariis & Auguſti edictis defendens. *Torrent. Certus ut denos decies per annos Orbis.*] Precamur ut certus orbis, (id eſt, ſæculum quod continet 100. annos) cantus referat & ludos ſeculares.

23. *Ter die claro, totieſque grata.*] Ter

in

Quod ſemel dictum eſt, ſtabiliſque rerum
Terminus ſervet, bona jam peractis
Jungite fata.
Fertilis frugum pecoriſque tellus
Spicea donet Cererem corona:
Nutriant fœtus & aquæ ſalubres,
Et Jovis auræ.
Condito mitis placiduſque telo
Supplices audi pueros, Apollo:
Siderum regina bicornis audi,
Luna, puellas.
Roma ſi veſtrum eſt opus, Iliæque
Littus Etruſcum tenuêre turmæ,
Juſſa pars mutare Lareis, & urbem

Soſpite-

in ternis diebus totidemque noctibus.

25. *Voſque veraces ceciniſſe.*] Id eſt, quæ veraciter canitis, ut paulò antè *lenis aperire*, pro *leniter aperiens*. Porphyrionis, ut eam refert Cruquius, verior ſententia. Et *veraces Parcæ*, quod dictum eſt ſemel vos ceciniſſe ſic futurum, utque terminus ſervet, oro, &c. Ille tamen paulò aliter. Lector cogitet. *Voſque veraces.*] Et vos Parcæ, quæ veraces eſtis in iis quæ ceciniſtis, jungite bona fata fatis jam tranſactis, & ſtabilis rerum terminus id ſervet, quod ſemel à vobis dictum eſt, nempe ut Rom. imperium permaneat in perpetuum, juxta illud Virg. *Imperium ſine fine dedi, &c.*

27. *Terminus ſervet.*] Sic libri noſtri omnes; non *ſervat*, ut vulgò legitur. eſt enim precantis. Credebant autem veteres non hominibus tantùm, ſed & urbibus originis initio ſua à Parcis fata dici. Sed & libri Sibyllini perpetuitatem imperii pollicebantur. Quod Termini quoque, in Capitolii fundamentis reperti, cum Jovi ipſi non concederet, augurium confirmavit. Liv. lib. I. quò Poëtam reſpexiſſe crediderim.

29. *Fertilis frugum.*] Tellus frugibus abundans & pecore.

30. *Cererem corona.*] Agricolæ Cererem corona ſpicea donabant, propter frugum ubertatem.

32. *Et Jovis auræ.*] Aër ſalubris.

33. *Conditio mitis, &c.*] Libri tres pervetuſti *cælo* legunt pro *telo*: quod quid ſit neſcio. Rituale fortaſſis vocabulum fuit; pro componere ac temperare cœlum. Nam quod Apollini arcum ſimul ac citharam tribuit antiquitas, id ad cœli, quod ille regit, temperiem atque intemperiem referendum eſt, ut lib. II. Od. x. diximus. *Torr. Condito mitis.*] Recondito telo & è manibus tuis abjecto.

35. *Bicornis audi.*] Luna præſertim triduana, bicornis apparet.

37. *Roma ſi veſtrum.*] Idcirco Romam opus Apollinis dicunt, quia Æneas cum ſuis, Apollinis reſponſa ſequutus, ſedes in Italia novas collocavit. *Iliæque.*] Sic *matres Iliæ* pro *Iliacæ*, *Ilia tellus*, apud Virgilium. *Iliæque turmæ.*] Trojanæ turmæ, littus Tiberinum tenuere.

38. *Littus Etruſcum.*] Sic *Thuſco denatat alveo*. Tiberis enim in Etruria ortus, ipſe Thuſcus, etiam litori nomen dedit: nam alioqui in Latium primo venere Trojani.

39. *Juſſa pars.*] *Pars* dicit. nam

 Troja-

Soſpite curſu:
Cui per ardentem ſine fraude Trojam
Caſtus Æneas patriæ ſuperſtes
Liberum munivit iter, daturus
Plura relictis:
Dî probos mores docili juventæ,
Dî ſenectuti placidæ quietem,
Romulæ genti date remque, prolemque,
Et decus omne.
Quique vos bobus veneratur albis,

Clarus

Trojanorum alii ſub Ænea in Latium, alii ſub Antenore in Illyrium ac Venetiam penetrarunt. *Juſſa pars.*] Juſſa ab Apolline.

40. *Soſpite curſu.*] Salvo curſu: Nam ſalvi quidem in Italiam pervenerunt Trojani cum Ænea: ſed non ſemper ſecundis ventis, nec ſecundo curſu uſi ſunt. Per *curſum* navigationem intelligit. *Lambin.* *Soſpite curſu.*] Salvo curſu & ſecundis velis.

41. *Cui per ardentem.*] Turmæ Trojanæ. *Sine fraude, &c.*] Sine noxia, ſine damno flammæ. *Caſtum* autem dum vocat Æneam, non tam pudicitiæ quam religionis eum cauſſa laudat Horatius. *Sine fraude.*] Sine vitæ noxa: impunè.

42. *Patriæ ſuperſtes.*] Exiſtens incolumis, patria ſua incenſa.

43. *Liberum munivit.*] Iter tutum. (*Flammam inter & hoſtes.* Virg.)

44. *Relictis.*] Suis Trojanis (quos ſecum in Italiam adduxit) daturus plura quam in patria amiſſa reliquerant.

45. *Docili juventæ.*] *Pravi docilem* vocat lib. II. Sat. II. Qualis cum fere ſit natura juvenum, in malum prona, bene optat probis moribus eam emendari. Et eleganti epitheto *docilem juventutem, placidamque ſenectutem* vocat. Juvenes enim ætatis ſuæ vigore, atque impetu quodam, magnaque rerum novarum cupiditate, & multa & varia diſcunt: in ſenibus vero cum natura placidi ſint & lenes, contra evenit. Lamb. hîc *juventa* interpretatur pro *juvenibus*, meo tamen judicio *juventa* hîc potius ætatem ipſam ſignificat, ex Nonii ſententia. *Juventus* juvenes, *Juventa* ætas ipſa, *Juvenilitas* quod ὀρμὴν vel πάθος vocant Græci. Sic lib. III. Od. XIIII.

Non ego hæc ferrem calidus juventa.

Juventa.] Juvenibus ad diſcendum aptis.

47. *Romulæ genti.*] Romanæ genti date divitias, & liberos & omnem imperii majeſtatem.

49. *Quique vos, &c.*] Multo plures codices *quæque*; & in uno adſcriptum, *Scilicet gens.* Sed melius vetus interpres: *Quæcumque, ſeu quamcumque rem vos precatur Clarus A. V. ſ. vos Dii facite ut impetret.* Sic ille, *venerari* pro venerando poſcere exponens. Præclare. non tantum enim *quæque* legendum eſſe demonſtrat, ſed *impetret* etiam pro *imperet.* quod in tribus M.S. inveni, nec in paucioribus Pulmannus & Cruquius. Germana igitur lectio eſt:

Quæque vos bubus veneratur albis
Clarus Anchiſæ Venerisque ſanguis
Impetret. ——

Supereſt ut verbo *venerari* ſic uſos eſſe veteres probemus. Nec longè eundum. occurrit enim Horat. lib. II. Sat. II.

Et venerata Ceres, uti culmo ſurgeret alto.

Quique vos, &c.] Clarus ſanguis, id eſt, gens Romana, poſteritas Anchiſæ & Veneris.

Clarus Anchiſæ Veneriſque ſanguis,
Imperet bellante prior; jacentem
Lenis in hoſtem.
Jam mari, terraque manus potenteis
Medus, Albanaſque timet ſecureis;
Jam Scythæ reſponſa petunt, ſuperbi
Nuper, & Indi:
Jam fides, & pax, & honor, pudorque
Priſcus; & neglecta redire virtus
Audet, apparetque beata pleno
Copia cornu.
Augur, & fulgente decorus arcu

Phœbus

Veneris. *Albis.*] Quia Apollo & Diana lucidi ſunt, albæ victimæ iis conveniunt.

50. *Veneriſque ſanguis.*] Sic Epiſtola de Arte;

—— Vos ô
Pompilius ſanguis. ——

Quodque huic loco magis convenit, lib. IIII. Od. XV.

Trojamque, & Anchiſen & almæ
Progeniem Veneris canamus.

Progeniem dicit quod hic *ſanguinem*. Torrent.

51. *Bellante prior.*] Superior hoſte bellum inferente.

52. *Lenis in hoſtem.*] Miſericors in hoſtem devictum.

53. *Manus potentes.*] Potentiam Romanam.

54. *Albanaſque timet ſecures.*] Roma Albanorum veluti colonia erat. quamquam Albam parentem ſuam ipſa ſuſtulit ac ſuo corpori inſeruit. Inde *Albanas* pro Romanis dixit. nam alioqui faſces, ut & cætera imperii decora atque inſignia, ab Etruſcis Romam venere. *Torr.* *Albanas ſecureis.*] Magiſtratus Romanos, dictos Albanos à monte Albano in Italia.

55. *Reſponſa petunt.*] Præcepta Romanorum expectant, vel ab Auguſto amicitiam petunt.

56. *Superbi Nuper, & Indi.*] Mallem *Superbi Nuper & Indi.* fortes enim & ſimplices Scythæ; imbelles & arrogantes Indi. Virg.

Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.

Torrent.

58. *Et neglecta redire virtus.*] Virtus ſuperiori tempore ab hominibus neglecta, non dubitat nunc redire. *Redire virtus.*] Id eſt, nunc homines virtutum & ſuperiora illa fidem, juſtitiam, pacem, &c. quæ antea neglexerunt, & è terris expulerunt, colere & amplecti incipiunt. *Lambin.*

60. *Copia cornu.*] Omnium rerum ubertas. vide Od. 17. lib. I.

61. *Augur.*] Artes eximias quatuor Apollini acceptas tulit antiquitas, Divinationem, in qua etiam augurium, Romanis præcipuè cultum; unde augur Apollo dictus à Virg. IIII. Æneid. Sagittandi peritiam, unde varia illi cognomina: Muſicam, unde μουσηγέτης appellatus: Medicinam, unde medici nomen adeptus. Poëta has artes quatuor totidem verſibus complectitur. *Torrent.* *Augur.*] Divinus Apollo, qui à Jove vaticinationem habuit. *Decorus arcu.*] Ἀργυρότοξος dictus, ab arcu argenteo.

Phœbus acceptuſque novem Camœnis,
Qui ſalutari levat arte feſſos
Corporis artus;
Si Palatinas videt æquus arceis,
Remque Romanam Latiumque felix,
Alterum in luſtrum, meliuſque ſemper
Proroget ævum.
Quæque Aventinum tenet Algidumque,
Quindecim Diana preces virorum
Curet, & votis puerorum amicas
Applicet aureis.
Hæc Jovem ſentire, Deoſque cunctos,
Spem bonam, certamque domum reporto,
Doctus, & Phœbi chorus, & Dianæ
Dicere laudes.

Q. HO-

62. *Acceptus.*] Gratus propter Muſicam.

63. *Salutari levat arte feſſos.*] Arte Medicinali. Ovid.

Inventum medicina meum eſt, opifexque
per orbem Dicor.

64. *Corporis artus.*] Corpora morbo defatigata.

65. *Si Palatinas.*] Si favet arcibus Palatinis. (Pars pro tota Roma.) *Arceis.*] *Aras* habent quinque codd. & ſic legiſſe antiquum commentatorem apparet, ut ad Apollinis Palatini templum ab Auguſto dedicatum referatur. de cujus dedicatione lib. I. Od. XXXI. *Torrent.*

66. *Felix.*] Propitius.

67. *Alterum in luſtrum.*] In alteram & ſemper meliorem ætatem. *Luſtrum.*] *Luſtrum ſæculare* intellige. nam Cenſores tunc creari deſierant. Et alioqui urbs Sæcularibus etiam tota luſtrabatur. *Torr.*

68. *Proroget ævum.*] Producat rem Rom. & Latium, id eſt, Romanum Imperium & Italiam.

69. *Algidumque.*] Montem, in quo Dianæ ſacra celebrabantur.

70. *Quindecim.*] Initio autem tantum *Duumviri* fuere, ab ipſo Tarquinio Superbo, ad quos libros oraculorum plenos, Sibylla Cumana detulit, pro eorumdem cuſtodia inſtituti. Poſtquam vero Conſules etiam è plebe creari cœpere è II- viris X- viri facti ſunt, & è Sulla Felice Dictatore XV- viri carminum Sibyllæ ac ſacrorum Populi Romani interpretes. *Torr.* *Quindecim virorum.*] Ad quos ludorum ſæcularium procuratio pertinebat.

71. *Curet.*] Exaudiat preces.

72. *Applicet aures.*] Puerorum precibus annuat.

73. *Hæc Jovem.*] Ordo eſt: Ego chorus doctus dicere laudes Phœbi & Dianæ, ſpem bonam & certam domum reporto, Jovem & omnes deos hæc ſentire, id eſt, hæc velle & approbare.

75. *Chorus & Dianæ.*] Quamvis chorus ex multis perſonis conſiſtat, unius tamen perſonam gerit, atque unius partes agit.

Q. HORATII FLACCI
SERMONUM
SIVE
SATYRARUM
LIBER PRIMUS.

Argumentum Satyræ primæ.

Invehitur primùm in pravam hominum conſuetudinem, qua fit, ut nunquam ſua ſorte ſint contenti, nec in ſuo vitæ inſtituto ſibi placeant, ſed alienum ſuo anteferant, & ſuæ conditionis ſemper eos pœniteat. Deinde avaritiam, capta ex hoc ſermone occaſione, inſectatur.

QUI *ſit, Mæcenas, ut nemo, quam ſibi ſortem*
Sen

HÆc altera eſt operum Horatii pars, priori & argumento, & carminis lege, & ſtyli arte multùm diſſimilis. tota enim humilis atque ſubmiſſa, & quodammodo pedeſtris eſt. Meritò igitur illas Odas *ſive* Carmina, *hos* SERMONES *appellamus.* Eximia *verò Poëta noſtri laus, in utroque ſcribendi genere ſic excelluiſſe, ut in Odis vincat omnes, in Sermonibus nulli cedat.* Sermones *autem eûm dicimus; Epiſtolas etiam; atque adeò illam quoque quæ ad Piſones inſcribitur, comprehendimus. Quanquam enim hæ majore cura ac diligentia conſcriptæ ſunt, hoc ad rem potiùs, quam tractat, referendum eſt. nam in numeris aut nulla, aut exigua ſanè differentia eſt. Otioſa etiam de librorum ordine diſputatio eſt: nam ut occaſio ferebat, ſic Poëta nunc Odam aliquam, nunc Sermonem compoſuit; quod ex hiſtoriis, quas modò hîc, modò illic attingit, facilè conſtat.* Satyræ *nomen vel à lance vel à lege Satyra deſumi malunt. Ac ſatis conſtat* Satyræ *ſive* Saturæ *nomen ſic uſurpari ſolere, ut mixtura quædam varia atque inordinata rerum, eo ſignificaretur. Sed nos Satyrorum dicacitati, Satyræ noſtræ nomen acceptum referamus. unde ἄνθρωποι Σατυρικοὶ τοῖς βίοις, dicti Græcis, qui Satyrorum more, pari licentia & loquerentur & viverent. vid. Florid. lib. 1. Succiſ. cap. 15. & lib. 3. cap.* 8. Torrent.

1. *Qui ſit Mæcenas.*] Quærens Horatius cur nemo ſua ſorte contentus, rem quidem ita ſe habere multis exemplis oſtendit, propoſitam tamen quæſtionem apertè non diſſolvit; indicat tantùm hujus animi ægritudinis cauſſam eſſe avaritiam, latè, ut ego quidem arbitror, accepto *Avaritiæ* vocabulo. Neque enim pecuniæ tantùm avidi ſumus, ſed in ſuo quiſque vitæ genere, ut ſibi benè ſit efficere ſtudens, illis quibus meliùs eſſe putat, invidet tamquam felicioribus, ideoque præſentibus nunquam acquieſcit. Unde labor & moleſtia, non quòd ſuſceptæ vitæ prorſus pœniteat (aſſueta enim non facilè relinquimus) ſed quia dum alios intuemur, more humano, noſtri, quod inquit Comicus, noſmet pœnitet. De hac igitur moroſitate ac tædio quodam ſui (δυσαρέστησιν appellant Græci) hoc

Seu ratio dederit, ſeu fors objecerit, illa
Contentus vivat? laudet diverſa ſequenteis?
O fortunati mercatores, gravis annis
Miles ait, multo jam fractus membra labore.
Contra, mercator, navim jactantibus Auſtris,
Militia eſt potior. quid enim? concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat juris legumque peritus,
Sub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.

Ille,

Sermone agit Horatius. *Torr.* *Qui fit.*] Quomodo fit? *Sortem.*] Vitæ profeſſionem.

2. *Seu ratio dederit.*] In ratione indicium atque dilectus eſt. Quod igitur ea duce vitæ ſtudium ſequimur, hoc ab illa propoſitum delatumque aſſenſu noſtro amplectimur; at qui nullo ordine aut deliberatione ducuntur, hi, quod ex occaſione rapiunt, à fortuna temere objectum tenent. Vetus autem interpres Poëtam ad Stoïcos atque Epicureos reſpicere exiſtimat, quorum illi omnia fatali quadam ratione fieri volunt; hi caſu ac fortuito, quæ mihi ſententia non diſplicet. Et Lambino quidem hoc loco aſſentior, ut *fors* legamus. ſicut & lib. I. Od. XI.

Quem fors dierum cunque dabit, lucro
Appone; ſcilicet diem.

Turneb. lib. 26. cap. 15. *Torrent.* *Ratio dederit.*] Ratio quæ certo conſilio, judicioque dirigitur. *Fors objecerit.*] Deus aliquis aut Fortuna. *Illa.*] Illa ſorte.

3. *Laudet diverſa.*] Hæc vitæ conditio tædioſa, quam ex ſenſu mali alicujus à nobis apprehenſi volumus omnes cum alio commutatam, ex eo fonte dimanat, quod & aliena mala leviora exiſtimemus, & noſtram cum felicioribus vitam conferamus. *Cruquius.* Plutarchus in lib. *περὶ εὐθυμίας* oſtendit, multum valere ad animi tranquillitatem, ſeipſum & ſua inſpicere: ſin minus, at certe ſe inferiores ſpectare, & non imitari vulgus hominum, qui ſe cum præſtantioribus comparant. *Lambin.* *Diverſa ſequentes.*] Diſſimilia vivendi ſtudia ſequentes.

4. *Gravis annis.*] Senex miles.

5. *Jam fractus membra.*] Habens membra militari labore fracta.

7. *Quid enim?*] Militia eſt potior, inquit Mercator, *Quid enim?* id eſt, quid contrà dici poſſit, quamobrem ita non ſit? *concurritur, &c.* Sunt qui legi malint, *Quid ni?* ſcilicet ſit potior? *Lambin.* *Quid enim.*] Quare non. *Concurritur.*] Concurritur à militibus in pugna.

8. *Hora momento.*] In puncto temporis. *Cita mors.*] Sic noſtri codd. omnes, Lamb. *aut cita mors.* Torrent.

10. *Sub galli cantum.*] E veteri Romanorum conſuetudine loquitur, de qua Epiſtola ad Auguſtum:

Romæ dulce diu fuit, & ſolenne, recluſa
Mane domo vigilare, clienti promere jura.

Gallos autem tamquam nocturnos quoſdam vigiles, ut pulcerrimè inquit Plin. lib. X. c. XXI. excitandis in opera mortalibus, rumpendoque ſomno natura genuit, nec Solis ortum incautis patiuntur obrepere, diemque venientem nuntiant cantu. Quare Græcis quoque *ἀλέκτωρ* dictus, *διὰ τὸ ἐγείρειν ἡμᾶς ἐκ τοῦ λέκτρου*, *quòd lecto nos excitet.* Torrent. *Sub Galli cantum.*] Ante galli cantum. *Conſultor ubi oſtia.*] Conſultor eſt, qui diſcit & Juriſconſultum conſulit, Angl. *a Client.*

11. *Ille.*]

Ille, datis vadibus, qui rure extractus in urbem eſt,
Solos feliceis viventeis clamat in urbe.
Cætera de genere hoc (adeo ſunt multa) loquacem
Delaſſare valent Fabium. ne te morer, audi,
Quo rem deducam. ſiquis deus, En ego, dicat,
Jam faciam, quod vultis. eris tu, qui modo miles
Mercator: tu conſultus modo, ruſticus. hinc vos,
Vos hinc mutatis diſcedite partibus. eia
Quid ſtatis? nolint. atqui licet eſſe beatis.

11. *Ille.*] Agricola. *Datis vadibus.*] *Vades*, unde *vadari*, & *vadimonium*, ſponſores dicti, propriè quidem in re capitali, teſte Feſto, ſed uſus obtinuit, ut in re civili quoque dicerentur. Quos & *prædes* appellabant, maximè qui populo, & in publicum ſe, magiſtratu interrogante, obligabant. Quo facto dicta *prædia* ipſorum bona, & hinc *jus prædiatorium, prædiatoreſque*, qui in eo verſabantur: ut ergò *prædes* à præſtando dicti, ſic appellati *vades*, quòd qui eos dederant vadendi ſeu diſcedendi haberent poteſtatem, donec ſiſtendi ſe judicio præſtitutus adeſſet dies. Quem ſi præteriſſent, ea erat deſerti ſive non obiti vadimonii adverſus contumaces pœna, ut in ipſorum bona mitterentur hi, quibus vadimonio ſe obſtrinxerant. Magna igitur res propter quem vadimonia vel à reo deſererentur, vel à judice differrentur. *Torrentius. Vadibus qui rure extractus.*] Sponſoribus datis: Ang. *having put in pledges.*

13. *Cætera de genere hoc (adeò ſunt multa)*] Cæteri ſunt tam multi qui per inconſtantiam diverſa laudant, ut delaſſare valeant, &c.

14. *Fabium.*] Quis loquax iſte Fabius fuerit non ſatis conſtat. Vetus interpres Narbonenſem facit, ex equeſtri ordine, Pompejanarum partium, qui de Stoïca ſecta libros aliquot ſcripſerit, ac graviter cum Horatio contenderit. Quinctilianus lib. VI. cap. III. Fabii cujuſdam Maximi meminit, qui Auguſti congiariorum exiguitatem accuſans, heminaria eſſe dicebat: hujus fortaſſe dicacitas, quemadmodum & Labeonis, Poëtam offendit, in Auguſti gratiam. *Torr. Fabium, ne te morer.*] Clamoſum cauſidicum, vel, Philoſophum quendam qui libros aliquos conſcripſerat ſatis verboſos. *Audi Quò rem deducam.*] Attentum reddit Lectorem, demonſtraturus, non natura ac certa aliqua ratione, ſed moroſitatis vitio fieri, ut nemo ferè præſentibus acquieſcat. *Torr.*

17. *Tu, conſultus modò, ruſticus.*] Tu modò Juriſconſultus, eris ruſticus. *Hinc vos.*] Abite.

18. *Hinc vos, Vos hinc.*] Hæc omnia, quod fefellit interpretes è ſcena deſumpta ſunt, in qua dantur partes & mutantur. Partes dat qui alii in dramate primas, alii ſecundas tribuit. Quòd Comici dicunt, *dare partes*, [illegible] [illegible] dixit Bion. Bion autem, Deum Poëtam dicebat, hiſtriones vero homines. Hunc Poëtam, aliis primas, aliis ſecundas imponere. Hominis verò eſſe, non mutare partes, verum datas ſuſtinere fortiter. Quod quidem raro evenire; unumquemque enim partium ſuarum pœnitere. Ea eſt humanæ mentis inconſtantia ac levitas. Nemo ſorte ſua eſt contentus. Et tamen, ſi quis Deus partes ſingulorum, tanquam in ſcena, mutaret ſubito, has quoque recuſaret quiſque. *Heinſius. Mutatis partibus.*] Conditionibus vitæ mutatis.

19. *Quid ſtatis?*] Cur non diſcedi-

Quid cauſæ eſt, merito quin illis Jupiter ambas
Iratus buccas inflet, neque ſe fore poſthac
Tam facilem dicat, votis ut præbeat aurem?
Præterea, ne ſic, ut qui jocularia, ridens
Percurram: quanquam ridentem dicere verum
Quid vetat? ut pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores, elementa velint ut diſcere prima.
Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo.
Ille gravem duro terram qui vertit aratro,
Perfidus hic caupo, miles nautæque per omne
Audaces mare qui currunt; hac mente laborem
Seſe ferre, ſenes ut in otia tuta recedant,

Ajunt,

tis? *Nolint.*] Sic ſine ulla dubitatione legendum, pendente è ſuperioribus ſententia: ait enim: ſi quis deus dicat, jam quod vultis faciam, nolint. Turneb. lib. 6. cap. 25. *Atqui licet eſſe beatis.*] Sic I. Sat. II. *Munifico eſſe licet.* Pulmannus. *Nolint. atqui licet eſſe beatis.*] Non poſſunt: nec æquum eos velle.

21. *Buccas inflet.*] Et Græci quidem *φυσᾶν ταῖς γνάθοις*, quod nos *inflare buccas* dicimus, de hominibus ſuperbis atque arrogantibus uſurpant. Unde & *φυσίγναθοι* dicti, qui eo morbo laborant: Horatius verò præ ira atque indignatione Jovem hoc facientem inducit. *Torrent. Buccas inflet, neque ſe.*] Quin Jupiter iraſcatur.

22. *Votis ut præbeat aurem.*] Ut eorum vota audiat.

23. *Ut qui jocularia.*] Ut qui res joculares & ludicras percurrit.

24. *Ridentem dicere verum.*] Id nemo meliùs dexteriuſque Horatio præſtitit, atque hac vel præcipua virtute cæteros omnes in Satyra antecellit. notum enim illud Perſii:

Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit. ——

Turneb. lib. 12. cap. 3. *Torrent. Ridentem dicere verum.*] Ridere & verum dicere quid vetat.

25. *Olim.*] Interdum. *Cruſtula.*] Placentulas.

27. *Sed tamen.*] Otioſa hæc duo ſunt verba, ſi ſententiam attendas: ſed ita ſolent uti veteres, cùm ſenſum longiore aliqua periodo diſtractum revocant, ut ante Lamb. Turnebus annotavit lib. XII. cap. III. Demonſtrat autem deinceps Horat. fontem ejus, quod deſcribit, mali eſſe avaritiam; dum nemini tam benè eſt, ut non optet eſſe meliùs. In quo omnes fallimur. *Amiſſo* autem pro *omiſſo* legitur in optimo codice. *Torrent.*

28. *Ille gravem duro.*] Hic quaſi baſim jacere incipit futuræ concluſionis hujus ἐπιχειρήματος, nimirum omnes quidem ſequi diverſa ſtudia; ſed ad eandem collimare finem ultimam, puta avaritiam. *Cruquius. Ille gravem duro.*] Agricola.

29. *Perfidus hic caupo, &c.*] Caupo, qui multa perfidè perquiſivit. Turneb. lib. 12. cap. 3.

30. *Audaces mare qui currunt.*] Et *curſum* de navigatione dici, & *audax* proprium eſſe nautæ epithetum, notavimus lib. 1. Od. XXVIII. *Torrent. Hac mente.*] In hunc finem.

31. *Senes ut in otia.*] Ut ſenes otioſam vitam traducant. *Ut in otia tuta, &c.*] Egregius avaritiæ prætextus, ab

otio

Aiunt, cum ſibi ſint congeſta cibaria. ſicut
Parvula (nam exemplo eſt) magni formica laboris
Ore trahit quodcumque poteſt, atque addit acervo,
Quem ſtruit, haud ignara ac non incauta futuri.
Quæ, ſimul inverſum contriſtat Aquarius annum,
Non uſquam prorepit, & illis utitur ante
Quæſitis patiens, quum te neque fervidus æſtus
Demoveat lucro, neque hyems, ignis, mare, ferrum:
Nil obſtet tibi, dum ne ſit te ditior alter.
Quid juvat immenſum te argenti pondus & auri
Furtim defoſſa timidum deponere terra?

Quod

otio & quiete ſenili, iis hominibus ferè perpetuus, qui ſordido quæſtu rem faciunt, quem prætexunt inopi ſenectæ: ita fit ut neque juvenes neque ſenes beatè vitam tranſigant. *Cruquius.*

32. *Cibaria.*] Alimenta collecta. *Sicut Parvula.*]

— Metuens inopi formica ſenectæ.

Et *parvula* quidem *formica*, ſed nulli animalium neque laboris aſſiduitate, neque viribus pro corporis portione, neque cura, neque memoria, neque præſcientia cedit. Atque adeò Sacræ etiam literæ pigros ac deſides ad formicam rejiciunt, ut ejus exemplo meliores fiant; Venuſta igitur antitheſis, *Parvula, ſed magni exemplum formica laboris.* qualis Virgiliana de apibus:

Ingentes animos anguſto in corpore verſant. Torrent.

35. *Haud ignara ac non incauta futuri.*] Rectè. quid enim hiemem, pluviaſque ac tempeſtatem præſenſiſſe profuerit, niſi cautionem adhibeat, ut adverſus injuriam ſeſe tueatur? Elegans de Formica & Cicada Æſopi fabula. *Torrent.* *Futuri.*] Non incauta hyemis futuræ.

36. *Quæ ſimul inverſum.*] Hæc ut à Poëta pronuntiata accipio. Quibus cum ab avaro propoſitum exemplum initio confirmare videatur, mox quantum inter ipſum & formicam diſcrimen ſit, oſtendit. Illa, eo quod ſatis ſit, contenta, quæſitis utitur; avarus quærit ſemper, & numquam utitur. *Inverſum* autem *annum* dicit, quòd menſe Januario, quo Sol ingreditur Aquarium, tempeſtateſque ac pluviæ concitantur, jam annus in ſe redierit. Juven.

Et cùm ſe verterit annus.

Turneb. lib. 12. cap. 3. & lib. 19. cap. 29. *Torrent.* *Simul inverſum contriſtat.*] Simul atque hyems advenerit. *Aquarius annum.*] Aquarius triſtem facit annum pluviis & frigore. Sol Aquarium ingreditur 17. Kalend. Febr.

37. *Non prorepit: & illis utitur.*] Foras non repit. *Antè.*] Utitur æſtivo tempore acquiſitis.

38. *Patiens.*] Tres codd. noſtri M.S. *ſapiens*; ſed multò plures ac meliores, *patiens*. Quod cur Lamb. emoverit neſcio, mihi certe magis probatur. Nam ſapiens quidem formica, & inſipiens omnis avarus: ſed Poëta nunc hoc non agit, quin potiùs formicæ tolerantiam commendans, avaro objicit, quòd impatiens, atque, ut alibi ait, *indocilis pauperiem pati*, numquam à lucri ſtudiis conquieſcit. *Torrent.*

39. *Dimoveat lucro.*] Ceſſare faciat à lucro.

40. *Dum ne ſit te ditior.*] Donec non ſit alius te ditior.

42. *Defoſſa.*] Æque uſitatum eſt *de-*

Quod ſi comminuas, vilem redigatur ad aſſem.
At ni id fit, quid habet pulcri conſtructus acervus?
Millia frumenti tua triverit area centum;
Non tuus hoc capiet venter plus, quam meus: ut ſi
Reticulum panis venaleis inter onuſto
Forte vehas humero, nihilo plus accipias, quam
Qui nil portarit. vel dic, quid referat intra
Naturæ fineis viventi, jugera centum, an
Mille aret? at ſuave eſt ex magno tollere acervo,
Dum ex parvo nobis tantundem haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?

Ut,

fodere ſcrobem, terram, vineam, pro fodere; ac *defodere* aurum, argentum, theſaurum, pro fodiendo recondere. *Torrent. Defoſſa.*] In terra altius foſſa. *Timidum deponere.*] Timentem uti pecuniis, ne amittas.

43. *Quod ſi comminuas.*] Reſponſio eſt, avari, ut ſequens veritus, Poëtæ refellentis id quod avaris ſemper in ore eſt, omne uſu perire peculium, cui nihil accreſcat. Quare congregant ſemper, erogant numquam; quaſi verò fructus pecuniæ non in ſolo uſu ſit. Sed rectè Mimographus;

Tam deeſt avaro quod habet, quàm quod non habet.

Torrent. *Ad aſſem.*] Ad nummum unum, fere ad nihilum.

44. *At ni id ſit.*] Horatii replicatio. Niſi aurum tuum minuatur, &c. *Quid habet pulchri.*] Τὸ *pulchrum*, hic eſt, bonum, utile: uſu namque ſplendeſcit pecunia. *Cruquius.*

45. *Triverit area centum.*] Quamvis area tua triverit, (id eſt, per trituram reddiderit) centum frumenti medimnorum millia.

46. *Hoc capiet venter.*] Non ex hoc, non ideo. *Plus quam meus.*] Quamvis non multa poſſideam.

47. *Reticulum panis.*] *Panarium* vocat Varro, ἀρτοφόρον Græci. Nota autem Æſopi inter conſervos panariam geſtandi in itinere provinciam depoſcentis hiſtoria, quòd onus veſcendo indies ſublevaretur. Hanc conſuetudinem hic reſpicit Horatius, ut unus aliquis portaret omnium dimenſum, nihilo plus accepturus reliquis. *Torr. Reticulum panis.*] Sacculum ad panem gerendum retis in modum factum. *Venaleis inter.*] Inter venalitios ſervos. *Onuſto.*] Optimi Codd. *honuſto.* Torrent.

49. *Vel dic, quid referat.*] Reſponde ô avare: quid proficiat homini paucis contento? *Intra naturæ fines.*] Epicuri dictum refert Seneca Epiſt. XVI. *Si ad naturam vives, numquam eris pauper; ſi ad opiniones, numquam eris dives.* Torrent.

50. *Jugera.*] Agri jugera.

51. *At ſuave.*] Avari reſponſio. *Tollere.*] Sumere.

52. *Dum ex parvo.*] Poëta iterum interrogat avarum. Eſt quaſi dialogus inter duos. *Haurire relinquas.*] Sumere concedas.

53. *Cumeris.*] *Granaria*, divitum horrea, tenuiorum *cumeros* opponit. Sed Varro, *cumerum* quoque dici affirmat; propriè id, quod ad alterius ſimilitudinem in nuptiis à puero patrimo ac matrimo, quem *Camillum* vocabant, geſtabatur, in eoque vel ſponſæ utenſilia, vel panis, ut volunt alii, vel aliud quippiam ſecretò. *Torrent. Cumeris.*] Vaſis fictili-

Ut, tibi ſi ſit opus liquidi non amplius urna,
Vel cyatho: & dicas, Magno de flumine mallem,
Quam ex hoc fonticulo tantundem ſumere. eo fit,
Plenior ut ſi quos delectet copia juſto,
Cum ripa ſimul avulſos ferat Aufidus acer.
At qui tantuli eget, quanto eſt opus, is neque limo
Turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in undis.
At bona pars hominum decepta cupidine falſo,
Nil ſatis eſt, inquit: quia tanti, quantum habeas, ſis.
Quid facias illi? jubeas miſerum eſſe libenter,

Quate-

fictilibus, aut vimineis, in quibus frumentum reponere ſolebant. *Granaria.*] Horrea.

54. *Ut tibi.*] Exempli cauſa. *Liquidi non amplius urna.*] Ut ὑγρὸν Græci, ſic *liquidum* Latini, tamquam genus, pro quocumque humore ac re fluida uſurpant. Horat. pro aqua uſus eſt, quod P. Victorius Var. lect. lib. XXIII. c. XX. obſervavit. Sed & hoc notandum, *urnam* hoc loco, uti & *cyathum* certam eſſe menſuram, qua in metiendis liquidis utebantur. *Torrent.* *Liquidi urna.*] Liquoris vel aquæ urna.

55. *Et dicas.*] Mallem abeſſe particulam, *&*, ut in duobus manuſcriptis. *Torr.*

56. *Eo fit, Plenior, &c.*] Ex eo fit, ut ſi quos uberior aquæ copia, quam par ſit, delectet, & idcirco malint è flumine bibere, quam ex fonte, Aufidus rapidus ſæpe eos una cum ripa abreptos auferat. allegoria eſt, per quam ſignificat, ſæpe evenire, ut, qui mediocribus facultatibus non contenti ampliores deſiderant, in maximas calamitates incidant, aut interitum ſibi aut peſtem arceſſant. *Lambin.* *Eo fit.*] Ex eo fit.

57. *Copia juſto.*] Sic libri noſtri omnes. Turnebus lib. II. cap. 23. *Copia cornu* ſe in antiquis membranis repperiſſe teſtatur. *Torr.* *Juſto.*] Quam par ſit.

58. *Cum ripa.*] Optimus cod. non inamœna quadam novitate legit:

Cum ſimul avulſis ripa, &c.

Avulſos ferat Aufidus.] Abreptos auferat Aufidus, Apuliæ fluvius.

59. *Qui tantuli eget.*] Legitur etiam *tantulo*. Senſus eſt, qui eo ſe non egere exiſtimat, quo carere poſſit. Qua de re præclarè Epicurus: voluit enim ad beatè vivendum nos noſtro ante omnia judicio beatos, videri. *Si cui*, inquiens teſte Annæo Seneca, *ſua bona non videntur ampliſſima, licet totius mundi dominus ſit, tamen miſer eſt.* *Quanto eſt opus.*] Quantum naturæ neceſſitas poſtulat.

61. *Bona pars.*] Major. pars. *Cupidine falſo.*] Vitioſa cupiditate.

62. *Nil ſatis eſt.*] Tale illud:

Quantum quiſque ſua nummorum ſervat
in arca,
Tantum habet & fidei.

& antiqui Poëtæ apud Senecam verſiculus Epiſt. CXVI.

Ubique tanti quiſque quantum habuit
fuit.

Vide Victorium Var. lect. XXIII. cap. X. *Torrent.* *Quia tanti.*] Quia tantus tibi defertur honos, quantum habeas, id eſt, pro divitiarum magnitudine.

63. *Illi.*] Qui in tali ſententia eſt conſtitutus. *Jubeas.*] Hunc locum vetuſta quædam exemplaria ſic legunt, & diſtinguunt:

—— *Jubeas miſerum eſſe, libenter*
Quatenus id facit.

ut ſit

Quatenus id facit. ut quidam memoratur Athenis
Sordidus ac dives, populi contemnere voces
Sic ſolitus: Populus me ſibilat: at, mihi plaudo
Ipſe domi, ſimul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congeſtis undique ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris

Coge-

ut ſit ſententia; Non valere hunc, neque rem bene gerere, ſed miſerum eſſe jube: quoniam libenter id agit ut miſer ſit, poſtquam tot rationibus non commovetur. *Quatenus* itaque pro *quoniam* exponemus. Turneb. lib. 12. c. 3. *Torrent.* *Jubeas miſer.*] Permitte ut ſit miſer, animo æquo miſeriam ſuam ferens.

64. *Quatenus id facit.*] Quamdiu id facit. *Ut quidam.*] Timonem illum *μισάνθρωπον* ſignificari volunt interpretes, ſed male. Minimè enim aut ſordidus aut avarus iſte Timon, ſi Diogeni Laërtio credimus. Cujus etiam pulcerrima illa ſententia commemoratur apud Stobæum. *Στοιχεῖα τῶν κακῶν εἶναι ἀπληστίαν καὶ φιλοδοξίαν.* *Elementa eſſe malorum omnium inſatietatem & ambitionem.* Seneca lib. II. de Benefic. de Cn. Lentulo Augure: *Hic*, inquit, *maximum divitiarum exemplum, quater millies H-S. ſuum vidit. proprie dixi. nihil enim amplius quam vidit.* Hunc itaque notare potuit Horat. fuit enim princeps tunc pœne civitatis. At Poëta ipſum Athenis conſtituit, ut callidius irrideret tale divitiarum manicipium. *Torr.* *Quidam.*] Timon *μισάνθρωπος*, pecunia tamen ſua gaudens.

65. *Voces.*] Obloquia populi.

66. *Sibilat, &c.*] Philargyrus enim iſte, populi exſibilatione contempta, ipſe ſibi applaudebat domi; miſer, quia ſtultus & inſanus. *Torrent.* *Sibilat.*] Homines gratioſos theatrum ingredientes, populus plauſu excipiebat; malos vero exſibilabat.

68. *Tantalus.*] De Tantalo Petronius,

Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
Tantalus infelix quem ſua fata premunt.
Divitis hæc magni facies erit, omnia late
Qui tenet, & ſicco concoquit ore famem.

Torrent.

Tantalus à labris.] Tantalus ſitiens captat labris fugientia flumina.

69. *Quid rides?*] O avare cur rides? *De te.*] Qui rebus omnibus abundas, nec tamen iis uteris.

70. *Congeſtis undique ſaccis.*] Sic Virgilius:

—— Defoſſoque incubat auro.

Saccos etiam *undique congeſtos*, quovis modo per fas ac nefas impletos intelligo. Et de *ſaccis* quidem vinariis alibi diximus: hic nummarios ſignificat, uti & lib. II. Sat. III.

—— Menſam poni jubet, atque
Effundi ſaccos nummorum.

Unde *ſacculus* pro marſupio. Suidas etiam *σακκίππιον*, inquit, *βαλλάντιον, μαρσύπιον ἐξ οὗ καὶ σακκιππιάριος*. Torr. *Saccis.*] Saccis pecuniarium plenis.

71. *Inhians.*] Semper cupiens, etiamſi tot rebus abundes. *Lambin.* *Inhians.*] Timens ne per fraudem ſacci evacuarentur. *Parcere ſacris.*] Sic lib. II. Sat. III.

—— Metuenſque velut contingere ſacrum.

Sacra autem appellant JCti quæ publice ſunt conſecrata, vel à principe, vel ab eo cui princeps dederit poteſtatem. Deo igitur ſemel dedicata, & extra commercium poſita, in nullius hominis ſunt poteſtate.

Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.
Neſcis quo valeat nummus? quem præbeat uſum?
Panis ematur, olus, vini ſextarius: adde
Queis humana ſibi doleat natura negatis.
An vigilare metu exanimem, noctesque, dieſque
Formidare malos fures, incendia, ſervos,
Ne te compilent fugientes; hoc juvat? horum
Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum.
At ſi condoluit tentatum frigore corpus,
Aut alius caſus lecto te affixit, habes qui
Aſſideat: fomenta paret: medicum roget, ut te
Suſcitet, ac reddat natis, cariſque propinquis.

Non

poteſtate. *Torrent. Sacris.*] Sacris nil adimi vetat religio.

72. *Tabellis.*] Intuendo, non fruendo pecuniis.

73. *Quo valeat.*] Sic & libri noſtri omnes magno conſenſu, non *quid*, ut in vulgatis. *Torrent. Quo valeat nummus?*] Neſcis ad quid valeat nummus?

74. *Olus.*] *Holus* habent duo antiquiſſimi, ut *honus*, & *honuſtus*. *Vini ſextarius.*] De Tacito imperatore ſic Flavius Vopiſcus; *ipſe fuit vitæ parciſſimæ, ita ut ſextarium vini tota die nunquam potaverit, ſæpe intra heminam.* Continebat autem *amphora* urnas duas, congios octo, ſextarios duodequinquaginta, *ſextarius* verò cyathos XII. quos una hauſiſſe cœna honeſte bibenti ſatis erat. *Torr.*

75. *Queis humana.*] Quibus natura humana ſine dolore carere non poſſit.

76. *An vigilare metu exanimem.*] Verſus pulcerrimi. Meritoque Juven.

——— *Miſera eſt magni cuſtodia cenſus.*

Recte etiam in proverbiis celebratur Ariſtophanis illud, δειλότατον ἴσθ' ὁ πλοῦτος, *timidiſſima res divitiæ*; ob tot nimirum inſidias, quarum cauſſa pallere aurum non infacetè quidam dixerit. *Torrent. An vigilare.*] Avari hæc omnia patiuntur. Ergo ſunt pauperrimi quoad bonorum uſum.

78. *Ne te compilent.*] Ne fugituri tua furentur. *Compilent.*] Bene de hoc vocabulo Pedianus Verr. III. *Compilare* eſt pilos convellere; & ſic fraudare furto, ut ne pili quidem in ſpoliati corpore relinquantur. *Torrent. Hoc juvat.*] Hoccine delectat; nempe timere & ſemper eſſe ſolicitum.

79. *Pauperrimus eſſe bonorum.*] *Bona* inde dicta quod beant, ſeu beatos faciunt, ut ait Ulpianus. Quod ſi ita eſt, bona dici nequeunt quæ plus incommodi quam commodi ſecum ferant. Carere igitur quam habere ſit ſatius. Neque ex ſermone vulgi beatum pro divite dicere poſſimus eum, qui tam miſere & infeliciter beatus ſit. *Torr. Pauperrimus.*] Ego optarem carere his bonis, quorum cuſtodia me cruciat.

80. *Tentatum frigore corpus.*] Corpus male affectum morbo, ex frigore contracto.

81. *Aut alius.*] Aut alius morbus ad lectum te dejecit. *Affixit.*] Cruquius dicit omnes Codices habere *afflixit*, præter Tonſ. qui habet *affixit*. *Habes qui.*] Ironicè hæc ſunt intelligenda.

82. *Aſſideat.*] Qui prope lectum tuum ſedeat.

83. *Suſcitet.*] E lecto ſuſcitet. *Ac reddat natis.*] Et te ſanum reddat.

84. Non

Non uxor ſalvum te vult: non filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.
Miraris, cum tu argento poſt omnia ponas,
Si nemo præſtet, quem non merearis, amorem?
At ſi cognatos, nullo natura labore
Quos tibi dat, retinere velis, ſervareque amicos;
Infelix operam perdas, ut ſi quis aſellum
In campo doceat parentem currere frænis.
Denique ſit finis quærendi: cumque habeas plus,
Pauperiem metuas minus, & finire laborem
Incipias; parto quod avebas: nec facias quod
Umidius quidam (non longa eſt fabula) dives,

Ut

84. *Non uxor.*] Invitis enim omnibus eum vivere neceſſe eſt, qui, cum prodeſſe plurimis poſſit, prodeſt nemini. Amamus quippe eos per quos nobis bene eſt. At avarus non niſi moriens hoc præſtare poſſit. Mori itaque eum optant omnes, cujus mors heredis quodammodo vita ſit. *Torr.* *Non uxor ſalvum.*] O avare, tu omnibus adeo es odioſus, ut nemo te ſalvum eſſe velit.

86. *Miraris.*] Miraris te omnibus eſſe inviſum. *Quum tu.*] Cum tu omnia minoris facias quam pecuniam.

88. *At ſi cognatos.*] *An* pro *At* habent aliquot libri veteres, cum interrogatione in fine quarti verſus, ante verbum *Denique.* Quæ lectio mihi placet; ut avarum roget an operam perdi exiſtimet, ſi forte cognatos nullo ſuo labore à natura datos bene merendo ſibi retineat, atque amicos ſervet; haud aliter quam ſi quis aſellum parere frenis, & in campo decurrere doceat. nam hoc rogans tamquam rem abſurdam, perinde facit ac ſi ſimpliciter fieri poſſe neget. Receptam verò lectionem qui ſervare velit, confuſe hoc totum, *Nulla natura labore*, contra verborum ordinem non ad naturam, ſed ad avarum referat. quæ meo judicio impedita nimis oratio eſt. *Torr.* *Nullo natura.*] Si nullo ſtudio & bene meritis, in amicitia retinere velis.

90. *Aſellum.*] Id eſt, indocilem docere.

91. *In campo.*] Sic noſtri quoque codd. non *in campum*. Et de campo Martio dictum intelligo. Nota autem ut equi celeritas, ſic aſini tarditas, quam cum decurſu inutilem facit. *Torr.* *Parentem currere frænis.*] Obedientem frænis, id eſt, frænatum.

92. *Sit finis quærendi.*] Divitiarum cupiditati finem facito. (Utere quæſitis.) *Quumque habeas plus.*] Plus quam ante habebas.

94. *Parto quod avebas.*] Solent qui ſe ad quæſtum comparant ſummam aliquam præfinire; quam adepti, quietem cogitent. Sed fruſtra fere. nullus enim quærendi finis. Quo ſpectant illa in Epiſtolis:

Mille talenta rotundentur, totidem altera; porrò
Tertia ſuccedant, & quæ pars quadret acervum. Torrent.

Parto quod avebas.] Quum habes acquiſitum, quod avide cupiebas. *Nec facias.*] Libri veteres magno conſenſu *Ne facias.* Torrent.

95. *Umidius.*] Quos codices nactus Lamb. ita ediderit neſcio: noſtri ferè

Umidius

Ut metiretur nummos, ita ſordidus, ut ſe
Non unquam ſervo melius veſtiret; ad uſque
Supremum tempus, ne ſe penuria victus
Opprimeret, metuebat. at hunc liberta ſecuri
Diviſit medium, fortiſſima Tyndaridarum.
Quid mî igitur ſuades? ut vivam Mænius? aut ſic,
Ut Nomentanus? pergis pugnantia ſecum
Frontibus adverſis componere. non ego, avarum
Cum veto te fieri, vappam jubeo, ac nebulonem:

Eſt

Unidius habent, aut, quod minimum diſtat, *Vimidius*, & *Vividius*; ſed *Vinidius* Romanum eſt. cetera igitur rejiciamus. Quiſquis autem hic fuerit; non diſſimilem certè illi exitum tulit Auguſti principatu impurus ille de quo Seneca Philoſophus l. 1. Quæſt. Naturalium. *Torrent.*

96. *Ut metiretur.*] Ut metiretur, non ut numeraret, quia innumerabiles erant ejus divitiæ.

98. *Tempus.*] Ad extremum tempus vitæ ſuæ.

99. *Liberta.*] Concubina, fortaſſe uxor.

100. *Diviſit medium.*] In duas partes ſecuit. *Fortiſſima Tyndaridarum.*] Facinus edidiſſe hanc libertam dicit; quo nullum vel tota Tyndari poſteritas in hoc genere fortius, quamquam plurimæ ex Tyndari gente viros interfecere. Ludit autem ſuo more Poëta, eadem etiam ipſe libertæ hîc ſuæ arma quæ Græci ſcriptores Clytemneſtræ, ſecurim nempe ſeu bipennem, tribuens; inſulſæ ſanè ac fatuæ, facetiſſime Juven. extrem. Sat. VI. cum tenui pulmone rubetæ res confici poſſit. Locum vide, & Pet. Nannii Miſc. lib. 3. *Torr. Fortiſſima.*] Ac ſi fuiſſet altera Clytemneſtra, Tyndari filia, quæ Agamemnonem interfecit.

101. *Quid mî igitur.*] Loquitur avarus, Quid me vis facere? *Ut vivam Nævius.*] Sic quidam legunt, & avarum & ſordidum fuiſſe volunt. *Mænius aut ſic Ut Nomentanus.*] *Menii* nomen, aut *Mænii* potius Lambino placuit, quia de eodem in Epiſtola ad Vahalam mentio. Verum Mænius ille ut prodigus ac decoctor ibi deſcribitur. Cujus nomen ſi hîc quoque ſervemus, neceſſe ſit hoc modo legere;

Quid mî igitur ſuades? ut vivam Mænius, aut ſic
Ut Nomentanus?

ut reprehenſus à Poëta avarus, monituſque ne Vinidium imitetur, duos pariter nepotes proponat, rogetque an eorum igitur exempla ſequatur. Atque ita ſanè non uno in codice ſcriptum animadverti, nec male. *Nævius* tamen in omnibus, ut ingenuè fatear, antiquis exemplaribus ſcriptum repperi; & alterum tamquam avarum, alterum tamquam prodigum inter ſe componi vetus Scholiaſtes tradidit. *Nævii* ſane lib. II. Sat. II. non nimis honeſta fit mentio, ſed non tam ut avari, quam ut ſimplicis, aut immundi, ut ibi videbimus. *Nomentanum* quoque tribus nominibus vetus illuſtrat interpres, *L. Caßius Nomentanus*, qui H-S- ſeptuageſies gula abſumpſerit, cujuſque coquum centum millibus nummûm Salluſtius conduxerit. *Torrent.*

102. *Ut Nomentanus.*] Ut homo luxurioſus.

103. *Componere.*] Pergis res contrarias comparare, quæ inſtar gladiatorum frontibus adverſis pugnant.

104. *Vappam.*] De hoc vocabulo nonnihil

Eſt inter Tanaim quiddam, ſocerumque Viſelli.
ESt *modus in rebus; ſunt certi denique fines,*
Quos ultra, citraque nequit conſiſtere rectum.
Illuc, unde abii, redeo: nemon' ut avarus
Se probet? ac potius laudet diverſa ſequenteis?
Quodque aliena capella gerat diſtentius uber,
Tabeſcat? neque ſe majori pauperiorum
Turbæ

nihil ad Suetonii Auguſtum c. LXXXVII. apud quem legitur *vapide habere*, pro malè. Ergo cum te à ſordibus dehortor, non ſtatim jubeo te contrarium vitium capeſſere & prodigum eſſe: cumque te avarum fieri veto, non eo nomine continuo jubeo te vappam, fatuum, inſulſum, hominem nequam, nulliuſque bonæ frugis, nebulonem omnia profundentem fieri. *Lubin.* *Vappam jubeo.*] Non jubeo te omnia profundere & vappam fieri. Vappa eſt vinum corruptum quod ſaporem perdidit & bonitatem.

105. *Tanaim, ſocerumque.*] Neque quis iſte *Tanais*, neque quis *Viſellius*, ejuſque ſocer fuerit, certo dicere poſſum. Hoc notandum, quod tam venuſtè atque urbane, ut Satyricum decuit, illud è Philoſophia aſtruit;

Virtus eſt medium vitiorum, & utrimque reductum.

Eſt inter Tanaim.] Inter Mæcenatis libertum ſpadonem, ſcilicet & ſocerum Viſellii herniosum, multum intereſt.

106. *Eſt modus.*] Eſt mediocritas.

107. *Quos ultra.*] Ultra aut citra quos fines.

108. *Illuc, unde abii.*] Brevi quadam anacephaleoſi oſtendit inquieti ac ſibi ſemper diſplicentis animi ægritudinem, ab illa, qua dictum eſt, inſatietate provenire. *Illuc, unde abii.*] Eo unde reverſus ſum revertor, nempe, ut nemo ſorte ſua contentus vivat. *Nemon' ut avarus.*] Hæc lectio veterum exemplarium ſuffragiis probatur, ut interrogando tamquam admirabundus expoſtulet, uſque ad verſum, *Sic feſtinanti.* atque omnino ſubaudiendum eſt aliquid, ut in hujuſmodi locutionibus fieri ſolet: perinde ac ſi diceret, Itane fit, itane comparatum eſt, ut nemo avarus ſe probet? Jam vero illud, *Se probet*, non ita accipio quaſi avarus ſibi ipſi diſpliceat in eo quod avarus eſt, cum nihil æque atque aurum admiretur ac colat, eoque ſtudio mirifice ſe jactet, ſed quia dum nimium properat, ac nihil ipſi ſatis eſt, aliorum comparatione, à quibus vinci ſe exiſtimat, illos ipſe laudat, ſe verò tamquam ignavum atque infelicem damnat; ac denique,

Immoritur ſtudiis & amore ſeneſcit habendi. Torrent.

Nemon' ut avarus ſe probet, &c.] Quaſi dicat, Itane vero ſemper fiet, ut nullus avarus in ſe deſcendat, & ſuam ipſius vitam examinet; atque ut, idem faciens quod cæteri homines, & ſuam vitam cum aliorum vita, comparans, eos laudet qui aliud vitæ inſtitutum ſequuntur? Ex quibus intelligimus, eum queri quod cæteri quidem id faciant; ſed qui ſunt avari, ſibi in ſuo vitæ inſtituto, placeant, ſuo vitæ generi acquieſcant, eo delectentur, & in eo libenter firmi maneant. Non ergo illuc ad ditiores reſpicere, ſed potius cum majori pauperiorum numero comparare ſe deberent, qui tamen ſuis contenti vivunt, & quanto laudabilius ſit vitæ genus quod hi ſequuntur, conſiderare. Repetendum ergo eſt *nemone*, cum verbo *laudet*. Steph.

109. *Se probet?*] Ut nemo ſe beatum putet ſibique placeat? *Diverſa ſequentes.*] Aliena vitæ ſtudia.

111. *Tabeſcat.*] Et mœrore contabeſcat quod aliena, &c. *Majori.*] Turnebi exem-

Turbæ comparet: hunc atque hunc ſuperare laboret?
Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat.
Ut cum carceribus miſſos rapit ungula currus:
Inſtat equis auriga, ſuos vincentibus; illum
Præteritum temnens extremos inter euntem:
Inde fit, ut raro, qui ſe vixiſſe beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vitæ
Cedat, uti conviva ſatur, reperire queamus.
Jam ſatis eſt, ne me Criſpini ſcrinia Lippi
Compilaſſe putes, verbum non amplius addam.

bi exemplar *meliori* habet, quod ego nuſquam reppeti. Non diſplicet tamen. pauperiorum enim turba fere ut numero major, ſic & problor eſt. Et alioqui Juriſconſulti *majorem in ſuffragiis partem* vocant; quæ ſanior eſt, ut ipſi loquuntur, quamquam numero minor. Prior lectio magis arridet. Comparat autem ſe pauperiorum turbæ, qui infra fortunas ſuas conſtitutos expendit, quo tandem, tot à tergo relictos reſpiciens, præſenti ſorte contentus fit. Turneb. lib. XI. cap. 23. *Pauperiorum.*] Sed cum divitioribus, quos aſſidue ſuperare contendit.

113. *Sic feſtinanti.*] Ad hunc modum qui dat operam divitiis amplificandis, ei aliquis locupletior eſt ſemper impedimento. *Locupletior obſtat.*] Stephanus legendum cenſet *obſtet*, & à particula præcedente *ut* pendere, ſicut & ſuperiora.

114. *Miſſos rapit.*] Currus emiſſos à carceribus patefactis, ubi ſtant equi ad currendum parati. *Ungula.*] Ungula ponitur, pro ungulatis equis.

115. *Suos vincentibus.*] Equis ſuos equos curſu prævertentibus.

116. *Præteritum.*] Quem præteriit. *Extremos inter.*] Inter ultimos currentem.

117. *Ut raro.*] Ut raro reperire queamus aliquem qui, &c.

118. *Exacto contentus tempore vitæ.*] Duo fideliſſimi codices, *Exacto contentus tempore, vita Cedat.* quæ lectio melior eſt. Sic enim & Lucr.

Cur non ut plenus vitæ conviva recedis?

Nec diſſimile, *E vita tanquam è theatro exeundum.* Verum quia perpauci ſe beatos in hac vita prædicant, perpaucos ait Horatius inveniri qui libenter vita cedant & hinc ad ſuperos abeant. Vide P. Victorium, lib. VI. cap. XI. *Torr.*

119. *Cedat.*] Et qui migret è vita quemadmodum ſolet conviva à menſa decedere ſaturatus.

120. *Jam ſatis eſt.*] Hæc ſufficiant.

121. *Compilaſſe putes.*] Ne putes me furatum eſſe arculas (id eſt, libros qui in ſcriniis reponuntur) Cr. Lippi Philoſophi loquaciſſimi.

SATYRA II.

Exemplis dictum illud confirmat: (*Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.*) Inſanas quorundam circa adulteria libidines inſectatur.

AMBUBAIARUM *collegia, pharmacopolæ,*
Men-

1. AMbubaiarum *collegia.*] Nolim hic otioſe repetere quæ de *Ambubaiarum* vocabulo alii ante nos ſcripſere; tantum dicam nomen hoc, tam-

 quam

Mendici, mimæ, balatrones; hoc genus omne
Mæſtum, ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli.
Quippe benignus erat. contra hic, ne prodigus eſſe
Dica-

quam genus quoddam, ad quoſcumque vel laſciviæ, vel impudicitiæ, vel artis ludicræ ac paraſiticæ profeſſores pertinere. qualis Tuſci turba improba vici, ceterique infames homines, quæſtus cauſſa, celeberrima quæque loca circumibant. Unde meo judicio nomen invenere, non tam à Bajis, famoſo illo Campaniæ vico, quod ibi parata ſemper tali turbæ erant aucupia; quam ſimpliciter à verbo *ambire* pro *circumire*, idque per epentheſin, ut *induperator* pro *imperator*, præcipuus enim illis in circumcurſando, dum luxurioſe ſectantur divites, quæſtus. *Ambubaiarum.*] Collegia ergo Ambubaiarum docta ſunt ex id genus hominibus, qui nihil quam nugis, aſſentationibus, mendaciis, præſtigiis, & ad forum excogitatis vocibus populum illudebant, ab omni virtutis & honeſti tramite, procul exorbitantes. talis certe fuit, ni fallor, Copa Syriſca Vir. Horum autem collegiorum ceu claſſium enumerat quaſi præfectos, Pharmacopolas, mendicos, balatrones, ſub uno, ut arbitror, Tigellio, qui ſæpe ducentos ex his habebat in ſuo comitatu. De Etymo vocis *Ambubaia*, vide Cruquium latius de eo diſſerentem, & Turneb. lib. II. cap. 25. *Ambubaiarum collegia.*] Collegia tibicinarum impudicarum, ebrietate balbutientium. *Pharmacopola.*] *Ambubaias* tamquam genus poſuit, nunc ſpecies enumerat: quamquam & unaquæque iſtarum, quod recte admonuit Cruquius, plures alias artes ſub ſe complectatur. *Pharmacopolis* enim, unguentarios, venenarios, unctores, pigmentarios, tinctoreſque licet annumerare: *Mimos* ludios, choraulas, citharœdos, tibicines, atque id genus ceteros. At *Mendicos* appellari exiſtimo Iſiacos ac Gallos, ſacerdotes Cybeles. ſtipem colligere ſolitos. quod aſtrologi quoque, & quos perperam mathematicos dixere, factitabant, ac vaticini omnes. Ceterum ad *Balatrones* quod attinet, non tam certa ejus vocabuli ratio eſt. Putarim tamen ſcurras præcipue ac paraſitos eo contineri, quippe viliſſimos homines, qui ventris cauſſa quamvis etiam contumeliam non inviti paterentur. Alii unius literæ mutatione à *Baratro* dici malint, nec male, ni fallor; vel quod ventri tamquam baratro omnia donent, vel quod digni ſint qui in baratrum mittantur, in locum ſic dictum Athenis olim malefici, aut in latomias Syracuſis. Turneb. l. II. *Torrent. Pharmacopola.*] Olim rerum vilium oſtentatores erant, & populo verba dabant.

2. *Balatrones.*] Homines luxurioſi, & perditi, ſic dicti à Servilio Balatrone.

3. *Tigelli.*] Hujus etiam Sat. III. & Sat. X. non incelebris fit mentio. Quamquam de nomine non ſatis convenit. nam & *Tigillius* & *Tigellius* legitur, & hinc *Tigillinus* & *Tigellinus*. Quare & hunc cantorem noſtrum Tigellium potius appellemus, & quidem tribus inſignem nominibus. ſiquidem veteres Grammatici *M. Tigellium Hermogenem* vocant. At Poëta noſter etiam patriæ nomen expreſſit, cum ait, *Sardus habebat ille Tigellius hoc*. Fuiſſe autem volunt artis muſicæ peritiſſimum, vocis etiam ſuavitate mire præſtantem, facetum præterea atque in convictu jucundiſſimum. *Torrent. Tigelli.*] Muſici peritiſſimi & vocis eximiæ.

4. *Benignus erat.*] Ex opinione eorum quibus donabat Tigellius, ſic Poëta loquitur: his enim benignus, his magnificus, his liberalis viſus fuit; reipſa vero decoctor & prodigus, nec quicquam minus quam benignus ex Philoſophorum definitione. Gellius l. XVII. cap. V. *Torrent. Benignus erat.*] Perliberalis

Dicatur, metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo duramque famem depellere poſſit.
Hunc ſi perconteris, avi cur, atque parentis
Præclaram ingrata ſtringat malus ingluvie rem;
Omnia conductis coëmens opſonia nummis:
Sordidus, atque animi quod parvi nolit haberi,
Reſpondet: laudatur ab his, culpatur ab illis.
Fuſidius vappæ famam timet, ac nebulonis;
Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis.
Quinas hic capiti mercedes exſecat: atque

Quan-

talis erat. *Hic.*] Alius ſcilicet avarus metuens ne, &c.

6. *Depellere.*] *Propellere* habent nec pauciores nec deteriores libb. MS. *Torr.*

7. *Hunc ſi perconteris.*] Alium, nempe prodigum.

8. *Præclaram ingrata.*] Præclarum patrimonium à majoribus ſibi relictum. *Stringat.*] In uno atque altero cod. *ſtrangat* ſcriptum repperi, ut lib. II. Sat. III.

—— Poſtquam res mea Ianum
Ad medium fracta eſt.

Nihil tamen immutro. *ſtringere* enim dixit, ut mox *rem patris oblimare*, pro atterere ſive attenuare. Quod de epulonibus recte dicitur. Nec malè etiam Lamb. qui *rem ſtringere*, pro in maſſam, ſive pilam aut pilulam cogere interpretatus eſt, quod Græci dicunt [illegible] [illegible]. quam videlicet, ut catapotia ægroti ſolent, gulones illi malè perditi, deglutiendo non edant, ſed devorent. Cruquius vero ait, quod *ſtringere* ſit cumulatim bona omnia, quaſi in maſſam redacta, ſtrictim vorare: quod Græce dici poteſt, [illegible]. *Ingratam* autem vocat *ingluviem*, quod majoribus ingrati ſint, qui bonis ipſorum frugalitate partis, tam turpiter & ignominioſe abutantur. *Torrent.* *Stringat malus.*] Cur devoret ſine ulla grata ſatietate.

9. *Conductis coëmens.*] Nummis fœnori acceptis, pro quibus merces ſolvitur.

10. *Parvi nolit.*] Non parvi, ſed magni animi.

11. *Ab his.*] Alii laudabunt. *Ab illis.*] Alii vituperabunt.

12. *Fuſidius.*] Male anteà *Fuſidius* legebatur. Nam *Fuſidius* Romanum eſt, ſicut & Fuſius, uti fere veteres membranæ ſcribunt, vel *Futidius*, improbus fœnerator: cujus ſcelerum occaſione, Senatuſconſulto, quod ab eo Macedonianum dicebatur, cautum fuit ne ei, qui filiofamilias mutuam pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem parentis, in cujus poteſtate fuiſſet, actio petitioque daretur: & quamquam periculum fœneranti ſuberat, lucri ſperata improbitas illud contemnere jubebat. Sub Fuſidii ergò perſona exemplum ponit alicujus ſordidiſſimi Romani, ſuperioribus ex antitheſi repugnans. *Cruquius.* Turneb. lib. 21. cap. 15. *Fuſidius.*] Fœnerator improbiſſimus. *Vappæ famam timet ac nebulonis.*] Hominis nequam & profuſi. vide Satyr. I.

14. *Quinas hic capiti mercedes exſecat.*] *Caput* vocat ſortem ipſam; *Mercedem* verò ſortis fructum; quod propriè vel fenus vel uſuram dicimus; *Fenus* tamquam fetum quemdam ſortis: *Uſuram*, quòd pro uſu detur. *Merces* verò propriè in locatione appellatur, ut in emptione *pretium*. Horatius igitur [illegible] ut paulò ante *conductos* vocat *nummos* fenori acceptos, ſic nunc mercedem quæ pro eis penditur. Et de

 fenebri

Quanto perditior quiſque eſt, tanto acrius urget.
Nomina ſectatur, modo ſumpta veſte virili
Sub patribus duris tironum. maxime, quis non,

Jupi-

fenebri quidem pecunia, quo modo, quove tempore collocari aut redigi ſoleat, Epod. II. declaravimus. Hoc loco monendus eſt Lector, centeſimam uſuram apud Romanos, quæ centeſimo menſe æquabat ſortem, aſſis loco fuiſſe, ita ut ad illam reliquæ omnes redigerentur. Itaque ſemiſſis uſuræ non niſi dimidium erant centeſimæ; nempe cum non duodecim quotannis, ut in centeſima, ſed ſex tantum pro centum penderentur; & ſic porrò. At verò improbiſſimum erat fenus, ſi duplicarentur centeſimæ. Et tamen Fufidius iſte quinas in ſingulos menſes capiti mercedes exſecabat, hoc eſt, quinos quot menſibus aureos pro centum mutuo datis tamquam vi quadam in ſumma indigentium neceſſitate auferebat, non toto biennio ſortem æquans. Moris autem erat ſub finem menſis uſuras exigere, niſi creditor uſuram uſurarum ſolvere mallet. quem *ἀνατοκισμὸν* vocant Græci, quaſi iteratum fenus. *Exſecat.*] Id eſt, deducit, aut adimit. *Mercedes exeſat.*] Quinas uſuras ſorti detrahit, Angl. *taketh five from the principall.*

15. *Perditior.*] Quanto luxurioſior & negligentior. *Perditior.*] Codex unus è noſtris *proditior.* neque id Lambinum fugit, non probat tamen. Sed meminiſſe debuerat, & *prodere* pro *perdere*, & *proditus* pro *perditus* non uno in loco apud Lucretium inveniri. Ennius quoque *rem prodere ſummam* dixit pro *perdere*, teſte Feſto. Sententia autem eſt, quanto quiſque luxu perditior profligatiorque ſit, tanto acrius inſtare Fufidium, ut graviore eum fenore peſſundet. Et nequis forte miretur tantam fenoris improbitatem, addit Poëta quibus potiſſimum feneretur, ſtultis ſcil. adoleſcentibus, quibus nihil curæ ſit, quam ut habeant quod profundant. *Tanto acrius.*] Tanto graviore uſura onerat.

16. *Nomina ſectatur.*] Sectatur tironum nomina, qui ultro hoc agit, ut tironum nominibus æs alienum contrahat. At Juriſconſulti, paulo aliter *ſequi nomen* dicunt pro accipere, ſive eo contentum eſſe. Notum autem, Senatuſconſulto Vellejano vetitum fuiſſe ne pro ullo mulier intercederet; quemadmodum & Macedoniano, cujus paulo ante facta mentio, ne quis filiofamilias mutuo datum jure repeteret. Malum ergo & mulieris & filiifamilias nomen, ſed feneratores legem eludebant. Vel ut Cruquius vult, *nomina* pro debitis: ſectatur nomina tironum, hoc eſt, ſtudet fœnerari tironibus. *Sectatur.*] Nomina adoleſcentium inveſtigat in mercatorum libris. *Sumpta veſte.*] Cum à pædagogis ſunt liberi, poſt annum ætatis XVI.

17. *Duris.*] Quorum patres ſunt duri & præparci. *Tironum.*] Non militiæ tantum, ſed & cujuſcunque artis aut profeſſionis initium, primaſque actiones, *tirocinium* appellamus, & *tirones*, qui rem ipſam aggreſſi, in principiis adhuc hærent. Hinc igitur *tirones* etiam dicti, qui jam majuſculi effecti, poſita prætexta, ac ſumpta virili toga, quam puram quoque ac liberam appellabant, quia & candida erat, & majoris initium libertatis, anno ætatis XVII. deſertis pueritiæ ſtudiis, forenſes actiones auſpicabantur. Nec ſolum ephebi ipſi *tirones*, ſed & actus ille *tirocinium* dicebatur, & *tirocinii dies*, quo deducebantur. Rem totam breviter enarrat Seneca ad Lucilium Ep. IIII. *Tenes utique memoria quantum ſenſeris gaudium, cum, prætexta poſita, ſumſiſti virilem togam, & in forum deductus es; majus exſpecta cum puerilem animum depoſueris.* Turneb. lib. II. cap. 23. *Torrent.*

18. *At*

Jupiter, exclamat, ſimul atque audivit? at in ſe
Pro quæſtu ſumptum facit. heic, vix credere poſſis,
Quam ſibi non ſit amicus. ita, ut pater ille, Terenti
Fabula quem miſerum gnato vixiſſe fugato
Inducit; non ſe pejus cruciaverit, atque hic.
Si quis nunc quærat, quo res hæc pertinet. illuc,
D*UM vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.*
Malthinus tunicis demiſſis ambulat: eſt qui
Inguen ad obſcœnum ſubductis uſque facetus:
Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.
N*IL medium eſt. Sunt qui nolint tetigiſſe: niſi illas,*

18. *At in ſe.*] Aliquis fortaſſe ſic excuſabit fœneratorem. *In ſe.*] Sic ſex noſtri codd. & paulo ante *exclamat* pro *exclamet*. Turneb. lib 11. cap. 23. *Torr.*

19, *Pro quæſtu.*] Pro ratione modoque lucri corpus curat, & ſplendide vivit; perinde ac ſi dicat; etiamſi contra alios ſit iniquior, augmentando & extorquendo fœnore, multo tamen erga ſe eſt æquior & opinione liberalior. *Cruquius. Sumptum facit.*] Sumptum facit in ſe quæſtui parem, id eſt, ea emit, quæ ſibi ſint opus ad victum & cultum.

20. *Quam ſibi.*] Dum res neceſſarias naturæ denegat. *Pater ille.*] Menedemus.

21. *Fabula.*] Comœdia. *Fugato.*] Clinia in Aſiam proficiſcente.

22. *Se pejus cruciaverit.*] Aſpere vivendo, & duriter laborans, quærens, parcens, gnato ſerviens. unde & fabulæ nomen, Ἑαυτὸν τιμωρούμενος. *Torrent. Atque hic.*] Quam hic fœnerator.

23. *Si quis?*] Interrogatio cum reſponſione.

25. *Malthinus.*] Lib. M.S. *Maltinus*, meo judicio meliùs. *Maltas* enim, inquit Nonius, *veteres molles appellare voluerunt*: à Græco, quaſi μαλακός. Alii à *Malthâ* herba deducunt, unde μάλθων Græcis pro *mollis*. Quo minus illis aſſentior, qui ficto à mollitie nomine notari hic Mæcenatem volunt. quod tamen ſi quis obſtinatius defendat, habet Senecam patronum, ut & Juvenal.

Et multum referens de Mæcenate ſupino.

Feminarum autem non virorum eſt, ad talos uſque veſtem demittere. Quare & apud Græcos probro ducebatur. Turneb. lib. 6. cap. 9. *Torrent. Demiſſis.*] Tunicis longis & talaribus. *Eſt qui.*] Eſt alius, qui facetus eſt, & riſum movet.

26. *Subductis uſque.*] Tunicis ſurſum ductis & tam brevibus, ut vix tegant partes corporis obſcœnas. *Facetus.*] *Facetum* non verbis, ſed factis hic feſtivum ſignificat. *Torrent.*

27. *Paſtillos.*] *Paſtillus*, inquit Feſtus, *forma panis parvi. diminutivum à pane.* Græci & ἀρτίσκους & κολλίσκους. ſed frequentius τροχίσκους vocant, eoſque magni & varii in medicinis uſus, ut lib. v. cap. xv. & xx. Celſus tradidit. Horatius de paſtillis odorariis loquitur, qui non ad medicinam, ſed ad delicias ac voluptatem comparantur. *Torr. Paſtillos Rufillus.*] Olet trochiſcos, ex quibus ſuaves odores efflantur. Ang. *Pomanders. Hircum.*] Tetrum odorem olet, ob ſordes & ſqualorem.

28. *Nil medium eſt.*] Nulla eſt mediocritas. *Niſi illas.*] Niſi matronas.

Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte.
Contra, alius nullam, niſi olenti in fornice ſtantem.
Quidam notus homo, cum exiret fornice, Macte
Virtute eſto, inquit, ſententia dia Catonis.
Nam ſimul ac venas inflavit tetra libido,
Huc juvenes æquum eſt deſcendere; non alienas
Permolere uxores. nolim laudarier, inquit,

Sic

29. *Quarum ſubſutâ talos tegat inſtita veſte.*] Quod inſtita ſubſueretur, fallitur hic Acron; veſtis enim inſtitæ ſubſuebatur, quæ imam ſtolæ oram prætexebat. Rectius Porphyrio: *Matronas ſignificat. Hæ enim ſtola utuntur ad imos pedes demiſſa, cujus imam partem ambit inſtita aſſuta.* uti & Ovid. 1. Amor.

Eſte procul vittæ tenues, inſigne pudoris,
Quæque tegis medios inſtita longa pedes.

Et ipſe mox Horat.

Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata
palla.

Tria igitur in matronali veſtitu, *palla*, *ſtola*, *inſtita*, ſed præcipuè *ſtola*. Matronas enim appellabant eas, quibus ſtolas habendi jus erat. Martialis igitur cùm ita ſcribit:

Quis Floralia veſtit, & ſtolatum
Permittit meretricibus pudorem?

Perinde eſt, ac ſi matronalem verecundiam diceret. Sed & Cajus Cæſar Caligula *Liviam aviam ſuam Ulyſſem ſtolatum* appellabat per jocum, tamquam mulierem occultè aſtutiſſimam. An ergo ſupra ſtolam adhuc erat palla. Id ego ſane ut credam, Horatii loco adducor, cùm demiſſæ ad terram ſtolæ pallam circumdat, & quidem plurimam, ut veriſimile ſit palla matronas non niſi cùm in publicum procederent uſas fuiſſe. Tibul. de Sulpicia;

Urit ſeu Tyria mavult procedere palla.

Trahebatur enim longo ſyrmate; in eoque dignitas quædam. Quare & diis immortalibus tribuitur. *Inſtita* verò non veſtimenti genus erat, ut quidam credidere, ſed ſtolæ ſive pallæ vel etiam tunicæ faſcia illa ſive fimbria, quæ infimæ veſtis oræ ſubſuta adhærebat. Græci περιχειρώνιον, & περιπόδιον vocant. Turneb. lib. 29. cap. 31. *Torrent. Inſtita veſte.*] *Inſtita* ponitur pro ſtola ad talos demiſſa, cujus imam partem inſtita, id eſt, faſciola ambibat.

30. *Olenti in fornice.*] Seneca in Controverſiis: *Redoles adhuc fuliginem fornicis.* Quare & apud Catullum rectè legitur:

Non aſſis facis oblitum lupanar.

Lupanar enim vocat meretricem ipſam, *oblitum* autem propter fuliginem. *Torrent. Stantem.*] Meretricem in olido lupanari proſtantem.

31. *Macte virtute.*] Ἀρέσκευμα; eſt enim oratio collaudantis & gratulantis ei qui rectè feciſſe creditur, vimque adverbii ac propemodum interjectionis habet. *Nannius* Miſcell. 3. *Macte.*] Oratio eſt Catonis adhortantis.

32. *Inquit ſententia.*] Inquit Cato Cenſorius.

33. *Venas inflavit tetra libido.*] Poſteaquam penem inflavit venerea libido.

34. *Huc juvenes æquum.*] Ad lupanar. *Deſcendere.*] Appoſita vox, non quod fornices ſemper ſint in humilioribus, defoſſis ſeu depreſſis locis; ſed quod Subura, ubi meretrices proſtabant, erat in declivi inter Eſquilias & Viminalem. *Cruquius.*

35. *Permolere.*] Alludit ad Græcam paranomaſiam μύλλαδι μύλλειν. *Cruq. Permolere uxores.*] Subagitare.

36. Mira-

Sic me, mirator Cunni Cupiennius albi.
Audire eſt operæ pretium, procedere recte
Qui mœchis non vultis, ut omni parte laborent:
Utque illis multo corrupta dolore voluptas,
Atque hæc rara, cadat dura inter ſæpe pericla.
Hic ſe præcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæſus: fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos:
Hunc perminxerunt calones. quin etiam illud
Accidit, ut cuidam teſteis caudamque ſalacem
Demeteret ferrum. jure omnes: Galba negàbat.

Tutior

36. *Mirator cunni.*] Amator matronæ alba ſtola amictæ. *Mirator cunni Cupiennius albi.*] Hic matronalis locus *albus* dicitur Horatio, quod mundior puriorque eſſet, quam publicarum libidinum recèptacula: aut quod verius exiſtimo, *albus*, id, vetulus ac caneſcens; quod ſcilicet ille matronarum ſectator, velut ſepulchrorum incola vetularum noctibus teſtamenta matronarum captaret. *Ferrar.* *Cupiennius*] Libri antiqui variant; nihil muto. Fuerit ergo *L. Cupiennius Libo*, Auguſti, ut volunt, familiaris. Turnebum adi lib. XI. cap. VI. *Torrent.*

37 *Audire.*] Quoniam hîc de Mœchorum pœnis agit, Valerii Maximi verba ex lib. VI. cap. I. commentarii loco adſcribam: *Sempronius Muſca C. Gallium deprehenſum in adulterio flagellis cecidit; C. Memmius L. Octavium ſimiliter deprehenſum nervis contudit; Carbo Attienus à Bibieno, item M. Pontius à P. Cervio deprehenſi, caſtrati ſunt: Cn. etiam Furium Brocbum qui deprehendit, familiæ ſtuprandum objecit. Quibus iræ ſuæ indulſiſſe, fraudi non fuit.* Torrent. *Procedere rectè.*] Qui non vultis mœchis ſua flagitia ex animi ſententia ſuccedere.

38. *Ut omni parte laborent.*] Quo pacto in omni re periculum illis immineat.

40. *Atque hæc rara, cadat dura inter ſæpe pericula.*] Utque hæc voluptas rara eveniat, &c.

41. *Hic ſe præcipitem tecto dedit.*] A tecto ſe præcipitavit, ut inſequentes effugeret. *Ille flagellis.*] Criſpus Salluſtius in Fauſtæ adulterio deprehenſus.

43. *Pro corpore nummos.*] Ne caſtraretur.

44. *Hunc perminxerunt, &c.*] Valet, huic pudicitiam eripuerunt; ut & in Eclogæ clauſula, *Ne nummi pereant aut pyga*, id eſt, ne ſtupretur. Turneb. lib. II. cap. 23. *Pulmannus.* *Perminxerunt.*] Pudicitiam ei eripuerunt. Raphaniſmum fortaſſe intelligit; de quo vide Ariſtoph. in Nebulis.

45. *Caudamque ſalacem.*] Ut ferro mentulam abſcinderent.

46. *Demeteret ferrum.*] Libri noſtri omnes receptam ad Lambini uſque tempora lectionem ſervant, *Ut quidam teſteis caudamque ſalacem Demeteret ferro.* Torrent. *Jure omnes.*] Omnes jure factum id eſſe dicebant. *Galba negabat.*] Eumdem hunc eſſe Galbam exiſtimo, de quo Plutarch. Ἐρωτικῷ. Hic enim homo facetus (γελωτοποιὸν vocat Plut.) cum Mæcenatem convivio excepiſſet, atque animadverteret uxorem ab eo diligi, ſenſim inclinans caput, dormire ſe ſimulabat. At ſervo quopiam vinum ſuffurante, ibi jam vigil, atque oculos

Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda!
Libertinarum dico. Salluſtius in quas
Non minus inſanit, quam qui mœchatur. at hic ſi,
Qua res, qua ratio ſuaderet, quaque modeſtè
Munifico eſſe licet, vellet bonus atque benignus
Eſſe; daret quantum ſatis eſſet: nec ſibi damno,
Dedecorique foret. verum hoc ſe amplectitur uno,
Hoc amat, & laudat: matronam nullam ego tango
Ut quondam Marſæus amator Originis, ille,

Qui

apertos gerens, *O miſer* inquit, *an neſcis me ſoli dormire Mæcenati?* Propriæ ergo uxoris leno mœchos meritò excuſabat; in quo multò plus ſalis erit quàm ſi ad Juriſconſultum aliquem referamus, niſi idem & mœchus fuerit: aliis ſui ſimilibus non minùs quàm ipſi ſibi indulgens. *Torrent. Galba negabat.*] Galba Juriſconſultus & idem adulter negabat.

47. *Claſſe ſecunda! Libertinarum.*] Lepidè hanc feminarum turbam in claſſes dividit, ſicut & Mart. lib. v. Jam verò quòd *tutiorem* in hac claſſe *mercem* dicit, id apertius erit, ſi Romanorum leges conſulamus. Lex Julia enim, unde præcipuum mœchis periculum creabatur, ingenuas tantum, quæ neque corpore quæſtum fecerint, neque artem ludicram aut lenocinium exercuerint, neque in ſcenam operam locaverint, complectitur. Iſtæ verò ut in concubinatu haberi ſine metu criminis poſſunt, ita ſtuprum in eas non committitur: probrum enim magis quàm ſtuprum eſt; ſicut & in libertas, excepta tamen ea quæ in patroni concubinatu: nam patroni concubina quoniam officii cauſſa excuſatur, matronæ nomen non amittit, & matris familias honeſtatem retinet. Similiter & quod in ancillam committitur, extra pœnam legis Juliæ eſt. Turneb. lib. 29. cap. 31. *Torrent. Secunda! Libertinarum.*] Tres erant claſſes meretricum, 1. matronarum. 2. libertinarum. 3. ancillarum.

48. *Salluſtius.*] Hic quoque errant meo judicio interpretes, qui Salluſtium hiſtoricum notari putent. nam & temporum ratio repugnat, ut in ſimili errore diximus lib. II. Od. II. Alius ergo Salluſtius quærendus eſt. *Torrent. In quas.*] In quas libertinas.

49. *Mœchatur.*] Quam qui matronas adulterat. *At hic ſi.*] Ac Salluſtius ſi vellet bonus eſſe.

50. *Qua res.*] *Qua* in Tonſano cod. id eſt, quatenus. In Divæ, *qua*, id eſt, in quantum. Vide num, *qua* per pleonaſmum redundet: ſicut in illo Virg. *Ne qua ſcire dolos, &c.* Cruquius. *Qua res.*] Si quo modo res, quo modo ratio ſuaderet. *Quaque modeſtè.*] Et quatenus licet ei eſſe munifico non profuſe, ſed liberaliter.

51. *Munifico eſſe licet.*] Guil. Canterus Novar. lect. lib. 4. cap. 12. *Munificum eſſe licet.*

52. *Satis eſſet, nec ſibi damno.*] Intra modum.

53. *Hoc ſe amplectitur uno.*] Hoc ſolo ſibi placet, id eſt, amore libertinarum.

55. *Amator originis.*] Talis *Arbuſcula*, talis *Lecoris* illa Galli Poëtæ, & *Cithęris* Antonii III. viri, cum qua eum junctis ad currum leonibus vectum fuiſſe ſcribit Plinius lib. VIII. cap. XVI. unde & *Cithęrium* vocat Cicero quadam ad Atticum Epiſtola. Turneb. libro 24. c. 11. *Torrent. Amator Originis.*] Amator nobilis meretricis.

56. *Mimæ*

Qui patrium mimæ donat fundumque, laremque:
Nil fuerit mî, inquit, cum uxoribus unquam alienis.
Verum eſt cum mimis, eſt cum meretricibus: unde
Fama malum gravius, quam res, trahit. an tibi abundè
Perſonam ſatis eſt, non illud, quidquid ubique
Officit, evitare? BONAM *deperdere famam,*
Rem patris oblimare, malum eſt ubicunque. quid inter-
Eſt in matrona, ancilla, peccesve togata?
Villius in Fauſta, Sullæ gener: hoc miſer uno
Nomine

56. *Mimæ donat, fundumque.*] Origini meretrici.

57. *Inquit, cum uxoribus unquam.*] Marſæus inquit, ſuam libidinem extenuans.

58. *Verum eſt cum mimis.*] Reſpondet Horatius.

59. *Fama malum gravius.*] Hoc eſt quod probrum non ſtuprum in has committi diximus ex Juriſconſultorum ſententia. *Torrent. Fama malum gravius.*] Tua exiſtimatio. *Quam res.*] Quam res familiaris.

60. *Perſonam ſatis.*] Perſonam matronæ evitare? *Quicquid ubique.*] Quicquid ex ſui natura malum eſt. Qualis eſt mima & libertina meretrix.

61. *Oblimare,*] Pro deterere. Turneb. lib. 29. cap. 34. *Oblimare.*] Conſumere. *Quid intereſt.*] Multùm quidem intereſt, quòd ad legis pœnam & læſi per adulterium mariti iracundiam attinet, ſed quod ad nequitiæ famam, bonorumque dilapidationem, nihil. *Torrent.*

62. *Togata.*] Admonendus eſt Lector, alio apud Romanos veſtitu procedere ſolere virgines, matronaſque; alio ancillas, ac meretrices. Probat hoc graviſſimus auctor Ulpianus, lib. xv. de Injuriis, cùm minùs peccare eum dicit, qui virginem ancillari veſte appellaverit, aut matronam meretricia indutam, quàm ſi ſuis veſtibus uterentur. Conſtat igitur, damnatas lege Julia de Adulteriis unà cum matronali dignitate jus ſtolæ olim perdidiſſe, ejuſque loco aliud ſumſiſſe amiculum, quod togam appellabant, à virilis nempe togæ ſimilitudine aliqua. Nec diſcrepat quod Iſidorus ait, amiculum eſſe meretricium pallium lineum, quo matronæ in adulterio deprehenſæ induebantur, addens hoc ipſum fuiſſe meretriciæ veſtis ſignum. Conſtat autem Romanis id fuiſſe *togam*, quod Græcis *pallium*. Nec ſilentio prætereundum, quod priſci Poëtæ noſtri interpretes, togam damnatæ mœchæ à toga meretricia colore tantùm diſtingui ajunt. nam mœchæ albis, meretrices pullis utebantur. His adde quod ſuccinctiore veſte meretriculæ utebantur, teſte Nonio; cum matronæ illam ad talos uſque demitterent. *Torrent. Rogata.*] In meretrice vulgo expoſita, quæ toga utebatur, ut à matronis ſtolaris diſtingueretur.

64. *Villius.*] *Gens Villia* Romana eſt, ex eaque P. Villius III. vir nocturnus apud Valerium Max. lib. VIII. cap. I. Fuit igitur inter Fauſtæ mœchos etiam Villius eo ſe jactans, quod Sullæ potentiſſimi Romanorum gener quodammodò factus eſſet. Nihil igitur hîc de Annio Milone, ut falsò credunt interpretes. quin ipſe Milo, ut antè diximus, Salluſtium verberavit. Quare ſi fictis hîc uti nominibus Poëtam volumus, Villii nomine Salluſtius potiùs ſignificetur. ut Longareni Milo. Fauſtam certè Miloni nuptam fuiſſe volunt interpretes; quod nomen tam ſpecioſum ſecutus

Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda!
Libertinarum dico. Salluſtius in quas
Non minus inſanit, quam qui mœchatur. at hic ſi,
Qua res, qua ratio ſuaderet, quaque modeſtè
Munifico eſſe licet, vellet bonus atque benignus
Eſſe; daret quantum ſatis eſſet: nec ſibi damno,
Dedecorique foret. verum hoc ſe amplectitur uno,
Hoc amat, & laudat: matronam nullam ego tango
Ut quondam Marſæus amator Originis, ille,

Qui

apertos gerens, *O miſer* inquit, *an neſcis me ſoli dormire Mæcenati?* Propriæ ergo uxoris leno mœchos meritò excuſabat; in quo multò plus ſalis erit quàm ſi ad Juriſconſultum aliquem referamus, niſi idem & mœchus fuerit: aliis ſui ſimilibus non minùs quàm ipſi ſibi indulgens. *Torrent.* *Galba negabat.*] Galba Juriſconſultus & idem adulter negabat.

47. *Claſſe ſecunda! Libertinarum.*] Lepidè hanc feminarum turbam in claſſes dividit, ſicut & Mart. lib. v. Jam verò quòd *tutiorem* in hac claſſe *mercem* dicit, id apertius erit, ſi Romanorum leges conſulamus. Lex Julia enim, unde præcipuum mœchis periculum creabatur, ingenuas tantum, quæ neque corpore quæſtum fecerint, neque artem ludicram aut lenocinium exercuerint, neque in ſcenam operam locaverint, complectitur. Iſtæ verò ut in concubinatu haberi ſine metu criminis poſſunt, ita ſtuprum in eas non committitur: probrum enim magis quàm ſtuprum eſt; ſicut & in libertas, excepta tamen ea quæ in patroni concubinatu: nam patroni concubina quoniam officii cauſſa excuſatur, matronæ nomen non amittit, & matris familias honeſtatem retinet. Similiter & quòd in ancillam committitur, extra pœnam legis Juliæ eſt. Turneb. lib. 29. cap. 31. *Torrent.* *Secunda! Libertinarum.*] Tres erant claſſes meretricum, 1. matronarum. 2. libertinarum. 3. ancillarum.

48. *Salluſtius.*] Hic quoque errant meo judicio interpretes, qui Salluſtium hiſtoricum notari putent. nam & temporum ratio repugnat, ut in ſimili errore diximus lib. 11. Od. 11. Alius ergo Salluſtius quærendus eſt. *Torrent.* *In quas.*] In quas libertinas.

49. *Mœchatur.*] Quam qui matronas adulterat. *At hic ſi.*] Ac Salluſtius ſi vellet bonus eſſe.

50. *Qua res.*] *Qua* in Tonſano cod. id eſt, quatenus. In Divæ, *qua*, id eſt, in quantum. Vide num, *qua* per pleonaſmum redundet: ſicut in illo Virg. *Ne qua ſcire dolos, &c.* Cruquius. *Qua res.*] Si quo modo res, quo modo ratio ſuaderet. *Quaque modeſtè.*] Et quatenus licet ei eſſe munifico non profuſe, ſed liberaliter.

51. *Munifico eſſe licet.*] Guil. Canterus Novar. lect. lib. 4. cap. 12. *Munificum eſſe licet.*

52. *Satis eſſet, nec ſibi damno.*] Intra modum.

53. *Hoc ſe amplectitur uno.*] Hoc ſolo ſibi placet, id eſt, amore libertinarum.

55. *Amator originis.*] Talis *Arbuſcula*, talis *Lecoris* illa Galli Poëtæ, & *Citheris* Antonii III. viri, cum qua eum junctis ad currum leonibus vectum fuiſſe ſcribit Plinius lib. VIII. cap. XVI. unde & *Citherium* vocat Cicero quadam ad Atticum Epiſtola. Turneb. libro 24. c. 11. *Torrent.* *Amator Originis.*] Amator nobilis meretricis.

56. Mime

Qui patrium mimæ donat fundumque, laremque?
Nil fuerit mî, inquit, cum uxoribus unquam alienis.
Verum eſt cum mimis, eſt cum meretricibus: unde
Fama malum gravius, quam res, trahit. an tibi abundè
Perſonam ſatis eſt, non illud, quidquid ubique
Officit, evitare? BONAM *deperdere famam,*
Rem patris oblimare, malum eſt ubicunque. quid inter-
Eſt in matrona, ancilla, peccesve togata?
Villius in Fauſta, Sullæ gener: hoc miſer uno
Nomine

56. *Mimæ donat, fundumque.*] Origini meretrici.

57. *Inquit, cum uxoribus unquam.*] Marſæus inquit, ſuam libidinem extenuans.

58. *Verum eſt cum mimis.*] Reſpondet Horatius.

59. *Fama malum gravius.*] Hoc eſt quod probrum non ſtuprum in has committi diximus ex Juriſconſultorum ſententia. *Torrent. Fama malum gravius.*] Tua exiſtimatio. *Quam res.*] Quam res familiaris.

60. *Perſonam ſatis.*] Perſonam matronæ evitare? *Quicquid ubique.*] Quicquid ex ſui natura malum eſt. Qualis eſt mima & libertina meretrix.

61. *Oblimare,*] Pro deterere. Turneb. lib. 29. cap. 34. *Oblimare.*] Conſumere. *Quid intereſt.*] Multùm quidem intereſt, quòd ad legis pœnam & læſi per adulterium mariti iracundiam attinet, ſed quod ad nequitiæ famam, bonorumque dilapidationem, nihil. *Torrent.*

62. *Togata.*] Admonendus eſt Lector, alio apud Romanos veſtitu procedere ſolere virgines, matronaſque; alio ancillas, ac meretrices. Probat hoc graviſſimus auctor Ulpianus, lib. xv. de Injuriis, cùm minùs peccare eum dicit, qui virginem ancillari veſte appellaverit, aut matronam meretricia indutam, quàm ſi ſuis veſtibus uterentur. Conſtat igitur, damnatas lege Julia de Adulteriis unà cum matronali dignitate jus ſtolæ olim perdidiſſe, ejuſque loco aliud ſumſiſſe amiculum, quod togam appellabant, à virilis nempe togæ ſimilitudine aliqua. Nec diſcrepat quod Iſidorus ait, amiculum eſſe meretricium pallium lineum, quo matronæ in adulterio deprehenſæ induebantur, addens hoc ipſum fuiſſe meretriciæ veſtis ſignum. Conſtat autem Romanis id fuiſſe *togam*, quod Græcis *pallium*. Nec ſilentio prætereundum, quod priſci Poëtæ noſtri interpretes, togam damnatæ mœchæ à toga meretricia colore tantùm diſtingui ajunt. nam mœchæ albis, meretrices pullis utebantur. His adde quod ſuccinctiore veſte meretriculæ utebantur, teſte Nonio; cum matronæ illam ad talos uſque demitterent. *Torrent. Rogata.*] In meretrice vulgo expoſita, quæ toga utebatur, ut à matronis ſtolatis diſtingueretur.

64. *Villius.*] *Gens Villia* Romana eſt, ex eaque P. Villius III. vir nocturnus apud Valerium Max. lib. VIII. cap. I. Fuit igitur inter Fauſtæ mœchos etiam Villius eo ſe jactans, quod Sullæ potentiſſimi Romanorum gener quodammodò factus eſſet. Nihil igitur hìc de Annio Milone, ut falsò credunt interpretes. quin ipſe Milo, ut antè diximus, Salluſtium verberavit. Quare ſi fictis hìc uti nominibus Poëtam volumus, Villii nomine Salluſtius potiùs ſignificetur. ut Longareni Milo. Fauſtam certè Miloni nuptam fuiſſe volunt interpretes; quod nomen tam ſpecioſum ſecutus

Nomine deceptus, pœnas dedit uſque, ſuperque,
Quam ſatis eſt: pugnis cæſus, ferroque petitus,
Excluſus fore, cum Longarenus foret intus.
Huic ſi mutonis verbis mala tanta videnti
Diceret hæc animus, Quid vis tibi? nunquid ego à te
Magno prognatum depoſco conſule cunnum,
Velatumque ſtola, mea cum conferbuit ira?
Quid reſponderet? Magno patre nata puella eſt.
At quanto meliora monet, pugnantiaque iſtis
Dives opis natura ſuæ, tu ſi modo recte
Diſpenſare velis, ac non fugienda petendis
Immiſcere; tuo vitio, rerumne labores,
Nil referre putas? quare, ne pœniteat te,
Deſine matronas ſectarier: unde laboris

Plus

cutus Villius deceptus ſit. *Villius in Fauſta Sylla gener, hoc miſer uno Nomine deceptus*] Nomine ſcilicet Fauſtæ, quam fauſtam ſibi eventuram hariolabatur, proſperi nominis omine blanditus ſibi, credulitate amantibus non inſolita. *Jan. Douza. In Fauſta, Sylla.*] In Fauſta Syllæ nobilis viri filia. *Gener, hoc.*] Non gener revera, ſed ita appellatus, quod Syllæ filiam ſtupraſſet.

65. *Nomine deceptus.*] Hanc unam ob cauſam, quod nobilis viri filiam & matronam appeteret.

67. *Excluſus fore.*] Foribus excluſus *Longarenus foret.*] Alter adulter Villio felicior.

68. *Huic.*] Villio. *Mutonis verbis.*] Muto membrum virile apud Lucilium, teſte Feſto. hinc eſt mutonium, amuletum contrà invidiæ faſcinum. Arbitror certè è Græco deductum eſſe & metaphoricōs accipi pro pene: nam μυτὶς μυτίδος, naſus in marinis piſcibus. *Cruquius. Mutonis verbis.*] Si ex mentulæ verbis, animus loqueretur. *Mala tanta videntis.*] Mala, quæ Villius ſuſtinuit. *Videnti.*] Sic noſtri codd. ſeptem, & benè, ut jam videnti ac ſentienti tot mala hæc animus ſuggerat. Lamb. priore editione *videntis* legit, ſicut & Cruquius. *Torrent.*

69. *Quid vis tibi?*] Lepida Proſopopœja, qua muto fingitur interrogare Villium.

70. *Magno prognatum depoſco.*] Nobilem matronam.

71. *Stola.*] Stola veſtis eſt matronarum. *Mea quum.*] Quum incendor libidine

72. *Quid reſponderet?*] Quid reſponderet Villius? *Magno patre nata puella eſt.*] Hæc nobilis puella præferenda eſt Libertinæ.

73. *At quanto meliora monet.*] Natura ſuis opibus contenta, quanto meliora monet quam tu ò Villi? *Pugnantia.*] Tuæ opinioni contraria.

74. *Recte.*] Si tu velis cum ratione vivere.

76. *Tuo vitio.*] Suo laborat vitio qui rebus oblatis à natura non recte utitur, rerum vitio laborat cujus neceſſitati aliquid deeſt. *Torrent. Tuo vitio rerumne labores.*] Nihil intereſſe putas vitioſa cupiditate, an rerum penuria labores.

78. *Matronas ſectarier.*] Libri pene omnes *ſectari matronas*. Eſt autem juris verbum. Ulpianus l. xv. de Injuriis &

Famoſis

Plus haurire mali eſt, quam ex re decerpere fructus.
Nec magis huic inter niveos viridiſque lapillos,
Sit licet hoc Chærinthe tuum, tenerum eſt femur, aut crus
Rectius, atque etiam melius perſæpe togatæ.
Adde huc, quod mercem ſine fucis geſtat, apertè
Quod venale habet, oſtendit; nec, ſi quid honeſti eſt,
Jactat, habetque palam: quærit quo turpia celet.
Regibus hic mos eſt; ubi equos mercantur, opertos
Inſpiciunt; ne, ſi facies (ut ſæpe) decora,
Molli fulta pede eſt; emptorem inducat hiantem,
Quod pulcræ clunes, breve quod caput, ardua cervix.
Hoc illi recte; ne corporis optima lynceis

Con-

Famoſis libellis: *Aliud eſt appellare* (matronam ſcilicet aut virginem) *aliud adſectari. Appellare eſt, blanda oratione alterius pudicitiam attentare; adſectatur qui tacitus frequenter ſequitur. aſſidua enim adſectatio quaſi præbet nonnullam infamiam.*, Torr. *Unde laboris.*] A quibus matronis, id eſt, ex coitu cum matrona.

79. *Quam ex re.*] Plus incommodi eſt ex adulterio, quam ex re faciendæ utilitatis.

80. *Nec magis huic inter.*] Nec femur magis tenerum eſt huic matronæ nobili, quam togatæ.

81. *Sit licet hoc Chærinthe.*] Apoſtrophe ad Chærinthum puerum formoſum & gemmis ornatum. *Chærinthe.*] M.S. aut *Cerinte*, aut *Cherinte*, habent. Sed parum refert. *Cerinthe* magis arridet. Fuit autem adoleſcens mire formoſus ac venuſtus, ob id Sulpiciæ illi cariſſimus. Cum ergo ultro à matronis appeteretur, atque ei ſeſe venditarent; benè per parentheſin ad Cerinthum digrediens Horat. Hoc tibi, inquit, permiſſum ſit, hoc peculiare, ut inter gemmarum & unionum fulgores cum matronis delicias facias. Alii ſic interpretantur: Gemmato, quam inornato non eſſe delicatius femur. Vel hinc femur hoc tuum non eſt tenerius, quod ſit gemmatum & unionibus diſtinctum. Turneb. vide lib xi. c. 28. *Tuum, tenerum eſt.*] Licet hoc ſit tuum, nempe uniones & ſmaragdos geſtare.

82. *Atque etiam melius perſæpe.*] Quinetiam ſæpe femur plebejæ ancillæ decentius eſt.

83. *Mercem ſine fucis.*] Corpus mercenarium eſt. *Geſtat.*] Togata geſtat.

84. *Honeſti eſt.*] Si quid pulchri eſt.

85. *Jactat: habetque palam.*] Quod faciunt matronæ. *Quærit quo turpia.*] Nec quærit quomodo ſua turpia celet amatores.

86. *Regibus.*] Mirum ſane, vetuſtiſſimum quemdam cod. hic novam ordiri Eclogam; alios vero M.S. non novum quidem titulum apponere, ſed tamen diſtinguere. *Torrent. Opertos.*] Bene hanc lectionem tuetur Lamb. pro *apertos*, quod tamen in uno atque altero cod. legitur. *Torrent. Opertos.*] Equos tectos.

88. *Molli fulta pede.*] *Mollem* autem *pedem* cùm dicit, crura imbecilla & vitioſam ungulam intellige. *Torrent. Molli fulta pede.*] Tenera ungula. *Inducat.*] Decipiat emptorem cupientem, quod accideret, ſi emeret equum apertum.

90. *Recte.*] Recte faciunt. *Ne corporis optima.*] Ne corporis partes venuſtiſſimas contempleris. *Lynceis.*] Legitur etiam *Linceis* & *Lyncei*; & *contem-*

plaqu

Contemplêre oculis: Hypſæa cæcior, illa
Quæ mala ſunt, ſpectes. ô crus, ô brachia. verum
Depygis, naſuta, brevi latere, ac pede longo eſt.
Matronæ præter faciem nil cernere poſſis,
Cætera, ni Catia eſt, demiſſa veſte tegentis.
Si interdicta petes, vallo circumdata, (nam te
Hoc facit inſanum) multa tibi tum officient res:
Cuſtodes, lectica, ciniflones, paraſitæ,
Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla

Pluri-

plare pro *contemplere*. nec diſplicet, ut imperantis ſit. Et nota quidem de Lyncei oculorum acumine à Poëtis tradita. *Torrent. Lynceis.*] Oculis acutiſſimis, quales habuit Lynceus.

91. *Hypſæâ cæcior illa.*] Melius M.S. quinque *Hypſæa cæcior ipſa. Hypſæus* autem Plautiorum cognomen. Malè igitur interpretes Planciam & Placiam vocant. Sed hic librariorum error eſt. *Hypſæâ cæcior illa.*] Hypſæa vitioſos habuit oculos.

92. *Spectes.*] Neſpectes illa, &c. *O crus, ô brachia.*] Verba ſunt laudantis togatam. *Verum, &c.*] Verba ſunt ejuſdem quædam improbantis in togata.

93. *Depygis.*] Duo antiquiſſimi codd. *depugis*: ut mox, *ut nummi pereant, aut puga*, pro *pyga*. Græcè πυγή. unde ἄπυγος, quod hîc *depygis*. & contrarium εὔπυγος & καλλίπυγος: Feſtus autem *ſuppernatos* apud Romanos vocari ait, quibus femina ſunt ſucciſa in modum pernarum ſuillarum, citans hunc Ennii verſum;

Hic pernas ſuccidit iniqua potentia Pœni.

Sed & Epod. VIII. *arida nates, Venterque mollis, & femur tumentibus Exile ſuris additum*, improbantur. *Torrent. Depygis.*] Nates habens macras, vel ut alii volunt, magnas.

94. *Nil cernere poſſis.*] Non cætera membra.

95. *Catia.*] Nomine tenus matronam intellige, impudicitiam toto habitu proferentem. *Torrent. Catia eſt.*] Catia, quamvis matrona, veſtitu breviſſimo utebatur. *Demiſſa veſte.*] Ad talos uſque.

96. *Interdicta.*] Pro interdictam, ſeu lege vetitam Venerem matronarum. *Torrent. Interdicta petes.*] Si petes matronas, quas adulterare leges vetant. *Vallo circumdata.*] Quæ cuſtodiis tanquam vallo muniuntur.

97. *Hoc facit inſanum.*] Difficultas potiundi.

98. *Lectica.*] Non illam intelligo qua matronæ ferebantur in publicum, ſed interius aliquod ædium conclave, quo ſe continebant. qualis *lecticula* illa *lucubratoria* Auguſti apud Suetonium ejus vita. c. LXXVIII. *Torrent. Lectica.*] Vehiculum. *Ciniflones.*] Idem qui & *cinerarii*; qui nempe, ut vetus commentator tradit, acus & veruta flando in cinere calefaciebant quibus criſparentur crines. quæ inſtrumenta Varro IIII. de ling. Lat. *calamiſtros* vocat, quod iis calefactis in cinere ornabantur crines, unde *calamiſtrati juvenes*. Vide Valer. Max. lib. II. cap. I. *Torrent. Ciniflones.*] Cinerarii, qui calamiſtris calefactis crines criſpant.

99. *Ad talos ſtola demiſſa, &c.*] Stola matronarum tunica proprie dicta, licet apud Græcos & barbaros pro communi veſte & maxime virili accipiatur. *Stola demiſſa, & circumdata.*] Veſtis muliebris, *Circumdata palla Plurima.*] Lambin. interpunctionis nota ſeparat *plurima*

Plurima, quæ invideant pure apparere tibi rem.
Altera nil obſtat: Coïs tibi pene videre eſt,
Ut nudam: ne crure malo, ne ſit pede turpi:
Metiri poſſis oculo latus. an tibi mavis
Inſidias fieri, pretiumque avellier ante,
Quam mercem oſtendi? leporem venator, ut alta

In

ma à palla, ſed malè. *Palla* enim, ut antè monui, ampla & ſinuoſa erat; non ſolum tunicæ, veluti pallium quoddam, ut inquit Nonius, ſed & ipſi ſtolæ ſuperinduta; ἀπὸ τοῦ πάλλειν, *id eſt, à mobilitate.* Torrent. *Palla.*] Matronæ indumentum ad pedes uſque demiſſum.

100. *Plurima, quæ invideant purè.*] Plurima ſunt, quæ tibi obſtent. *Rem.*] Matronæ corpus. *Plurima, &c.*] Ita ut Horatius innuat officere ſtolam dimiſſam ad pedes; & plurima alia quæ pallâ circumdantur, id eſt, ſupparum, indoſium, &c. *Rubenius.*

101. *Altera nil obſtat.*] Togata vel meretrix, cujus veſtes Coæ ſunt pellucidæ, dictæ Coæ à Coo inſula ubi fiebant. *Coïs.*] Ulpianus lib. xxv. De auro, arg. mundo, &c. veſtimenta omnia lanea lineaque, vel ſerica, vel bombycina eſſe ait; ſerica nimirum à bombycinis diſtinguens. differunt autem, quòd *ſerica* ex nobili illo Indiæ apud Seras depexo ex arboribus lanicio conficiebantur (de quo Plin. lib. VI. cap. XVII.) *Bombycina* vero ex vermiculo Bombyce appellato. Cujus artis inventionem Pamphilæ cuidam ex Coo inſula tribuit Ariſtoteles de Hiſt. animal. lib. VI. Eoque reſpicere crediderim Tibull. hoc verſu;

Illa gerat tenues veſtes, quas femina Coa.
Texuit. ——

Eadem ergo *Coa* quæ *Bombycina* ſæpe ab auctoribus celebrata. Turneb. lib. II. cap. 23. Horat. ſane hoc loco veſtem illam non nimis honeſtam ſua ætate fuiſſe oſtendit. At Plin. *Nec puduit*, inquit; *has veſtes uſurpare etiam viros propter levitatem æſtivam. In tantum à lorica geſtanda diſceſſere mores, ut oneri ſint etiam veſtes.* Loquitur autem de bombycinis, quas *multitia* vocari crediderim à Juven. Sat. II. *Torrent. Eſt.*] Licet.

103. *Metiri poſſis.*] Indicare poſſis ſolo aſpectu.

104. *Inſidias fieri.*] Decipi. *Avellier.*] Pretium ſolvi.

105. *Leporem.*] Locus haud dubie difficilis. Conſentiunt tamen exemplaria manuſcripta cum vulgatis omnibus, quòd & plura & meliora *ſectetur* pro *ſectatur* habent. Nec obſcura quidem ſententia eſt. nam ſectatorem matronarum, tot auditis jam rationibus, quibus à propoſito deſiſtat, venatoris exemplo cùm alioqui difficulter poſſet reſpondere, ſe tueri fingit. Ut enim venatori voluptas omnis in labore eſt, faſtiditque quod offertur ultrò; ſic ille Venerem non niſi ardua & periculoſa affectat via, protnam facilemque ut inſulſam & inſipidam deſpiciens: ſed omnis in eo difficultas eſt, quod ambigitur de quo verba illa, *cantat & apponit*, proferantur; de venatore, an amatore potius. Lamb. eleganti ſane conjectura, *captat* pro *cantat* legendum eſſe contendit, qua lectione recepta, nihil apertius. Sed me deterret, quod in tanta veterum librorum copia nullum videre, neque ipſi, neque aliis contigerit, qui vel leviter ei ſuffragaretur. Quare *cantat* teneo, & non ad *venatorem*, ut quidam faciunt, ſed ad *amatorem* refero, ut totum illud, *leporem ven. ut alta In nive ſect. poſſe tangere nolis*; tanquam næniam ali-

quam

In nive ſectatur, poſitum ſic tangere nolit,
Cantat, & apponit: meus eſt amor huic ſimilis: nam
Tranſvolat in medio poſita, & fugientia captat.
Hiſcene verſiculis ſperas tibi poſſe dolores,

Atque

quam vulgò notam (qualis illa puerorum Epiſtola prima ad Mæcenatem) cantando celebrans, ſibi idem evenire in amore adjiciat, & receptæ næniæ ea quæ ſequuntur apponat, *Meus eſt amor, &c.* Omnino enim veriſimile eſt vulgò tale aliquid dici ſolere; & *canere* aut *cantare* non ſemper de modulata aliqua cantatione dicitur, ſed ſimpliciter pro celebrare etiam, aut inculcare aliquid ſæpiùs repetendo. ut cùm ait Virgilius:

Ibant æquali numero regemque canebant.

Et Terentius:

Qui harum mores cantabat mihi.

Torrent. *Leporem venator ut alta.*] Hæc verba ſunt ſectatoris matronarum. *Venator ut alta.*] Cruquius ſic exponit: Venator ut nolit tangere leporem, ſic δικλεῖς, oſtendendo, puta, rogatam domi ſui expoſitam cunctis amatoribus) poſitum in cubili ſuo, ſed cantat, id eſt, cantu buccinæ ciet, ut ſectetur per altas nives fugientem & apponit ſibi captum, fruiturque jucunde, meus eſt amor huic ſimilis, &c. *Leporem venator in alta.*] Sic Lamb. ſed legendum:

—— *Leporem venator ut alta*
In nive ſectatur poſitum ſic tangere nolit;
Cantat, & apponit: meus eſt amor huic ſimilis. nam
Tranſvolat in medio poſita, & fugientia captat.

Senſus eſt talis: Si cùm amatore aliquo ex iſtis agas qui matronas depereunt, & quæras, utrum imponi ſibi velit, & redimere eam mercem, quam ne unquam quidem viderit; illos Callimachi verſus cantabit: *Venator quemadmodum leporem, ſi fugiat, per ipſas nives ſectari gaudeat; eum poſitum ante ſe in venatione, & ab alio captum, nolit tangere.* Deinde addit, inquit, Flaccus: *talis amor meus eſt: quæ parata enim & in medio ſunt poſita præterit, fugientia autem & conjuncta cum moleſtia captat.* Sunt autem & illa Callimachi. Quæ ſequuntur, ſunt Horatii: *Hiſcene verſiculis ſperas tibi, &c.* Heinſius.

106. *In nive ſectatur, poſitum ſic tangere nolit, &c.*] Vide Turneb. Adverſ. lib. XI. cap. 23. Et *ſectetur* non *ſectatur* legendum. *Poſitum.*] Ad quem percoctum probe, atque ultrò ſibi in menſa & lancibus appoſitum peræque nauſeent, ac faſtidiant, quam ſi pica in cavea mortua (ut apud Martialem eſt) in cibum ſibi exhibita foret. Ita enim τὸ *Poſitum*, interpretari malo, quam in latibulo, aut cubili ſuo deliteſcentem. *Douza. Poſitum ſic tangere nolit.*] Leporem ſic appoſitum, id eſt, ſine labore venationis ſibi appoſitum.

107. *Et apponit: meus eſt amor huic.*] Et leporem ſic captum ſibi apponi jubet.

108. *Tranſvolat in medio poſita.*] Amor meus faſtidit meretrices, quas facile eſt habere. *Et fugientia captat.*] Et matronas petit, quas difficile eſt aſſequi.

109. *Hiſcene.*] Optimi duo codd. *hiſcine.* Interrogat autem amatorem Poëta, an tam inſipiens ſit, ut iſtiuſmodi de venatoris comparatione verſiculis ſperet morbum curari poſſe? Atque hoc nullo modo futurum indicans, meliorem medicinam præbet, à naturæ moderatione petitam. Quæ cùm cupiditates nobis ingeneret, minimè indeterminatas aut infinitas, idipſum tamquam ſolidum contemplari ſit ſatiùs, quàm inanes aliquas rationes perſequi, quibus vitiis noſtris indulgeamus. Notum illud, *Natura paucis contenta.* Torrent. *Hiſcine verſiculis ſperas.*] Horatius loquitur.

110. *Æſtus,*

Atque æſtus, curaſque graves è pectore pelli?
Nonne cupidinibus ſtatuit natura modum? quem,
Quid latura ſibi, quid ſit dolitura negatum,
Quærere plus prodeſt; & inane abſcindere ſoldo?
Num, tibi cum fauces urit ſitis, aurea quæris
Pocula? num eſuriens faſtidis omnia præter
Pavonem, rhombumq;? tument tibi quum inguina, num, ſi
Ancilla, aut verna eſt præſtò puer, impetus in quem
Continuo fiat, malis tentigine rumpi?
Non ego: namque parabilem amo Venerem, facilemque.
Illam, poſt paulo; ſed pluris, ſi exierit vir.
Gallis hanc, Philodemus ait: ſibi, quæ neque magno
Stet pretio, neque cunctetur, cum eſt juſſa, venire.
Candida, rectaque ſit: munda hactenus, ut neque longa,
Nec magis alba velit, quam det natura, videri.
Hæc ubi ſuppoſuit dextro corpus mihi lævum;

Ilia,

110. *Æſtus, curaſque.*] Amores matronarum.

111. *Quem.*] Quem modum quærere plus prodeſt.

113. *Plus prodeſt.*] Quam cupiditates habere non neceſſarias. *Et inane abſcindere.*] Allegoricè vocat *inane*, quo facile carere liceat: & *ſoldum* quod ſemper neceſſarium eſt. *Aurelius. Et inane abſcindere.*] Et ſupervacaneas cupiditates à neceſſariis reſecare.

114. *Num, tibi cum fauces.*] Demonſtrat argumento inductivo, neceſſitati, non etiam voluptati parendum. Hunc quoque locum nemo nobis melius quàm Annæus Seneca exponet Ep. cxx. *Torrent.*

116. *Tument inguina.*] Et ſic, *Tumere animalia, tumere terras, tumere arborum gemmas* dicimus. Turneb. xiii. cap. v. *Torr. Tument tibi quum inguina.*] Quum inflammantur libidine.

118. *Tentigine rumpi.*] Diſtentione membri virilis.

119. *Non ego. namque.*] Ego certe non ita faciam. *Parabilem amo Venerem.*] Quæ facile parari poteſt.

120. *Illam poſt paulo: ſed pluris, ſi.*] Illam amo meretricem, quæ mihi gratificatura dabit has tres reſponſiones, nempe, 1. poſt paulo veniam. 2. ſed majori pretio. 3. ſi modo exierit vir: hanc Philodemus ait, Gallis eviratis Cybeles ſacerdotibus relinquendam, ut qui facilius ejus moram ferre poſſunt.

121. *Gallis hanc. Philodemus.*] Gallis amicam tam difficilem, non tamquam hoſtibus, optat Philodemus iſte homo elegans & urbanus; ſed de Gallis ut peregrinis Romæ loquitur, qui quovis pretio ac laborioſi huiuſmodi conditiones quærant, ut de Hiſpanis vidimus lib. 1. Od. v. Turneb. lib. 21, cap. 15. *Torr. Sibi, quæ neque magno.*] Sibi optabat eam.

123. *Rectaque ſit.*] Non gibboſa. *Munda hactenus, &c.*] Ita munda. *Longa.*] Neque longa crepidarum altitudine.

124. *Alba velit.*] Nec cerusſa malas candefaciens.

125. *Hæc ubi ſuppoſuit dextro corpus.*]

Hæc

Ilia, & Ægeria eſt: do nomen quodlibet illi.
Nec vereor, ne, dum futuo, vir rure recurrat:
Ianua frangatur: latret canis: undique magno
Pulſa domus ſtrepitu reſonet: vepallida lecto
Deſiliat mulier: miſeram ſe conſcia clamet:
Cruribus hæc metuat, doti deprenſa, egomet mî:
Diſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo:
Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.

DEPREN-

Hæc mulier cum in meis eſt complexibus.

126. *Ilia & Egeria eſt: do nomen.*] Eſt mihi inſtar Iliæ matris Romuli, & inſtar Egeriæ nymphæ, Numæ Pompilio familiaris.

127. *Nec metuo.*] In libertinæ amore. *Recurrat.*] Aliquid ſuſpicans de uxoris impudicitia.

128. *Frangatur.*] Ne janua frangatur à viro redeunte.

129. *Vepallida.*] Sic quidem vetus legiſſe videtur interpres, atque ita legendum eſſe contendit Lamb. celare tamen Lectorem nolim antiquos codd. omnes non tantùm duas dictiones facere, ſed optimos quoſque *væ* per *æ* ſcribere: atque in nonnullis apponi, *Interjectio timentis.* De particula autem *ve* in compoſitione multa Gellius, libro v. c. XII. & lib. XVI. c. V. *Vepallida lecto Deſiliat mulier, &c.*] *Vepallida*, una orationis pars, ſicut *veſana*, & ſignificat *valde pallida* ſicut apud Perſium,

Ut ramale vetus vegrandi ſubere coctum.

Stephanus *Væ* interjectionem eſſe vult, quæ non ab ipſa muliere, ſed ab ipſo Horatio, tanquam ingemiſcente illius caſui, proferatur. *Vepallida lecto Deſiliat mulier.*] Ne matrona miſere pallida è lecto deſiliat. Alii legunt, *Vel pallida.*

130. *Conſcia clamet.*] Ancilla culpæ herilis conſcia. Angl. *the maid-bawd.*

131. *Cruribus hæc metuat.*] Ne crura compedibus innectantur. *Doti deprenſa, egomet mî.*] Venuſtiſſima diſtributione ſuum cuique metum attribuens, ancillam cruribus, nuptam doti, adulterum pelli timentem velut in mimo aliquid ante oculos ponit, quòd illæ tunc ferè pœnæ in uſu fuerint. Nam ante legem Juliam tam apud Romanos, quàm olim apud Græcos, licebat marito uxorem occidere. qua de re Gellius, lib. X. cap. XXIII. Licebat & in adulterum ſævire, certa tamen cautione adhibita. Soluto verò ob adulterium matrimonio, dotis retentio ei competebat, ſi culpa mulieris id accidiſſet. Dotis verò perdi ſolitæ exemplum elegans apud Valerium Maximum lib. VIII. cap. II. non quòd adiceretur fiſco, ſed quòd marito cederet. *Torrent.* *Doti deprenſa.*] Ne dotem amittit uxor à viro deprehenſa. *Egomet mî.*] Egomet mihi in tanto tumultu conſulo.

132. *Diſcincta tunica fugiendum.*] Tunica non cincta.

133. *Ne nummi pereant.*] Ne ſim nummis me redempturus, propter adulterium commiſſum. *Aut pyga.*] Nihil in hoc obſcenum, ſed ſucciſam adultero pernam intelligo. Unde *ſupernati* apud Neſtum, ut paulò antè diximus. Turneb. lib. II. cap. 23. *Torr.* *Aut pyga, aut.*] Ne pereat pyga, id eſt, ne nates vapulent: aut ut alii volunt, ne patiar raphaniſmum, dè quo ſupra.

134. De-

DEPRENDI *miſerum eſt: Fabio vel judice vincam.*

134. *Deprendi miſerum eſt.*] Deprehendi in adulterio miſerum eſt. *Fabio vel judice.*] Interpretes *Fabium* hunc JCtum faciunt, quod minime opus erat. Tantùm intelligamus aliquem, qui matronarum ſectator acerrimus, mox deprehenſus, ac male multatus, Venerem illam tam deteſtabatur, quàm antè laudaverat. *Torrentius.* *Fabio vel judice vincam.*] Si Fabius Juriſconſultus (qui in adulterio olim fuit deprehenſus) ſit judex in hac re conſtitutus, ego vincam, id eſt, obtinebo.

SATYRA III.

Eos primum reprehendit, qui quum ad ſua ipſorum vitia conniveant, in alienis videndis acumine oculorum valent. Deinde amatorum & patrum exemplo leviora vitia in amicitia diſſimulanda eſſe docet. Poſtremò ad reprehenſionem Stoïci Paradoxi dilabitur, quo paria eſſe peccata dicunt.

OMNIBUS *hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos*
Ut nunquam inducant animum cantare, rogati;
Injuſſi nunquam deſiſtant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Cæſar, qui cogere poſſet,
Si peteret per amicitiam patris, atque ſuam, non
Quidquam proficeret: ſi collibuiſſet, ab ovo
Uſque ad mala citaret, Iô Bacche, modo ſumma
Voce,

Hunc Sermonem à ridicula quadam decantatorum moribus ſententia exorſus Horatius, mox veluti è turba audientium adverſarium quemdam ſibi opponens, ac quærentem fingens an ipſe qui in alios diceret, ab omni vitio immunis eſſet; non modò honeſtè reſpondet, ſed inde ſumta occaſione, quomodo comiter amicis utendum, atque illis, ſi quid fortè peccaverint, ignoſcendum ſit, docet. Torrent.

2. *Inter amicos.*] Inter amicos ſibi familiares.

3. *Injuſſi nunquam deſiſtant.*] Non rogati cantare. *Sardus.*] Per contemptum: quod in homine illo eſſet prudentiæ & moderationis vix ulla ſcintilla, ſed vanæ cujuſdam perſuaſionis & ſtultitiæ plurimum: quo nomine erat ſua gente, puta Sardibus hominibus ingenio ſervili probe dignus. *Cruquius.* *Sardus habebat.*] Hermogenes Tigellius ex Sardinia.

4. *Hoc.*] Hoc vitium cantatorum. *Cæſar.*] Auguſtus.

5. *Patris, atque ſuam, non.*] Per amicitiam Julii Cæſaris, patris ſui per adoptionem.

6. *Si collibuiſſet.*] Et ſi Tigellino collibuiſſet. *Ab ovo Uſque ad mala.*] Tota quippe cœna cantabat Tigellius. nam ab ovo incipiebant, pomis deſinebant. Quare & *pomorum menſa* dicta eadem quæ & *ſecunda*, ut lib. IIII. Od. V. notavimus. De ovi quoque in cœnis uſu non uno loco Athenæus in δειπνοσοφιστῶν libris. *Torrent.* *Ab ovo Uſque ad mala.*] Ab ovo quod erat cœnæ initium.

7. *Ad mala.*] Uſque ad poma, id eſt, cœnæ finem. *Citaret Iô Bacche.*] Vocis intentionem ſignificat cùm *citandi* verbo utitur. nam *citare* proprie eſt per præconem vocare; & Plut. in vita Gracchi, quod Romani dicunt *citare*, ἀνακαλεῖν τῇ σάλπιγγι Græcè reddidit.

Voce, modo hac reſonat, quæ chordis quattuor ima.
Nil æquale homini fuit illi: ſæpe velut qui
Currebat fugiens hoſtem; perſæpe velut qui
Junonis ſacra ferret. habebat ſæpe ducentos,
Sæpe decem ſervos: modo reges atque tetrarchas,
Omnia magna loquens. modo, ſi mihi menſa tripes, &
Concha

didit. Ut taceam hoc loco optime convenire, perinde ac ſi Bacchum in convivio, magna voce conſuetum illud intonans, *Iô Bacche*, ad lætitiam excitet. Quod igitur Turnebus lib. XIII. cap. I. *Iô Bacchæ* magis probat, non poſſum non diſſentire, tum quòd nullo in codice ſic ſcriptum repperi, tum quòd locus ille Plautinus in extrema Caſina, quo nititur, in vetuſtis exemplaribus aliter, quàm ipſe putet, legitur, *Bache* ſcilicet, non *Bacche*, ut in vulgatis, neque *Bacchæ*, ut ipſe refert. *Torrent. Citaret, Io Bacche, modo.*] Recitaret carmen aliquod in laudem Bacchi, ſic incipiens Io Bacche. *Summa.*] Modo voce acutiſſima, modo graviſſima.

8. *Reſonat.*] Ante Lamb. *reſonans* conſtanter in omnibus exemplaribus legebatur. ipſe Turnebum ſecutus auctorem, ut ſuſpicor, *reſonat* reſtituit. Nec deſunt qui *reſonet* legi velint, quo ſenſu neſcio. Vide Canterum lib. 4. cap. 12. & Turneb. lib. 19. cap. 30. Quamquam igitur varient veteres membranæ, à recepta lectione non recedo. Sententia autem eſt Tigellium organo illi ſuo, quod tetrachordon erat, voce accinentem, ita temperaſſe ſonos, ut modo acuta prorſus, modo gravis eſſet cantio: Unde mox infert;

Nil æquale homini fuit illi.

Numquam enim idem nec ſimilis ſibi Tigellius. de quo præclare Seneca Epiſtol. CXXI. *Torrent. Chordis quattuor.*] In quatuor chordis, id eſt, inſtrumento Muſico, quatuor chordarum, Græci appellant τετράχορδον.

9. *Nil æquale homini.*] In omnibus ſe varium oſtendit. *Sæpe velut qui.*] Qui ſæpe currebat, velut fugiens hoſtem.

10. *Velut qui Junonis ſacra ferret.*] Notum proverbium, Ἥραιον βαδίζειν, id eſt, *Junonium ingredi*, vel ab ipſo deæ illius inceſſu, pleno majeſtatis, quæ

—— Divûm incedat regina, Joviſque
Et ſoror & conjux.

Vel à ſacrorum ejus pompa, lento gradu duci ſolita. Quamquam ad ſacra quod attinet, ceterorum quoque deorum dearumque fercula, propter dignitatem ac reverentiam, ſumma cum gravitate deferebantur, & Ovid. III. Amor.

More patrum ſanctæ, velatæ veſtibus albis,
Tradita ſuppoſito vertice ſacra ferunt.

De virginibus enim loquitur, quæ canephoræ ab hoc geſtandi vaſa ſacrorum munere vocabantur: quo vocabulo non ſemel uſus etiam Cicero in Verrinis. His itaque Tigellium & Hydaſpen illum comparat Horat. Turneb. lib. 13. cap. I. & lib. 2. cap. 14. *Torrent. Velut qui Junonis ſacra ferret.*] Sæpe tardus incedebat, velut virgines κανηφόροι.

12. *Tetrarchas.*] Tetrarcha quartam regni partem poſſidet.

13. *Menſa tripes.*] Menſam haud dubiè vilem plebejamque ſignificat, & quæ nulla poterat eſſe ſimplicior, qualem & Baucis anus illa apud Ovid. VIII. Metam. Jovi poſuit:

—— Menſam ſuccincta tremenſque
Ponit anus, menſæ ſed erat pes tertius impar;
Teſta parem fecit.

Lepidè enim Poëta ingenioſus non conten-

Concha ſalis puri, & toga, quæ defendere frigus,
Quamvis craſſa, queat. decies centena dediſſes
Huic parco paucis contento: quinque diebus
Nil erat in loculis. noctes vigilabat ad ipſum
Mane: diem totum ſtertebat. nil fuit unquam
Sic impar ſibi. Nunc aliquis dicat mihi, quid tu?
Nullane habes vitia? imo alia, haud fortaſſe minora.
Mænius abſentem Novium cum carperet: Heus tu,
Quidam ait, ignoras te? an ut ignotum dare nobis
Verba putas? Egomet mi ignoſco, Mænius inquit,
Stul-

contentus tripedem finxiſſe menſam, etiam pede uno claudicantem reddidit. *Torrent.*

14. *Concha ſalis puri.*] Veteres Romani, ut lib. II. Od. XVI. notaſſe memini, tametſi nullum aliud vas argenteum poſſiderent, patellam tamen, quam deorum dicebant, ac ſalinum ex argento ferè faciebant. At Tigellius hic Curios omnes & Fabricios frugalitate & abſtinentia ſuperans, concha ſalini loco contentus erat; neque rapulis radicibusque ut illi, ſed mero ſale pani intrito, obſonii loco fruebatur: niſi *purum* pro candido accipere quis malit, ad nigri ſalis differentiam; quo nunc quoque tenuiores utuntur. Sed ne nigrum quidem reſpuiſſe Tigellium. *Torr. Concha ſalis puri.*] Salinum ex concha.

15. *Quamvis craſſa.*] *Craſſas* vocabant togas tunicaſque eaſdem quas & *pingues*, durioris ac craſſioris panni, quales hiberno tempore in uſu erant. *Torr. Decies centena.*] Turnebus Adverſariorum lib. XVIII. cap. XXX. veteres Romanos hanc pro immani ſumma uſurpare ſolitos annotat, & brevitatis cauſſa appellari *decies*, ſeu *decies ſeſtertiûm*. Egregiè ſane, ſic enim hic Horat. & Mart. lib. II.

Si dederint ſuperi decies mihi millia centum.

Ea eque eſt cauſſa, quòd, cum maximam dotem ſignificare auctores volunt, hanc ſummam exprimunt. Juven. Sat. X.

—— Ritu decies centena dabuntur
Antiquo. ——

Efficit autem decies ſeſtertiûm XXV. M. coronatorum. *Torrent. Decies centena.*] Mille ſeſtertia ſi dediſſes huic qui paulo ante erat tam parcus.

16. *Quinque diebus Nil erat in loculis.*] Nova, nec inelegans locutio. Repentè autem largiter habere, repente nihil, hoc vocabat Cato *vectiçulariam vitam vivere*, ab his qui furandi cauſſa alienos parietes vectibus foderent, teſte Feſto. *Torrent.*

19. *Sic impar ſibi.*] Sic inconſtans.

21. *Mænius abſentem Novium.*] Rectè poſteriore ſua editione ſic Lamb. Ante *Nevium* pro *Novium* ediderat; manifeſto errore. *Novius* homo quidam vitioſus Sat. VI. *Torrent.*

22. *Ignoras te? an ut ignotum.*] Non noviſti tua vitia? *Dare nobis Verba.*] Cruquius ſtatuit, *Dare verba*, hic non tam eſſe fallere, quam latere: perinde ac ſi dicat, an tua vitæ ratio, qua ſis nobis incognita, latere poſſit nos, ita ut à nobis reprehendi non queas? *Dare nobis Verba.*] Putas nos fallere?

23. *Egomet mi ignoſco.*] Pulcre de hoc Plin. Epiſt. ad Geminium lib. VIII. *Ego optimum & emendatiſſimum exiſtimo, qui ceteris ita ignoſcit, tanquam ipſe quotidie peccet; ita peccatis abſtinet, tanquam nemo*

Stultus, & improbus hic amor eſt, dignuſque notari;
CUM *tua pervideas oculis mala lippus inunctis;*
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius? at tibi contra
Evenit, inquirant vitia ut tua rurſus & illi.

Iracun-

nemo ei ignoſcat. In vulgatis libris male *tamquam nemini ignoſcat* legitur, pro *tamquam nemo ei, &c.* Torrent. *Egomet mî ignoſco.*] Egomet mihi do veniam.

24. *Stultus & improbus.*] Objurgatio Mœnii ab amore ſui ſtulto & improbo, qui dicitur φιλαυτία, qua nullum majus malum homini, neque magis exitioſum contingere poteſt. *Dignuſque notari.*] Ignominiæ nota, qua Cenſores eos notabant, qui quid indecentius aut dicerent aut facerent. Helleniſmus, pro dignus qui notetur. *Cruquius.*

25. *Cum tua pervideas oculis, &c.*] Reprehendit eos, qui quum ſe in cernendis ſuis ipſorum vitiis ſumma perſpicacia uti ſimularent, contrà ad ea conniverent: & pro Lynceis oculis (quibus utebantur in aſpiciendis aliorum vitiis) lippos & inunctos oculos afferrent. Quaſi dicat, Quum tu ad pervidendum ſcilicet tua vitia oculos lippos & inunctos afferas. Vel, Quum tu lippos & inunctos oculos (quos tamen perſpicaces videri cupis) ad cernenda tua vitia adhibeas. *Stephanus. Pervideas.*] Plut. lib. de Securitate animi, ſimilem curioſi hominis reprehenſionem iiſdem pæne verbis expreſſit. ait enim:

Τί τὸ ἀλλότριον ἄνθρωπε βασκανώτατε
Κακὸν ὀξυδερκεῖς, τὸ δ' ἴδιον παραβλέπεις;

Quem locum expendens P. Victorius Var. lect. lib. xxx. cap. xv. ut *acutum cernere*, idem eſt quod ὀξυδερκεῖν, ſic *pervidere* interpretatus pro oculis tranſire, nec attente contemplari, imitatione verbi Græci παραβλέπειν. Sed ea interpretatio Lamb. diſplicuit. Neque negaverim verbo *pervidendi* aliter uſos auctores illos, quos Lamb. citat; ſed Horat. Græcorum imitator eximius, ſuo more locutus eſt: & particula *per* in compoſitione ſæpe diminutionem ſignificat; ut *perdo, pereo, perfidus, perjurus*, & ſimilia. quod à P. Nannio Alcmariano notatum memini Miſcellaneorum lib. III. &, à Victorio Var. lect. lib. 20. cap. 15. *Pervideas.*] Legendum eſt *prævideas*, pro *prætervideas*: ut cum *prælabi, præfluere*, & alia id genus dicunt:

Qui regna Dauni præfluit Appuli.

Præterfluit. cum mala tua prævideas, id eſt, in videndis iis cæcutias. Heinſius. *Lippus inunctus.*] Quaſi lippus, cujus oculi ſunt uncti.

27. *Aquila.*] Quanta aquilis videndi vis, illis præſertim, quas Haliæetos vocant, cognoſci poterit ex Plinio lib. x. cap. III. & Ariſtot. hiſt. animal. IX. cap. XXXII. *Serpens Epidaurius.*] Interpretis hîc vice ſit nobis Feſtus; *Dracones*, inquiens, ἀπὸ τοῦ δέρκειν, *id eſt, videre. clariſſimam enim dicuntur habere oculorum aciem. Qua ex cauſa incubantes eos theſauris cuſtodiæ cauſſa finxerunt antiqui. Ideoque Æſculapio attribuuntur, quòd vigilantiſſimi generis putantur, quæ res medicinæ maximè neceſſaria eſt.* Sit ergo *ſerpens Epidaurius*, ſerpens Æſculapio, qui Epidauri præcipua religione colitur, ſacer. De quo Romam advecto Livius & alii. *Torrent. Epidaurius*] Serpens Epidaurius ponitur pro quovis dracone.

28. *Evenit, inquirant vitia ut tua.*] Ut ſint aliqui, qui velint invicem inquirere tua vitia.

29. *Minus*

Iracundior eſt paulo, minus aptus acutis
Naribus horum hominum. rideri poſſit, eo quod
Ruſticius tonſo toga defluit, & male laxus
In pede calceus hæret. at eſt bonus, ut melior vir
Non alius quiſquam: at tibi amicus: at ingenium ingens
Inculto latet hoc ſub corpore. denique teipſum
Concute, num qua tibi vitiorum inſeverit olim
Natura, aut etiam conſuetudo mala. namque
Neglectis urenda filix innaſcitur agris.
Illuc prævertamur, amatorem quod amicæ
Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipſa hæc
Delectant; veluti Balbinum polypus Agnæ.

Vellem

29. *Minus aptus acutis naribus.*] Paulò moroſior, inquit, eſt quiſpiam, qui rideri ſe nolit, & rideri tamen ob quædam leviora vitia poſſit. Volunt autem Grammatici hæc de Virgilio dici. Pulmannus ſic diſtinguendum cenſet, *Iracundior eſt paulo, minus aptus, acutis Naribus horum hominum rideri poſſit.* Turneb. libro 19. capite 4. *Torrentius. Minus aptus acutis Naribus.*] Ineptus ad congreſſus hominum dicacium, quorum ſcommata ferre non poteſt.

30. *Horum hominum.*] Qui hodie vivunt.

31. *Ruſticius tonſo toga.*] Quod illi imperitius tonſo toga male eſt compoſita. *Et malè laxus.*] Calceus valde laxus.

33. *At tibi amicus.*] Ferendus igitur & amandus.

34. *Sub corpore.*] Multò plures & emendatiores codd. habent *ſub pectore.* Diſplicuit fortaſſis alicui quòd ingenioſi hominis incultum pectus diceret Horatius. *Denique teipſum.*] Exemplar optimum, *Deinde teipſum.* Torrent.

35. *Concute, num qua.*] Teipſum diligenter examinato, num qua vitia tibi natura ingeneraverit.

36. *Conſuetudo mala.*] Aſſiduitas peccandi.

37. *Neglectis, &c.*] Admonet animum excolendum diſciplinis, alioqui futurum, ut inutili ſylva vitiorum occupetur. Filix enim herba inviſa agricolis. *Eraſmus. Neglectis urenda filix innaſcitur.*] Sic animus ſine philoſophiæ cultura ſcatet vitiis.

38. *Illuc prævertamur.*] Eò veniamus, id ante omnia conſideremus; ut amatorum nempe exemplo, nos quoque amicorum vitiis ignoſcamus. ſic enim *prævertendi* vocabulo uſi ſunt veteres, eoque mirifice delectatur Virgilius,

— *Volucremque fuga prævertitur Hebrum.*

Torrent.

Illuc prævertamur: amatorem quòd amicæ.] Nos eo vertamus priuſquam de amicorum officio aut vitiis agimus, ut explicemus quod turpia vitia amicæ decipiunt cœcum, &c.

39. *Decipiunt cæcum.*] Non animadvertuntur ab amatore.

40. *Polypus.*] Πολύπυς Græcè caruncula in naribus, ut definit Celſus lib. VI. cap. VIII. nomen à Polypi carnis ſimilitudine invenit, ut Epod. XII. diximus. *Torrent. Polypus Agnæ.*] Morbus

Vellem in amicitia ſic erraremus, & iſti
Errori nomen virtus poſuiſſet honeſtum.
At, pater ut gnati, ſic nos debemus amici,
Si quod ſit vitium, non faſtidire. ſtrabonem
Appellat pætum pater: & pullum, male parvus
Si cui filius eſt: ut abortivus fuit olim
Siſyphus. hunc varum, diſtortis cruribus, illum
Balbutit ſcaurum, pravis fultum male talis.

Par-

bus putidus in naribus Agnæ, Balbini amicæ.

42. *Virtus poſuiſſet honeſtum.*] Ars impoſuiſſet.

43. *At, pater ut gnati, ſic nos debemus.*] Ut pater non faſtidit vitium gnati.

44. *Strabonem Appellat pætum.*] Non ſolùm igitur filiorum vitia non faſtidit pater, ſed extenuat etiam, quod ὑποκορίζεσθαι vocant Græci, &, quantum in ipſo eſt, invenire nititur quod laudet. *Torrent.* *Strabonem.*] Strabonis oculi ſunt diſtorti.

45. *Pætum pater.*] Pætus habet oculos ſemicluſos. *Pullum.*] *Pullus*, uti & *pupus*, & *pupillus*, blandientium eſſe vocabula & alibi videbimus. Nec diſſimile illud lib. II. Sat. III. *Sume Catelle.* nam & hoc blandientis eſt. Heinſius ſic legendum cenſet:

Appellat pætum pater, & putum, male
parvus
Si cui filius eſt.

Nihil feſtivius dici hac παρονομασίᾳ poteſt. Gloſſæ, *puti*, μικροί. Sunt enim blanditiæ parentum ὑποκορισμοί. Patres ergo, ut ſtrabones vocant pætos, ὑποκοριζόμενοι, ita exiguæ ſtaturæ filios, *putos*, πόσθωνας. Quid ſit *putus* & πόσθων, multis docuit in Catalectis vir incomparabilis Joſephus Scaliger. *Heinſius.* *Malè parvus.*] Filius nimis exiguus.

47. *Siſyphus.*] Antiquiſſimi codd. *Siſypus.* Interpretes Antonii triumviri pumilionem fuiſſe volunt, ab ingenii calliditate ſic dictum. Tales autem divitibus in deliciis eſſe ſolent. *Abortivum* autem vocamus quicquid imperfectum editur. At imperfecta ſunt puſilla omnia. *Torr.* *Siſyphus.*] Filius M. Antonii triumviri ſtaturæ vix bipedalis, ſed ingenii acutiſſimi. *Hunc varum diſtortis.*] Hunc qui diſtorta habet crura varum appellat. *Varum diſtortis cruribus; illum Balbutit ſcaurum.*] Duo fideliſſimi codd. *balbuttit.* Eſt autem hìc *balbutire*, amantium more fracta & tremula voce loqui. Tibullus:

Et ſibi blanditias tremula componere
voce.

Ut autem *Vari* dicuntur, qui introrſum curvis contractiſque ſunt cruribus, ſic *Valgii* & *Vatij* qui diverſas habent ſuras: ut ergo à pedum vitio *Plancos*, *Plautos*, *Scauros*, ac *Panſas*; ſic à cruribus *Varos*; *Vatios* ac *Vatinos* appellatos tradit Plin. lib. XI. cap. XLV. Turneb. lib. 23. cap. 17. *Torrent.*

48. *Balbutit ſcaurum.*] Balbutiendo appellat Scaurum, id eſt, habentem talos extantes.

Siſyphus, hunc varum diſtortis cruribus
illum
Balbutit Scaurum, pravis fultum malè
talis.

Balbutire interpretes non bene interpretantur. *Balbus* enim apud Latinos nonnunquam is eſt, quem appellant *blæſum*, hoc eſt is, qui linguæ vitio litteram *r.* pronuntiare nequit, ac pro ea uſurpat l. qualem & noſtra ætate D. heroa Cæſarem Scaligerum, & olim Alcibiadem fuiſſe accepimus. Talis

fuiſſe

Parcius hic vivit: frugi dicatur. ineptus
Et jactantior hic paulo eſt: concinnus amicis
Poſtulat ut videatur. at eſt truculentior, atque
Plus æquo liber: ſimplex, fortiſque habeatur.
Caldior eſt: acreis inter numeretur. opinor,
Hæc res & jungit, junctos & ſervat amicos.
At nos virtutes ipſas invertimus; atque
Sincerum cupimus vas incruſtare. Probus quis
Nobiſ-

fuiſſe videtur C. Luc. Hirrus, in Auguratu Ciceronis competitor, quem jocosè *Hillum* nominat. Horatius igitur cum oſtendere vellet tenerrimum illum parentum ergà liberos, in extenuandis eorum vitiis affectum, quo ea magnis exemplis extenuare ſolent, perquam Satyricè, ut erat ingenium viri, ſingulis Romana nomina induit. Si quis Strabus eſt, inquit, vocat *Paetum*. Id autem Æliorum & Papiriorum cognomen eſt. Si nanus, *Pullum*, quod eſt Juniorum, è quibus L. Junius Pullus, cum Pub. Claudio Pulchro A.U.C. ℩Ↄℑv. Coſ. fuit. Si diſtortis cruribus *Varum*, id eſt Pompejorum & Quinctiliorum. Denique ſi balbutit, inquit, vocat *Hillum*. Quo joco dici non poteſt, quanta venuſtate tangatur Hirrus, cujus Cicero mentionem fecit. Eſt autem plane ab inexſpectato. Quis enim exſpectaſſet, ut cum vitiis cognatis vocabulis excuſantur, nominaret Hirrum, cujus nomen cum balbo nihil commune habet? Sed quia ipſe talis erat, urbaniſſimo, ſuprà quam dici poteſt, ſale, pro vicino nomine ipſam perſonam ad partes vocat, non aliter ejus nomen efferendo, quam ipſe Hirrus id efferre poterat. Eſt autem particula *ſi* repetenda ex illo:

——— & Pullum. male parvus
Si cui filius eſt ——

Si malè parvus, ſi balbutit. Quare totum locum non dubitabis hoc modo legere, ac in editione Rob. Stephani correctum damus; quem ibi vide. *Rutgerſ.*

49. *Frugi dicatur.*] Homo frugi dicatur & temperatus. *Ineptus, Et jactantior.*] Meo judicio *ineptum* vocat Horatius, qui jocis captandis nimius & immodicus videatur. Unde & *ineptiæ* dictæ pro jocis ludiſque. Quamquam ita etiam exponere hunc locum poſſumus, ut eo ipſo ineptus ſit, quòd jactantior ſe oſtentet. *Torrent.*

50. *Concinnus amicis.*] Elegans & politus.

52. *Plus æquo liber.*] Libere veritatem eloquens. *Simplex fortiſque.*] Non bilinguis.

53. *Caldior eſt.*] Ferventior & iracundior eſt.

54. *Hæc res & jungit.*] Clauſula expolitionis, qua liquido manifeſtat, obſequium unicum eſſe vinculum amicitiæ cum aliquo conſervandæ: ut ait Comicus,

Obſequium amicos, veritas odium parit.

Cruquius.

55. *Virtutes ipſas invertimus.*] Id eſt, quantum in nobis eſt, corrumpimus, ea quæ laudem mereantur vitiorum nominibus appellando; ut fit, cùm vaſa incruſtatione nativum colorem ſpeciemque amittunt. Incruſtatur enim ſive vas, ſive aliud quippiam, quod cruſtæ tectorio aliquo interiùs exteriuſque obducitur. vide Turneb. lib. XIX. c. IIII. *Torrent.* *Invertimus.*] Amicorum virtutes male interpretamur.

56. *Incruſtare.*] Vitioſo ſucco vas inquinare, vel impuro tectorio formare. Eſt Allegoria. *Probus quis.*] Si quis probus.

Nobiſcum vivit? multum eſt demiſſus homo: illi
Tardo cognomen pingui damus. hic fugit omneis
Inſidias, nullique malo latus obdit apertum:
Quum genus hoc inter vitæ verſetur, ubi acris
Invidia atque vigent ubi crimina: pro bene ſano,
Ac non incauto, fictum, aſtutumque vocamus.
Simplicior ſi quis (qualem me ſæpe libenter
Obtulerim tibi Mæcenas;) ut forte legentem,
Aut tacitum appellet, quovis ſermone moleſtus;
Communi ſenſu plane caret, inquimus. eheu

Quam

57. *Demiſſus homo.*] Abjectus dicitur à nobis. *Illi Tardo cognomen pingui damus.*] Sic noſtra exemplaria, uno demto, quod Jacobi Carondeletii eſt, in quo *pinguis* legitur; quemadmodum de ſuo quoque codice teſtatur Turnebus lib. XIX. c. IIII. eamque lectionem ut neceſſariam defendit. Ego apertiorem eſſe admitto, neceſſariam eſſe conſtanter nego. *Torrent.* *Homo illi.*] *Homo illis eſt*, legendum arbitratur Pet. Nannius Miſcell. lib. 3. *Illi Tardo, cognomen pingui damus.*] Si quis tardus eſt, (id eſt, tardius ſentit) eum pinguem appellamus, id eſt, craſſum & rudem.

58. *Hic fugit omnes.*] Si quis cautior eſt adverſus hominum fallacias.

59. *Obdit apertum.*] Latus offert aut oſtendit. tranſlatio eſt à milite cauto vel gladiatore.

60. *Quum genus hoc inter vitæ verſetur.*] Quum inter inſidioſum hominum genus verſetur. *Ubi acris.*] Quo tempore.

61. *Crimina.*] Vigent criminationes. *Pro bene ſano.*] Pro cauto & prudente.

63. *Simplicior quis.*] Lamb. priore editione vulgatam lectionem ſecutus fuerat, *Simplicior ſi quis.* Noſtri verò codices omnes, *Simplicior quis & eſt.* Quod verò ſequitur, *Qualem me ſæpè lib. Obt. tibi Mæcenas*; eam parentheſim ſic accipio, ut ſimplicioribus annumerari optet Horat. qualem forte ſe gerebat, cùm multorum opinione vafer ac callidus haberetur. Sed hi mores ſcriptis ejus æſtimabant. Canterus lib. 4. cap. 12. *Torrent.* *Simplicior ſi quis.*] Si quis apertior & alienus ab omni dolo. *Qualem me ſæpe libenter Obtulerim tibi Mæcenas.*] Eos qui rebus gravioribus intentos interpellant, adverſarii, qui quæcunque amicorum vitia in majus elevant, moleſtos vocare ſolent, & communi ſenſu carere dicunt. Contra οἱ ὑποκοριζόμενοι, tales, ſimplices vocant. Quali ὑποκορισμῷ ego, inquit noſter, ſæpe à te excuſari ô Mæcenas, opto. quia hoc non raro à me ſolet fieri: ut, nimirum, tibi, rebus longe gravioribus intento, ſim moleſtus. *Heinſius.*

65. *Aut tacitum impellat.*] Aut ſi cogitabundum interpellet. *Appellet.*] Libri vetuſti ad unum omnes, quos vidi plurimos, communem lectionem ſervant, & *impellat* legunt. Et *impellere* quidem pro quocunque modo turbare ac concitare accipere poſſumus: non poſſum tamen Lambini conjecturam non laudare. *Torrent.* *Moleſtus.*] Gravis interturbator.

66. *Eheu.*] Exclamatio pathetica in malitiam naturæ perverſæ & inſipientis, quæ dum nocet aliis & injuriam facit, non cognoſcit eidem ſe malo obnoxiam, & perire ſe prius oportere, quam alium perdere, quod malitiæ eſt proprium. *Cruquius.*

67. *Ini-*

Quam temere in noſmet legem ſancimus iniquam!
NAM *vitiis nemo ſine naſcitur. optimus ille eſt,*
Qui minimis urgetur: amicus dulcis, ut æquum eſt,
Quum mea compenſet vitiis bona: pluribus hiſce,
(Si modo plura mihi bona ſunt) inclinet, amari
Si volet. hac lege in trutina ponetur eadem.
Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,
Poſtulat; ignoſcat verrucis illius. æquum eſt
Peccatis veniam poſcentem, reddere rurſus.
Denique, quatenus excidi penitus vitium iræ,
Cætera item nequeunt ſtultis hærentia, cur non

Pon-

67. *Iniquam.*] Graviſſimam legem nobis imponimus.

68. *Nam vitiis.*] Relatus à Stobæo ſenarius Simonidis:

Πάμπαν δ' ἄμωμος, οὔτις ἐστ' ἀκήριος.

Id eſt:

Non ullus expers criminis, non mortis eſt. Torrent.

69. *Urgetur.*] Gravatur.

70. *Cùm mea compenſet vitiis bona.*] Qui amicis dulcem ac jucundum ſe præbere velit, is cum vitiis compenſet bona. quæ ſi præponderent, ipſe quoque eodem inclinet, & par amici de ſe judicium expectet; ut, diſſimulatis toleratiſque utrimque vitiis, ambo in amore perſiſtant. *Torrent.* *Hiſce.*] Hiſce meis virtutibus, cum ſint vitiis plures, inclinet, id eſt, faveat.

72. *In trutina.*] *Trutinam* pro libra poſuit, uti & Perſius:

——— *Examenve improbum in illa*
Caſtiges trutina. ———

Cùm propriè pars libræ ſit. Græcè τρυτάνη, nempe examen ipſum, ſive lingula medio in jugo, unde lances dependent, erecta; quæ ſi neutram in partem inclinet, ſed ſcapi ſive anſæ, per quam volvitur, puncto reſpondeat, cognoſcitur æqualitas ſive æquilibrium aut æquamentum, ſi ita dici mavis. Græci ἰσοῤῥοπίαν vocant. *Torrent.* *In trutina ponetur eadem*] In eadem libra ponderabitur, id eſt, eandem æquitatem inveniet.

73. *Propriis offendat.*] Suis peccatis gravioribus: Allegoria eſt.

74. *Verrucis illius.*] Levioribus amici vitiis.

76. *Denique quatenus excidi.*] Libri noſtri omnes *quatinus*. Neceſſaria autem ratione, ſicut antè dixit, inter amicos vivendum eſſe demonſtrat Horatius. Quod enim tolli omnino non poteſt, ferendum eſt: quod ferendum autem, expendi debet quo modo quave ratione feratur atque interdum etiam corrigatur, quod fieri nequeat, ſi peccata, ut Stoïci volunt, ſint æqualia. *Torrentius.* *Denique.*] Diſputat contra Stoïcorum dogma, qui dicunt, Omnia peccata eſſe paria. *Quatenus.*] Quoniam.

77. *Stultis hærentia.*] Stoïcorum more loquitur, qui, excepto ſolo ſapiente, cæteros omnes ſtultos eſſe ac proinde inſanire definiunt. *Torrent.* *Cur non Ponderibus.*] Vult nihil temere decerni de vitiis, ſed ea moderamine rationis æſtimari, caſtigarique: qua monitione partim reducit in memoriam in eo peccare philautos, quos in amicorum vitiis corrigendis oſtendit plus æquo duriores: partim præludit, in eo genere non eſſe multo æquiores Stoïcos. *Cruquius.*

 78. *Pon-*

Ponderibus, moduliſque ſuis ratio utitur? ac, res
Ut quæque eſt, ita ſuppliciis delicta coërcet?
Si quis eum ſervum, patinam qui tollere juſſus,
Semeſos piſceis, tepidumque ligurrierit jus,
In cruce ſuffigat; Labeone inſanior, inter
Sanos dicatur. quanto hoc furioſius atque
Majus peccatum eſt? paullum deliquit amicus;
Quod niſi concedas, habeare inſuavis, acerbus;
Odiſti, & fugis, ut Druſonem debitor æris:
Qui, niſi quum triſtes miſero venêre Kalendæ,

Merce-

78. *Ponderibus, moduliſque ſuis ratio.*] Æquo judicio & convenienti moderatione.

79. *Coërcet.*] Cur non ita cohibet & punit?

81. *Tepidumque ligurrierit jus.*] Sic lib. III. Sat. IIII.

—— Seu puer unctis
Tractavit calicem manibus, dum furta ligurrit.

Sic enim ibi conſtanter ſcribitur in omnibus noſtris exemplaribus. Hîc tamen variant, & in pluribus ſimplici *r* ſcriptum repperi. Donatus in illud Terentii Eunuch.

Patria qui abligurrierat bona.

Ligurire ἀπὸ τοῦ λιγυρῶ, quod ſuave ſignificat, dici tradidit, pro eleganter & more ſenum, ut inquit, multo cum faſtidio ſuaviora quæque deguſtare. Unde *abligurire* bona, pro ſuavibus eſcis conſumere. Sed & ſervi, de quibus Horat. propriè ligurriunt, cùm furtim id, quod ſperant latere poſſe, de patinis delibant. Turneb. lib. 2. cap. 15. *Torrent. Ligurrierit jus.*] Leviter exſorbuerit.

82. *Labeone inſanior.*] Hic ille, ni fallor, M. Antiſtius Labeo, quem Ateius Capito Epiſtola quadam apud Gellium lib. XIII. cap. XII. teſtatus eſt morum pop. R. juriſque civilis doctum apprimè fuiſſe. Nihil itaque dubitandum quin in Cæſaris gratiam *inſanum* eum vocet Horatius. *Torr. Labeone inſanior inter.*] Labeo juriſperitus erat contumax, qui multa nimis libere dixerat in Auguſtum. *Labeone inſanior.*] Sic dictus, vel ob ſingularem eius contumaciam ergà Auguſtum: vel ut Pomponius lib. 2. circà finem D. de orig. juris, &c. ita ſcribit: *Labeo, ingenii qualitate & fiducia doctrinæ, quia & ceteris operis ſapientiæ operam dederat, plurima innovare inſtituit.* Videmus autem vulgò eos, qui à præceptorum traditionibus recedunt, & novas ipſi comminiſcuntur, quantumvis jure id faciant, à pleriſque contemni, rideri; temerarios demum, impudentes ac ſtultos nuncupari: quod Labeoni veriſimile eſt contigiſſe, ut ſcil. à vulgo deſpiceretur & inſanus vocaretur. & Horatius cum vulgo locutus eſt. *Delrio.*

83. *Inter ſanos dicatur.*] Inter ſapientes. *Quanto hoc furioſius atque.*] Furioſius, quod fecit dominus, quam quod ſervus admiſit.

85. *Concedas, habeare.*] Quod niſi ignoſcas.

86. *Druſonem.*] Manuſcripti omnes *Ruſonem*, vel *Ruſſonem*, vel *Riſſonem* vocant. Interpretes feneratorem acerbiſſimum, & ineptiſſimum hiſtoriarum ſcriptorem, fuiſſe volunt; qui debitores moram facientes eo mactabat malo, ut recitantem audire veluti captivi cogerentur. Vide Nann. Miſcell. lib. 4. *Torr. Druſonem debitor æris.*] Fœneratorem & malum hiſtoriarum ſcriptorem.

87. *Miſero.*] Debitori. *Calendæ.*] Calendis,

Mercedem, aut nummos unde unde extricat: amaras,
Porrecto jugulo, hiſtorias, captivus ut, audit.
Comminxit lectum potus; menſave catillum
Euandri manibus tritum dejecit; ob hanc rem,
Aut poſitum ante mea quia pullum in parte catini
Suſtulit eſuriens; minus hoc jucundus amicus
Sit mihi? quid faciam, ſi furtum fecerit, aut ſi
Prodiderit commiſſa fide, ſponſumve negarit?
Queis paria eſſe fere placuit peccata, laborant,
Quum ventum ad verum eſt: ſenſus, moreſq; repugnant,
Atque ipſa utilitas juſti propè mater & æqui.

Quum

lendis, creditam pecuniam reddebant debitores. vide Epod. 3.

88. *Mercedem aut nummos.*] *Mercedem* vocat uſuram ipſam, *nummos* ſortem. Vide Sat. præcedente, & Epod. II. *Torrent.* *Mercedem aut nummos.*] Uſuram. *Unde, unde extricat.*] Alicunde parat.

89. *Porrecto jugulo hiſtorias.*] Quaſi jugulari mallet, quam Druſonis hiſtorias audire.

90. *Potus.*] Amicus tuus bene potus.

91. *Euandri manibus tritum.*] Ac proinde, ob vetuſtatem ſcilicet, pretioſiorem. Simile illud libro II. Satyra III.

—— *Quærere amabam,*
Quo vafer ille pedes laviſſet Siſyphus ære. Torrent.

Tritum dejecit.] Catinum antiquiſſimum, quo uſus eſt Euander, Pallantis Arcadiæ regis nepos. *Ob hanc rem.*] Quia catillum dejecit.

93. *Minus hoc.*] Minus ob hoc.

95. *Commiſſa fide.*] Pro *fidei.* ut libro III. Od. III.

Conſtantis juvenem fide.

Torrent.

Fide.] Commiſſa fidei. *Sponſumve negarit.*] Non leve aliquod promiſſum dicit, ſed ſolenni ſtipulatione. Unde *ex ſponſo agere* apud veteres, pro ex ſtipulatu. *ſponſionis* enim appellatione omnis promiſſio ſtipulatioque continetur. Paulus JCtus l. VII. de Verb. ſignif. *Torrent.* *Sponſumve.*] Promiſſum.

96. *Queis.*] Stoïcis. *Paria eſſe fere.*] Notum Stoïcæ ſectæ Paradoxum, ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα. Quod illuſurus Horatius, à communi hominum ſenſu abhorrere oſtendit. Dictio autem *fere* nihil ſententiæ propoſitæ detrahit, ſed ita loquitur, ut Sat. III. lib. II.

—— *Inſanis & tu, ſtultique prope omnes.*

Particula ergo illa *fere*, non minimam vim obtinet; includit enim in ſe univerſalitatem, ita ut vel omiſſo vel appoſito univerſali ſigno, idem ſubinde ſignificet. ut hæc ſit ſententia: queîs placuit paria eſſe fere peccata, hoc eſt omnia. ſic dicimus, Romani fere orbem ſubegerunt, id eſt, fere totum. *Cruquius.* *Laborant.*] Hærent & dubitant Stoïci.

97. *Ad verum eſt.*] Ad veri inquiſitionem. *Moreſque repugnant.*] Judicium hominum repugnat, qui aliter furem, aliter homicidam puniunt.

98. *Atque ipſa utilitas.*] [illegible] hic ea cenſenda eſt, quæ non [illegible] eſt ab honeſto ex Stoïcorum opinione: non etiam ea quæ turpi conjuncta, lucrum quærit ex re qualibet. Quonam autem pacto ſit mater juſti & æqui, non facile quis dixerit; niſi ad ea ſe conferat, quæ

ſunt

Quum prorepſerunt primis animalia terris,
Mutum, & turpe pecus, glandem, atque cubilia propter,
Unguibus, & pugnis, dein fuſtibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ poſt fabricaverat uſus:
Donec verba, quibus voces ſenſuſque notarent,
Nominaque invenêre. dehinc abſiſtere bello,
Oppida cœperunt munire, & ponere leges;
Ne quis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli
Cauſa: ſed ignotis perierunt mortibus illi,
Quos Venerem incertam rapienteis, more ferarum,
Viribus editior cædebat, ut in grege taurus.
Jura inventa metu injuſti fateare neceſſe eſt,
Tempora ſi faſtoſque velis evolvere mundi.
Nec natura poteſt juſto ſecernere iniquum,

Divi-

ſunt juris humani, ſive gentium. *Cruq.* *Prope mater.*] Quaſi mater.

99. *Cum prorepſerunt.*] Probare nititur quod antedixit, juſtum ſanctione hominum eſſe, non natura. Muretus lib. I. Variarum cap. v. *Torrent.* *Primis animalia.*] Prima animalia, id eſt, homines. Hypallage eſt.

100. *Pecus.*] Veluti pecus rationis & orationis expers. *Glandem atque.*] Glandes erant hominum primorum cibus.

101. *Unguibus & pugnis.*] Multa in eandem ſententiam Lucr. lib. v.

Arma antiqua, manus, ungues, denteſque fuerunt,
Et lapides, & item ſilvarum fragmina rami. Torrent.

Porro.] Poſt temporis intervallum.

102. *Uſus.*] Indigentia.

103. *Notarent.*] Significarent.

104. *Abſiſtere bello.*] Eorum ſcilicet conſilio atque opera, qui prudentia præcellebant. *Torrent.* *Abſiſtere bello.*] Abſtinere à bello.

105. *Oppida cœperunt munire.*] De oppidorum origine agens Cicero lib. I. De gloria, ſic appellata eſſe exiſtimat, quod opem darent; teſte Feſto: vel quod ibi opes ſuas homines conferant, vel quod opere muniebantur mœnia, quo tutius eſſent, ſi Varroni credimus. *Torrent.*

106. *Ne quis fur.*] Duo optimi libri: *Neu quis fur eſſet.* Torrent.

107. *Cunnus.*] Fuerunt ante Helenam aliæ mulieres, quæ belli cauſas præbuerunt. *Teterrima.*] Sic noſtri codd. antiqui omnes, non *deterrima*, ut antè Lambinus ediderat. *Torrent.*

108. *Perierunt.*] Perierunt, quia ſcriptoribus caruerunt.

109. *Incertam rapientes.*] Mulierem omnibus expoſitam, non certi mariti.

110. *Viribus editior.*] Vir robuſtior. *Cædebat.*] Occidebat, vel verberabat.

111. *Metu injuſti.*] Propter incommodi metum.

112. *Faſtoſque velis.*] Annales, id eſt, mundi tempora.

113. *Secernere.*] Diſtinguere juſtum ab injuſto.

114. *Divi-*

Dividit ut bona diverſis, fugienda petendis.
Nec vincet ratio hoc; tantundem ut peccet, idemque,
Qui teneros cauleis alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus Divûm ſacra legerit. ADSIT
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:
Ne ſcutica dignum, horribili ſectêre flagello.
Nam ut ferula cædas meritum majora ſubire
Verbera, non vereor; cum dicas eſſe pareis res

Furta

114. *Dividit ut bona.*] Quo modo poteſt ſeparare bona à malis.

115. *Nec vincet ratio.*] Nec ratio probabit. *Tantundem ut peccet.*] Ut tam graviter peccet.

117. *Qui nocturnus.*] Qui noctu rem ſacram furatus fuerit. *Nocturnus Divûm ſacra legerit.*] *Sublegere*, inquit Servius Ecl. IX. furari eſt. unde & *ſacrilegus*, qui ſacra legit, id eſt, furatur. *Nocturni* quoque *fures* improbiores habentur ex XII. tabulis. Quamquam *furem* à furvo, quod atrum ſignificat, dici vult Varro, quia per noctem, quæ atra eſt, furta facilius committuntur. unde factum ut *nocturnus* abſolutè pro fure interdum ponatur.

118. *Æquas.*] Pœnas parvas parvis, magnas magnis peccatis.

119. *Scutica dignum.*] *Scutica* quidem flagellum eſt, à Græco σκῦτος, quod corium ſignificat; ſed minus eſſe horribile indicat Mart. lib. X. Epigr. LXII. *ſcuticam* inter pædagogorum arma, uti & *ferulas*, recenſens; quarum leviſſima, percuſſa puerorum manu admonitio eſt. Huic vero proxima *fuſtium* caſtigatio eſt. Erat vero *flagellorum* pœna multo gravior quam *fuſtium*, quod multis locis nos Juriſc. docent. Nam quibus ex cauſſis liberi fuſtibus, ſervi flagellis cædebantur, antehac dictum, verum honeſtiores, fuſtium loco, aut temporali exilio, aut rei alicujus interdictione puniebantur. At vero milites, ob leviora delicta à centurionibus ſuis vite percutiebantur. qua de re Juven. Sat. VIII.

Nodoſam frangebat vertice vitem.

In *flagellis* itaque major & atrocitas & ignominia erat. Unde & *ſervilia verbera* dicebantur flagellorum ictus, & ſervi ipſi *flagriones*, ſicut & *verberones*, & Græco verbo *maſtigiæ*. Atque hinc *ad flagra deducere* pro in ſervitutem redigere dixiſſe videtur Juven. Sat. X.

Quid Craſſos? quid Pompejos evertit, & illum
Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites?

Cæſarem enim dictatorem intelligit, qui Romanorum libertatem oppreſſit. Proprie verò *flagella* dicuntur, ſi Grammaticis credimus, arborum fruticumque ſummitates, eo quod flatu agitentur; quas ob virorem, ut Iſidorus voluit, etiam *virgas* appellamus. quæ tamen, ſi nodoſæ atque aculeatæ ſint, *ſcorpiones* quoque nominantur. Et *virgæ* igitur flagella ſunt, ſicut & *lora*. Torrent. *Scutica dignum.*] Loro dignum.

120. *Nam ut ferula.*] *Ut*, pro *ne non*: ut ſit ſententia, ne non cædas ferula eum, qui meretur acerbius corrigi. *non vereor*, hoc eſt, mihi certum eſt, te leniter caſtigaturum eum qui vel maximo ſupplicio dignus eſt; itaque apud vos nulla ſupplicii deprecatione eſt opus, ut apud quos crimina ſint paria & æqualia ſupplicia. *Cruquius. Ferula cædas.*] Ut minore ſupplicio afficias.

121. *Non vereor.*] Non vereor, ne id facias.

122. *Fab-*

Furta latrociniis, & magnis parva mineris
Falce reciſurum ſimili te, ſi tibi regnum
Permittant homines: ſi dives, qui ſapiens eſt,
Et ſutor bonus, & ſolus formoſus, & eſt rex;
Cur optas, quod habes? Non noſti quid pater, inquit,
Chryſippus dicat: Sapiens crepidas ſibi nunquam,
Nec ſoleas fecit: ſutor tamen eſt ſapiens. quo?
Ut, quamvis tacet Hermogenes; cantor tamen, atque
Optimus eſt modulator; ut Alfenus vafer, omni
Abjecto inſtrumento artis, clauſaque taberna,

Sutor

122. *Furta.*] Furta clanculum fiunt. *Latrociniis.*] Lattocinia ſunt violentæ direptiones.

123. *Falce reciſurum ſimili te.*] Quum mineris pœna ſimili te amputaturum parva cum magnis flagitiis.

124. *Si dives qui ſapiens.*] Facetiſſime reliqua hujus Satyræ parte, ſuperbam illam Stoïcorum de ſapiente ſuo ſententiam irridet. de qua ſic etiam Epiſt: ad Mæcenatem:

Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Jove, liber,
Dives, honoratus, pulcer, rex denique regum.

Poſtquam igitur omnibus artibus virtutibuſque ſapientem exornant Stoïci, ridicule ſutorem quoque facit Horat. At illi ſanè ſolum ipſum eſſe Poëtam, ac ſolum dialecticum, dicebant. Sic enim Strabo lib. I. Geographiæ. Quamquam autem hoc paradoxum hîc exagitat Poëta, inde tamen deſumpta illa, quæ cum admiratione legimus l. IIII. Od. IX.

Conſulque non unius anni, &c. Torrent. *Si dives.*] Irridet Stoïcorum paradoxon, nempe ſapientem eſſe omnia.

126. *Cur optas.*] Cur optas ut tibi regnum permittant homines? *Non noſti.*] Stoïcus arguit Horatium ignorationis, & inquit, Num noſti? &c. *Pater, &c.*] *Patres* honoris cauſſa appellati qui Philoſophorum familiis præfuere. *Torrent.*

127. *Chryſippus dicat.*] Chryſippus vaferrimus Stoïcorum ſomniorum erat interpres.

128. *Sutor autem.*] Poteſtate, non uſu. *Quo.*] Quo iſtuc pertinet?

129. *Cantor tamen.*] Poteſt tamen canere.

130. *Ut Alfenus vafer.*] Alfenus ex ſutore Juriſconſultus clariſſimus evaſit. *Alfenus vafer.*] Sic quidem libri omnes tum excuſi, tum M. S. ſed priſci interpretes, quod & ego in vetuſtiſſimis membranis obſervavi, *Alfinium* & *Alfenium* appellant, cognomine *Varum*; qui patria Cremonenſis, relicta ibi, quam exercebat, ſutrina, Romam venerit, ac Marco Sulpicio JCto operam dederit, evectus tandem ad Conſulatum. de eodem Gellius lib. VI. cap. V. Noct. Att. Neque dubito quin eundem notet Catullus pulcerrimo illo Epigrammate:

Alfene immemor atque unanimis falſe ſodalibus.

id enim cum Horatio prope convenit, qui pro *Varo Vafri* cognomen ipſi impoſuit. Prænomen autem *Publius* fuit; &, ut ego quidem arbitror, cum patrio primum nomine *Alfenus* vocaretur, poſtquam clarus eſſe cœpit, *Alfinium* ſe appellavit: de qua nominum mutatione in Suetonii Tiberium ſcripſimus. *Torrent.*

131. *Clauſa taberna.*] Clauſa ſutrina.

Sutor erat: ſapiens operis ſic optimus omnis
Eſt opifex, ſic rex ſolus. Vellunt tibi barbam
Laſcivi pueri, quos tu niſi fuſte coërces,
Urgeris turba circum te ſtante: miſerque
Rumperis, & latras magnorum maxime regum.
Ne longum faciam: dum tu quadrante lavatum
Rex ibis; neque te quiſquam ſtipator, ineptum
Præter Criſpinum ſectabitur: & mihi dulces
Ignoſcent, ſi quid peccavero ſtultus, amici:
Inque vicem illorum patiar delicta libenter,

Priva-

132. *Sutor erat.*] Cruquius legendum eſſe cenſet, *Tonſor erat*, nam crines uſtulare & ornare tonſoris eſt. Et ſequenti verſu, in contemptum tonſoris Stoïci, ait, *Vellunt tibi barbam*, tanquam ſtulto & inepto ad eam criſpandam & diſcriminandam. *Cruquius. Sapiens operis.*] Ordo eſt: ſic ſapiens eſt optimus opifex omnis operis.

133. *Vellunt tibi barbam.*] Adeo ſtulte loqueris, ô Stoïce, ut te pueri contumelioſi illudant.

134. *Niſi fuſte coërces.*] Tanquam ſceptro regio: coërcere namque eſt virorum principum; qualis hic ſibi eſſe Stoïcus videtur, magnorum regum maximus ſcilicet, cui pro ſceptro porrigit baculum, ut Cynicorum more & latret, & in corona circumſtantes ſe abigat. *Cruquius. Fuſte coërces.*] Niſi abigis baculo tanquam ſceptro regio.

136. *Rumperis & latras.*] Rumperis clamore.

137. *Quadrante lavatum rex ibis, &c.*] *Quadrans* ex æreis nummis Romæ minimus, communis erat balneatoris merces, ab his pendi ſolita, qui publicis balneis utebantur, ut Philoſophi Literatoreſque ac Rhetores ſolent, cum ob tenuitatem, tum ut in turba populari frequentia ſuas artes venditarent. Hinc Juven. Sat. VI.

Nam quæ docta nimis cupit & facunda videri,
Crure tenus medio tunicas ſuccingere debet,
Cædere Silvano porcum, quadrante lavari.

A qua tamen præſtatione liberos fuiſſe qui primam adhuc pueritiam agerent, probat idem auctor Sat. II.

Nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lavantur.

Itaque Cicero Oratione pro Cælio, cum de Clodia ſic loquitur: *Niſi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori*; amariſſime illi objicit, quod non plus ab amatoribus acciperet, quam ipſa balneatoribus penderet, duplici nomine occultè indicans merito *quadrantariam* appellari, quæ quadrantibus polluta, quadrantibus lavaretur. Cælius lib. 16. cap. 47. *Torrent. Quadrante lavatum.*] Mercede balneatori debita, non à rege, ſed ab uno de multis.

138. *Rex ibis.*] Non revera rex, ſed ſecundum Stoïcorum opinionem. *Stipator.*] Comes.

139. *Criſpinum.*] Præter Criſpinum Stoïcum.

140. *Peccavero.*] Libri manuſcripti quinque *peccabo*. Placet. non temere enim o corripitur in huiuſmodi verbis à Poëtis, qui Virgilii ætate floruerunt. *Torrentius. Stultus.*] Per ſtultitiam.

141. *Inque vicem.*] Et viciſſim.

142. *Pri-*

Privatuſque magis vivam te rege beatus.

142. *Privatuſque.*] Et non rex. *Te rege beatus.*] Qui te regem putas. Senſus eſt: Quemadmodum ſapiens non eſt dicendus rex qui unicum habet ſtipatorem, ſic peccata non poſſunt eſſe paria, ſi quædam ſint venia digna.

SATYRA IV.

Lucilium veteres Comicos Græcos ſequutum, mordacem fuiſſe ait. Sua autem Scripta non itidem legi oſtendit, quum bona pars hominum ſibi vitii alicujus conſcia, ſe ibi perſtringi ſciant. Se alioqui virulentia carere, ac tantum jocoſe & velut paterna quadam caſtigatione ad deterrendos à vitiis homines uti profitetur.

EUPOLIS, atque Cratinus, Ariſtophaneſque Poëtæ,
Atque alii, quorum Comœdia priſca virorum eſt,
Si quis erat dignus deſcribi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut ſicarius aut alioqui
Famoſus; multa cum libertate notabant.

Hinc

1. EUpolis.] Exorditur ab antiquæ Comœdiæ ſcriptoribus, ut ſibi quidem nonnihil apud Romanos benevolentiæ, Lucilio vero plus comparet invidiæ, ut qui ſatis acute & in cives mordacius ſcripſiſſet: ſe vero nihil tale meditari, neque virulentis blateramentis ſe quemquam velle perſtringere, ſed urbana tantum & faceta morum caſtigatione cives à vitiis deterrere. *Cratinus.*] Perſius hunc audacem nominat, quod maxima libertate carpſerit, & acerbitate mira proſciderit Athenienſium vitia. *Cruq.* *Eupolis.*] Quinctilianus l. x. de antiqua Comœdia tractans, *Plures*, inquit, *ejus auctores*, *Ariſtophanes tamen & Eupolis Cratinuſque præcipui.* Hos igitur tres veteris Comœdiæ principes Flaccus noſter molliſſime uno verſu complexus eſt. Illud autem de Eupolide memorabile, quod Suidas eum bello adverſus Lacedæmonios apud Helleſpontum naufragio extinctum tradit, unde vetitum fuerit ne quis Poëta militaret. *Torr.* *Eupolis*, &c.] Hi principes fuerunt inter Poëtas veteris Comœdiæ.

2. *Priſca.*] Comœdia priſca erat paulo maledicentior, quam ut antes hominum ferre poſſent.

3. *Dignus deſcribi.*] Qualis Athenis fuiſſe commemorant Cleonem, Cleophantem, Hyperbolum, homines improbos & ſeditioſos. At vero illi Comici Periclem quoque, & Socratem, alioſque ſummos in Repub. viros ſuis verſibus violarunt. Melius itaque Romani, qui notandi viderentur, à Cenſoribus notari voluere, nec paſſi ſunt vitam famamque ſubjectam eſſe probris & injuriis Poëtarum, capite etiam puniri ſancientes, tale carmen condere ſi quis auderet. *Torr.* *Deſcribi.*] Dignus notari.

4. *Sicarius.*] *Sicam* à ſecando dictam non modo Grammatici, ſed & JCti tradidere. Erat autem gladius brevis, quo facile occulto graſſatores olim utebantur. Hinc propriè quidem qui ſica hominem occiderint, ſed per abuſionem quocumque telo id fecerint, *ſicarii* appellantur, & lege Cornelia De ſicariis tenentur. *Torrent.*

5. *Famoſus.*] Fama, quæ nihil aliud quam communis de aliquo populi opinio eſt, ut recte cenſet Nonius, in utramque partem accipitur: *famoſus* ſemper

Hinc omnis pendet Lucilius, hoſce ſecutus;
Mutatis tantum pedibus, numeriſque facetus;
Emunctæ naris, durus componere verſus.
Nam fuit hoc vitioſus: in hora ſæpe ducentos,
Ut magnum, verſus dictabat, ſtans pede in uno.
Quum flueret lutulentus: erat quod tollere velles
Garrulus, atque piger ſcribendi ferre laborem;
Scribendi recte. nam ut multum, nil moror. ecce
Criſpinus minimo me provocat: accipe, ſi vis,

Acci-

per pro infami, ut multis exemplis idem docet. Hinc *mulieres famoſæ*, eædem quæ *probroſæ*. Torrent. *Famoſus.*] Malæ famæ.

5. *Hinc.*] Ab illis Poëtis. *Lucilius.*] Cognomine Baſſus, patria Auruncanus, inventor Satyræ apud Romanos. de quo ſic Quinctil. lib. x. *Satyra quidem tota noſtra eſt, in qua primus inſignem laudem adeptus eſt Lucilius, qui quoſdam ita deditos adhuc habet ſibi amatores, ut eum non ejuſdem modo operis auctoribus, ſed omnibus Poëtis præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio, qui Lucilium fluere lutulentum, & eſſe aliquid quod tollere poſſis putat. nam & eruditio in eo mira, & libertas, atque inde acerbitas, & abunde ſalis.* Torrent. *Lucilius.*] Lucilius Poëta Romanus, qui illorum priſcam Comœdiam, Latinam fecit Satyram.

7. *Mutatis tantum pedibus.*] Quare nihil aliud, quam negligentiam Lucilii in numeris & pedibus notat. Sed quemadmodum maxima pars etiam veteris Comœdiæ, jambis conſtabat, in quibus ſemper accuratè ratio à Græcis habita fuit numerorum, & quidem longe quam in Dactylicis magis, in quibus negligentiores fuiſſe conſtat: ita certum eſt, Dactylicorum negligentiam auxiſſe Lucilium, jambicorum autem prope invexiſſe. Itaque quod tam operoſe Comicis Latinis alibi Poëta objicit, quod ne quidem locis neceſſariis jambum admitterent, id Lucilio peculiare. *Heinſius. Mutatis pedibus.*] Quia Lucilius uſus eſt verſibus hexametris, illi jambicis.

8. *Emunctæ naris.*] Acri judicio. *Durus componere verſus.*] *Componere verſus* eſt, ſuis illos numeris pediboſque aptare, ac concinnos modulatoſque reddere. Ad quod duriſſimus erat Lucilius. *Torrent.*

9. *Vitioſus.*] In hoc: quod duros verſus componeret.

10. *Ut magnum.*] Tanquam rem magni momenti. *Stans pede.*] Nullo labore, & tempore breviſſimo. Turneb. lib. 7. cap. 19.

11. *Quum flueret.*] Cum verſus profunderet invenuſtos. *Erat quod.*] Erat aliquid quod ſumeres, idque imitatione dignum. Turneb. lib. 15. cap. 9.

13. *Scribendi recte.*] Ut recte ſcriberet. *Nam ut multum.*] Si quis multum ſcribit, nihili æſtimo.

14. *Criſpinus minimo me provocat.*] Summum adverſarii contemtum oſtendit, qui eum, quantus eſt, vel uno, ut dici ſolet, digitulo provocat, tanquam nullo negotio proſtraturus. Sunt qui ad provocantium geſtum referre malint: minimum enim digitum porrigunt. At Cruquius de *ſponſione* intelligit, quam Criſpinus paratus ſit facere, ſed levi depoſita ſummula. Non placet. *Torr. Minimo me provocat.*] Minimo digito, quod eſt alterum contemptim in certamen provocare. *Accipe.*] Verba ſunt Criſpini Horatium provocantis.

Accipe jam tabulas. detur nobis locus, hora,
Cuſtodes: videamus uter plus ſcribere poſſit.
Di bene fecerunt, inopis me, quodque puſilli
Finxerunt animi; raro & perpaucà loquentis.
At tu concluſas hircinis follibus auras,
Uſque laborantes dum ferrum molliat ignis,
Ut mavis, imitare. beatus Fannius, ultro
Delatis capſis, & imagine: quum mea nemo
Scripta legat; vulgo recitare timentis: ob hanc rem,
Quod

15. *Accipe jam.*] Bene in poſteriore ſua editione Lamb. *Accipiam* pro *Accipe jam.* Eſt enim magis Comicum, ac Dramaticum, quod etiam Turnebus lib. 15. cap. 9. cenſuit. Atque ita in omnibus poenè exemplaribus noſtris legitur, ut mox, *dentur* pro *detur.* Torrent. Guil. Canterus, lib. 4. cap. 12. *Locus.*] In quo ſcribamus.

16. *Cuſtodes.*] Ne aliena opera utamur.

17. *Dii bene fecerunt.*] Reſpondet Horatius.

18. *Rarò & perpauca loquentis.*] Lamb. neceſſaria, ut ei viſum eſt, conjectura, *loquentem* emendat, quaſi vero non ab animo verba linguæ ſuppeditentur. *Rara* etiam pro *raro* non uno in codice repperi, nec diſplicet, ut Sat. VI.

—— *Singultim pauca locutus.*

Torrent.

19. *At tu concluſas hircinis follibus auras Uſque laborantes, &c.*] Malum Poëtam, ſed opinione ſui inflatum, hac allegoria irridet Horatius. elationem enim animi ponit in pulmone: quem follis appellatione intelligit. Et non ſimpliciter dicit Poëtam arrogantem folles fabrorum ferrariorum imitari: ſed *folles laborantes, &c.* optimè: nam cum ceſſat faber, non turgent folles, neque vento inflati ſunt. *Caſaubon. At tu.*] O Criſpine. *Hircinis follibus.*] Follibus ex corio hircino factis.

20. *Uſque laborantes.*] Auras ſemper flantes. Horatius metaphorice ſignificat Criſpini verſus turgidos fuiſſe & inanes.

21. *Beatus Fannius.*] *Fannium* vocant quinque codices; vetus interpres etiam *Quadrati* cognomen ei imponit. An idem qui Sat. X. commemoratur, ignoro. *Torr. Fannius.*] Fannius Poëta loquaciſſimus. *Ultro Delatis capſis.*] Cui non petenti Senatus detulit capſas, quibus libri ejus in Auguſti bibliotheca reponerentur, una cum ſua imagine ad memoriam ejus prodendam.

22. *Delatis capſis & imagine.*] Bibliothecam primus publice Athenis Piſiſtratus inſtituit, Romæ Aſinius Pollio. qua de re Iſidorus lib. VII. Gellius libro VI. cap. ult. Plinius lib. VII. c. XXX. Hic ergo honor huic Fannio contigit, non merito eximiæ eruditionis, ſed vel eorum adulatione & obſequio, qui orbi & divitis hereditatem captabant; vel amicorum opera, qui quo recitantis tædio ac moleſtia liberarentur, hoc ei munus à Cæſare impetrarunt. ſic enim priſci commentatores. Nec illepide ſane; prior tamen ratio magis arridet. *Capſas* autem pro forulis arculiſque accipio, quibus libri concinne reponerentur. *Torrent.*

23. *Recitare timentis.*] Hic non inepte quis ambigat, quare idcirco, quod vulgo non recitet ſcripta ſua, à nemine legi Poëta dicatur. An quia famam vulgus ſequitur? Fama autem recitationibus, ob applaudentium frequentiam, præcipue acquiritur. *Torrent. Timentis ob.*]

Quum

Quod ſunt, quos genus hoc minime juvat, utpote pluréis
Culpari dignos. quemvis media erue turba:
Aut ob avaritiam, aut miſera ambitione laborat:
Hic nuptarum inſanit amoribus, hic puerorum:
Hunc capit argenti ſplendor: ſtupet Albius ære:
Hic mutat merceis ſurgente à Sole, ad eum, quo
Veſpertina tepet regio. quin per mala præceps
Fertur, uti pulvis collectus turbine: ne quid
Summa deperdat metuens, aut ampliet ut rem.
Omnes hi metuunt verſus, odêre Poëtas:

Quum nemo legat ſcripta mei timentis vulgo ea recitare. Primitivum in poſſeſſivo ſubintelligitur.

24. *Genus hoc.*] Hoc genus poëmatis, ſcil. ſatyræ.

25. *Quemvis media.*] De medio populo quemvis. in medium producito. *Erue turba.*] *Elige* habent libri pæne omnes: & mox *miſer amb. laborat*, pro *miſera*. Sed hoc leve eſt, illud omnino reſtituendum. *Torrent.*

27. *Hic nuptarum.*] Alius eſt adulter qui matresfamilias tantum ſectatur.

28. *Hunc capit.*] Alium vaſa argentea delectant. *Stupet Albius' ære.*] Sic Virgilius:

Hic ſtupet attonitus roſtris. ——

Ære autem pro vaſis ſignisque æreis dixit. ut in Epiſt.

Gemmas, argentum, marmor vetus, æraque, & artes
Suſpice. ——

Quanta vero veterum adamatis æris, maxime Corinthii, inſania, vel ſola illa in Verrem, quæ de ſignis inſcribitur, actio docere poſſit. *Torrentius.* *Stupet ære.*] Stupet ſtatuis ex ære Corinthio factis.

29. *Mutat merces.*] Virg. Ecl. IIII.

—— *Nec Pontica pinus*
Mutabit merces. ——

Et in Georgicis:

—— *Quamvis Mileſia magno*
Vellera mutentur.

quo loco quidem Servius hanc loquendi rationem ab antiquo more, quo mercimonium omne in permutatione conſiſtebat, repetit. verum hoc ita interpretabimur, ut, quamquam percuſſo jam nummo, & inventa publica illa forma, quæ mercis pretium dicitur, aliud jam proprie erat *emptio*, aliud *permutatio*; diſtincti nempe contractus; verbi tamen proprietas manſerit. Nam *permutationis* nomen vi ſua generale eſt, pro quacumque conventione, qua utrimque aliquid præſtandum venit: itaque in ipſa etiam emtione merx mutari ære, mutari pecunia, mutari pretio, mutari denario recte dicitur. Exempla paſſim obvia. *Mutare* igitur *merces*, eſt quomodocumque comparare. Atque ita Græci quoque verbo ἀλλάττεσθαι & ἀντικαταλλάττεσθαι uſi ſunt. *Torrentius.* *Ad eum quo.*] Ad eum ſolem, id eſt, occidentem.

30. *Per mala.*] Per pericula & vitæ diſcrimina.

31. *Turbine.*] Vento.

32. *Summa deperdat.*] Ne aliquid diminuat de ſumma, id eſt, de bonis congeſtis.

33. *Omnes hi metuunt.*] Clauſula rationis. Idcirco omnes oderunt Poëtas & verſus mordaciores, quia male ſibi conſcii, notari & ludicro eſſe formidant. *Cruq.* *Omnes hi.*] Omnes improbi & vitioſi homines. *Verſus.*] Verſus Satyricos.

FOENUM *habet in cornu, longe fuge. dummodo riſum*
Excutiat ſibi, non hic cuiquam parcet amico:
Et quodcunque ſemel chartis illeverit, omneis
Geſtiet à furno redeunteis ſcire, lacuque,
Et pueros, & anus. agedum pauca accipe contra.

Primum

34. *Fenum habet in cornu.*] Alii *fœnum* per *œ* ſcribunt, alii per *æ*: nos autem monuimus *fetus*, *fenus*, *fenum*, *femina*, rectius ſine diphthongo ſcribi. Erat autem actio apud Romanos ex lege XII. tab. deſcendens, SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR, utputa ſi equus calcitroſus percuſſiſſet, aut bos cornu petere ſolitus cornu petiiſſet, aut mula propter nimiam ferociam aliquem læſiſſet, dominus aut noxæ dare illud animal, aut damnum datum (quod *pauperiem* vocabant, quia *injuria* dici proprie non poterat) reſtituere cogebatur. Quod incommodum quo vitarent domini, ſigno aliquo occurrentes admonebant, quo cavere ſibi à tali quadrupede poſſent, & peculiariter illigato cornibus feno, bovem cornu petere indicabant. *Torr.* *Fœnum habet in cornu.*] Eſt ſermo vulgi in Poëtas, qui acres ſunt in homines vitioſos. Metaphora ducta à bove cornu petente, cujus cornibus fœnum alligabant Romani, ut ſibi ab illo caverent homines in via forte occurrentes.

35. *Riſum excutiat ſibi.*] Tale aliquid de ſe Perſius:

Quid faciam, ſi ſum petulanti ſplene cachinno? Torrent.

Excutiat ſibi.] Dummodo moveat riſum profuſum ſibi, id eſt, ad ſuam voluptatem. *Dummodo riſum Excutiat ſibi, non hic cuiquam parcet amico.* Legendum, *Excutiat tibi.* Non enim talem innuit, qui honeſtam ſibi requiem, hoc eſt, ἀνημερίαν ac modeſtos riſus quærit; qualem alicubi deſcribit L. Philippum: verum talem; qui dum aliis modo dicax videatur, riſumque exprimat, nulli amico parceret. hoc eſt quod alicubi dicit Seneca, *amicum perdere, quam dictum mallet.* Atque hoc eſt, quod paulo poſt dicit, *ſolutos Qui captat riſus hominum famamque dicacis.* Rutgerſ.

36. *Chartis illeverit.*] Quodcumque ſemel ſcripſerit.

37. *Geſtiet à furno redeuntes.*] Cupiet, ut omnes à piſtrino redeuntes ſciant. *A furno redeuntei.*] Acro intelligit, ſervos à piſtrino: à lacu, ſervos à lixa, id eſt lympha: unde veteres aquam dixiſſe lixam, Nonius annotat. Unde etiam lixæ nominati in exercitu, qui aquam adveherent. *Georg. Fabric.* *Lacuque.*] *Lacus* erant Romæ publici, quibus aqua continebatur ad uſum populi; & quidem tota Urbe frequentiſſimi, quemadmodum ex P. Victore conſtat, cum, quot ſingulis in regionibus lacus fuerint, non ſecus ac vicos & fana enumerat. Quos inter notiſſimi, propriis diſtincti nominibus, *Curtius* & *Servilius*. Turneb. lib. 19. cap. 29. *Torrent.* *Lacuque.*] Unde aquam hauriunt.

38. *Agedum.*] Reſpondet Horatius ad ea quæ in Satyrarum ſcriptores dicta fuerant. *Accipe contra.*] Defenſurus ſe adverſus eos, qui Poëtas vel ob ſolum nomen exoſi fugiant, ac præcipue Satyricos, quorum ſcriptis paſſim apud omnes divulgatis infamentur; ordine reſpondet, neque Poëtarum numero ſe habendum, neque, quæ pedeſtri quodammodo oratione ſcribit, contumeliæ loco ducenda, cum ad morum correctionem ſpectent, neque ipſe eo nomine ſeſe jactet, nihil minus quam natura maledicus, nec cuiquam probo formidandus. Ac tandem ita à patre ſe inſtitutum narrans, Sermonem abſolvit. *Torrent.*

39. Dede-

Primum ego me illorum, dederim quibus eſſe Poëtas,
Excerpam numero. neque enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis: neque, ſi quis ſcribat, uti nos,
Sermoni propiora, putes hunc eſſe Poëtam.
Ingenium cui ſit, cui mens divinior, atque os
Magna ſonaturum; des nominis hujus honorem.
Idcircò quidam, comœdia, nec ne poëma
Eſſet, quæſivère: quod acer ſpiritus, ac vis,
Nec verbis, nec rebus ineſt: niſi quod pede certo
Differt ſermoni, ſermo merus. at pater ardens
Sævit, quod meretrice nepos inſanus amica
Filius, uxorem grandi cum dote recuſet:
Ebrius, & magnum quod dedecus, ambulet ante
Noctem cum facibus. numquid Pomponius iſtis
Audiret leviora, pater ſi viveret? ergo
Non ſatis eſt puris verſum perſcribere verbis:
Quem ſi diſſolvas, quivis ſtomachetur eodem,
Quo perſonatus pacto pater. his, ego quæ nunc,

Olim

39. *Dederim quibus eſſe Poëtas.*] Iis, quos agnoſco eſſe Poëtas, non dico me eſſe Poëtam.

40. *Concludere verſum.*] Verſum certis pedibus claudere.

42. *Sermoni propiora.*] Similiora ſermoni quotidiano & orationi ſolutæ, quam verſibus.

44. *Des nominis.*] Ut Poëta nominetur.

45. *Quidam.*] Quæſivere, quia comœdiæ ſtylus proſæ orationi eſt ſimilis.

46. *Quæſivère.*] Dubitaverunt. *Acer ſpiritus.*] Spiritus ardens & vehemens.

47. *Pede certo.*] Ac definito numero.

48. *Differt ſermoni.*] Differt ab oratione ſoluta. *Differt* pro *diſſidet*, cum dativo ponitur. *Sermo merus.*] Solus ſermo verbis puris perſcriptus. *At pater.*] Eſt antypophora ad convincendum eorum argumentum, qui dicunt comœdiam merum eſſe ſermonem.

49. *Sævit.*] Iraſcitur, ut Demea apud Terentium. *Nepos.*] Luxurioſus helluo. *Inſanus.*] Rectè à priore editione, quæ *inſanit* habebat, recedit Lamb. nam *inſanus* habent noſtri quoque vetuſtiſſimi codices. Diſplicuerat Grammaticulis quibuſdam duo epitheta uni nomini adjungi ſine copula. *Torrent.*

51. *Ante noctem.*] Claro die.

52. *Cum facibus.*] Cum facibus amatores inviſebant amaſias ſuas. *Pomponius.*] Pomponius adoleſcens libidinoſus, quem Horat. vellicat quaſi aliud agens.

53. *Audiret leviora.*] Imo æque aſpere objurgaretur. *Pater.*] Pomponii pater.

55. *Quem.*] Quem verſum.

56. *Perſonatus pacto pater.*] Comicus pater, qui patris perſonam in comœdia ſuſtinet. *His, ego quæ nunc.*] Si eripias his carminibus quæ nunc ſcribo, &c.

 58. *Tem-*

Olim quæ ſcripſit Lucilius, eripias ſi
Tempora certa, modoſque, & quod prius ordine verbum eſt,
Poſterius facias, præponens ultima primis;
Non ut ſi ſolvas, POSTQUAM DISCORDIA TETRA
BELLI FERRATOS POSTEIS, PORTASQUE REFREGIT;
Invenias etiam disjecti membra Poëtæ.
Hactenus hæc: alias, juſtum ſit, nec ne, poëma:
Nunc illud tantum quæram; meritone tibi ſit
Suſpectum genus hoc ſcribendi. Sulcius acer
Ambulat, & Caprius, rauci male, cumque libellis:
Magnus uterque timor latronibus. at bene ſi quis,
Et puris vivat manibus, contemnat utrumque.
Ut ſis tu ſimilis Cœli, Byrrhique latronum:

Non

58. *Tempora certa.*] Nimirum pro ratione & Poëmatis genere; alia namque eſt heroïca dimenſio, alia elegiaca, jambica, &c. *Cruquius. Tempora.*] Syllabarum quantitatem.

60. *Non, ut ſi ſolvas.*] Non ita invenies, quemadmodum ſi ſolvas hunc verſum Ennianum, ſcil. *poſtquam diſcordia, &c.*

61. *Belli ferratos.*] Verſus Ennii notiſſimus, quem non uno in loco imitatus eſt Virgilius;

Clauduntur belli portæ. ——
Et,

—— *Cardine verſo,*
Belli ferratos rupit Saturnia poſtes.

Lumen autem & Ennio & Virgilio præfert Plutarchus in Numa, ubi Jani templum Romæ portas ſcribit habuiſſe bifores, vocatamque belli portam. Vide lib. IIII. Od. XV. & Turnebum lib. V. cap. III. Adverſariorum. *Torrent.*

62. *Disjecti membra Poëtæ.*] Lacerati Poëtæ veſtigia.

63. *Hactenus hæc.*] Hactenus utrum ſatyra & comœdia ſint poëma? quod Horatius non dubitat. *Alias, juſtum ſit, nec ne, poëma.*] Alio tempore quæremus.

64. *Quæram: meritone.*] Quæram à te ô Romane.

65. *Scribendi.*] Satyræ vel comœdiæ genus. *Sulcius.*] Plures libri manuſc. *Fulgium* aut *Fulcium* vocant. de quo, neque de *Caprio*, quicquam me legiſſe memini. Acerrimos accuſatores fuiſſe credendum eſt. *Torrent. Sulcius acer.*] Accuſator acerrimus, ſic & Caprius.

66. *Rauci male, cumque.*] Aſſiduitate agendi valde rauci. *Libellis.*] Cum libellis accuſatoriis, in quibus maleficorum & nomina & crimina erant ſcripta.

67. *Timor latronibus.*] Uterque horribilis latronibus.

68. *Et puris vivat manibus.*] Si vivat manibus à ſcelere puris. *Puris manibus.*] Sic de Tito Suet. *Pontificatum maximum ideò ſe profeſſus accipere, ut puras ſervaret manus.* Et libro III. Od. XXIIII.

Immunis aram ſi tetigit manus. Torr.

69. *Ut ſis tu ſimilis Cœli Byrrhique latronum.*] Quamvis tu ſis ſimilis Cœli, &c.

70. Non

Non ego ſim Capri neque Sulci. cur metuas me?
Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos:
Queis manus inſudet vulgi, Hermogeniſque Tigelli?
Non recito cuiquam, niſi amicis, idque coactus.
Non ubivis, coramve quibuſlibet. in medio qui
Scripta foro recitent, ſunt multi: quique lavantes:
Suave locus voci reſonat concluſus. inaneis
Hoc juvat: haud illud quærenteis, num ſine ſenſu,
Tempore num faciant alieno. Lædere gaudes,
Inquis:

70. *Non ego ſim.*] Plures libri *Non ego ſum*, haud dubiè apertiùs. ſententia enim eſt, Quamquam tu fortè Cœli Byrrique ſis ſimilis, non ego Sulcii ſum aut Caprii: cur ergo metuas. *Torrent.* *Non ego ſim Capri, neque Sulci: cur metuas.*] Si ego ſum accuſatoribus diſſimilis, cur metuas me?

71. *Nulla taberna meos habeat.*] Et cur vis metuere ſi nulla taberna, &c. *Taberna.*] *Taberna* dicta ex eo quòd tabulis clauditur, ut Juriſ. volunt, omne ad habitandum utile ædificium ſignificat. Unde *tabernacula* in caſtris, quamvis pellibus poſteà tegebantur; & *contubernales*, & *adtubernales*, qui vel eaſdem vel continuas tabernas habitent. Sed & *negotiatorias*, & *argentarias*, & *cauponias*, & *purpurarias tabernas* in Pandectis legimus. Propriè tamen, ſi auctores rectè obſervemus, plebleiæ tantùm ædiculæ in vicis, axibus & tabulis clauſæ, ut inquit Iſidorus, eo nomine demonſtrantur. Denique ut omnium mercium, ſic librorum quoque tabernæ erant, qualem hoc loco denotat Horatius. Et quia plerumque magnorum ædificiorum columnis adhærebant tabernæ, hinc *pilam* etiam adjunxit. Quamquam, ut verum fatear *tabernam* ac *pilam* hîc pro ipſis contubernalibus congerronibuſque, qui ad tabernas pilaſque deſidebant, libentiùs acceperim. Et nunc quoque in tabernis librariis ferè nugatorum ſtatio eſt. Joſephus Scaliger λέσχας Græcè dici rectè exiſtimat, ubi loquaculi illi ſeſſitabant. Unde λεσχηνεύειν & λεσχηνεύσαξ, pro nugari, garrire, calumniari, ac maledicere. *Torrent.* *Pila libellos.*] Pila, eſt bibliopolarum columna, ad quam proſtabant libri venales.

72 *Queis manus.*] Quos vulgus manibus terat & Tigellius unus è vulgo. *Tigelli.*] Meliùs manuſſ. & ante Lamb. excuſi, ſine interrogationis nota. optat enim Poëta ut libelli Hermogenis, ejuſque ſimilium, manibus non terantur. *Torrent.*

73. *Non recito.*] Libri noſtri omnes magno conſenſu, *Nec recito cuiquam.* Torrent. *Non recito.*] Præterea non recito, &c. *Coactus.*] Non libenter.

74. *In medio qui.*] Loquitur aliquis, Horatii conſuetudinem improbans. At multi ſunt, &c.

75. *Quique lavantes.*] Lavantes in balneis.

76. *Suave locus voci reſonat concluſus.*] Locus cameratus in balneis ſuaviter voci reſonat. *Concluſus.*] Qualia eſſe convenit balnea, ne calor diſſipetur. Ideò veteribus Romanis obſcuriſſima erant, rimis potiùs quàm feneſtris lucem admittentia. *Torrentius.* *Inaneis.*] Sic ſtolidos atque imperitos vocat, ac vana quadam gloriola elatos. Vide Turneb. lib. 10. cap. 1. & lib. 30. cap. 12. *Torr.* *Inanes hoc juvat.*] Leves Poëtas hoc juvat.

77. *Sine ſenſu.*] Stulte.

78. *Tempore num faciant alieno.*] Ci-

Inquis: & hoc ſtudio pravus facis: unde petitum
Hoc in me jacis? eſt auctor quis denique eorum,
Vixi cum quibus? abſentem qui rodit amicum;
Qui non defendit alio culpante; ſolutos
Qui captat riſus hominum, famamque dicatis;
Fingere qui non viſa poteſt; commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt; hunc tu Romane caveto.
Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos:
E quibus unus avet, quavis aſpergere cunctos,
Præter

cero lib xv. Epiſt. ad Caſſium: *Conſidera ne in alieniſſimum tempus cadat adventus tuus*. Torrent. *Tempore alieno.*] Tempore incongruo.

79. *Inquis.*] Vetuſſimi codices duo, *Inquit.* nec diſplicet ea varietas. quale illud eſt, *In me jacis.* & mox: *Auctor quis denique eorum.*. Torrent. *Studio pravus facis.*] Pro *ſtudioſe.* Porphyrio conjungit *ſtudio pravus*, pro pravo ſtudio. quod ego malo, quam lectionem illorum, qui ſcribunt, *pravè facis.* Fabrit. *Studiis pravis.*] Data opera.

80. *Hoc in me jacis?*] Hoc mihi objicis. *Eſt autor quis.*] Denique quis eorum eſt author, id eſt, delator, cum quibus vixi? nullus.

81. *Cum quibus.*] Ut ſi non natura, at ſaltem conſuetudine pravus evaſerim. *Torr. Hic abſentem rodit amicum.*] Horatius oſtendit qui ſint fugiendi tanquam homines pernitioſi.

82. *Solutos riſus.*] Immoderatos riſus.

83. *Dicacis.*] Dicax ſignificat jocoſum cum mordacitate. Angl. *a ſcoffing jeſter.*

84. *Fingere qui non viſa poteſt.*] Qui poteſt fingere ſe vidiſſe, quæ non vidit. *Commiſſa tacere.*] Arcana.

85. *Hic niger eſt.*] Non ad Pythagoræ ſymbolum μὴ γεύεσθαι μελανούρων, reſpexit Horatius; ſed Romano more locutus eſt, uti & Catullus:

Nil nimium ſtudeo Cæſar tibi velle placere,
Nec ſcire utrum ſis ater, an albus homo.

Illa verò Pythagoræ ſententia huic loco magis convenit, colorem candidum ad naturam boni ſpectare, atrum ad malum. *Torrent. Hic niger eſt.*] Hic eſt perniciosſus & infelix.

86. *Lectis videas cœnare.*] Lectis diſcubitoriis. *Quaternos.*] Notandum triclinium, quod ipſum verbi etymon oſtendit, tres ferè habuiſſe *lectos*; quos ad cubicularium differentiam, *diſcubitorios* appellabant. in ſingulis verò lectis totidem culcitis accubuiſſe convivas tres. Et medio quidem plerumque is, qui ceteris omnibus honoratior erat, ſolus accumbebat: unde dici ſolet ſeptem facere convivium. Pluribus tamen vel invitatis, vel ſponte advenientibus, pro convivatoris arbitrio, quaterni, quo ipſe vellet lecto, collocari poterant; & quod ſordidiſſimum habebatur, ſtipari etiam quini aut plures. Horatius itaque vel in frequentiſſimo convivio, quo quaterni accumbant, exiſtere ſæpè aliquem ait, qui dictis ſuis omnes vellicet, nec ideò tamen pravus aut improbus habeatur, ſed laudetur potiùs: quo magis mirandum ſit, ne leviſſimum quidem in ſe riſum ferri. *Torrent. Quaternos.*] Duodecim convivas in uno triclinio.

87. *Quavis aſpergere cunctos, Præter eum qui præbet aquam.*] Sic libri omnes, in quos umquam incidi. Muretus tamen legit; *Quavis aſperge cunctos Præ-*

ter

Præter eum, qui præbet aquam; poſt hunc quoque potus,
Condita cum verax aperit præcordia Liber.
Hic tibi comis, & urbanus, liberque videtur
Infeſto nigris. ego, ſi riſi, quod ineptus
Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum;
Lividus, & mordax videor tibi? mentio ſi qua
De Capitolini furtis injecta Petilli
Te coram fuerit; defendas, ut tuus eſt mos.

Me

ter eum qui præbet, aqua. Μεταφορικῶς *quavis aqua aſpergere* pro undecunque petito riſu laceſſere; ut lib. I. Od. VII.

Undique decerptam fronti præponere olivam.

Ego verò nihil mutandum cenſeo. nam *aſpergere* abſolutè pro ſalſis dictis carpere, vocabulum elegans eſt. Itaque liberè à Turnebo lib. II. cap. II. in loci hujus enarratione diſſentio, cur enim per συνεκδοχὴν non dicatur *præbere aquam* qui convivium præbet? nam nullum apud veteres ſine aqua convivium, non dico aqua manus abluerent, vel corpus etiam in balneo, ſed quæ bibentibus miniſtrabatur, nunc calida, nunc frida, ut docuimus lib. III. Od. XIX. Et ſumma in hoc ipſo facetia eſt, quòd deriſor ſalis guttulam ipſi etiam præbitori aſperſerit; ut Naſidieno contigit; de quo lib. II. Sat. ultima. Alii dicunt *aqua aſpergere* proverbialem eſſe vocem, pro jacere & effundere in aliquem convitium. Eum ergo aqua aſpergere, qui bibendi eſt arbiter, magna contumelia eſt, quia pro honore contemptus, pro beneficio infertur injuria. Aqua is aſpergit maximè, qui mordax & conviciator eſt, qualem hic convivam deſcribit Poëta. *Fabrit.* *Quavis aſpergere cunctos, Præter eum qui præbet aquam.*] Quavis ratione cunctos dicteriis & ſalibus aſpergere.

88. *Præter eum qui præbet.*] Præter convivii magiſtrum. *Præter eum, qui præbet aquam.*] Qui præbet aquam qua lavarent convivæ. *Poſt, hunc quoque potus.*] Convivatorem etiam maledictis inſectatur cum potus eſt.

89. *Verax aperit præcordia.*] Bacchus veritatem dicere cogit. *Liber.*] Bacchus, pro vino.

90. *Hic tibi comis.*] Hic, quem proxime deſcripſi. *Hic tibi comis, &c.*] Videtur comis tibi, qui inimicus es malis.

92. *Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius.*] Vide hunc verſum ſupra, Satyra ſecunda.

93. *Lividus.*] Malignus. *Si qua.*] Si quo caſu, ſi qua occaſione. *Fabrit.*

94. *Capitolini.*] *Capitolinus* Petilliorum cognomen fuit, uti Manliorum, Quinctiorum, Seſtiorum, Scantiniorum, Meliorum, & Tarpejorum. Errat ergo antiquus commentator, qui Petillium hunc à corona Jovi Capitolino ſurrepta cognominatum tradit. Ego de peculatu vel de repetundis accuſatum, aut gratia aut ſordibus abſolutum, fuiſſe crediderim. *Torrent.* *Petilli.*] Petillius cum coronam è Capitolio ſurripuiſſet, judicio abſolutus eſt.

95. *Defendas.*] Tu, inquit, qui me invidum & mordacem notas; vide an ne, dum te amicum ſimulas, multò improbius pecces, verborum blanditiis venenum aſpirans, & quanto occultior, tanto gravior inimicus. Rectè etiam Ennius: *Eo ingenio natus ſum, amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero.* Torrent.

96. *Me*

Me Capitolinus convictore uſus amicoque,
A puero eſt: cauſaque mea permulta rogatus
Fecit, & incolumis lætor, quod vivit in urbe.
Sed tamen admiror, quo pacto judicium illud
Fugerit. hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt
Ærugo mera. quod vitium procul abfore chartis:
Atque animo prius, ut ſiquid promittere de me
Poſſum aliud; verè promitto. liberius ſi
Dixero quid, ſi forte jocoſius, hoc mihi juris
Cum venia dabis. inſuevit pater optimus hoc me;

Ut

96. *Me Capitolinus.*] Defendas his mens verbis; Me Capit. &c. *Convictore uſus, amicoque.*] Conviva & familiari.

99. *Judicium illud.*] Quod non ſit miſſus in exilium propter furtum.

100. *Hic nigra ſuccus loliginis.*] Exprimere conatur quovis nigro nigriorem eſſe, qui amicum tam latenter & inſidioſe lædat. *Loligo* autem, aut *lolligo* quaſi *voligo*, ſi Varroni credimus, quòd ex aqua ſubvolet, Græce τευθὶς dicta, ex eorum piſcium genere eſt, qui ſanguinis expertes, molles appellantur. quales etiam ſepia & polypus. Et hi quidem, ut ab Ariſtotele lib. IIII. De partibus, & lib. V. de Hiſtoria animalium traditur, viſcera non habent, ſed humorem quemdam, μύτιν alii, ipſe θόλον appellat; nos, præſertim in ſepia atramentum dicimus. *Torrent.* *Hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt.*] Hujuſmodi oratio occulti odii eſt pleniſſima. ducta eſt Metaph. ab atramento piſcis loliginis, quæ alba eſt externe, intus autem nigra.

101. *Ærugo mera.*] Vitium hoc æruginem vocat, quòd amicitiæ ac vitæ hominum non minus quam illa æri, aut ferrugo ferro perniciem adferat. *Æruginem* verò hic pro atramento ſutorio accipere, quod χάλκανθον vocant Græci, ridiculum eſt. Vide Turneb. l. 30. c. 30. *Torrent.* *Ærugo mera.*] Virus & peſtis amicitiæ. *Quod vitium procul abfore.*] Vitium maledicentiæ ſimulata amicitia tectæ. *Abfore.*] Non male Lamb. *afore*; nam nos quoque in tribus optimis codicibus *affore* ſcriptum reperimus, pro *afore*, ut ſæpe in Pandectis Florentinis *afuit* pro *abfuit*. Torr. *Abfore chartis.*] A ſcriptis & animo meo.

103. *Liberius ſi quid.*] Precatur veniam ſuæ libertati, ea lege, ut ſi quid urbanius, ſi jocoſius & minus amarulentum dixerit, nemo gravius offendatur. *Cruquius.*

105. *Inſuevit pater optimus hoc me Ut fugerem.*] Sic ſummo librorum omnium conſenſu legitur. non recte Lamb. locum hunc mutare auſus eſt, ac legere: *Inſtruit pater optimus hoc me.* ſed male, ni fallor. Neque enim à natura ſibi aut parentibus inſitam hanc iſtiuſmodi vitiorum fugam ait Horatius, ſed ita ſe aſſuefactum monitione paterna, ut propoſitis exemplis, quæ aliis male ceſſiſſe intelligeret, ea & ipſe quantum poſſet effugeret. Atque adeò doctrinæ magis, quæ vim inſitam promovet, quam naturæ aut indoli ſuæ id beneficium ſe debere fatetur. ut, Lib. III. Sat. II.

— *Uterve*
Ad caſus dubios fidet ſibi rectiùs, hic qui
Pluribus aſſuerit mentem.

Cur igitur verbum *inſuevit* non eodem modo hîc accipiatur? Atque ita Græci quoque verbo ἐθίζεσθαι uſi ſunt. Sic *in-*

ſuevit

Ut fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.
Quum me hortaretur, parce, frugaliter, atque
Viverem uti contentus eo, quod mî ipſe paraſſet;
Nonne vides, Albî ut male vivat filius? utque
Barrus inops? magnum documentum, ne patriam rem
Perdere quis velit. à turpi meretricis amore
Quum deterreret, Sectani diſſimilis ſis.
Ne ſequerer mœchas, conceſſa quum Venere uti
Poſſem: Deprenſi non bella eſt fama Treboni
Ajebat. ſapiens, vitatu quidque petitu
Sit melius, cauſas reddet tibi: mî ſatis eſt, ſi
Traditum ab antiquis morem ſervare, tuamque,
Dum cuſtodis eges, vitam famamque tueri
Incolumem poſſim. ſimul ac duraverit ætas
Mem-

ſuevit me hoc ut fugerem, nempe per Synchyſin, ut vocant Grammatici, more Poetæ noſtro admodum familiari. Vide Turneb. lib. 30. cap. 19. *Torrent.* *Pater optimus hoc me.*] Pater meus inſerebat hæc bona in me, vel pater meus inſueſcendo docuit me hoc.

106. *Ut fugerem exemplis vitiorum.*] Ut quæque vitiorum fugerem, ea vitia notando exemplis. *Exemplis vitiorum.*] Optima ac ſimpliciſſima inſtituendi juventutem ratio, qua Demea quoque ille Terentianus ſuum ſe finxiſſe filium narrat:

Nil prætermitto: conſuefacio: denique
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas omnium
Jubet, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi, &c. Torrent.

107. *Quum me hortaretur.*] Hortaretur ad frugalitatem ab incommodo & malo prodigalitatis, qua miſere afflictari demonſtrat Albii filium: quod urbane facit quidem, ſed non ſine nota Satyrica. *Cruquius.*

109. *Ut malè vivat.*] Quomodo in penuria vivat?

110. *Barrus.*] Libri optimi tres *Varus*, unus *Barus.* Turneb. lib. 14. cap. 20. *Torrentius.* *Magnum documentum.*] Qui eſt documento. *Patriam rem.*] Rem familiarem à majoribus relictam.

112. *Sectani.*] Hunc quoque & plures & meliores libri *Scetanum* vocant, unus *Scutanum.* Torrent. *Sectani diſſimilis ſit.*] Sectanus erat turpis mœchus.

113. *Mœchas.*] Matronas.

114. *Treboni.*] Trebonius in adulterio fuit deprehenſus.

115. *Sapiens vitatu.*] Philoſophus (inquit Horatii pater) cauſas reddet. *Quidque petitu.*] Antiquiſſimi codd. *Quodque petitu*, & mox *reddat*, pro *reddet.* Torrent.

116. *Cauſas.*] Rationes.

117. *Traditum ab antiquis morem.*] Traditam à veteribus conſuetudinem ſervare.

118. *Cuſtodis eges.*] Pædagogi.

119. *Simul ac duraverit.*] Poſteaquam ætas corroboraverit membra. *Duraverit.*] Sic Virg.

—— *Natos ad flumina primum*
Deferimus, ſævoque gelu duramus & undis. Torrent.

120. Na-

Membra animumque tuum, nabis ſine cortice. ſic me
Formabat puerum dictis: & ſive jubebat
Ut facerem quid, Habes auctorem, quo facias hoc:
Unum ex judicibus ſelectis objiciebat.
Sive vetabat, An hoc inhoneſtum, & inutile factu
Necne ſit addubites? flagret rumore malo quum
Hic, atque ille? avidos vicinum funus ut ægros
Exanimat, mortiſque metu ſibi parcere cogit;
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitiis. ex hoc ego ſanus ab illis,
Perniciem quæcunque ferunt: mediocribus, & queis
Ignoſcas, vitiis teneor. fortaſſis & iſthinc
Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus,

Con-

120. *Nabis ſine cortice.*] Alienis præceptis non egebis, Metaph. ducta à pueris qui corticis ope natare diſcunt.

121. *Formabat puerum dictis.*] Sic me pater erudiebat. *Sive jubebat.*] Quod legibus in politia proprium eſt, hoc parentum munus privatum eſt, nimirum jubere quod honeſtum & laudabile eſt; vetare, quod cum decoro pugnat, permittere quæ tranquillitatem non perturbant, punire ſcelus & impietatem. *Cruquius.*

122. *Habes autorem.*] Sunt verba patris ſui.

123. *Unum ex judicibus ſelectis.*] Unum ex equeſtri ordine, unde judices eligebantur. *Judicibus ſelectis.*] Nemo mediocriter eruditus ignoret plures fuiſſe Romæ judicum decurias. E quibus hi, quos Prætor urbanus in eum quo magiſtratum geſturus erat annum juratus conſcripſerat, *ſelecti* vocabantur; Græcè ἔκκριτοι, ϗ ἀπόλεκτοι, ut Budæus. Et quia ſumma apud populum incorruptorum judicum laus, ideò rectè Horatius eorum maximè exemplis ſeſe monitum narrat, quorum auctoritatem defugeret nemo. *Objiciebat.*] Ante oculos ponebat.

124. *An hoc inhoneſtum.*] Dicebat pater, An hoc, &c. *Inutile factu.*] *Factum* anteà ediderat Lamb & ſic habent libb. manuſſ. omnes, nec ſcio cur poſteà mutaverit. *Torrent.*

125. *Flagret rumore malo quum.*] Quum laboret publica infamia hic atque ille?

126. *Avidos vicinum.*] Adeo intemperantes, ut quoſvis cibos ſine diſcrimine vorent.

127. *Examinat, mortiſque.*] Quemadmodum mors vicini terret ægros avidos: Sic, &c.

129. *Ex hoc ego.*] Ex hoc patre ejuſque præceptis.

130. *Perniciem.*] Infamiam, quæ generoſis animis & magnis eſt ipſa morte formidabilior. *Cruquius.*

131. *Vitiis teneor.*] Obnoxius ſum fortaſſe vitiis parvis & quibus ignoſcere debes. *Iſtinc.*] Ab his vitiis mediocribus.

132. *Longa ætas.*] Placida enim & tranquilla ſenectus eſt, juventus acrior concitatiorque; atque ob ſanguinis fervorem pæne furioſa ac rabida in appetendo. Unde in juvenibus audacia, in ſenibus ratio viget, atque intellectus. qua de re plura lib. III. Od. XIIII.

Non ego hoc ferrem calidus juventa.

Liber

Conſilium proprium. neque enim, cum lectulus, aut me
Porticus excepit, deſum mihi. rectius hoc eſt:
Hoc faciens vivam melius: ſic dulcis amicis
Occuram. hoc quidam non belle. numquid ego illi
Imprudens olim faciam ſimile? hæc ego mecum
Compreſſis agito labris. ubi quid datur oti,
Illudo chartis. hoc eſt mediocribus illis
Ex vitiis unum: cui ſi concedere nolis,
Multa Poëtarum veniat manus, auxilio quæ
Sit

Liber amicus.] Res quò rarior, eò pretioſior, optabiliorque; neque enim duci vita ſine amicitiâ poteſt, neque amicitia appellanda, cui libertas deſit. Itaque inimicum acrem ac fervidum habere ſit ſatius, quàm amicum in admonendo remiſſum ac ſegnem. Verſus eſt perelegans Euripidis in Alceſtide:

Φίλον σοφὸς ἄνδρα χρὴ λέγειν ἐλευθέρως.

Id eſt:

Cui ſis amicus liberè admonendus eſt.

Torrent. *Liber amicus.*] Amicus libere vitia noſtra etiam occultiſſima exagitat.

133. *Conſilium proprium.*] Quod à recta ratione ſumendum eſt, ut nihil inconſultò aggrediamur, nihil præcipitanter ac temere. Quin & in conſulendo is ordo tenendus eſt, ut à ſe quiſque incipiat, ſe interroget, ſe conſulat, priuſquam amicos in conſilium vocet. *Torrent. Conſilium proprium.*] Conſilium, quod quiſque ſuapte ſponte capit. *Neque enim cum lectulus.*] Oſtendit quomodo ac quando ſecum ipſe loquens conſilium capiat. Quo reſpexiſſe crediderim etiam Virgilium, ſeu quemcumque alium carminis De viro bono auctorem,

Nec priùs in dulcem declinat lumina ſomnum,
Omnia quam longa reputaverit acta diei.

Egregiè Seneca lib. III. de Ira: *Animus*, inquit, *quotidie ad rationem reddendam vocandus eſt. Faciebat hoc Sextius, ut conſummato die, cùm ſe ad nocturnam quietem recepiſſet, interrogaret animum ſuum: Quod hodie malum tuum ſanaſti? cui vitio obſtitiſti? qua parte melior es?* Sic ille. *Torrent. Lectulus aut me.*] Quum in lectulo jaceo, vel in porticu deambulo.

134. *Deſum mihi.*] Is autem non deeſſe ſibi dicitur qui ſecum, quid ſui ſit officii, quid mature facto opus ſit cogitat. *Cruquius. Deſum mihi.*] Negligo quod mei eſt officii. *Rectius hoc eſt.*] Hæc tacitus mecum loquor.

135. *Sic dulcis amicis.*] Sic, id eſt, ſi illud faciam, &c.

136. *Hoc quidam non belle.*] Hoc quidam non fecit belle. *Numquid.*] Plures codd. *Num quid* disjunctim Canterus lect. lib. 4. cap. 12. *Torrent.*

137. *Imprudens olim.*] Faciam inſciens? Dii prohibeant.

138. *Compreſſis agito.*] Hæc tacitus mecum agito.

139. *Illudo chartis.*] Pro ita chartis mando, tanquam luſurus operam, & perditurus laborem, quia Satyras ſcribo & meo ingenio indulgeo. quod ſi vitioſum eſt, id etiam agnoſco, & mihi ignoſci cupio. *Fabrit. Illudo chartis.*] Mando literis & ludibundus Satyras ſcribo.

140. *Concedere nolis.*] Ignoſcere.

141. *Multa poëtarum, &c.*] Turneb. lib. 2. cap. 2. Gul. Canterus, Nov. lect. lib. 4. cap. 12. *Multa poëtarum veniat manus,*

Sit mihi: (nam multo plures ſumus) ac veluti te
Judæi, cogemus in hanc concedere turbam.

manus, auxilio quæ.] Innumera Poëtarum multitudo venire debet nobis auxilio.

142. *Multo plures ſumus.*] Sumus valde multi.

143. *Judæi cogemus in hanc concedere.*] Judæi ſub imperio Octaviani, Romæ cogebant multos in ſuam religionem tranſire. *In hanc turbam.*] In hanc Poëtarum multitudinem.

SATYRA V.

Iter ſuum ab urbe Roma Brunduſium uſque deſcribit, exemplo Lucilii, qui itidem quoddam iter ſuum deſcripſerat. Narrat autem quæ riſu digna in eo contigerant. inter quæ primum locum obtinet duorum ſcurrarum Sarmenti & Meſſii faceta contentio.

EGRESSUM *magna, me excepit Aricia, Roma,*
Hoſpitio modico: rhetor comes Heliodorus,
Græcorum longe doctiſſimus: inde forum Appî,
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.
Hoc iter ignavi diviſimus; altius ac nos
Præ-

1. EXcepit.] Lamb. *accepit*: atque ita in noſtris quoque libris ſcribitur: ſicut lib. II. Serm. VI.

—— Paupere ſertur
Accepiſſe cavo.

De verbo *excipere* aliquid lib. III. Od. XII. de *Aricia* autem nobiliſſimo municipio multa Cicero Phil. III. Scribitur & *Aricia* & *Aritia*: ſed illud malim, unde *Aricinus*. Torrent. *Aricia Roma.*] Aricia, parva civitas in via Appia, diſtans ab urbe Roma, ſtadia 160.

2. *Hoſpitio modico.*] Jucunda antitheſis, per comparationem Ariciæ, modici hoſpitii, ad Romam magnam. Aricia namque Romæ collata, fuit admodum exigua. *Cruquius. Comes Heliodorus.*] Facundus comes in via pro vehiculo eſt.

3. *Græcorum longe.*] Quinque exemplaria habent *Græcorum linguæ.* Et ſane Rhetori linguæ cognitio convenit; quod Turnebus quoque lib. 1. cap. 29. annotavit, ſumma doctrina non item, ut Philoſopho. *Torrent. Inde forum.*] Inde venimus ad mercatum Appii oppidi.

4. *Differtum nautis.*] Nautis refertum & plenum. *Malignis.*] Epithetum non minus nautis quam cauponibus aptum, cum quibus, ob aſperitatem, avaritiam, perfidiam, difficillime vivitur. Proprie enim dicitur *malignus* qui difficultatem ſui præbet; ut beſte Donatus. Atque adeo *malignum ſpernere vulgus* cum ait Horatius lib. II. Od. XVI. id in omni fere plebe eſſe oſtendit, quod in nautis, cauponibus, ſtabulariis præcipue conſpicitur. Virg. elegantiſſima tralatione uſus eſt, cum ait:

Difficiles primum terra collesque maligni. Torrent.

Malignis.] Caupones res quas vendunt, maligna menſura metiri conſueverunt.

5. *Hoc iter.*] Roma ad Forum Appii M.P. II. ut Antoninus ſupputat, quod expedito viatori uno die conficere difficile non ſit: ignavi tanto libentius dividebant, quod Appia eo uſque minime gravis eſſet, hoſpitiorum commoditatibus celebrata. *Torrentius. Altius ac nos Præcinctis.*] Altè cinctum antiqui vocabant ſtrenuum, fortem, minimè mollem; credo quod genus illud cinctura,

Præcinctis, unum. minus eſt gravis Appia tardis.
Heic ego, propter aquam, quod erat deterrima, ventri
Indico bellum; cœnantes haud animo æquo
Exſpectans comites. jam nox inducere terris
Umbras & cælo diffundere ſigna parabat.
Tum pueri nautis, pueris convicia nautæ
Ingerere: Huc appelle. trecentos inſeris: obe
Jam ſatis eſt. dum æs exigitur, dum mula ligatur,
Tota abit hora. mali culices, ranæque paluſtres
Avertunt ſomnos. abſentem cantat amicam
Multa prolutus vappa nauta, atque viator
Certatim. tandem feſſus dormire viator

Inci-

ctura, hominum non eſſet delicatorum. vide Turneb. lib. 15. cap. 23. *Diviſimus, altius ac nos.*] Biduo confecimus. *Altius ac nos Præcinctis unum.*] Id eſt, fortioribus & expeditioribus. Idem alibi,

—— *puer alte cinctus acernam, &c.*

Id eſt, agilis atque expeditus. Contrà *diſcincti* pro imbecillibus & effæminatis.

6. *Præcinctis, &c.*] Expeditis viatoribus. *Unum.*] Unius diei iter. *Gravis Appia tardis.*] Eſt via Appia minus laborioſa tarde ambulantibus, propter diverſoriorum frequentiam.

7. *Propter aquam.*] Atqui vinum bibere poterat, cùm alibi de ſe dicat;

Ad mare cùm veni, generoſum & lene requiro.

An ergo & vina ejus loci Horatio diſplicebant? ut in Epiſtola ad Vahalam:

—— *Nam vina nihil moror illius oræ.*

An potius ob lippitudinem, atque oculorum dolorem, tunc ſolito graviorem, ut pila, ſic vino etiam abſtinebat; Vide Hieron. Magii Miſcell. lib. 1. c. 21. *Torrent. Propter aquam.*] Propter aquam paluſtrem & fœtidam.

8. *Ventri Indico bellum.*] Non cœno, *Haud animo æquo.*] Gravate.

9. *Jam nox inducere.*] Jam nox appropinquabat.

10. *Cælo diffundere ſigna.*] Undequaque exhibere mortalibus ſigna cœleſtia, ſtellas & ſidera, præſagium ſerenitatis nocturnæ. *Cruquius. Diffundere ſigna parabat.*] Sydera & ſtellas ſpargere.

11. *Tum pueri.*] Pueri dixit, ad imitationem Græcorum, quibus παῖδες ſunt, quorum opera utimur, ſive in itinere faciendo, ſive in aliis rebus. *Cruquius. Tum pueri nautis.*] Tum ſervi, *Convicia.*] Proprie de ſervorum nautarumque inter ſe jurgiis hoc vocabulo utitur. nam ut Ulpianus ait l. xv. de Injuriis; *Cum in unum plures voces conferuntur, propriè convicium appellatur, quaſi convocium, in cœtu ſcilicet cum vociferatione dictum.* Torrent.

12. *Ingerere.*] Ingerebant. *Huc appelle.*] Vide Pet. Victorii Var. lect. lib. 13. cap. 3. *Huc appelle.*] Huc navem applica. Verba ſunt ſervorum à dominis præmiſſorum. *Trecentos inſeris.*] Nimis multos in navim imponis.

13. *Dum æs exigitur.*] Dum naulum à nautis petitur. *Mula ligatur.*] Mula quæ navim è ripa contra aquam traheret.

14. *Mali culices, &c.*] Moleſti culices.

15. *Avertunt ſomnos.*] Depellunt ſomnos.

16. *Prolutus vappa.*] Plenus vino malo,

Incipit; ac miſſa paſtum retinacula mulæ
Nauta piger ſaxo religat, ſtertitque ſupinus.
Jamque dies aderat; cum nil procedere lintrem
Sentimus: donec cerebroſus proſilit unus,
Ac mulæ nautæque caput, lumboſque, ſaligno
Fuſte dolat. quarta vix demum exponimur hora.
Ora, manuſque tua lavimus Feronia lympha.

Millia

lo, vide ſupra Sat. I. *Viator.*] Viator qui mulam moderabatur.

17. *Certatim.*] Contentioſe, utet præcelleret in amicæ laudibus decantandis.

18. *Retinacula mulæ.*] Funes, quibus mula trahebat navim.

19. *Saxo religat.*] De hoc verbo lib. I. Od. XXXII.

—— *Religarat udo*
Littore navim.

Sententia autem eſt, nautam, ut dormire viatorum turbam animadverterat, miſſa paſtum mula, ſed à ſaxo ne aberraret, alligata, ipſum quoque ad ſomnum ſe compoſuiſſe, ſecurum quo tempore appelleret. *Torrentius. Saxo religat, ſtertitque.*] Ne navis per paludes vagaretur.

21. *Cerebroſus.*] *Cerebroſi* propriè quibus facile cerebrum commoveatur, vel ob iram, vel ob inſaniam. Nec otioſe *ſaligno fuſte* dicit, ex ripa pro loci opportunitate arrepto; ut ripæ fere ſalicibus conſitæ, locis præſertim paludoſis. *Torrent. Cerebroſus.*] Temere iraſcens & iracundiam celeriter deponens. Angl. *braine ſicke.*

23. *Dolat.*] Verberat. *Quarta vix demum.*] Conqueritur, ſibi negligentia nautæ tertiam diei partem præteriiſſe. *Cruquius. Exponimur hora.*] Exponimur à nave, id eſt, transfretamur.

24. *Lavimus.*] Poſſit id quidem ad manuum lotionem referri, antequam pranſuri ex itinere accumberent, ut velle videtur interpres; ego tamen religionis potiùs cauſſa factum exiſtimo. Nam fontes omnes, ut ſacros venerabantur, & purificationis cauſſa abluebantur: qua de re aliquid lib. II. Sat. II.

Lautis manè ſenex manibus.

Et Servius in illud Virgilii:

—— *Donec me flumine vivo*
Abluero. ——

Vide Turneb. lib. I. cap. 29. *Feronia.*] *Feronia*, de qua hîc Horatius, & deæ ſive Nymphæ, & fani, & fontis, & juxtà fontem luci nomen eſt, tribus P.M. diſtans à Tarracina; loci propinquitatem oſtendit Tacitus lib. IIII. Hiſt. his verbis: *L. Vitellius, poſitis apud Feroniam caſtris, excidio Tarracinæ imminebat*, & ipſe Virg. extremo lib. VI.

—— *Queis Jupiter Anxurus arvis,*
Præſidet & viridi gaudens Feronia luco.

Eadem verò *Feronia* altero quoque celebri Italiæ loco colebatur, atque ibidem nomen etiam urbis erat; nempe in Sabinis, aut in Faliſcis, ut alii malunt. Supereſt ut quænam illa dea fuerit tanta religione culta, videamus. Et Virg. quidem cognationem aliquam inter hanc & Jovem Anxurum, ſive Anxurem mavis, conſtituere videtur. quam ob cauſſam, puto, Servius Junonem fuiſſe vult, & quidem virginem, ut & Jovem Anxuris nomine inſignem, imberbem adhuc, quaſi ἄνευ ξυροῦ, id eſt, *novaculæ expertem*, quo ſorori virgini magis arrideret. Feronia ergò nihil aliud quam terra eſt, aut certe terræ, vel, ut alii volunt, nemorum dea, à ferendis frugibus atque arboribus dicta *Feronia.* Unde Silius:

Dives ubi ante omnes colitur Feronia luco.

Hoc vero notandum quod Servius VIII. Æn. Li-

Millia tum pranſi tria repimus: atque ſubimus
Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur.
Huc venturus erat Mæcenas optimus, atque
Coccejus, miſſi magnis de rebus uterque
Legati, averſos ſoliti componere amicos.
Heic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere. interea Mæcenas advenit, atque
Coccejus, Capitoque ſimul Fonteius, ad unguem
Factus

Æn. Libertorum fuiſſe deam narrat, in cujus templo raſo capite pileum accipiebant. Unde Plaut. Amphyt. *Quod utinam ille faxit Jupiter, ut ego hodie raſo capite calvus capiam pileum.* Torrent. *Feronia lympha.*] Apoſtrophe eſt ad Feroniam deam, ex cujus ſacro fonte ſumpta aqua, manus & ora abluebant prandium ſumpturi.

25. *Repimus.*] Habent codices Blandin. Buſl. Mart. reliqui, *repſimus.* vide Turneb. lib. 1. cap. 29. *Repimus, atque ſubimus.*] Lente ambulamus propter loci acclivitatem & ſtomachi repletionem.

26. *Anxur.*] Pomponius Sabinus Volſcorum lingua *Jovem* vocari *Anxurem* tradit, à quo & oppido nomen, quod antè ab aſperitate *Trachina* dicebatur, nunc corrupte *Tarracina*; hoc eſt ergo quod *ſaxis latè candentibus impoſitum* ait Horatius; *ſaxis* ob aſperitatem, *latè candentibus* ob ſitus altitudinem. ſicut & Mart. lib. v. Epigr. 1.

Sive ſalutiferis candidus Anxur aquis.

Et fortaſſis *Axur* ſcribendum pro ipſo etiam oppidi nomine, ut & *Axurus* apud Virg. ab α privativo & ξυρὸς, quod ſanè malim. *Terracina* quoque non *Tarracina*, in vetuſtis fere codicibus reperi, ut & *Terracena* in veteri marmore. *Torrent. Anxur.*] Anxur, Volſcorum oppidum, prominens in mare.

27. *Mæcenas optimus, atque.*] Vetuſtiores libri ſic diſtinguunt, *Mæcenas, optimus atque Cocceius.* Fuit autem *Cocceius Nerva* Juriſconſultus, Auguſto cariſſimus. Hunc ad componenda Cæſaris & Antonii diſſidia miſſum ait Horat. *Torrent.*

28. *Atque Cocceius.*] Juriſconſultus, quem M. Antonius miſerat ad Auguſtum.

29. *Averſos ſoliti componere amicos.*] *Adverſos* habent tres libb. MSS. quod mihi ſanè magis placet, & cum verbo *componere* magis convenit. *Torrent. Averſos ſoliti componere amicos.*] Amicos diſſidentes placare.

30. *Collyria lippus, &c.*] Κολλύριον, aut κολλύριον, ἀπὸ τοῦ κωλύειν τὸν ῥοῦν, hoc eſt, à *prohibenda fluxione*, deducunt ii, qui oculorum medicamentum eſſe volunt. Sed verior opinio eſt, ἀπὸ τοῦ κολλᾶν dici, à conglutinando, aut condenſando, cùm non certi alicujus morbi medicamentum ſit, ſed à forma qua compactum eſt appellatum, oblongum ac rotundum, variis uſibus ſerviens, quod pro cujuſque neceſſitate commode circumferri poſſit; ut ab agyrtis atque imperitis medicis fieri cernimus, qui uno collyrio omnium ſe mederi morbis profitentur. *Nigra* autem vocat Horatius, ut ingrata omnia atque inviſa. *Torrent. Collyria.*] Oculorum medicamenta.

31. *Illinere.*] Illinebam.

32. *Ad unguem.*] Eundem habet ſenſum, quem ad amuſſim, examuſſim, amuſſatim, pro eo quod eſt exquiſita diligentia. A marmorariis ſumpta metaphora, qui ſuperinducto ungui, commiſſuras explorant marmorum. *Eraſ-*

Factus homo; Antonî, non ut magis alter, amicus.
Fundos Aufidio Luſco prætore libenter
Linquimus, inſani ridentes præmia ſcribæ,
Prætextam, & latum clavum, prunæque batillum.
In Mamurrarum laſſi deinde urbe manemus;
Murena præbente domum, Capitone culinam.

Poſtera

mus. Ad unguem.] Homo abſolutus & perfectus.

33. *Antonî.*] Ita Antonii amicus, ut non alius magis.

34. *Fundos.*] Fundi oppidum decimo à Tarracina miliario abeſt. hinc vina Fundana optima, ſed ætatem non ferunt. *Cruquius. Fundos.*] Oppidum in via Appia dextrorſum. *Fundos Aufidio Luſco prætore.*] *Aufidios Fundanos* fuiſſe Suetonii in Cajo cap. XXIII. locus oſtendit. Cognomina *Lingo, Lurco, Oreſtes.* Honoribus tamen etiam Romæ functi ſunt. Horatius vero de *Aufidio* aliquo, qui in municipio hæſerat, ignobili quidem Romæ, ſed in patria prætore facto, loquitur. *Prætorem* autem cum dicit, ſummum, ni fallor, Fundis magiſtratum intelligit. A præeundo enim *prætor* dictus, qui vel juri dicundo, vel exercitui præerat. *Torr. Aufidio.*] Hic venuſte Aufidium ridet, qui cum Fundis, in oppido exiguo præturam gereret, inſana arrogantia faſtuque inaudito erat; & inſignibus magiſtratus, conſules Romanos ſuperabat, cum tamen Romæ tantum ſcriba eſſet, qui ordo vilis & vulgaris erat, patebatque hominibus libertinis. Itaque prætextam & latum clavum, ut prætor conſul Romanus gerebat, æquare ſtudens amplitudinem & dignitatem faſtigii Romani. Tum ignis ei præferebatur, quod ſuprà humanam propè conditionem erat, & divinum religioſumque habebatur. Turneb. lib. 1. cap. 29.

35. *Inſani ridentes præmia ſcribæ.*] Scribæ ſuperbientis ob præturam, in qua ſe geſſit inſolenter, dignitatis inſignibus ornatus in Fundis, parvo municipio, quaſi Romæ prætor fuiſſet.

36. *Prætextam, &c.*] Togam prætoriam. *Latum clavum, &c.*] Veſtem ſenatoriam latis clavis ornatam. *Prunaque batillum.*] Libri vetuſti ſex, *vatillum*, atque ita ſcribi debere antiquus commentator oſtendit. ait enim diminutivum eſſe à vas; in quo, pro felici hoſpitum adventu, incenſis odoribus, Jovi hoſpitali fiebant ſacra. Addit in menſarum quoque uſu fuiſſe, hieme præſertim, impoſitis prunis, ne frigeret cœna. Vide Turnebum Adverſ. lib. 1. c. XXIX. *Torrent. Prunaque batillum.*] Appellarunt *batillum* foculi geſtatilis & anſati genus, quod pruna plenum principibus viris præferebant ad odores incendendos: ſic locus hic de Fundano ſcriba accipiendus, qui immeritos honores ſibi arrogabat. *Caſaubon. Batillum.*] Foculum in quo ſub adventum hoſpitum vel convivarum ſuavis ſuffitus fiat.

37. *In mamurrarum.*] In Formiis, ubi natus eſt Mamurra eques Rom. nobiliſſimus. *Mamurrarum.*] *Formias* ſignificat. quod Lamiarum oppidum fuiſſe lib. III. Od. XVII. vidimus. *Mamurra* fabrorum Cæſaris præfectus, Formias nobilitavit. quem & noſter tamquam aliud agens perſtringit Horat. Nam cùm Lamiarum urbem dicere poſſet, Mamurras prætulit: è quibus unus ille plus nominis ac famæ ſibi ac patriæ, vitiis ſuis, quàm tota Lamiarum gens virtutibus comparavit. *Torr.*

38. *Murena.*] Hic eſt L. Licinius Varro Murena, Terentiæ Mæcenatis frater. de quo lib. III. Od. XIX. & hic itinere affini fortaſſis aderat, cum Fonteio partitus onus, ut ipſe tectum præberet, alter in cœnam ſumtus faceret, cùm ambo,

Poſtera lux oritur multo gratiſſima: namque
Plotius, & Varius Sinueſſæ, Virgiliuſque
Occurrunt: animæ, quales neque candidiores
Terra tulit: neque queis me ſit devinctior alter.
O, qui complexus, & gaudia quanta fuerunt!
NIL *ego contulerim jucundo ſanus amico.*
Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit, & parochi, quæ debent, ligna, ſalemque.
Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.

Luſum

ambo, ut veriſimile eſt, Formiis, aut certe in Formiano agro aliquid poſſiderent. *Torrent. Domum.*] Hoſpitium ſive tectum. *Culinam.*] Cœnam dante Capitone.

40. *Sinueſſæ.*] Sinueſſa eſt civitas ad Lirim fluvium, clara ob vini copiam.

41. *Animæ quales neque candidiores.*] Sic Epod. 5. *Nardo perunctum: quale non perfectius Meæ laborarunt manus.* Arbitror illud *quale*, valere cujuſmodi, cujus generis. Sic & illæ tales erant animæ ſeu homines, quales, id eſt, cujuſmodi nunquam terra candidiores his tulerat. Vide Turneb. lib. 2. c. 24. *Animæ, quales neque.*] Homines tales. *Candidiores.*] Innocentiores, integriores.

42. *Neque queis.*] Et quibus non ſit alter me devinctior.

44. *Sanus amico.*] Quamdiu ſana memoria ſum, ego nihil conferendum putabo cum dulci amico.

45. *Proxima Campano.*] Villula quæ proxima eſt, &c. *Tectum.*] Tecto nos recepit.

46. *Parochi.*] Livius lib. XLII. ante L. Poſtumium Conſulem negat Romanos magiſtratus, in itinere faciundo, ullis umquam ſociis aut provincialibus etiam moleſtos fuiſſe, mulis enim tabernaculiſque ac reliquo inſtrumento publice ornabantur. Interdum & pecunia dabatur magiſtratibus, quod & *vaſarium* appellabant. Quod vero huic loco ſufficiat, monſtrato iſtiuſmodi operum initio, *Parochos* proprie quidem vocari poſſe dicimus, præbitores omnes: πάροχοι enim idem Græcis eſt quod Latinis (noſtro præſertim Horatio) *præbere*: ſed uſu obtentum, ut qui peregrinis neceſſaria quædam porrigerent, eo nomine dicerentur. Tum magiſtratibus, legatiſque, ac nunciis populi Romani, quibus quacumque iter facerent, certis ad hoc conſtitutis locis, ubi alioqui commode diverti non poſſent, ut in iſta ad Campanum pontem villula, ea quibus uſus eſt publice præberentur. Unde dictæ etiam *parochiæ* loca ipſa quibus hoc præberi conſtitutum fuerat. Plura vide apud Torrentium, latius ea de re diſſerentem. Quod autem Nonius Marcellus *parochi* nomen à Græco tractum ait, quia vehicula præbeat, Græce ὀχήματα dicta, & eſſe officii genus quod adminiſtrantibus paret; ut homo eſt parum diligens, partim recte dicit, partim perperam, & præterea mendoſus eſt. nam pro *adminiſtrantibus* legendum eſſe *magiſtratibus* ipſa ratio docet. *Torr. Parochi quæ debent.*] Parochi præbuerunt ligna, &c. Parochorum erat munus, legatis publice miſſis, res neceſſarias ſuppeditare.

47. *Hinc muli.*] Significat ergo Horatius ſe quidem ac comites eo loci prandendi cauſſa manſitaſſe, ſed exiguo tempore, ita ut muli non antequam Capuam ventum eſſet clitellas ponerent. *Tempore* autem, id eſt, tempeſtive, eo perveniſſe, quòd parvum eſſet iter. Quòd ſi quis pernoctaſſe eos ad pontem

Luſum it Mæcenas: dormitum ego, Virgiliuſque:
Namque pila lippus inimicum, & ludere crudis.
Hinc nos Coccei recipit pleniſſima villa;
Quæ ſupereſt Claudî caupones. nunc mihi paucis
Sarmenti ſcurræ pugnam Meſſique Cicerri,
Muſa velim memores: & quo patre natus uterque
Contulerit liteis. Meſſi clarum genus Oſci,

Sar-

dicat, nolim, contentioſè cum illo agere. *Torr. Hinc muli Capuæ clitellas.*] Ab hac villula. *Tempore ponunt.*] Tempori, tempeſtive, ita ut Capuæ pernoctarent.

48. *Luſum it Mæcenas.*] Pila palmaria.

49. *Pila lippis inimicum & ludere crudis.*] De *crudis* nihil certius. ſomnus enim ac quies cruditatis optima præſidia, ut eleganter Celſus ait lib. I. c. II. Crudoſque humores concoqui, non irritari debere medici monent. Vide Magii Var. lect. ſeu Miſcell. lib. I. cap. II. Lippis verò nocere pilam vel inde manifeſtum eſt, quòd eo in ludo oculis potiſſimùm laborandum eſt, ut vincas, aut peritum te luſorem exhibeas. ſervanda enim momenta & in omnes partes circumagendum corpus. *Torr. Lippis inimicum, & ludere.*] Lippus erat Horatius, Virgilius κακοστόμαχος. *Crudis.*] Vehemens exercitatio cibaria male decoquentibus, plurimum nocet.

50. *Hinc nos.*] A villula Capuana. *Coccei recipit.*] Villa quam Coccejus condidit. *Pleniſſima villa.*] Villa copioſiſſima, quæ eſt ſupra cauponas Claudî, oppidi ab Appio Claudio conditi.

51. *Claudî cauponas.*] Sic quidem in omnibus M. S. niſi quòd in uno atque altero *Caudi* correctum repperi, ut in vulgatis ante Lamb. codicibus ferè legitur. Ceterùm cùm animadverterem antiquos quoque interpretes, quamvis non ita certum ſit *Claudî* ne an *Caudî* legerint, pro oppido tamen interpretari, atque adeo in veteri codice Jacobi Carondeletii adſcriptum eſſe; *Vel Caudî: oppidum illic ſic dictum, unde vallis Caudina, & furca Caudinæ*, dubitare cœpi, ac recurrens ad Geographos, *Caudium* inter Capuam & Beneventum repperi, ut eo ipſo tractu *Caudinos* populos apud Plinium. Quare nihil dubito quin & hoc loco *Caudî* legendum ſit, & apud Strabonem quoque lib. VI. reponendum *Caudium*; ubi iter Brundiſio Tarentum, inde Beneventum, & Benevento Romam deſcribit. *Torrent. Nunc mihi paucis.*] Facete in re ridicula Horatius invocat Muſas.

52. *Sarmenti ſcurræ.*] Hunc ipſum *Sarmentum ſcurram* ſua dum vixit ætate nobilem commemorat, ut equidem exiſtimo, Juven. Sat. V.

Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus iniquas
Cæſaris ad menſas, nec vilis Galba tuliſſet.

Et Quinct. lib. VI. c. IIII. *Sarmentum Junium, hominem nigrum, & macrum, & pandum, fibulam ferream dixit.* Torrent. *Sarmenti.*] Jucunda admodum commemoratio contentioſæ cujuſdam & ſcurrilis rixæ inter Sarmentum & Meſſium Cicerrum, ad ſublevandum cum itineris in via, tædium, tum lectionis moleſtiam. *Cruquius. Meſſique Cicerri.*] De *Meſſio Cicerro*, aut *Cicirro*, ut non uno in cod. legitur, qui & ipſe ſcurra ut opinor fuit, nihil occurrit. *Meſſei* Tribun. pl. & qui Legatus fuerit mentio in Epiſt. ad Atticum. *Torrent.*

53. *Et quo patre natus uterque.*] Quo genere natus.

54. *Contulerit lites.*] Litigarint. *Meſſi clarum genus Oſci.*] Oſci (populi Italiæ

turpiſſi-

Sarmenti domina exſtat: ab his majoribus orti
Ad pugnam venêre. prior Sarmentus, Equi te
Eſſe feri ſimilem dico. ridemus: & ipſe
Meſſius, Accipio: caput & movet. O, tua cornu
Ni foret exſecto frons, inquit; quid faceres, cum
Sic mutilus minitaris? at illi fœda cicatrix
Setoſam lævi frontem turpaverat oris.
Campanum in morbum, in faciem permulta jocatus,
Paſto-

turpiſſimi) erant clarum genus Meſſi; ſatis Ironice dictum. *Clarum genus Oſci.*] *Eiρωνεία* eſt, perinde ac ſi ab Oſcis nihil ſperari poſſet boni: Oſcos enim ante alios omnes ob linguam & mores olim deteſtabantur Romani. *Torrent.*

55. *Sarmenti domina extat.*] Atqui *Sarmentum* Cæſari in deliciis fuiſſe ex Plut. diſcimus. An ergo alterius mancipio abutebatur Cæſar? Cæſaris certe atque alterius dominæ communis eſſe libertus vix potuit. Itaque crediderim jam anteà manumiſſum à domina ad Cæſarem veniſſe. & alioqui piaculum non ſit duos *Sarmentos* fingere, quæ mea ſane opinio eſt: ut alter ſcurra ſub Cæſare fortaſſis Dictatore fuerit, alter verò, de quo Plutarchus; qui an & ipſe tandem ex Cæſaris deliciis ſcurra factus ſit, neſcio. hoc ſcio quòd talem non tetigiſſet Horatius. *Torr. Domina extat.*] Ergo Sarmentus ſervus erat, & adhuc vix liber. *Ab his majoribus orti.*] Ab obſcœnis & obſcuris parentibus orti.

56. *Prior Sarmentus.*] Sarmentus loquitur, Dico, &c.

57. *Equi feri ſimilem dico.*] Indomiti & grandis equi te ſimilem dico.

58. *Meßius, Accipio.*] Meſſius reſpondens, accipio (inquit) convitium quo me proſcindis. *Accipio.*] Accipio, inquit, datum; & caput movens, remiſſurum ſe minatur quod acceperat, ſumpta, ni fallor, à pilæ ludo metaphora. Jam verò *caput movere*, minantium ac mala meditantium geſtus eſt. At Sarmentus minitanti ictum, duplicat venuſtiſſimo ſcommate, negans ſe timere beſtiam cui cornu exſectum ſit. *Torrent. Caput & movet.*] Caput agitat quaſi minitans Sarmento. *O, tua cornu.*] Sarmentus Meſſium acerbius deridet.

59. *Execto frons, inquit.*] Cornu exectum apparebat ex inſigni cicatrice qua frons erat deformata. Notat fortaſſe veſtigium exectæ verrucæ.

60. *Sic mutilus minitaris?*] Quaſi bos mutilatus. *Illi fœda cicatrix.*] Cicerro.

61. *Setoſam.*] Impolitam & hirſutam frontem. *Lævi frontem.*] Ex ſiniſtra parte faciei.

62. *Campanum in morbum.*] Ego talem corporis morbum Meſſio exprobrari crediderim, qualis ille, qui Græce λειχὴν, Latine *impetigo* dicitur, aut ſi gravior exiſtit, *mentagra*, fœdo cutis furfure primùm mentum, deinde vultus totos ac colla pectuſque occupans. vide Plin. lib. xxvi. cap. 1. Ac fortaſſis Campani, ob cœli non optimam temperiem, & vitæ intemperantiam, ea lue magis quam ceteri Italiæ populi laborabant: unde & illi nomen inditum. Quod ſi quis ad animi morbum referri omnino malit, pro faſtu, arrogantia, ſupercilio ac faſtidio óptime interpretabimur. Hæc enim omnia M. Tullius in Rullum Campanis exprobrat, & Capuam ipſam domicilium ſuperbiæ & luxuriæ appellat. Atque hoc erat, quod equi feri ſimilem Meſſium initio certaminis Sarmentus dixerat. *Torrent. Campanum in morbum, in faciem.*] In magnas verrucas, quæ inſtar cornuum innaſcebantur

Udos cum foliis ramos urente camino.
Heic ego mendacem ſtultiſſimus uſque puellam
Ad mediam noctem exſpecto. ſomnus tamen aufert
Intentum Veneri. tum immundo ſomnia viſu
Nocturnam veſtem maculant, ventremque ſupinum.
Quattuor hinc rapimur viginti & millia, rhedis,
Manſuri oppidulo, quod verſu dicere non eſt:
Signis perfacile eſt. vænit viliſſima rerum
Heic aqua: ſed panis longe pulcerrimus, ultrà
Callidus ut ſoleat humeris portare viator:
Nam Canusî lapidoſus, aquæ non ditior urnæ:
Qui locus à forti Diomede eſt conditus olim.
Flentibus hinc Varius diſcedit mæſtus amicis.
Inde Rubos feſſi pervenimus: utpote longum

Car-

81. *Udos cum foliis.*] Ramos humidos vel virides.

82. *Mendacem.*] Puellam, quæ promiſſis non ſtetit.

83. *Somnus tamen aufert.*] Somnus me opprimit.

84. *Intentum Veneri.*] Animo & corpore. *Viſu.*] Viſione aliqua & ſpecie animo oblata.

85. *Nocturnam veſtem, &c.*] Seminis eruptione, quæ fit in ſomno.

86. *Hinc rapimur.*] A villa Trivici celeriter vehimur rhedis.

87. *Oppidulo.*] Equotutio. *Non eſt.*] Non licet, quia in verſu hexametro hæc dictio Equotutium ſtare non poteſt.

88. *Signis perfacile eſt.*] Per ſigna hoc oppidum deſcribere. *Vænit viliſſima.*] Aqua venditur.

90. *Callidus ut ſoleat.*] Viator providus. *Portare viator.*] Panem portare.

91. *Nam Canusî.*] Canuſii (oppidi Appuliæ) durus eſt panis. *Canusî.*] Κανύσιον vocant Græci: urbs olim, uti & *Argyrippa*, Italicarum, ſi Straboni & Stephano credimus, maxima, ambæ à Diomede conditæ. Memoratur etiam eadem Apuliæ parte Salapia; & ipſa à Diomede condita. *Non ditior urnæ.*] Tres libri *dulcior*, non *ditior*, male. Eandem enim aquæ penuriam Canuſii ſignificat, quæ & Equotutii ſit, ubi venumdatur. Non negaverim tamen id Canuſii ad aquæ bonæ ac ſalubris penuriam eſſe referendum; nam Canuſium in planitie collocat Strabo, & quidem ad Aufidum flumen Apuliæ maximum etiam Plinius. Aqua ergo deeſſe non poterat; mala & inſalubris eſſe poterat; bona, ſi qua erat, aliunde illata. *Torr.*

92. *Qui locus à forti.*] Non ditior, id eſt, haud multo magis abundans aqua, quam Equotutium.

93. *Hinc Varius.*] Sex exemplaria *hic* pro *hinc*, quod magis placet. & *Varus* pro *Varius* in nonnullis legitur, de quo ante diximus. *Torrent.* *Diſcedit mæſtus amicis.*] Deſcendit ad caſtra Cæſaris cum Mæcenate & Cocceio.

94. *Rubos.*] Virg. 1. Georg.
Nunc facilis Rubea texatur fiſcina virga.
Rubos Campaniæ oppidum eſſe volunt, ubi ingens viminum copia, texendis fiſcellis apta. Sed neque *Rubi* in Campania fuêre, ut ex Poëtæ noſtri itinere manifeſtum eſt, & alii *Rubeam virgam* à colore dici malunt, quo fiſcellæ magis commendabantur, ut elegantiores. Et

quia

Carpentes iter, & factum corruptius imbri.
Poſtera tempeſtas melior; via pejor, aduſque
Bari mœnia piſcoſi. dehinc Gnatia lymphis
Iratis exſtructa dedit riſuſque, jocoſque;
Dum flamma ſine, tura liqueſcere limine ſacro
Perſuadere cupit. credat Judæus apella,

Non.

quia *rubens* multi Latinum eſſe negant, pro *ruber*, aut *rubens*: relinquitur ut apud Virgilium *Rubia* ſcribendum eſſe exiſtimem. Rubi enim oppidum non procul Canuſio: unde incolæ *Rubii*, & *virgæ Rubiæ*, fiſcellis aptæ. *Torr. Rubos feſſi pervenimus.*] Oppidum Campaniæ. *Longum Carpentes iter.*] Longum Horatio viſum eſt, quia continuum ut arbitror. *Torr.*

95. *Corruptius imbri.*] Nobis moleſtius propter pluviam.

96. *Poſtera tempeſtas.*] Poſtera dies magis eſt ſerena. *Via pejor.*] Poſt pluviam.

97. *Bari mœnia piſcoſi.*] De hoc oppido Plin. lib. III. cap. XI. In Itinerario nunc *Baria*, vel *Varia*, nunc *Barium* ſcribitur. Hic verò meliores Codd. *Barri* habent. *Torrent. Bari mœnia piſcoſi.*] Barium eſt oppidum Apuliæ, quod à mari alluitur. *Gnatia Lymphis.*] Rideri à vaferrimo Poëta Gnatianos, tamquam furioſos, ſatis è ſequentibus apparet. Nam quemadmodum Vertumno irato natus dicitur, qui ſæpe verti ac mutari ſolet, ita iratis Lymphis naſci, is qui lymphaticus eſt & furioſus. Ideoque *iratis Lymphis*, non Nymphis eſt ſcriptum, ut ad ipſum πάθος alludat. *Heinſius. Gnatia Lymphis Iratis extructa.*] Eadem quæ *Egnatia* Straboni, Ptolomæo, Plinio, & aliis, ipſa quoque maritima, media inter Barium & Brundiſium, iratis Lymphis exſtructa, ob aquæ dulcis penuriam. *Lymphas* enim veterum more pro *Nymphis* dixit Horatius: unde & *Lymphati* Latinis, qui Græcis Νυμφόληπτοι, teſte Feſto. Pet. Nannii Miſcell. lib. 4. *Torrentius. Gnatia lymphis.*] Gnatia eſt oppidum Salentinum.

98. *Iratis, &c.*] Propter magnam in eo oppido dulcis aquæ penuriam.

99. *Flamma ſine.*] Sine igne. *Liqueſcere limine ſacro.*] Incendi & abſumi in primo templi aditu. *Limine ſacro.*] Nonnulli Codd. *lumine* ſcribunt pro *limine*, & mox *credet* pro *credat*. De hoc autem miraculo ſic Plinius lib. II. cap. CVII. *In Salentino oppido Egnatia, poſito ligno in ſaxum quoddam ibi ſacrum, protinus flammam exiſtere.* Sed & Virg. in Pharmaceutria tale quid eveniſſe inter proſpera ponit:

Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe: bonum ſit. Torrent.

100. *Cupit.*] Cum Gnatia cupit, id eſt populus Gnatiæ. *Credat Judæus Apella.*] Ætate Horatii Judæus quidam Romæ notus erat, nomine *Apellas*: Ἀπελλᾶς. quod idem eſt ac Ἀπελλῆς. Heinſius, cum aliquot aliis eruditioribus, credunt eſſe nomen Appellativum, & Judæum recutitum ea voce ſignificari, quaſi ſine pelle. Quod maximam prodit inſcitiam. Ὁ λειπόδερμος, Latine hujuſmodi compoſitione diceretur *impellis*, ut *inveſtis*, *imberbis*, *implumis*. An *Inpella* Latinum eſſet, aut *Inveſta*? præterea *a* privativa particula longa eſt, non brevis. Poſtremo in compoſitione non ponitur nuda, ſed *ab* pro ea dicitur; ut *abſimilis*, non *aſimilis*. Ita ergò dicendum forte *abpellis* non *apella*. Salmaſius. *Credat Judæus.*] Credat Judæus ſacrificium ſine igne abſumi.

Non ego. namque Deos didici ſecurum agere ævum:
Nec ſiquid miri faciat natura; Deos id
Triſteis ex alto cæli demittere tecto.
Brunduſium longæ finis chartæque viæque eſt.

abſumi. *Apella.*] Judæus recutitus & circumciſus.

101. *Didici.*] Didici ab Epicuro. *Securum agere ævum.*] Sine cura rerum humanarum.

103. *Triſteis ex alto cæli.*] Deos ſolicitos aut iratos. *Demittere tecto.*] Demittere in terras.

104. *Brunduſium longæ finis.*] Brunduſium finem fecit longi itineris & hujus ſermonis.

SATYRA VI.

Reprehendit vanum populi Rom. de nobilitate judicium, quòd eam ſtemmatum antiquitate non virtute metiretur, & nobilitate illa non præditos ad magiſtratus non libenter admitteret. Sibi non eadem ratione amicitiam Mæcenatis, qua tribunatum, poſſe quemquam invidere: quum hæc non fortunæ fuerit, ſed virtutis commendatione quæſita eſt. Tandemque ſuam conditionem longè meliorem, in vita privata oſtendit, quàm in magiſtratu eſſe poſſit.

NOn, quia, Mæcenas, Lydorum quidquid Etruſcos
Incoluit fineis: nemo generoſior eſt te:
Nec, quod avus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint:

Ut

1. NOn, *quia Mæcenas, Lydorum.*] O Mæcenas, non ideo ſuſpendis ignotos naſo adunco, quia generoſior eſt te nemo omnium Lydorum, qui Etruriam incoluerunt. *Lydorum.*] *Lydos* duce Tyrrheno, Herculis vel filio vel nepote, in Italiam veniſſe, bonam Etruriæ partem occupaſſe, ac frequentes eò colonias duxiſſe, omnibus notum eſt. Græci ſanè omnem illum Italiæ tractum, à Tiberi ad Macram amnem, Tyrrheniam; & mare omne, à Liguſtico ad Siciliam, Tyrrhenum appellarunt; & Etruſcos ipſos Tyrrhenos. Quin & Virg. initio lib. IX. cum ait,

Lydorumque manum, collectos armat agreſtes.

Tuſcos *Lydorum* nomine intelligit, cum etiam *Tybrim* eamdem ob cauſſam non minus *Lydium*, quam *Tuſcum* appellet lib. XI. Æneid.

— Ubi Lydius arva
Inter opima virûm leni fluit agmine Tibris.

Ab his porro Lydorum ducibus, quos *Reges* non uno loco Horat. & Propertius vocant, C. Cilnius Mæcenas genus ducens, quamvis ſummos ſub Auguſti principatu honores conſequi potuit, in equeſt. ordine manſit. Quod verò Iſidorus *ludos* quoque à *Lydis* dictos fuiſſe tradit, ad eoſque ludorum & ſpectaculorum originem refert, quæ ipſi una cum ſacrorum ſuorum ritibus induxerint; hac de re alibi fortaſſe latius. illud ſanè non temere accidiſſe arbitror, quod *Lydis* fere pro *Ludii* in auctoribus ſcribitur. Propriè itaque ſint *Lydii* pueri illi Curetum more ſaltantes, de qui-

bus

Ut plerique ſolent, naſo ſuſpendis adunco
Ignotos, ut me libertino patre natum.
Quum referre negas, quali ſit quiſque parente
Natus, dum ingenuus: perſuades hoc tibi verè,
Ante poteſtatem Tullî, atque ignobile regnum,
Multos ſæpe viros nullis majoribus ortos,
Et vixiſſe probos, amplis & honoribus auctos.
Contrà Lævinum, Valerî genus, unde ſuperbus
Tarquinius regno pulſus fuit, unius aſſis
Non umquam pretio pluris licuiſſe: notante
Judi-

bus Dionyſius: improprie verò hiſtriones, ac ſcenici omnes. Quos *Ludios* in univerſum vocari non veto. *Torrent.*

4. *Magnis legionibus.*] Legionibus plenis, quæ decem cohortibus. *Legionibus imperitarint.*] Multò plures libri *imperitarent.* De Legionibus vide Vegetium de re Milit. libro 2. capite 5. *Torr.*

5. *Ut plerique ſolent.*] Ut ſolent tumidi, claris parentibus orti. *Naſo ſuſpendis adunco.*] Ergo *naſo ſuſpendere eos* quis dicitur, in quos ſtyli acrimoniam ac dicacitatem exercet. ut Sat. VIII. lib II.

—— *Balatro ſuſpendens omnia naſo,*

pro *irridens.* Hic verò gratiam auget illud *adunco*; perinde ac ſi paxilli loco naſus ſit, à quo qui irriſi ſunt ſuſpendantur. Turneb. lib. 4. cap 9. *Torrent. Naſo ſuſpendis adunco.*] Vafre derides.

6. *Ignotos.*] Ignobiles & infimæ ſortis homines. *Libertino.*] Libertinus eſt filius liberti, id eſt, ſervi manumiſſi.

7. *Referre negas.*] Intereſſe negas.

8. *Dum ingenuus.*] Dum bonis moribus eſt imbutus, & cujus pater ſervitutem non ſervivit. *Ingenuus*] Εὐγενής. Sed hîc accipitur pro generoſo & egregio, qui propiè γενναῖος dicitur; oſtendit enim Horatius Mæcenatem non tanti facere nataleis, quanti generoſitatem animi, juxta illud Phalaridis, ἐγὼ δὲ μίαν εὐγένειαν οἶδα τὴν ἀρετήν, hoc eſt, *ego autem unam generoſitatem novi; virtutem.* Cruquius.

9. *Ante poteſtatem Tullî.*] *Tullî* pro *Tullii.* neque enim de Tullo Hoſtilio, ſed de Servio Tullio, Tarquinii genero & ſucceſſore loquitur, ſerva nato, & ad regnum evecto. *Torrent. Tullî, atque ignobile regnum.*] Ante poteſtatem Tullî ſexti regis Rom. ex ſerva captiva nati, cujus regnum idcirco appellat *ignobile*, regnavit tamen optime.

10. *Nullis.*] Obſcuris: qui nullo inter homines ſunt numero.

12. *Lævinum Valerî genus.*] P. Valerii Poplicolæ, qui Collatino Bruti collegæ, abdicare coacto, Conſul ſuffectus eſt, filius fuit, ſed in eo errat Lamb. quod patri quoque *Lævini* cognomen adſcripſit. Hic enim *Voluſus* cognominatus fuit; uti & Poplicola ob eximium populi cultum, in ipſo magiſtratu. Cognomina verò *Meſſalla*, *Corvinus*, *Lævinus*, poſteris indita fuere. Et *Lævinus* quidem, ejus fortè filio, aut alii cuicumque; ut Turneb. lib. 4. cap. 9. exiſtimat, ob lævum, id eſt, ſiniſtrum ejus ingenium ac malum: quamquam Carolus Sigonius uti *Scævas*, & *Scævolas*, ſic *Lævinos* quoque inde dictos maluit, quòd ſiniſtra magis manu quam dextra uterentur. Siniſtram enim Græci σκαιὰν, Latini etiam *lævam* vocant. *Valerî genus.*] Valerii Publicolæ filium. *Unde ſuperbus.*] A quo, cum Junio Bruto.

14. *Licuiſſe.*] Feſtivè tamquam ſub auctione,

Judice, quem noſti, populo: qui ſtultus honores
Sæpe dat indignis, & famæ ſervit ineptus:
Qui ſtupet in titulis, & imaginibus. Quid oportet
Nos facere, à vulgo longè lateque remotos?
Namque eſto, populus Lævino mallet honorem
Quàm Decio mandare novo: cenſorque moveret
Appius, ingenuo ſi non eſſem patre natus:
Vel merito, quoniam in propria non pelle quieſſem.
Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru

Non

auctione venalem proponit, quemadmodum famæ non nimium bonæ puellam quamdam Mart. l. VI. Epigr. LXVI. locum vide. *Torrent.* *Licuiſſe.*] Æſtimatum eſſe. *Notante.*] Populo judicante.

15. *Quem noſti.*] Libri omnes, in quos unquam inciderim, *Quo noſti.* Eleganter ſanè ſi poſt *Quo*, interrogationis nota inſeratur: aut hoc ſaltem modo ſcribatur, *Notante Judice; quo, noſti?* Sed illud malim. *Torrent.* *Qui ſtultus.*] Stultus populus nullo conſilio ductus.

16. *Famæ.*] Vanæ opinioni plus indulget, quam rebus ipſis, addictus ſtatuis plus quam virtuti & rectè factis. *Cruquius.* *Famæ ſervit.*] Generis ſplendori.

17. *Imaginibus.*] Majorum ſtatuis, antiquitatis teſtibus. *Quid oportet nos facere.*] Qui populo ſumus ſapientiores?

18. *Longe lateque.*] Omnes codices, uno atque altero dempto, *longè longeque* legunt: quam lectionem cur vulgatæ non prætulerit Lamb. ignoro. nam ſententiam Poëtæ, cum philoſophis omnibus communem, quam longiſſimè à populo diſcedere debere qui ad virtutem accedat, multo efficacius exprimit. *Torrent.*

19. *Namque eſto.*] Per conceſſionem hoc agit Horatius, ut quæ minus recte à populo fiunt in mandandis honoribus, ea velit corrigenda & caſtiganda eſſe viris gravioribus & ſapientioribus; qualis fuit Appius Cenſor, qui nobiles quidem debitis honoribus afficiebat, rejectis indignis, &c. *Cruq.* *Namque eſto.*] Parum referre ait, quid populus cenſeat. Subintelligendum enim non ideo minus conſtare virtutem, quæ eſt vera nobilitas. *Torrent.* *Namque eſto.*] Demus quod populus mallet, &c. *Lævino.*] Homini nobiliſſimo.

20. *Novo.*] Ignobili familia nato. *Cenſorque moveret Appius*] Non temerè Appium nominat. nota eſt enim Ap. Claudii Cenſura, atque eo in magiſtratu ſeveritas. Quamquam, quòd libertinorum filios in Senatum legerit, malè audiit. *Torrent.* *Moveret.*] A petendo magiſtratu me ut indignum ſummoveret.

22. *Vel merito.*] Atque id valde merito. *Pelle quieſſem.*] In proprio ſtatu. ducta Metaph. ab aſino Cumano, pellem leonis induente.

23. *Sed fulgente.*] Objici hoc ſibi fingit Poëta, ex eo quod nimiam honorum cupiditatem damnaverat, atque unumquemque in ſua manere pelle, hoc eſt, intra fortunam ſuam, hortatus fuerat. Neque negat quod objicitur, ſed ob invidiam tutius futurum oſtendit, abſtinere hominem novum à capeſſendo magiſtratu. Et eleganter gloriam de ambitioſis hominibus veluti triumphantem adducit; ut de miſeris amantibus Cupidinem. Hinc igitur *in propria pelle quieſcere ac manere*, pro ſuo ſe modulo ſuoque pede metiri, neque pennas nido majores extendere. Turneb. lib. 4. c. 9. *Torrentius.* *Sed fulgente.*] Aurato curru

quaſi

Non minus ignotos generoſis. Quo tibi, Tulli,
Sumere depoſitum clavum, fierique tribunum?
Invidia accrevit, privato quæ minor eſſet.
Nam ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus
Pellibus, & latum demiſit pectore clavum;
Audit

quaſi vinctos. *Gloria, &c.*] Gloriæ cupiditas.

24. *Non minus, &c.*] Ignobiles æque ac nobiles. *Quo tibi Tulli.*] Ex abrupto Tullium arripit, exemplo melius quàm verbis demonſtraturus, quanto tutius ſit ſua conditione contentum vivere. Quis verò hic *Tullius* fuerit, neſcio. M.S. libri omnes *Tillium* vocant. Antiquus commentator *Tullium* quemdam à Cæſare, quòd Pompejanus eſſet, motum fuiſſe Senatu, ſcribit, eumdemque occiſo Cæſare reſtitutum, & Tribunum militum factum: non rectè, ni fallor: mallem enim *Tribunum plebis* dixiſſet. *Torrent.* *Quo tibi Tulli.*] Quo tibi profuit? *Quo tibi Tulli ſumere depoſitum clavum fierique Tribunum.*] Hic enim Tullius Senatu motus, atque ita depoſito Lato clavo in equeſtri ordine conſiſtens; ut rurſus Senatorium ordinem acciperet, militiæ ſe dederat, atque ita ad Tribunatum perveniens Latum clavum iterum ſumpſerat. malè enim Torrentius qui Tribunum plebis eum factum credit. Vetus Commentator: *Tullius hic Senatu motus eſt à Cæſare quaſi Pompejanus: occiſo verò Cæſare recepit latum iterum clavum, hoc eſt, Senatoriam dignitatem, Tribunus militum factus eſt.* Rubenius.

25. *Sumere depoſitum clavum.*] Recipere ſenatoriam veſtem, id eſt, dignitatem tibi à Cæſare ademptam. *Tribunum.*] Militum. De *Tribunis laticlaviis*, vide in Appendice, Addenda.

26. *Privato.*] Nullam dignitatem habenti.

27. *Ut quiſque.*] Statim ut. *Inſanus nigris.*] Ideo inſanus, quia ignobilis & obſcurus homo inſignia ſenatoria ſibi ſumat. *Nigris medium impediit crus Pellibus.*] Differebant enim Senatorum calcei, uti & patriciorum omnium, à plebe. Feſtus: *Mulleos genus calceorum ajunt eſſe, quibus reges Albanorum primò deinde patricii, uſi ſunt. Ex aluta* enim tenuius ac mollius corium, mullei conficiebantur; ut perones ex crudiore ac craſſiore: quos ideo ὠμοβυρσίνους rectè appelles, ex crudo bovis tergo conſutos. *Mullei* igitur delicatiores erant, ex aluta. Mart. lib. 11. Epigr. xxix.

Non heſterna ſedet lunata lingula planta,
Coccina non læſum pingit aluta pedem.

Formam quoque deſcribit Iſidorus. quatuor enim corrigiarum fuiſſe ait, cothurnorum ſimiles, ſolo alto, ſuperiore parte cum oſſeis vel æreis malleolis, ad quos lora deligabantur; aſſuta deſuper luna, non quæ ſideris formam, ſed notam centenarii numeri ſignificaret, quod initio patricii Senatores centum fuerint. *Torrent.* De calceis Romanor. ac mulleis, vide in Appendice, addenda.

28. *Pellibus & latum.*] Calceis ſenatoriis uſque ad medium crus ſubductis. *Et latum demiſit pectore clavum.*] Senatores enim & reliqui omnes, quibus lati clavi jus erat, non cingebantur, ſed laticlaviam tunicam rectam pectore dimittebant, cinctura minime ſtricta. Tunica erat; cui conſuti erant multi latiores clavi. Ergo *Clavi* tam aurei quam purpurei, particulæ erant ex auro vel purpura, nunc rotundæ, nunc quadratæ, quæ tanquam emblemata quædam veſtibus inſerebantur atque inſuebantur, quæ etiam à veſte poterant ſeparari & inde eximi, ut in aliam veſtem transferrentur, & de novo conſuerentur. Qualitate ergo clavi diſcernebantur equites à ſenatoribus. *Salmaſ.* *Clavum.*]

Audit continuo: Quis homo hic eſt? quo patre natus?
Ut ſi qui ægrotet, quo morbo Barrus, haberi
Et cupiat formoſus; eat quacumque, puellis
Injiciat curam quærendi ſingula: quali
Sit facie, ſura quali, pede, dente, capillo:
Sic qui promittit, civeis, urbem ſibi curæ,
Imperium fore, & Italiam, & delubra Deorum;
Quo patre ſit natus, num ignota matre inhoneſtus,
Omneis mortaleis curare & quærere cogit.
Tune Syri, Damæ, aut Dionyſî filius, audes

Deji-

vum.] Tunicam lati clavi, cui lati clavi erant aſſuti: quod erat inſigne majorum magiſtratuum. *Latum demiſit pectore clavum.*] Hoc eſt, fluente tunica: & nulla zona conſtricta. Ubi videmus Senatum ab equeſtri ordine diſtinctum fuiſſe per tunicas; Equeſtrem verò ordinem à plebe per annulos. Hinc benè Heſychius περιλευργεῖς. Senatorum autem tunicas uno tantum clavo ornatas fuiſſe, ſed latiori; qui in medio tunicæ per pectus deſcendebat, perſuadent mihi omnes ſcriptores, qui cum de laticlavia tunica tractant, unius tantum clavi aut purpuræ mentionem faciunt. Ita Horat.

Et latum demiſit pectore clavum.

Ubi qui Laticlavium exponunt tunicam laticlaviam nugas agunt, nec etiam ſcio an Latine dici poſſit tunicam pectore dimittere. ita Juvenalis,

——— *Quid confert purpura major Optandum.*

Ubi Scholiaſtes Laticlavium explicat. Lucianus in Dæmonacte. Pl. l. XXXIII. c. 8. Feſtus, Ricinium. Hinc quia in medio purpura illa erat Laticlaviam tunicam Græci vocant μεσοπόρφυρον: ita & Perſarum Regum tunica erat μεσόλευκος. Sueton. Aug. cap. 75. *Rubens.*

29. *Audit continuo.*] A populo. *Quis homo hic eſt?*] Fingit populum invidioſe inquirere in genus ejus, qui factus eſt magiſtratus. *Cruq.* *Quis homo hic eſt?*] Noſtri codd. *Quis homo hic, & quo patre natus?* Torrent.

30. *Ut ſi quis ægrotet.*] Si quis ægrotet animi morbo, ſc. adulterandi ſtudio. *Barrus.*] Homo nimis comptus & mulieroſus.

31. *Et cupiat.*] Sic habent libri noſtri omnes, nec video cur ſubſtitui debuerit, *ut cupiat*. Morbus enim Barri, quod ſibi ipſi formoſus videbatur, cum non eſſet; & tamen etiam aliis pro formoſo ſe venditabat. Tum *quocumque* pro *quacumque*, & *iniciat* & *deicere* pro *injiciat* & *dejicere*, in melioris notæ exemplaribus legitur. *Torrent.*

34. *Sic qui promittit.*] Hæc verba in ſe continent formulam quandam juramenti ejus qui magiſtratum adibat. *Cruquius.*

35. *Et Italiam & delubra deorum.*] Optimæ fidei exemplaria numero IX. legunt *Italiam, delubra deorum*. Ego totum velim eſſe aſyndeton:

Imperium fore, Italiam, delubra deorum.

Torrent.

36. *Ignota matre inhoneſtus.*] Contra de Drance Virg.

——*Genus huic materna ſuperbum*
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.

Idem.

37. *Quærere cogit.*] Cogit curioſe percontari de ſe & ſuis natalibus.

38. *Tune Syri.*] Apoſtrophe populi Rom.

Dejicere è ſaxo civeis, aut tradere Cadmo?
At Novius collega gradu poſt me ſedet uno.
Namque eſt ille, pater quod erat meus. hoc tibi Paullus,
Et Meſſalla videris. at hic: ſi ploſtra ducenta,
Concurrantque foro tria funera, magna ſonabit,
Cornua quod vincatque tubas: ſaltem tenet hoc nos.

Nunc

Rom. in ignobiles, ad honores & imperium evectos. *Filius.*] E ſervo quopiam natus.

39. *Dejicere è ſaxo civeis.*] Turnebus lib. Adverſ. IIII. cap. IX. hoc populi convicium ad Tullium Tribunum, cujus antè facta mentio eſt, refert. Solebant enim Tribuni pl. violentiores, ſine judicio interdum cives Romanos arripere, de ſaxo dejicere, aut tortori tradere; ut narrat Plin. lib. VII. c. XLIIII. Sed tamen hîc Horatius, non tam de Tribuno, quam de quocumque alio, qui in Senatum ignotus venerit, loquitur. Quin & Tullium ipſum paulo poſt *Senatorem* ac *pratorem* facit, & alioquin è Senatu & prætores & rerum capitalium judices fere ſumebantur. Quare *ſaxum* hîc pro ſupplicii genere, quod legibus inferatur, accipere malim. *Tarpejus* autem mons idem qui Capitolinus, cujus rupes dicta Tarpejum ſaxum. *Torrent.* *Dejicere è ſaxo.*] Audes præcipitare è ſaxo Tarpejò noxium & damnatum? id eſt, audes tu tribunatu fungi? *Cadmo.*] Cruquii diligentiam hîc laudo magis, quàm probo; qui *Bathmo* legendum putat, pro gradibus & ſcalis Gemoniis. quem vide. *Torrent.* *Tradere Cadmo.*] Tradere carnifici.

40. *At Novius.*] *Novius Niger* Quæſtor & plures *Novii* magiſtratu functi. Sed odit eos Poëta. Non otioſe autem prætereundum, quod *Novium* uno ſe inferiorem gradu, utputa libertum, cum ipſe libertinus ſit, collegam ſedere reſpondet is quem à populo reprehendi fingit Horat. nam *ſedere* hic verbum juris eſt. *Sedere* enim dicebatur prætor, cùm ſui copiam faciens, alicui ſe cognitioni dabat; & quidem ſedere huic vel illi rei, de qua nempe cognoſcebat. Unde & *ſeſſionum dies* dicti, quibus prætor pro tribunali ſedens, juri dicundo operam dabat. *Torrent.* *At Novius collega.*] Reſpondet filius Damæ, dicens collegam ſuum ſe eſſe ignobiliorem.

41. *Ille.*] Eſt ille libertus, cum ego ſim libertinus. *Hoc tibi Paulus.*] In hoc quod collega tuo ſis ſuperior; videris eſſe nobilis ut Paulus, ſunt verba Horatii vel alius civis Romani. *Paulus & Meſſalla.*] Hoc Valeriæ illud Æmiliæ gentis cognomen. utraque nobiliſſima fuit etiam Horatii temporibus, omneſque honores adepta eſt. *Torrent.*

42. *Plauſtra.*] Probrus Grammaticus *plauſtra* ab imperitis dici ait, cùm *ploſtra* dicere deberent: unde & *ploſtellum*. Torrent.

43. *Magna ſonabit.*] Vocem edet, quæ omnem ſtrepitum vincat.

44. *Cornua quod vincatque tubas.*] Duo hîc ad antiquitatis cognitionem obſervanda, & quòd *foro duci funera* ait & quòd *cornua* ac *tubas* adhibet. Foro autem deferri ſolere, Plinii quoque locus oſtendit lib. VII. cap. LII. *Varro auctor eſt è XX. viris agrum dividentem Capua quemdam, qui efferretur foro, domum remeaſſe pedibus.* De tubis verò tibiiſque & cornibus, res omnibus nota. Prop. IIII. Eleg. ult.

Sic mœſtæ cecinêre tubæ, cum ſubdita noſtrum
Detraheret lecto fax inimica caput.

Perſius Sat. III.

Hinc tuba, candelæ, tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto.

Ovid. V. Triſtium.

Tibia funeribus convenit iſta meis.

Denique

Nunc ad me redeo libertino patre natum:
Quem rodunt omnes libertino patre natum:
Nunc, quia Mæcenas tibi ſum convictor: at olim,
Quod mihi parérɛt legio Romana tribuno.
Diſſimile hoc illi eſt: quia non ut forſit honorem
Jure mihi invideat quivis, ita te quoque amicum;
Præſertim cautum dignos aſſumere, prava
Ambitione procul. Felicem dicere non hoc
Me poſſum caſu, quod te ſortitus amicum.
Nulla etenim mihi te Fors obtulit. optimus olim

Vir-

Denique *ſiticines* olim appellatos, qui apud ſitos, id eſt, vita functos canere ſoliti eſſent, auctor eſt Gellius lib. xx. c. II. Addam poſtremo, ut in lautiorum funere *tubas* ac *cornua tibiaſque*, ſic in tenuiorum *arundinem* uſurpatam fuiſſe. Propert. lib. IIII. Eleg. VII.

Nec crepuit fiſſa me propter arundine cuſtos.

Loquitur autem de ſepulcri cuſtode, veterum more. *Tenet hoc nos.*] Salſe admodum & venuſtè ex perſona vulgi, non alios magis admirantis, quam qui vociferando imperitæ turbæ ſe jactant, tamquam vindices libertatis. *Torrent.* *Saltem tenet hoc nos.*] Hoc eſt, ejus inſignem vocalitatem, ſi nihil aliud nos admiramur, dignamque judicamus eo ordine & gradu. Quam lepide notat Horatius populum eximiæ ſtupiditatis, qui cæteris aut non cognitis animi bonis, aut neglectis, ad ea fertur plurimum, quæ extrinſecus inſolita quadam boni ſpecie, gratiam & applauſum mereri videntur. *Cruquius.* *Saltem tenet.*] Quæ vocis magnitudo facit nos ſuſtinere ejus ignobilitatem.

46. *Rodunt omnes.*] Omnes clanculum mordent. *Libertino patre natum.*] Codex unus pervetuſtus *Libertino patre natus*, ut cum verſu ſequente conjungatur. quam lectionem non poſſum non amplecti. Oſtendit autem Poëta ſuo ipſius exemplo, fortunæ comitem eſſe invidiam. quamquam diſtinguit ipſe, caſune & errore aliquid acciderit, an judicio an conſulto. Sed profecto ad *invidiam* quod attinet, ea nulli parcit, ipſi virtuti vel maximè infeſta. *Indignatio* vero tunc proprie locum habet, cùm indigno & immerenti obveniunt bona. *Torrent.*

47. *Nunc.*] Nunc ne mordent. *Sum tibi convictor.*] Sum tibi familiaris & conviva. *At olim.*] Olim mordebant.

48. *Quod mihi, &c.*] Quia tribunus militum fui.

49. *Diſſimile hoc illi eſt.*] Diſſimile eſt tribunum militum olim fuiſſe, & tibi hodie familiarem eſſe. *Forſit.*] Fortaſſe. *Honorem.*] Honor nonnunquam mandatur indignis.

50. *Invideat quivis.*] Invidere poſſit. *Amicum.*] Tuo judicio electum non fortuito.

51. *Cautum.*] Conſideratum.

52. *Non hoc, &c.*] Non hoc, id eſt, idcirco poſſim me dicere felicem, quod caſu te ſim ſortitus amicum: quod recte ita factum non eſt, nam non caſus aut fortuna me tibi amicum conciliavit, ſed ſola mea virtus, &c. *Cruq.* *Non hoc.*] Non hac ſorte poſſum prædicare me felicem.

53. *Sortitus amicum.*] Quod nactus ſim te amicum.

54. *Fors obtulit.*] *Sors* in pluribus multò exemplaribus ſcriptum reperi. *Torrent.*

55. Va-

Virgilius, poſt hunc Varius dixère, quid eſſem.
Ut veni coram, ſingultim pauca locutus:
Infans namque pudor prohibebat plura profari:
Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Satureiano vectari rura caballo:
Sed, quòd eram, narro. Reſpondes, ut tuus eſt mos,
Pauca. Abeo, & revocas nono poſt menſe, jubeſque
Eſſe in amicorum numero. Magnum hoc ego duco,
Quod placui tibi, qui turpi ſecernis honeſtum:
Non patre præclaro, ſed vita, & pectore puro.
Atqui ſi vitiis mediocribus, ac mea paucis
Mendoſa eſt natura, alioqui recta; velut ſi
Egregio inſperſos reprendas corpore nævos;
Si neque avaritiam, neque ſordes, nec mala luſtra
Objiciet verè quiſquam mihi; purus & inſons,
Ut me collaudem, ſi & vivo carus amicis;
Cauſſa fuit pater his, qui macro pauper agello
Noluit in Flavî ludum me mittere: magni
Quò pueri magnis è centurionibus orti,

Lævo

55. *Varius.*] Tres libri *Varus.* Lector eligat. Quæ de *Quinctilio Varo* notavimus, lib. I. Od. XVIII. facile inducunt, ut ab eo commendatum traditumque Auguſto Horatium credamus. *Torrent.*

56. *Ut veni.*] Poſtquam. *Singultim.*] Sermone interrupto,

57. *Infans pudor.*] *Infantem pudorem* vocat, quòd quibus pudor aut metus incidit, non ſecus atque infantes loqui nequeant. Unde *infantiam linguæ* pro ἀφωνίᾳ Lucretius dixit lib. V. *Torrent.* *Infans pudor.*] Pudor elinguis.

58. *Non ego.*] Ego non narro.

59. *Satureiano.*] *Satureiani* fundi in Apulia, equorum fertiles. At Servius Grammaticus II. Georg. *Saturum* vicinum Tarento oppidum fuiſſe tradit, idem fortaſſis quod *Satyrium* Stephani de Urbibus; unde *fundi Saturiani* in Apulia. P. Nannius Miſcell. cap. 4. *Torrent.* *Satureiano caballo.*] Equo in Saturejanis, id eſt, Appulis paſcuis nato.

60. *Reſpondes.*] Tu ô Mæcenas reſpondes pauca.

64. *Non patre.*] Non generis ſplendore, ſed vitæ probitate.

65. *Mediocribus.*] Vitiis parvis.

68. *Ac mala luſtra.*] Lupanaria, fornices.

69. *Purus & inſons.*] Si vivo animo puro & vita integra.

71. *Cauſa fuit.*] Harum virtutum pater mihi cauſa fuit.

72. *Flavî ludum.*] In ludum Flavii calculatoris, qui artem Arithmeticam docebat. *Magni quo pueri.*] Hæc εἰρωνικῶς accipienda ſunt; quaſi minime magni: quia nihil eſt tam anguſti animi quam amare divitias. *Cruquius.* *Magni.*] Magnis patribus nati.

Lævo ſuſpenſi oculos tabulamque lacerto,
Ibant octonis referentes Idibus æra.
Sed puerum eſt auſus Romam portare, docendum
Arteis, quas doceat quivis eques atque ſenator
Semet prognatos. veſtem ſervoſque ſequenteis
In magno ut populo ſi quis vidiſſet, avita
Ex re præberi ſumptus mihi crederet illos.
Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus, omneis
Circum doctores aderat. quid multa? PUDICUM,
Qui primus virtutis honos, ſervavit ab omni
Non ſolum facto, verum opprobrio quoque turpi:
Nec timuit, ſibi ne vitio quis verteret, olim
Si præco parvas, aut, ut fuit ipſe, coactor
Mercedes ſequerer: neque ego eſſem queſtus. ob hoc nunc
Laus

74. *Lævo ſuſpenſi loculos.*] *Loculos* ac *tabulam* pueris ſupputandi artem diſcentibus tribuit; ut thecas calamarias ac graphiarias Grammaticæ ſtudioſis, Sueton. Turneb. lib.4. c.9. *Torrent. Suſpenſi loculos.*] Habentes loculos ſuſpenſos. *Tabulamque.*] In qua tabula numerare diſcunt.

75. *Octonis referentes Idibus æra.*] Hîc ambigitur de magiſtri ſtipendio, an de fenebri potiùs pecunia loquatur. Ego de fenebri pecunia intelligere malim. de pueris enim jam robuſtioribus & adultis agit in Epiſt. ad Piſones;

Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centum diducere. ——

Et alioqui Grammatici merces, apud Juvenalem extrem. Satyra VII. annua, non menſtrua eſt;

—— *Et cum ſe verterit annus,*
Accipe victori populus quod poſtulat aurum. Torrent.

Octonis referentes.] Idibus quorum octo ſunt dies. *Æra.*] Mercedem Flavio numerandi magiſtro datam.

76. *Sed puerum.*] Sed me puerum. *Portare.*] Propter teneram ætatem.

78. *Semet prognatos.*] Filios vel pronepotes ſuos. *Veſtem ſervoſque.*] Adeo ut ſi quis veſtitum & comitatum meum in turba vidiſſet.

79. *Avita ex re.*] Id eſt, perinde ac ſi ab avis proaviſque id patrimonii veniſſet. Sic *avita opes*, *avita* & *patria res* apud Ciceronem, & alios. *Torrentius. Avita.*] Ex avito patrimonio.

81. *Ipſe mihi cuſtos.*] Pater meus.

82. *Pudicum.*] Verecundum.

84. *Opprobrio.*] Vocabulum Horatio amicum, pro objecto alicui probro, necdum probato, quod factum aut commiſſum ſit. *Obprobrium* autem ſcribunt antiquiſſimi libri omnes. *Torrent. Opprobrio.*] Maledicto.

85. *Olim.*] Aliquando.

86. *Si præco parvas.*] Si me ad hoc inſtituiſſet, ut præco fuiſſem vel coactor, id eſt, publicanorum miniſter. *Coactor.*] Cognata autem officia *præconum* ac *coactorum*. ut enim *præcones* auctionibus quodammodo præerant; (nam res licitantibus addicebant) ſic *coactores*, rerum in actione venditarum pretia intra certum diem proſequebantur, à cogenda ſeu redigenda certa mercede pecunia dicti. *Torrent.*

87. *Neque ego.*] Si me feciſſet præconem aut coactorem. *Ob hoc nunc.*]
Antiqua

Laus illi debetur, & à me gratia major.
Nil me pœniteat ſanum patris hujus: eoque
Non, ut magna dolo factum negat eſſe ſuo pars,
Quod non ingenuos habeat clarosque parenteis,
Sic me defendam. longè mea diſcrepat iſtis
Et vox, & ratio. nam, ſi natura juberet
A certis annis ævum remeare peractum,
Atque alios legere ad faſtum, quoſcumque parenteis
Optaret ſibi quiſque: meis contentus, honeſtos
Faſcibus, & ſellis nolim mihi ſumere: demens
Judicio vulgi, ſanus fortaſſe tuo; quod

Antiqua lectio magno conſenſu *Ad hoc nunc*, nec diſplicet. *Torrent. Ob hoc nunc.*

Laus illi debetur, & à me gratia major.] Recte. ſed cum in manuſcriptis ſit: *ab hoc nunc*, longè venuſtius legas hoc modo: *at hoc nunc*, eſt enim *hoc*, ἐπὶ τούτῳ, ob hoc. Ita alibi: *hoc tibi Paulus & Meſſalla videris*. Et hac eadem Satyra paulo ante: *felicem dicere non hoc Me poſſum, caſu quod te ſortitus amicum.* Et verſu 90. & ſeqq. ita interpungendum, ut in textu Rob. Stephani interpunxi. Atque *alios legere ad faſtum*, non autem *ad faſtum optaret*. Quod vero Torrentius affirmat, falſum eſſe: id, quod Lambinus ſcribit, in pluribus manuſcriptis *honuſtos*, quam *honeſtos* legi: optaſſem & hoc loco, & multis aliis, viri, ſi verum admittimus, longe ſe majoris honori pepercisset. Certè in ſeptem Codicibus, quorum excerpta mihi videre contigit, uno conſenſu *honuſtos* legitur. Et verò, cum nobilitatem hîc contemnat, qui eſt, qui non videat ejus propoſito longe convenientius eſſe, dicere, eos honoribus non honeſtos incedere, ſed honuſtos. Et ita hac eadem Satyra:

——— *Quod*
Nolim onus haud unquam ſolitus portare moleſtum. Rutgerſ.

89. *Pœniteat ſanum.*] Nil me pœnitere debet, quamdiu ſanus ſum. *Eoque.*] Atque ideo.

90. *Non.*] Non ſic me defendam, ut, &c. *Dolo factum negat eſſe ſuo.*] Nullus in eo dolus, ſi quis ignotis parentibus naſcatur; ſed à Juriſconſultis petita loquendi conſuetudo, qui ſine dolo malo nullum grave delictum ſtatuunt. Lata tamen culpa dolo comparatur. *Dolum* ergo pro *delicto* accipimus. *Torr. Dolo.*] Suo vitio & culpa.

94. *Ævum remeare, &c.*] Repueraſcere.

95. *Atque alios legere ad faſtum.*] Suſpicor ſcriptum fuiſſe *faſtus*: quod eſt *faſtos*. Si natura, inquit, permitteret plebejo homini, ad faſtos ire, & ex iis pro arbitrio parentes ſibi legere; ego meis contentus eſſem. Si mihi igitur ex faſtis, vel nobiliſſimos, vel antiquiſſimos eligere parentes detur: valde id recuſem. *Heinſius. Legere ad faſtum.*] Eligere ad oſtentationem.

96. *Optaret ſibi quiſque.*] Ut alios parentes quiſque ſibi optaret. Ego meis contentus nolim, &c. *Honeſtos Faſcibus.*] Parentes ornatos magiſtratuum inſignibus. Alii leg. *Onuſtos*.

97. *Faſcibus & ſellis nolim.*] *Nollem* legitur in multò pluribus exemplaribus. Benè autem *ſellas faſceſque* conjungit. nam *ſella* majorum erant magiſtra-

Nollem onus, haud umquam ſolitus, portare moleſtum.
Nam mihi continuò major quærenda foret res,
Atque ſalutandi plures: ducendus & unus
Et comes alter; uti ne ſolus ruſve peregreve
Exirem; plures calones, atque caballi
Paſcendi: ducenda petorrita. nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel, ſi libet, uſque Tarentum;
Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos.
Objiciet nemo ſordes mihi, quas tibi, Tulli,
Quum Tiburte via prætorem quinque ſequuntur
Te pueri, laſanum portantes œnophorumque.
Hoc ego commodius, quàm tu, præclare ſenator,

Milli-

tuum, ut & *faſces*, qui à lictoribus præferebantur. Guil. Canterus Novar. lect. lib. 4. cap. 12. *Torrent.*

99. *Onus.*] Nobilitatis onus.

100. *Res.*] Divitiæ & opes.

101. *Atque ſalutandi plures.*] Suffragiorum vel ambitionis cauſâ.

102. *Et comes.*] Honoris gratia.

103. *Plures calones.*] Propriè ſic dicti militum ſervi, à ferendis lignis paliſque ad militiæ uſum: vel quia ligneas clavas gerebant, quæ Græci *κᾶλα* vocant, ut Feſtus voluit. Quidquid ſit, vetus Horatii Gloſſema monet, *Calones* appellari viliores ſervos, urbanos, ruſticoſque, ad imitationem *Calonum*, qui in exercitu ſerviunt. Quamquàm hi fere liberi erant, ſicut & lixæ. *Torrentius.*

104. *Petorrita.*] Gellius libro XV. cap. XXX. Mirum autem pro *Ruſve peregreve* in IX. M.S. exemplaribus reppeziſſe me *Ruſve peregre aut.* Torrent. *Petorrita.*] Vehicula Gallica. *Curto Ire licet mulo.*] *Curtum* vocabant veteres quicquid factum, minutum, mutilum, ac malè parvum eſſet. ut *curtos Judæos* ob præciſam pelliculam, *curtos mulos* ob deminutam forte caudam, , ut nunc quoque utimur. Sic *Curto centuſſe licetur,* Perſius Sat. V. pro non integro. Nannius Miſcell. lib. 4. *Torrent.* *Curto.*] Mulo qui caudam habet decurtatam.

106. *Mantica.*] *Hippoperas* appellat Seneca Epiſt. LXXXVII. *M. Cato Cenſorius canterio vehebatur, & hippoperis quidem impoſitis, ut ſecum utilia portaret.* quod privato quidem honeſtum eſt. Hic verò de prætore in magiſtratu proficiſcente agitur, cui meritò ſordes exprobrantur. quæritur enim in re domeſtica continentiæ laus, in publica dignitatis. *Torrent.* *Mantica cui.*] Pera in qua rès neceſſariæ ferebantur. *Eques, &c.*] Seſſor.

107. *Sordes.*] Avaritiam vel ignobilitatem. *Tulli.*] De quo ſuperius.

108. *Tiburte via.*] Via extra portam Eſquilinam, quæ Tibur ducit.

109. *Laſanum.*] *Λάσανον* non eodem modo exponunt Grammatici. nam & inter culinæ inſtrumenta referunt; & pro matula & pro ſella familiari accipiunt, qua ventris exonerandi cauſſa utimur. Unde & *λασανοφόροι* ſervi, qui domino laſanum miniſtrabant. Turneb. lib. 13. cap. 3. *Torrent.* *Laſanum portantes.*] Vas, in quo alvus exoneratur. Angl. *a cloſe ſtole.* *Oenophorumque.*] Vas, in quo vinum ferebatur.

110. *Hoc ego commodius.*] Tò *hoc* non arbitror eſſe provocabulum, ſed cauſalem copulam, ut hæc ſit ſententia: *hoc*, id eſt, ideo ego vivo commodius quam

tu &

Millibus atque aliis vivo: quacumque libido eſt
Incedo ſolus: percunctor quanti olus ac far:
Fallacem circum veſpertinumque pererro
Sæpe forum: aſſiſto divinis; inde domum me
Ad porri & ciceris refero laganique catinum.
Cœna miniſtratur pueris tribus, & lapis albus
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet: adſtat echinus
Vilis,

tu & quam multi, quod quacunque libido eſt, incedo ſolus, &c. ita ut τὸ *commodius* repetatur ad ablativos caſus *multis aliis*, & ſubintelligatur τὸ *quod.* Cruquius. *Hoc ego.*] In hac re & multis aliis.

111. *Millibus atque aliis.*] Hæc vetus lectio, quam Lamb. ſuis ſedibus exturbavit; & ſubſtituit, *Multis atque aliis*, immemor veteres *mille* dixiſſe, non pro eo quod Græci χίλιοι, ſed quod χιλιάς dicunt. *Torrent. Libido eſt.*] Voluntas.

112. *Quanti olus.*] Quanti venditur olus.

113. *Fallacem circum.*] *Circus* locus Urbis celeberrimus. Quæ celebritas cauſſa fuit, ut eò confluerent omnis generis impoſtores, præſertim Chaldæi, aſtrologi, ſortilegi, conjectores, aretalogi, & quos agyrtas ac circulatores appellamus, ceterique qui nugas venditant, & ut facete apud Gell. Attius, *Qui aures verbis ditant alienas, ſuas ut auro locupletent domos.* Ab his *fallacem circum* appellat Poëta. Plura Turn. v. c. XXIII. *Torr. Fallacem circum.*] In circo fallaces Aſtrologi & ſomniorum interpretes erant frequentes. *Veſpertinum.*] Rectè. matutinum enim litibus negotiiſque perſtrepebat. Malè itaque Lamb. nihil referre ait, itane, an *veſpertinus* legatur. Illud enim multo elegantius. *Torrent. Veſpertinum.*] Veſperi.

114. *Aſſiſto divinis.*] *Divinos* vocat conjectores omnes, *homines*, ut inquit Gellius, lib. XIIII. cap. I. *aruſcatores, cibum quæſtumque ex mendaciis captantes.* Atque adeò hinc privatæ ſuæ vitæ libertatem oſtendit Horatius, qui quod viri graves non facerent, tali turbæ in Circo aſſiſteret. Male itaque, ne dicam inepte, qui de ſacrificiis interpretantur: nec loco nec tempore opportuno. *Torrent. Aſſiſto divinis.*] Interſum rebus divinis vel rerum futurarum divinatoribus, nempe in Circo.

115. *Laganique.*] Sic habet vetus lectio ſummo conſenſu; quam Lamb. abrogavit & *lachanum* ſubſtituit, nihil præter porrum, cicer, & olera Horatio apponens. Receptam tamen lectionem aſſertore Turnebo lib. IX. cap. XIX. retineo. λάγανον enim placentæ genus ſimpliciſſimum, ex ſimila & oleo recenti, teſte Heſychio. Cujus cum non medici tantum meminerint, ſed & Suidas, & Athenæus quoque illud inter veterum eſcas retulerint, ego ſane lepidiſſimi Poëtæ cœnam paulò lautius inſtruxerim. *Torrent. Laganique catinum.*] Oleris catinum.

116. *Pueris tribus.*] Hoc eſt, paucis, nullo ſtrepitu. *Pueris tribus.*] A pueris tribus. *Lapis albus.*] Menſa marmorea, ad differentiam menſæ eſcariæ, quam *Cibillam* à cibo, vel ut Feſtus, *Cillibam* vocabant. *Torrent. Lapis albus.*] Menſa marmorea,

117. *Pocula cum cyatho duo ſuſtinet.*] Notat Turneb. lib. IX. cap. XIX. ex Agretio Delphicam menſam plurimis poculis onerari ſolere, ſed numero ſemper pari. Unde & Cicero *Scyphorum paria complura.* At Horatio qui ſolus accumberet, par unum ſatis erat, una cum cyatho, quo certa menſura vinum & aquam è vaſis haurirent & defunderent in pocula, quod κυαθίζειν Græci appella-

Vilis, cum patera guttus, Campana ſupellex.
Deinde eo dormitum, non ſollicitus, mihi quod cras
Surgendum ſit manè; obeundus Marſya: qui ſe
Vultum ferre negat Noviorum poſſe minoris.
Ad quartam jaceo: poſt hanc vagor, aut ego lecto,

Aut

pellabant. quique id faciebant *ad Cyathos ſtare* dicebantur. *Torr.* *Adſtat mihi echinus.*] Adſtat mihi cœnanti echinus, id eſt, Vas fictile, ſic nominatum à ſimilitudine echini marini. *Adſtat echinus Vilis, &c.*] Hæc communis etiam veterum librorum ſcriptura eſt, alii diſtinguunt poſt *echinus*; *Adſtat echinus, vilis cum patera guttus.* Sed cum tota illa ſupellex Campana, ſive fictilis fuerit, quare non æque *echinus* ac *guttus vilis* appelletur? Porphyrio *Adſtat echino*, id eſt, propter echinum, legit. Sed hoc quoque pro arbitrio Lectoris ſit. Magis in eo laborant Grammatici, ut quid hîc *echinus* ſit nobis explicent. Heſychio inter alia multa, quæ à Græcis *echini* nomine appellantur, eſt etiam λοπὰς ἢ σκεῦος μαγειρικόν, Polluci χύτρας εἶδος. Differunt autem λοπὰς & χύτρος. nam illud *patinam*, hoc *ollam* ſignificat. Et quoniam vas eſſe conſtat vel menſæ vel culinæ uſibus deſtinatum, ab aliqua haud dubie animalis ſimilitudine dictum. Echini autem forma in rotunditatem conglobata. Acroni libens aſſentior, ut vas fuerit aut æneum aut fictile, quo vel calices, ut ille ait, vel manus etiam, ſi ita mavis, abluerentur. quam *Trichilam* quoque dictam volunt, ut rectè meo judicio Turnebus lib. IX. c. XIX. *Torrent.*

118. *Vilis.*] Parvi pretii *Guttus.*] Ex gutto vinum guttatim ſeu minutatim fundebatur. *Campana ſuppellex.*] Sic libro II. Sat. III.

Campana ſolitus trulla:

pro fictili, ob argillæ in Campania bonitatem & copiam, unde plurimæ illic figlinæ. Atque hinc *Oſca tellus* pro argilla: eamdemque ob cauſſam Beneventani calices celebrantur in tenuiorum menſis. nam Oſci Beneventani, aut Campani erant, aut Campanis proximi. Turneb. lib. 23. cap. 6. *Torrent.* *Campana ſupellex.*] Vaſa fictilia in Campania facta.

120. *Obeundus Marſya.*] Obeunda prima pars fori, ubi poſita eſt ſtatua Marſyæ in litigatorum terrorem. *Marſya.*] Notum autem Phrygii illius tibicinis nomen, cui ab Apolline victo pellis detracta eſt, Faunorumque ac Nympharum ob ipſius mortem effuſæ lacrymæ in amnem ejuſdem nominis converſæ. Hujus autem *Marſyæ* ſtatua quædam erat Romæ, ea fori parte, qua & roſtra; ubi & vadimonia obiri & lites agitari ſolitæ. unde & ipſi loco nomen. Sed ingenioſe admodum Horatius, perinde ac ſi victus atque excoriatus Marſya, non tam ideo doleat, quam quod Novium inter judices verſantem aſpicere cogatur. *Torrent.*

121. *Minoris.*] Duorum fratrum Noviorum junior erat improbiſſimus litigator, qui ad hanc ſtatuam ſummo mane turpiſſime fœnerabatur.

122. *Ad quartam.*] Ad horam quartam. *Poſt hanc vagor, aut ego lecto, Aut ſcripto, quod me tacitum juvet, &c.*] Senſus eſt, Poſtquam aut legi aut ſcripſi quidpiam, quod me ſuaviter afficiat, recreetque. Vel poſt lectionem, aut ſcriptionem rei ſeu materiæ alicujus, quæ & levamento & voluptati ſit mihi: deinde porro oleo & quidem melioris notæ perungor ſolens. Punctum itaque poſt τῷ *Juvet* inducendum. *Aut ego lecto.*] *Lectitare* & *ſcriptitare* verba ſunt uſu cognita: *lectare* & *ſcriptare* non ita. Quid ergo ſi continua oratione legatur uſque

ad ver-

Aut ſcripto, quod me tacitum juvet. ungor olivo,
Non quo fraudatis immundus Natta lucernis.
Aſt, ubi me feſſum Sol acrior ire lavatum
Admonuit, fugio rabioſi tempora ſigni.
Pranſus non avide, quantum interpellet inani
Ventre diem durare, domeſticus otior. Hæc eſt
Vita ſolutorum miſera ambitione gravique:
His me conſolor, victurum ſuavius, ac ſi
Quæſtor avus, pater atque meus patruuſque fuiſſent.

ad verſum ſequentem; & *lecto* & *ſcripto* ſint abſolute poſita, pro poſtquam legi aut ſcripſi quod ſilentio me recreet; ungor olivo, more loquendi non vulgato? ſed neque ineleganti, ut *audito*, *comperto*, & ſimilia. Sic *ſi nui parto*, *parcere parto*, Virgil. *Torrent.* *Lecto.*] Lectito aut ſcriptito.

123. *Unger olivo.*] Recte Turnebus lib.4. cap.9. monuit *oleum* intelligi debere quod Aëtius λιχνιαῖον appellat, vilius ſordidiuſque, quo ad lucernas utebantur. non quod ex lucerna ſumtum, ſed quod odore tale eſſe ſentias. *Torrent.* *Olivo.*] Oleo, non ex lucernis detracto.

124. *Natta.*] Ita habet vetus ſcriptura, & *Natta* ſive *Nata* celebre Pinariorum cognomen, ut ex Cicerone, Tacito tabuliſque Capitolinis conſtat: Mureti, qui primus *Naca* pro fullone reſtituit, ingenium quidem & diligentiam laudo, ſed *Natta* tamen retineo. quid enim in eo lepôris & gratiæ, ſi cum immundo fullone ſe conferat? Denique ſententiæ noſtræ accedit Juv. Sat. VIII.

Cum Panſa eripiat quidquid tibi Natta reliquit.

Turneb. lib.23. cap.22. *Torrent.* *Natta.*] Sordidus quidam Romanus.

125. *Sol acrior.*] Sol calidior.

126. *Rabioſi ſigni.*] Caniculæ.

127. *Pranſus non avide.*] Veteres diem agendis rebus, noctem curandis corporibus dabant; non quin ſæpius die cibum ſumerent; ſed non ad ſatietatem, niſi in cœna tantum. Quamquam ne hoc quidem perpetuum. Domitianus enim ad ſatietatem prandebat, cœnabat autem parciſſime. Plura Muretus Variarum lectionum III. cap. XII. *Torrent.* *Non avide.*] Pranſus moderate & parce. *Interpellet inani.*] Quantum non ſinat me integrum diem inani ventre permanere.

128. *Domeſticus otior.*] Domi otium ago.

130. *His me conſolor.*] Hac vita me conſolor. *Victurum.*] Sic plures & meliores libri: alii *victurus*. Torrent. *Ac ſi Quæſtor avus.*] Suavius quam ſi ex familia eſſem ſenatoria.

 SATYRA 1. *Rupili.*]

SATYRA VII.

Rixam Rupilii cognomento Regis cum Græculo quodam Perſio deſcribit. Proſcriptus enim ab Auguſto Rex, fugit ad Brutum, ubi Horatio tunc tribuno militum ignobilitatem exprobraſſe ferunt, qui nunc eam contumeliam ulciſci velit.

PROSCRIPTI Regis Rupilî pus atque venenum
Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus, opinor
Omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe.
Perſius hic permagna negotia dives habebat
Clazomenis, etiam lites cum Rege moleſtas:
Durus homo, atque odio qui poſſet vincere Regem:
Confidens tumiduſque: adeo ſermonis amari,
Siſennas, Barros ut equis præcurreret albis.

Ad

1. R*Upilî.*] Inter Rupilium cognomento Regem & Perſium quendam natione Græcum, moleſtæ lites extiterunt. Rupilius ab Auguſto in triumviratu proſcriptus eſt & damnatus. *Pus, atque venenum.*] Pus venenoſum, id eſt, peſtiferam maledicentiam. Vel ipſum Rupilium ingenio improbo.

2. *Hybrida.*] Sic libri noſtri omnes; ſed *Ibrida* fortaſſe ſcribendum ſit, non ab ὕβρεις, ut Grammatici voluere, ſed quod *Umbros* antiqui, aut *Imbros Ibroſque* (parum enim differre videtur) ſpurios appellarunt. Unde & Umbris Italiæ populis nomen, quod inſititii eſſent, & *umbri* ovium quoddam mixtum genus apud Plinium lib. VIII. cap. XLIX. ut eleganter ſane Conjectaneis in Varronem Joſ. Scaliger annotavit. Vel *Hybrida.* Caninus, caninæ mordacitatis, ut Cruquius exponit. *Torrent. Hybrida.*] Hybrida ex patre Aſiatico & matre Romana natus. Angl. *a mongrell.*

3. *Lippis notum, &c.*] Quæ jam in ora vulgi abierunt, tonſoribus atque lippis nota dicuntur, propterea quod olim in tonſtrinarum conſeſſibus omnes rumores narrari conſueverunt. *Eraſmus. Lippis notum.*] Lippi ad ſe alliciunt loquaces. *Tonſoribus.*] Apud tonſores multas diei horas conterunt loquaces.

5. *Clazomenis.*] *Clazomenem* etiam vocat Plinius; ad Cherſoneſi Iſthmum. olim, ut nonnulli volunt, Gryna dicta eſt. ſed alii *Grynam*, ſeu *Grynium*, vicinum fuiſſe oppidum tradunt. Stephanus *Grynos* vocat. Unde *Grynæus Apollo.* Servius Ecloga VI. *Torrentius. Clazomenis.*] Urbe Aſiæ. *Cum rege.*] Cum Rege Rupilio.

6. *Durus homo.*] Duræ cervicis homo. *Odio.*] *Odium* apud Claſſicos auctores ſæpè moleſtiam ac faſtidium ſignificat, præſertim importuni ſermonis aſſiduitate natum. Lucret.

— At flagrans odioſa loquacula.

Torrent. *Odio.*] Orationis acerbitate.

7. *Confidens.*] Audax. *Tumidus.*] Vetus haud dubie ſcriptura, non *tumiduſque.* Torrentius. *Tumidus.*] Superbus. *Sermonis amari.*] Odioſi, inſuavis, mordacis: homo petulans in maledicendo. πικρόν appellant Græci, hominem amare iraſci ſolitum. *Lambin.*

8. *Siſennas, Barros.*] *Barros* duos jam ante cognovimus. *Siſenna* autem Aproniorum & Corneliorum cognomen. Aculeo certè non caruit Cornelius ille Siſenna apud Dionem lib. LIIII. qui de

uxoris

Ad Regem redeo. poſtquam nihil inter utrumque
Convenit (hoc etenim ſunt omnes jure moleſti,
Quo fortes, quibus adverſum bellum incidit. inter
Hectora Priamiden, animoſum atque inter Achillem
Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors:
Non aliam ob cauſſam, niſi quòd virtus in utroque
Summa fuit, duo ſi diſcordia vexet inerteis,
Aut ſi diſparibus bellum incidat, ut Diomedi
Cum Lycio Glauco; diſcedat pigrior, ultrò
Muneribus miſſis) Bruto prætore tenente
Ditem Aſiam, Rupilî & Perſî par pugnat, uti non
Compoſitus meliùs cum Bitho Bacchius. in jus

Acres

uxoris vita reprehenſus, in Senatu auſus fuerit dicere ſe illam & ſciente & ſuadente Auguſto Cæſare duxiſſe, notans principis cum ea conſuetudinem, quam nuptiis celatam vellet. *Torrent.* *Siſennas, Barros.*] Nobiliſſimos convitiatores. *Ut equis.*] Ut longe ſuperaret. Equi albi dicuntur omnium celerrimi.

10. *Hoc etenim ſunt omnes jure moleſti.*] Omnes moleſti eo ſunt jure, quo fortes, id eſt, eandem ſibi libertatem vendicant. *Moleſti.*] Ita garrulos ac loquaces vocat. Quorum quanquam ingens ſit odium, cum tamen gloriolam inde aliquam tamquam dicaces aucupentur, æmulo nolunt cedere, perinde ac qui de bellica gloria contendunt. *Torr.*

12. *Priamiden.*] Priami filium.

13. *Ira capitalis.*] Quæ non niſi alterius interitu ſedaretur: tam peſtifera ac pernitioſa. *Lambin.* *Ut ultima divideret mors.*] Ut ſola mors litem dirimeret.

15. *Duo ſi.*] Duos ignavos.

16. *Diſparibus.*] Forti & ignavo.

17. *Glauco: diſcedat.*] Glaucus ignavior, ultro Diomedi, ut ab armis diſcederet, munera miſit aurea pro æreis. *Diſcedat pigrior.*] Neſcio quid ſibi velit quod in quinque exemplaribus *pulcrior* pro *pigrior* legitur. An forte ad Glaucum referri debet? ille enim pulcrior ac lautior, arma ſua aurea cum æreis permutavit. *Torrent.*

18. *Bruto Prætore tenente Ditem Aſiam.*] M Brutus & C. Caſſius, eo anno quo Cæſar interfectus eſt, prætores urbani, lege Pedia contra interfectores ejus lata, in provincias ſuas Cretam & Bithyniam abiere. Poſtea vero Brutus Macedoniam à Senatu obtinere juſſus, in Aſiam ad contrahenda undique auxilia profectus eſt, atque ibi ante bellum Philippenſe, quo occiſus eſt, multa præclare geſſit. quod dictum volui, ut quare *prætorem* vocet Horatius, & quomodo Aſiam tenuerit, non ignoretur. *Torrent.* *Tenente.*] Bruto Aſiam occupante.

19. *Pugnat, uti non.*] Verbis acerbe contendit.

20. *Compoſitus.*] Optimæ notæ libri complures *Compoſitum* habent. quod quadam loquendi novitate Lectorem excitat, ideoque mihi quidem magis arridet. Elegans autem verbum *componere*, quemadmodum & *committere*. Unde commiſſiones gladiatorum, pugilum, rhetorum, Poëtarum. *Torrent.* *Compoſitus melius.*] In certamen congreſſurus. *Cum Bitho Bacchius.*] Bithus & Bacchius erant par Gladiatorum. *In jus procurrunt.*] Codex Bland. vetuſtiſſimus habet, *Intus procurrunt*, cui ſubſcribendum cenſeo: poſt multas namque inter ſe contu-

Acres procurrunt, magnum ſpectaculum, uterque.
Perſius exponit cauſſam, ridetur ab omni
Conventu, laudat Brutum, laudatque cohortem:
Solem Aſiæ Brutum appellat, ſtellaſque ſalubreis
Appellat comites, excepto Rege: Canem illum,
Inviſum agricolis ſidus, veniſſe ruebat,
Flumen ut hibernum, fertur quò rara ſecuris.
Tum Prænestinus ſalſo multumque fluenti

Expreſ-

contumelias, poſt multa convicia & maledicta procurrebant foras in conventum ſociorum ad Brutum, ut is cauſa cognita, litem dirimeret, eoſque componeret. *Intus* autem *procurrere*, eſt de loco interiore & ſeceſſu aliquo in publicum prodire. *Cruquius.*

21. *Procurrunt.*] Quinque codd. M.S. *concurrunt*; quod quare damnaverit Lamb. ut ſuppoſititium & adulterinum, neſcio. *Concurrere* meo judicio, duello aptius eſt. Guil. Canterus Novar. lect. lib. 4. cap. 12. *Torrent. Procurrunt.*] Currunt in publicum. *Spectaculum.*] Spectaculum theatri & judicii.

22. *Cauſam.*] Cauſam ſuam.

23. *Cohortem.*] Antiqua lectio *choortem*, ut in veteri denario Antonii III. viri CHORTIS SPECULATORUM. Cohortem autem Bruti comitum intelligo. Vel ut Cruquius vult, quæ Conſuli aut prætori in provincia erat pro ſatellitio & comitatu. *Torrent.*

25. *Comites.*] Comites Bruti. *Excepto Rege.*] Præter Rupilium Regem. *Canem illum.*] Acerbius erit maledictum, ſi *canem* appellet hominem impudentem, atque, ut Cynici ſolent, conviciis oblatrantem, deinde talem canem peſtilenti canis aſtro conferat. de quo Poëta x. Æneid.

Ille ſitim morboſque ferens mortalibus ægris,
Naſcitur, & lævo contriſtat ſidere cœlum. Torrent.

Canem illum.] Caniculam peſtiferam; ſydus horribile.

26. *Ruebat.*] Inconſulte dicebat.

27. *Flumen ut hybernum.*] Græcum expreſſit vocabulum χειμάῤῥους ſeu χειμάῤῥος, quod hieme non æſtate fluit. Nos *torrentem* dicimus. Atque ita de Pindaro lib. IV. Od. II. Vide Turneb. lib. 2. cap. 1. *Torr. Fertur quo rara.*] Quo frondator raro pertingit, ut ligna cædat.

28. *Tum Prænestinus ſalſo multumque fluenti.*] In MSS. exemplaribus melioris notæ, *multoque fluente.* Aut, ut notat vir doctiſſimus Torrentius, *fluenti.* E qua ſola ſcriptura, vera lectio eſt eruenda. quæ eſt, *muſtoque.*

Tum Prænestinus ſalſo muſtoque fluenti
Expreſſa arbuſto regerit convitia.

Nihil eſt certius. Optimus & eruditiſſimus ſui ſæculi Turnebus, mentem Poëtæ vidit: veram ſcripturam non vidit. Interpretatio allegoriæ ſequitur poſtea, & cauſa,

—— Durus
Vindemiator & invictus:

Quare cave de hac lectione dubites: quæ & codicum authoritate & ipſa ratione nititur. Et fortaſſis ebrietatem innuit Rupilii & vino depoſitum fuiſſe ſignificat; id quod vindemiatoribus, cum quibus eum confert, ſolet evenire. *Heinſius. Prænestinus, &c.*] Rupilius Rex, Præneſte natus. *Multumque fluenti Expreſſa arbuſto*] Bene, nam de vindemiatore loquitur, qui veluti decuſſa ex arbore in viatorem convicia regereret, ob guſtatam vindemiam largius & ipſe fluens. *Torrent.*

Expreſſa arbuſto regerit convicia, durus
Vindemiator & invictus, cui ſæpe viator
Ceſſiſſet, magna compellans voce cucullum.
At Græcus, poſtquam eſt Italo perfuſus aceto,
Perſius, exclamat: Per magnos, Brute, Deos te
Oro, qui Reges conſuêris tollere; cur non
Hunc Regem jugulas? operum hoc, mihi crede, tuorum eſt.

SATYRA

29. *Expreſſa arbuſto.*] Convitia deprompta ex pectore mordaci & copioſo. *Regerit convitia.*] Retorquet. *Durus.*] Ut durus vinitor.

30. *Viator.*] Viatot prius de via vindemiatori convitiatus, coactus eſt cedere.

31. *Cucullum.*] Nihil neceſſe erat geminare *l. Cuculus* enim mediam producit, ut ex pluribus Plauti verſibus conſtat. Eſt autem avis verna, tam Græcis quam Latinis, à voce κόκκυ quam ingeminat: unde & κοκκύζειν & κόκκυξ & *cuculus* appellata. Vox ejus inſuavis & immodulata, effecit ut κόκκυσας appellent Græci, homines qui inſulſo atque inordinato ſermone moleſti ſunt. Socordîa etiam atque inertia ejus, quod bona anni parte vulſis fœde plumis incubans deliteſcat, hominibus avi ſimilibus, avis quoque nomen impoſuit, imperitis maxime atque incompoſitis. Inſignis autem ejus aſtus in ſupponendis alieno nido ovis. Sed quia magna in eo impudentia eſt, Gallis occaſionem præbuit, ut *cuculos* vulgari idiomate vocent, quia nulla rerum domeſticarum cura aberrare uxores & aliorum ingredi cubilia patiantur. Horatii vero locum Plinius illuſtrat lib. XVIII. cap XXVI. ait enim per imitationem cantus alitis temporarii, quem *cuculum* vocant, exprobrari ſolere ſero putantibus vitem deſidiam ſuam, quod dedecus eſſet falcem ab illa volucre in vite deprehendi. Id Poëta de quovis opere ruſtico fieri conſueviſſe oſtendit. De vindemiatore enim loquitur. At vindemiæ tempore cuculus non ultro apparet. Denique ex quavis cauſſa *cuculi* appellatio merum opprobrium eſt. Turneb. lib. 2. cap. 1. *Cucullum.*] Deridens vinitorem, & eum appellans avem pigram ac nidi ſui obliviſcentem.

32. *Italo perfuſus aceto.*] Ita Perſius quoque;

Stoïcus hic aurem mordaci lotus aceto;

acida enim & ſalſa acuunt irritantque ſtomachum. Unde ſalem acetumque in pectore habere dicuntur homines acuti argutique, qui pungant ac dictis feriant. De ſale res nota; de aceto Plautus Bacch.

Nunc experiar ſitne acetum tibi peracre in pectore.

Et Pſeud.

Ecquid habet is homo aceti in pectore?

Reſpondet alter: *Atque acidiſſimi.* Poſtremo ſic *hominem acida lingua* dixit Seneca Controverſiarum lib. X. *Torrent. Aceto.*] Aſperſus mordacitate Italica.

35. *Hunc Reges.*] Julium Cæſarem. *Operum hoc tuorum eſt.*] Hunc Rupilium Regem jugulare ad te pertinet.

SATYRA VIII.

Priapum deum, cuſtodem hortorum, inducit querentem de Canidia & Sagana veneficis, & quæ ab illis in occulto fierent deſcribentem.

OLIM *truncus eram ficulnus, inutile lignum:*
Quum faber incertus ſcamnum, faceretne Priapum,
Maluit eſſe Deum. Deus inde ego furum aviumque
Maxima formido. nam fures dextra coërcet,
Obſcœnoque ruber porrectus ab inguine palus:
Aſt importunas volucreis in vertice arundo
Terret

HÆc *Satyra, omnium feſtiviſſima, Eſquilinum illud veneficium evulgat, de quo Canidia ipſa in Epodis:*

Et Eſquilini pontifex venefici
Impune ut urbem nomine impleris meo.

1. *Olim truncus eram.*] Ego Priapus olim truncus eram. *Truncus eram ficulnus.*] Theocritus pulcerrimo in Priapum Epigrammate ex ficu & ipſe hunc deum nobis ſtatuit; de quo Arnobius lib. v. Sed hic iterum quæram, quare Ithyphallo hoc lignum potiſſimum Bacchus delegerit? Ego ad arboris naturam referre malim. conſtat enim ficum inter omnes plantas ſucci pleniſſimum eſſe, ac ſpiritum exhalare acrem inprimis ac calidiſſimum. Quo fit ut ligni ejus cremati fumus maxime mordeat, atque ex cinere factum lixivum abſtergendi vi ceteris præſtet. Quæ cum partim ejus calore, partim humore fiant, calidum autem & humidum omnia generent, nec aliud ſint phalli aut Priapi, quàm ſymbolum quoddam generationis; merito ex ficu, cujus arboris perſpicua fertilitas eſt, potiſſimum formabantur. Quin & Bacchus ut vitem ſic ficum quoque inveniſſe traditur. unde & σταφυλίτης & συκίτης dictus eſt. Bacchi autem & Veneris filius Priapus, Lampſaci in Helleſponto natus, agro fertiliſſimo. Sed jam philoſophatum eſt ſatis. Horat. enim nullum hic, opinor, myſterium tangit: ſed, quod ſatyricum decet, deum deſpicabilem, & de quo dubitarèt an in cæli ſenatum aſſumptus eſſet, è ligno quoque fragili fabricavit, & *ficulnum* eſſe voluit; ut nunc *quernum*, nunc *populeum* Catullus; *ulmeum* alii. hortis præcipue præeſſe credebatur, propter fœcunditatem: ut enim recte Servius, cum alia terra ſemel creet aliquid, horti numquam ſine fructu ſunt. Tibullus *agricolam deum* vocat. *Torrent. Ficulnus.*] Truncus fici arboris. *Inutile lignum.*] *Inutile* hìc non tam concernit & exprimit naturam ligni, quam trunci figuram, qui erat iners ἄσχημον καὶ ἄμορφον, non dolatus, nulli uſui accommodatus. verum deſiit truncus *inutile lignum* nominari, ubi ex eo jam factus eſſet Priapus. *Cruquius. Inutile lignum.*] Lignum nullam ad rem utile.

2. *Incertus.*] Dubius.

4. *Formido.*] Sum formido. *Dextra.*] Neque enim inermem decet eſſe cuſtodem, & falx in re ruſtica plurimum præſtat. *Torrent. Dextra coërcet.*] Dextra quæ falcem tenet.

5. *Ruber.*] *Ruber Priapus* ipſe cum rubente faſcino; & meritò, rubore enim notatur calor, in generatione præcipuus. At Priapum πρωτόγονον appellat Orpheus. Et ſanè, quicquid de hoc deo fabulantur Poëtæ, Libero patri, ac proinde Soli ſive Apollini convenit, διὰ τὸ γόνιμον, teſte Euſtathio & aliis. *Torrent. Palus.*] Penis ex palo factus.

6. *Importunas volucres.*] Quod ſine ulla

Terret fixa, vetatque novis conſidere in hortis.
Huc priùs anguſtis ejecta cadavera cellis
Conſervus vili portanda locabat in arca.
Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulcrum;
Pantolabo ſcurræ, Nomentanoque nepoti.

Mille

ulla Dei reverentia, quovis tempore eſſent moleſtæ. *Cruquius.*

7. *Terret.*] *Terrere* hîc non tam metum injicere ſignificat, quàm abigere ac ſummovere. Atque ita ipſe Horat. lib. II. Sat. V.

Ut canis à corio nunquam abſterrebitur uncto.

Et Cicero pro Planco: *Neminem à congreſſu meo, neque janitor meus, neque ſomnus abſterruit.* Torrent. *Novis conſidere in hortis.*] In hortis nuper ſatis, vel, nuper à Mæcenate inſtitutis.

8. *Huc prius.*] Ad hunc locum ubi Priapus ſtabat. *Anguſtis ejecta cadavera cellis.*] *Cella*, inquit Feſtus, *quod ea celantur quæ occulta eſſe volumus, per æ ſcribendum.* Alii per *e* ſine diphthongo, ut & Iſidorus, *Cella quòd nos occultet & celet.* Dictæ igitur *cellæ*, ſervorum manſiunculæ. Nec ſervorum tantùm, ſed & tenuiorum habitacula, quæ fere in cœnaculis erant. Quin meretricum quoque. Juven. Sat. III.

—— Dubitas alta Chionen deducere cella.

Hinc *cellaria*, etiam in templis ac divitum ædibus, pars remotior obſcuriorque, celandis rebus apta. *Ejecta* quoque proprie dicit; non *elata*, ut de exequiis fere loquuntur auctores, quando aliquis ſepulturæ honos. *Torrent.* *Cadavera cellis.*] Cadavera inopum & plebejorum hominum.

9. *Conſervus vili.*] Hic meritò dubites, *conſervum* ne vocet ejus intuitu, qui mortuus ſit; an ejus potius cujus opera portando cadaveri conducta fuerit. Vile ſane ac ſervile officium fuiſſe veſpillonum ac ſandapilariorum, quos νεκροφόρους vocant Græci, demonſtrat etiam Juven. Sat. II.

—— Conducere flumina, portus,
Siccandam eluviem, portandum ad buſta cadaver.

Torrentius. *Locabat in arca.*] De Sandapila loquitur, qua miſera plebs efferebatur. Vide Turneb. libro 30. capite 30. *In arca*] Non in ornato feretro. Olim enim apud Romanos, ſervos ſepeliebant. Vetus Commentator:

Antea Eſquilina regio ſepulcris ſervorum & miſerorum erat dedicata.

Rutgerſ.

10. *Hoc miſeræ, &c.*] Conſtitutum eſt ſepulchrum. *Commune ſepulchrum.*] Sic de terra Lucr.

Omniparens, eadem rerum commune ſepulcrum.

Inſigni autem veterum in defunctos pietate factum eſt, ut, qui quo mortuum è ſuis aliquem inferrent non habebant locum publico ad id deſtinato eum ſepelire poſſent. qua de re Varro lib. II. Linguæ Lat. *Itaque cum locum Afranius Putilucos appellat, quòd inde ſuſpiciunt perpetuò lumen:* non tantum ob buſtorum ignes, ut ego arbitror, ſed quod mortuis lumina præferrentur. Unde & Perſius:

Hinc tuba, candelæ. ——

Turneb. lib. 5. cap. 16. Talia autem loca etiam nunc Romæ extant ad ædem D. Pancratii & Sebaſtiani, quibus ſucceſſere Chriſtianorum cæmeteria, dicta ἀπὸ τοῦ κοιμᾶν quod dormire ſignificat, magna parentum noſtrorum religione tot jam ſæculis culta, ob ſpem reſurrectionis. *Torrent.*

11. *Pantolabo.*] Aptum ſcurræ nomen, qui omnia ab omnibus acciperet, poſtquam bona ſua ipſe comediſſet. ſic enim priſci interpretes, qui & *Mallii* ei nomen dant. *Torr.* *Pantolabo ſcurræ.*] Pantolabus univerſum patrimonium

abligu-

Cerea ſuppliciter ſtabat, ſervilibus, utque
Jam peritura, modis. Hecaten vocat altera, ſævam
Altera Tiſiphonen. ſerpenteis atque videres
Infernas errare canes; Lunamque rubentem,
Ne foret his teſtis, poſt magna latêre ſepulcra.
Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albis
Corvorum, atque in me veniat mictum atque cacatum
Julius, & fragilis Pedacia, furque Voranus.
Singula quid memorem? quo pacto alterna loquentes

Umbræ

32. *Servilibus utque.*] Duo codd. *ut qua Jam perit.* Quod tametſi Lambinus damnat, mihi ſane non diſplicet. Lepide vero Horat. tamquam ſervili ſupplicio affici ait eam, quæ nimio plus pateretur. Nam in ſervos non modo dominorum, ſed & legum nota olim atrocitas ob conditionis vilitatem. *Torrent.* *Servilibus utque.*] Ut miſerabiliter peritura.

33. *Hecaten vocat.*] Proſerpinam, quæ *Hecate* nominata eſt, vel quod centum victimis eſt placanda; vel quod centum annos errare faciat inſepultos. *Cruq.* *Hecaten vocat.*] Proſerpinam umbrarum dominam.

34. *Tiſiphonem.*] Unam ex tribus furiis, quæ cædes ulciſcitur. *Serpentes atque videres Infernas errare canes.*] Hecatæ Tiſiphonen adjunxerat; nunc canes illi, huic ſerpentes attribuit, quibus utriuſque deæ adventus ſignificetur. Sed Tiſiphones rarior in magicis mentio. Quin canes illas Stygias, ſive *Hecatæ*, ſive *Proſerpinæ*, aut etiam *Dianæ* ſacras, ipſas eſſe Furias Servius Grammaticus cenſuit lib. VI. Æneid. additque *ululare* & canum eſſe & Furiarum. Turneb. lib. 13. cap. 12. & lib. 16. c. 4. & lib. 29. cap. 44. *Torrent.*

35. *Infernas errare canes.*] Stygias canes Proſerpinæ comites. *Lunamque rubentem.*] Ridicule non pallentem deſcribit lunam, qualis eſſe ſolet cum veneficarum carminibus laborat, ſed pudore tot ſcelerum erubeſcentem latitantemque, ne ultra aſpiceret. *Torrentius.* *Rubentem.*] Lunam erubeſcentem.

36. *His teſtis.*] His veneficiis. *Latere.*] Latebat.

37. *Inquiner albis.*] Utinam caput meum habeam merdis inquinatum.

38. *Mictum atque cacatum.*] Tale illud Juvenalis Sat. I.

Cujus ad effigiem non tantum mejere fas eſt.

Et Sat. VI.

Effigiemque deæ longis ſiphonibus implet.

Torrent.

39. *Fragilis Pedacia.*] Manuſſ. *Pediatia*, aut *Pediatja*. Addunt interpretes equitem fuiſſe Romanum, qui abſumto patrimonio ſe ipſe proſtituerat. Bene igitur Flaccus noſter muliebri eum nomine appellat. Sed & *fragilis* epithetum ei probe convenit, à frangendo ſcilicet: *frangere* autem, & *dividere*, & *præſidere*, inter obſcœna ſunt. *Fragilis* ergò eſt mollis, qui muliebria patitur. Turneb. lib. 24. cap. 8. *Torrent.* *Fragilis Pedatia.*] Mollis Pedatius, qui cum patrimonio pudicitiam amiſit. *Furque Voranus.*] Hunc Q. Lutatii Catuli libertum fuiſſe volunt: ut *Saganam* Pomponii cujuſdam, proſcripti à triumviris, libertam. fides penes auctores ſit. *Torrent.*

40. *Singula quid memorem.*] Tranſitio cum enumeratione eorum, quæ peractis ſacris egerint veneficæ. *Cruquius.* *Alterna.*] Alternatim.

41. *Reſi-*

Umbræ cum Sagana reſonarent triſte & acutum?
Utque lupi barbam variæ cum dente colubræ
Abdiderint furtim terris, & imagine cerea
Largior arſerit ignis? & ut non teſtis inultus
Horruerim voces Furiarum, & facta duarum?
Nam, diſploſa ſonat quantum veſica, pepedi
Diffiſſa nate Ficus. at illæ currere in urbem.
Canidiæ denteis, altum Saganæ caliendrum
Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis
Vincula, cum magno riſuque jocoque videres

41. *Reſonarint triſte & acutum.*] Sic Virg. lib. VI.

> —— *Pars tollere vocem*
> *Exiguam.*

Triſtis igitur tenuiſque, ac ſtridula manium vox. Ὀξυφώνους vocant Græci, quales fere fœminæ, & Eunuchi omnes. Quos cum imitamur, *deducere vocem*, & *deducta uti voce* dicimur, ut recte Macrobius lib. VI. cap. IIII. *Torrentius.* *Acutum.*] Cum voce tenui & acuta.

42. *Lupi barbam.*] Hoc quoque verſu faceti︎ſſime magica illudit deliria. Et de lupi quidem dente dextro canino, ut in maximis habitus fuerit operibus, aliquid Plin. lib. XI. cap. XXXVII. & lib. XXVIII. cap. X. *Torrent.* *Variæ cum dente colubræ.*] Cum dente colubræ maculoſæ.

43. *Imagine cerea.*] Ob imaginem ceream, quæ igne liqueſcebat, in perniciem ejus, quem execrabantur.

44. *Largior arſerit ignis.*] Hoc quoque ex magica vanitate petitum. Virg.

> *Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis*
> *Sponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe; bonum ſit.*

Verum hic, opinor, ignem extitiſſe fingit, quo cerea illa effigies abſumeretur. *Torrent.*

45. *Duarum.*] Canidiæ & Saganæ, quæ tanquam furiæ erant.

46. *Diſploſa ſonat.*] Quantum ſonat veſica rupta & diſciſſa.

47. *Diffiſſa nate.*] Alludit ad fragilitatem ligni, quod dum frangitur, præter alia ligna clarè ſonat. *Cruquius.* *Ficus.*] Ego Priapus è ficu factus. *At illæ currere.*] Illæ currebant.

48. *Canidiæ dentes.*] Nihil fingi poterat venuſtius, quam binas nobiliſſimas veneficas, nihil non ab arte ſua ſibi pollicentes, uno Priapi peditu exterritas ſic aufugiſſe, ut alteri dentes, alteri crines etiam exciderint, quibus appoſititiis (ut vetulæ ſolent) utebantur: ſic enim *Caliendrum* exponunt antiqui interpretes. Vide Turneb. lib. 7. cap. 10. *Torrent.* *Dentes, altum.*] Non ſuos dentes, ſed alienos arte inſitos. *Caliendrum.*] Saganæ comam oppoſitam, id eſt, crinem hypocriticum; Angl. *a perugg.*

50. *Vincula.*] Rectè pro liciis expoſuit antiquus commentator, quod amoris vincula eſſent ex diverſis coloribus, quibus mentes hominum vinciebant, ſicut ſtamen implicant *licia.* ſic enim Servius in illud Virg.

> *Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore*
> *Licia circumdo.*

Et mox:

> *Necte tribus nodis ternos Amarylli colores;*
> *Necte Amarylli modò, & Veneris dic vincula necto.*

Torrent.

SATYRA VII.

Rixam Rupilii cognomento Regis cum Græculo quodam Perſio deſcribit. Proſcriptus enim ab Auguſto Rex, fugit ad Brutum, ubi Horatio tunc tribuno militum ignobilitatem exprobraſſe ferunt, qui nunc eam contumeliam ulciſci velit.

PROSCRIPTI *Regis Rupilî pus atque venenum*
Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus, opinor
Omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe.
Perſius hic permagna negotia dives habebat
Clazomenis, etiam lites cum Rege moleſtas:
Durus homo, atque odio qui poſſet vincere Regem:
Confidens tumiduſque: adeo ſermonis amari,
Siſennas, Barros ut equis præcurreret albis.

Ad

1. R*upilî.*] Inter Rupilium cognomento Regem & Perſium quendam natione Græcum, moleſtæ lites extiterunt. Rupilius ab Auguſto in triumviratu proſcriptus eſt & damnatus. *Pus, atque venenum.*] Pus venenoſum, id eſt, peſtiferam maledicentiam. Vel ipſum Rupilium ingenio improbo.

2. *Hybrida.*] Sic libri noſtri omnes; ſed *Ibrida* fortaſſe ſcribendum ſit, non ab ὕβρεως, ut Grammatici voluere, ſed quod *Umbros* antiqui, aut *Imbros Ibroſque* (parum enim differre videtur) ſpurios appellarunt. Unde & Umbris Italiæ populis nomen, quod inſititii eſſent, & *umbri* ovium quoddam mixtum genus apud Plinium lib. VIII. cap. XLIX. ut eleganter ſane Conjectaneis in Varronem Joſ. Scaliger annotavit. Vel *Hybrida.* Caninus, caninæ mordacitatis, ut Cruquius exponit. *Torrent.* *Hybrida.*] Hybrida ex patre Aſiatico & matre Romana natus. Angl. *a mongrell.*

3. *Lippis notum, &c.*] Quæ jam in ora vulgi abierunt, tonſoribus atque lippis nota dicuntur, propterea quod olim in tonſtrinarum conſeſſibus omnes rumores narrari conſueverunt. *Eraſmus.* *Lippis notum.*] Lippi ad ſe alliciunt loquaces. *Tonſoribus.*] Apud tonſores multas dici horas conterunt loquaces.

5. *Clazomenis.*] *Clazomenem* etiam vocat Plinius; ad Cherſoneſi Iſthmum. olim, ut nonnulli volunt, Gryna dicta eſt. ſed alii *Grynam*, ſeu *Grynium*, vicinum fuiſſe oppidum tradunt. Stephanus *Grynon* vocat. Unde *Grynæus Apollo.* Servius Ecloga VI. *Torrentius.* *Clazomenis.*] Urbe Aſiæ. *Cum rege.*] Cum Rege Rupilio.

6. *Durus homo.*] Duræ cervicis homo. *Odio.*] *Odium* apud Claſſicos auctores ſæpè moleſtiam ac faſtidium ſignificat, præſertim importuni ſermonis aſſiduitate natum. Lucret.

— *At flagrans odioſa loquacula.*

Torrent. *Odio.*] Orationis acerbitate.

7. *Confidens.*] Audax. *Tumidus.*] Vetus haud dubie ſcriptura, non *tumiduſque.* Torrentius. *Tumidus.*] Superbus. *Sermonis amari.*] Odioſi, inſuavis, mordacis: homo petulans in maledicendo. πικρὸν appellant Græci, hominem amare iraſci ſolitum. *Lambin.*

8. *Siſennas, Barros.*] *Barros* duos jam ante cognovimus. *Siſenna* autem Aproniorum & Corneliorum cognomen. Aculeo certè non caruit Cornelius ille Siſenna apud Dionem lib. LIIII. qui de

uxoris

Ad Regem redeo. poſtquam nihil inter utrumque
Convenit (hoc etenim ſunt omnes jure moleſti,
Quo fortes, quibus adverſum bellum incidit. inter
Hectora Priamiden, animoſum atque inter Achillem
Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors:
Non aliam ob cauſſam, niſi quòd virtus in utroque
Summa fuit, duo ſi diſcordia vexet inerteis,
Aut ſi diſparibus bellum incidat, ut Diomedi
Cum Lycio Glauco; diſcedat pigrior, ultrò
Muneribus miſſis) Bruto prætore tenente
Ditem Aſiam, Rupilì & Persì par pugnat, uti non
Compoſitus meliùs cum Bitho Bacchius. in jus

Actores

uxoris vita reprehenſus, in Senatu auſus fuerit dicere ſe illam & ſciente & ſuadente Auguſto Cæſare duxiſſe, notans principis cum ea conſuetudinem, quam nuptiis celatam vellet. *Torrent. Siſennas, Barros.*] Nobiliſſimos conviciatores. *Ut equis.*] Ut longe ſuperaret. Equi albi dicuntur omnium celerrimi.

10. *Hoc etenim ſunt omnes jure moleſti.*] Omnes moleſti eo ſunt jure, quo fortes, id èſt, eandem ſibi libertatem vendicant. *Moleſti.*] Ita garrulos ac loquaces vocat. Quorum quanquam ingens ſit odium, cum tamen gloriolam inde aliquam tamquam dicaces aucupentur, æmulo nolunt cedere, perinde ac qui de bellica gloria contendunt. *Torr.*

12. *Priamiden.*] Priami filium.

13. *Ira capitalis.*] Quæ non niſi alterius interitu ſedaretur: tam peſtifera ac pernitioſa. *Lambin. Ut ultima divideret mors.*] Ut ſola mors litem dirimeret.

15. *Duo ſi.*] Duos ignavos.

16. *Diſparibus.*] Forti & ignavo.

17. *Glauco: diſcedat.*] Glaucus ignavior, ultro Diomedi, ut ab armis diſcederet, munera miſit aurea pro æreis. *Diſcedat pigrior.*] Neſcio quid ſibi velit quod in quinque exemplaribus *pulcrior* pro *pigrior* legitur. An forte ad Glaucum referri debet? ille enim pulcrior ac lautior, arma ſua aurea cum æreis permutavit. *Torrent.*

18. *Bruto Prætore tenente Ditem Aſiam.*] M Brutus & C. Caſſius, eo anno quo Cæſar interfectus eſt, prætores urbani, lege Pedia contra interfectores ejus lata, in provincias ſuas Cretam & Bithyniam abiere. Poſtea vero Brutus Macedoniam à Senatu obtinere juſſus, in Aſiam ad contrahenda undique auxilia profectus eſt, atque ibi ante bellum Philippenſe, quo occiſus eſt, multa præclare geſſit. quod dictum volui, ut quarè *pratorem* vocet Horatius, & quomodo Aſiam tenuerit, non ignoretur. *Torrent. Tenente.*] Bruto Aſiam occupante.

19. *Pugnat, uti non.*] Verbis acerbe contendit.

20. *Compoſitus.*] Optimæ notæ libri complures *Compoſitum* habent. quod quadam loquendi novitate Lectorem excitat, ideoque mihi quidem magis arridet. Elegans autem verbum *componere*, quemadmodum & *committere*. Unde commiſſiones gladiatorum, pugilum, rhetorum, Poëtarum. *Torrent. Compoſitus melius.*] In certamen congreſſurus. *Cum Bitho Bacchius.*] Bithus & Bacchius erant par Gladiatorum. *In jus procurrunt.*] Codex Bland. vetuſtiſſimus habet, *Intus procurrunt*, cui ſubſcribendum cenſeo: poſt multas namque inter ſe

 contu-

Acres procurrunt, magnum ſpectaculum, uterque.
Perſius exponit cauſſam, ridetur ab omni
Conventu, laudat Brutum, laudatque cohortem:
Solem Aſiæ Brutum appellat, ſtellaſque ſalubreis
Appellat comites, excepto Rege: Canem illum,
Inviſum agricolis ſidus, veniſſe ruebat,
Flumen ut hibernum, fertur quò rara ſecuris.
Tum Prænestinus ſalſo multumque fluenti

Expreſ-

contumelias, poſt multa convicia & maledicta procurrebant foras in conventum ſociorum ad Brutum, ut is cauſa cognita, litem dirimeret, eoſque componeret. *Intus* autem *procurrere*, eſt de loco interiore & ſeceſſu aliquo in publicum prodire. *Cruquius.*

21. *Procurrunt.*] Quinque codd. M.S. *concurrunt*; quod quare damnaverit Lamb. ut ſuppoſititium & adulterinum, neſcio. *Concurrere* meo judicio, duello aptius eſt. Guil. Canterus Novar. lect. lib. 4. cap. 12. *Torrent. Procurrunt.*] Currunt in publicum. *Spectaculum.*] Spectaculum theatri & judicii.

22. *Cauſam.*] Cauſam ſuam.

23. *Cohortem.*] Antiqua lectio *choortem*, ut in veteri denario Antonii III. viri CHORTIS SPECULATORUM. Cohortem autem Bruti comitum intelligo. Vel ut Cruquius vult, quæ Conſuli aut prætori in provincia erat pro ſatellitio & comitatu. *Torrent.*

25. *Comites.*] Comites Bruti. *Excepto Rege.*] Præter Rupilium Regem. *Canem illum.*] Acerbius erit maledictum, ſi *canem* appellet hominem impudentem, atque, ut Cynici ſolent, conviciis oblatrantem, deinde talem canem peſtilenti canis aſtro conferat. de quo Poëta x. Æneid.

Ille ſitim morboſque ferens mortalibus ægris,
Naſcitur, & lævo contriſtat ſidere cælum. Torrent.

Canem illum.] Caniculam peſtiferam; ſydus horribile.

26. *Ruebat.*] Inconſulte dicebat.

27. *Flumen ut hybernum.*] Græcum expreſſit vocabulum χειμάῤῥους ſeu χειμάῤῥοος, quod hieme non æſtate fluit. Nos *torrentem* dicimus. Atque ita de Pindaro lib. IV. Od. II. Vide Turneb. lib. 2. cap. I. *Torr. Fertur quo rara.*] Quo frondator raro pertingit, ut ligna cædat.

28. *Tum Prænestinus ſalſo multumque fluenti.*] In MSS. exemplaribus melioris notæ, *multoque fluente.* Aut, ut notat vir doctiſſimus Torrentius, *fluenti.* E qua ſola ſcriptura, vera lectio eſt eruenda. quæ eſt, *muſtoque.*

Tum Prænestinus ſalſo muſtoque fluenti
Expreſſa arbuſto regerit convitia.

Nihil eſt certius. Optimus & eruditiſſimus ſui ſæculi Turnebus, mentem Poëtæ vidit: veram ſcripturam non vidit. Interpretatio allegoriæ ſequitur poſtea, & cauſa,

——— Durus
Vindemiator & invictus.

Quare cave de hac lectione dubites: quæ & codicum authoritate & ipſa ratione nititur. Et fortaſſis ebrietatem innuit Rupilii & vino depoſitum fuiſſe ſignificat; id quod vindemiatoribus, cum quibus eum confert, ſolet evenire. *Heinſius. Prænestinus, &c.*] Rupilius Rex, Præneſte natus. *Multumque fluenti Expreſſa arbuſto.*] Bene, nam de vindemiatore loquitur, qui veluti decuſſa ex arbore in viatorem convicia regereret, ob guſtatam vindemiam largius & ipſe fluens. *Torrent.*

29. *Expreſ-*

Expreſſa arbuſto regerit convicia, durus
Vindemiator & invictus, cui ſæpe viator
Ceſſiſſet, magna compellans voce cucullum.
At Græcus, poſtquam eſt Italo perfuſus aceto,
Perſius, exclamat: Per magnos, Brute, Deos te
Oro, qui Reges conſuêris tollere; cur non
Hunc Regem jugulas? operum hoc, mihi crede, tuorum eſt.

SATYRA

29. *Expreſſa arbuſto.*] Convitia deprompta ex pectore mordaci & copioſo. *Regerit convitia.*] Retorquet. *Durus.*] Ut durus vinitor.

30. *Viator.*] Viator prius de via vindemiatori convitiatus, coactus eſt cedere.

31. *Cucullum.*] Nihil neceſſe erat geminare *l*. *Cuculus* enim mediam producit, ut ex pluribus Plauti verſibus conſtat. Eſt autem avis verna, tam Græcis quam Latinis, à voce κόκκυ quam ingeminat: unde & κοκκύζειν & κόκκυξ & *cuculus* appellata. Vox ejus inſuavis & immodulata, effecit ut κόκκυγας appellent Græci, homines qui inſulſo atque inordinato ſermone moleſti ſunt. Socordiæ etiam atque inertia ejus, quod bona anni parte vulſis fœde plumis incubans deliteſcat, hominibus avi ſimilibus, avis quoque nomen impoſuit, imperitis maxime atque incompoſitis. Inſignis autem ejus aſtus in ſupponendis alieno nido ovis. Sed quia magna in eo impudentia eſt, Gallis occaſionem præbuit, ut *cuculos* vulgari idiomate vocent, quia nulla rerum domeſticarum cura aberrare uxores & aliorum ingredi cubilia patiantur. Horatii vero locum Plinius illuſtrat lib. XVIII. cap XXVI. ait enim per imitationem cantus alitis temporarii, quem *cuculum* vocant, exprobrari ſolere ſero putantibus vitem deſidiam ſuam, quod dedecus eſſet falcem ab illa volucre in vite deprehendi. Id Poëta de quovis opere ruſtico fieri conſueviſſe oſtendit. De vindemiatore enim loquitur. At vindemiæ tempore cuculus non ultro apparet. Denique ex quavis cauſſa *cuculi* appellatio merum opprobrium eſt. Turneb. lib. 2. cap. 1. *Cucullum.*] Deridens vinitorem, & eum appellans avem pigram ac nidi ſui obliviſcentem.

32. *Italo perfuſus aceto.*] Ita Perſius quoque;

Stoïcus hic aurem mordaci lotus aceto;

acida enim & ſalſa acuunt irritantque ſtomachum. Unde ſalem acetumque in pectore habere dicuntur homines acuti argutique, qui pungant ac dictis feriant. De ſale res nota; de aceto Plautus Bacch.

Nunc experiar ſitne acetum tibi peracre in pectore.

Et Pſeud.

Ecquid habet is homo aceti in pectore?

Reſpondet alter: *Atque acidiſſimi.* Poſtremo ſic *hominem acida lingua* dixit Seneca Controverſiarum lib. X. *Torrent. Aceto.*] Aſperſus mordacitate Italica.

35. *Hunc Reges.*] Julium Cæſarem. *Operum hoc tuorum eſt.*] Hunc Rupilium Regem jugulare ad te pertinet.

Hæc

SATYRA VIII.

Priapum deum, cuſtodem hortorum, inducit querentem de Canidia & Sagana veneficis, & quæ ab illis in occulto fierent deſcribentem.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum:
Quum faber incertus ſcamnum, faceretne Priapum,
Maluit eſſe Deum. Deus inde ego furum aviumque
Maxima formido. nam fures dextra coërcet,
Obſcœnoque ruber porrectus ab inguine palus:
Aſt importunas volucreis in vertice arundo
Terret

HÆc *Satyra, omnium feſtiviſſima, Eſquilinum illud veneficium evulgat, de quo Canidia ipſa in Epodis:*

Et Eſquilini pontifex venefici
Impune ut urbem nomine impleris
meo.

1. *Olim truncus eram.*] Ego Priapus olim truncus eram. *Truncus eram ficulnus.*] Theocritus pulcerrimo in Priapum Epigrammate ex ficu & ipſe hunc deum nobis ſtatuit; de quo Arnobius lib. v. Sed hic iterum quæram, quare Ithyphallo hoc lignum potiſſimum Bacchus delegerit? Ego ad arboris naturam referre malim. conſtat enim ficum inter omnes plantas ſucci pleniſſimum eſſe, ac ſpiritum exhalare acrem inprimis ac calidiſſimum. Quo fit ut ligni ejus cremati fumus maxime mordeat, atque ex cinere factum lixivum abſtergendi vi ceteris præſtet. Quæ cum partim ejus calore, partim humore fiant, calidum autem & humidum omnia generent, nec aliud ſint phalli aut Priapi, quàm ſymbolum quoddam generationis; merito ex ficu, cujus arboris perſpicua fertilitas eſt, potiſſimum formabantur. Quin & Bacchus ut vitem ſic ficum quoque inveniſſe traditur. unde & συφυλήτης & συκίτης dictus eſt. Bacchi autem & Veneris filius Priapus, Lampſaci in Helleſponto natus, agro fertiliſſimo. Sed jam philoſophatum eſt ſatis. Horat. enim nullum hic, opinor, myſterium tangit: ſed, quod ſatyricum decet, deum deſpicabilem, & de quo dubitarêt an in cæli ſenatum aſſumptus eſſet, è ligno quoque fragili fabricavit, & *ficulneum* eſſe voluit; ut nunc *quernum*, nunc *populeum* Catullus; *ulmeum* alii. hortis præcipue præeſſe credebatur, propter fœcunditatem: ut enim recte Servius, cum alia terra ſemel creet aliquid, horti numquam ſine fructu ſunt. Tibullus *agricolam deum* vocat. *Torrent. Ficulnus.*] Truncus fici arboris. *Inutile lignum.*] *Inutile* hîc non tam concernit & exprimit naturam ligni, quam trunci figuram, qui erat iners ἄσχημος καὶ ἄμορφος, non dolatus, nulli uſui accommodatus. verum deſiit truncus *inutile lignum* nominari, ubi ex eo jam factus eſſet Priapus. *Cruquius. Inutile lignum.*] Lignum nullam ad rem utile.

2. *Incertus.*] Dubius.

4. *Formido.*] Sum formido. *Dextra.*] Neque enim inermem decet eſſe cuſtodem, & falx in re ruſtica plurimum præſtat. *Torrent. Dextra coërcet.*] Dextra quæ falcem tenet.

5. *Ruber.*] *Ruber Priapus* ipſe cum rubente faſcino; & merito, rubore enim notatur calor, in generatione præcipuus. At Priapum πρωτόγονον appellat Orpheus. Et ſanè, quicquid de hoc deo fabulantur Poëtæ, Libero patri, ac proinde Soli ſive Apollini convenit, διὰ τὸ γόνιμον, teſte Euſtathio & aliis. *Torrent. Palus.*] Penis ex palo factus.

6. *Importunas volucres.*] Quod ſine ulla

Terret fixa, vetatque novis conſidere in hortis.
Huc prius anguſtis ejecta cadavera cellis
Conſervus vili portanda locabat in arca.
Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulcrum;
Pantolabo ſcurræ, Nomentanoque nepoti.

Mille

ulla Dei reverentia, quovis tempore eſſent moleſtæ. *Cruquius.*

7. *Terret.*] *Terrere* hic non tam metum injicere ſignificat, quàm abigere ac ſummovere. Atque ita ipſe Horat. lib. II. Sat. v.

Ut canis à corio nunquam absterrebitur uncto.

Et Cicero pro Planco: *Neminem à congreſſu meo, neque janitor meus, neque ſomnus abſterruit.* Torrent. *Novis conſidere in hortis.*] In hortis nuper ſatis, vel, nuper à Mæcenate inſtitutis.

8. *Huc prius.*] Ad hunc locum ubi Priapus ſtabat. *Anguſtis ejecta cadavera cellis.*] *Cella*, inquit Feſtus, *quod ea celentur quæ occulta eſſe volumus, per æ ſcribendum.* Alii per *e* ſine diphthongo, ut & Iſidorus, *Cella quòd nos occultet & celet.* Dictæ igitur *cellæ*, ſervorum manſiunculæ. Nec ſervorum tantùm, ſed & tenuiorum habitacula, quæ fere in cœnaculis erant. Quin meretricum quoque. Juven. Sat. III.

—— Dubitas alta Chionen deducere cella.

Hinc *cellaria*, etiam in templis ac divitum ædibus, pars remotior obſcuriorque, celandis rebus apta. *Ejecta* quoque proprie dicit; non *elata*, ut de exequiis fere loquuntur auctores, quando aliquis ſepulturæ honos. *Torrent.* *Cadavera cellis.*] Cadavera inopum & plebejorum hominum.

9. *Conſervus vili.*] Hic meritò dubites, *conſervum* ne vocet ejus intuitu qui mortuus ſit; an ejus potius cujus opera portando cadaveri conducta fuerit. Vile ſane ac ſervile officium fuiſſe veſpillonum ac ſandapilariorum, quos νεκροφόρους vocant Græci, demonſtrat etiam Juven. Sat. II.

—— Conducere flumina, portus,
Siccandam eluviem, portandum ad buſta cadaver.

Torrentius. *Locabat in arca.*] De Sandapila loquitur, qua miſera plebs efferebatur. Vide Turneb. libro 30. capite 30. *In arca*] Non in ornato feretro. Olim enim apud Romanos, ſervos ſepeliebant. Vetus Commentator:

Antea Eſquilina regio ſepulcris ſervorum & miſerorum erat dedicata.

Rutgerſ.

10. *Hoc miſeræ, &c.*] Conſtitutum eſt ſepulchrum. *Commune ſepulchrum.*] Sic de terra Lucr.

Omniparens, eadem rerum commune ſepulcrum.

Inſigni autem veterum in defunctos pietate factum eſt, ut, qui quo mortuum è ſuis aliquem inferrent non habebant locum publico ad id deſtinato eum ſepelire poſſent. qua de re Varro lib. II. Linguæ Lat. *Itaque cum locum Afranius Putilucos appellat, quòd inde ſuſpiciunt perpetuò lumen:* non tantum ob buſtorum ignes, ut ego arbitror, ſed quod mortuis lumina præferrentur. Unde & Perſius:

Hinc tuba, candelæ. ——

Turneb. lib. 5. cap. 16. Talia autem loca etiam nunc Romæ extant ad ædem D. Pancratii & Sebaſtiani, quibus ſucceſſere Chriſtianorum cæmeteria, dicta ἀπὸ τοῦ κοιμᾶν quod dormire ſignificat, magna parentum noſtrorum religione tot jam ſæculis culta, ob ſpem reſurrectionis. *Torrent.*

11. *Pantolabo.*] Aptum ſcurræ nomen, qui omnia ab omnibus acciperet, poſtquam bona ſua ipſe comediſſet. ſic enim priſci interpretes, qui & *Mallii* ei nomen dant. *Torr.* *Pantolabo ſcurræ.*] Pantolabus univerſum patrimonium

abligu-

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Heic dabat, hæredes monumentum ne ſequeretur.
Nunc licet Eſquiliis habitare ſalubribus, atque
Aggere in aprico ſpatiari: quo modò triſtes
Albis informem ſpectabant oſſibus agrum:
Quum mihi non tantum fureſque feræque, ſuetæ
Hunc vexare locum, curæ ſunt atque labori;
Quantum, carminibus quæ verſant atque venenis
Humanos animos. has nullo perdere poſſum,
Nec prohibere modo, ſimulac vaga Luna decorum
Pro-

abligurierat. *Nepoti.*] Luxurioſo, qui rem ſuam familiarem turpiter conſumpſerat.

12. *Mille pedes.*] Oſtendit loci publici amplitudinem, & quidem teſtamento relicti ab aliquo, qui mortuis quoque opitulari volebat. Quod magis juſtum eſſe, quam vivis ſuccurrere, oſtendit Ariſt. Probl. IX. ſect. XXX. vivi enim ſibi ipſi præſidio eſſe poſſunt, defuncti non ita. Pet. Victorius Variar. lect. lib. 14. cap. 21. *Torrentius. In fronte, trecentos.*] In latitudinem. *Cippus.*] Cippus eſt lapis in agro erectus, in quo inciſa erat formula verborum, quibus teſtatores declarabant, ſe certum loci ſpatium è ſuis agris excipere, quod vel alicui vel reip. familiæ relinquerent. *In agrum.*] In longitudinem.

13. *Hìc dabat.*] In Eſquiliis datos ſignificabat. *Hæredes monumentum.*] Hæc verba cippo inſcripta demonſtrabant hoc loci ſpatium hæredibus eſſe ademptum. *Sequeretur.*] Ita omnino legendum eſt, non *ſequerentur*, ut in pleriſque M.S. Turneb. lib. 5. cap. 16. Hoc, inquit, monumentum non eſt hæredum, ſed hominum tenuium & nullum hærediolum habentium, nullamque decempedam poſſidentium.

14. *Eſquiliis habitare.*] In quo colle olim ſepulcreto, Mæcenas domum pulchram jam extruxerat hortoſque amœnos adjunxerat. *Salubribus.*] Non oſcitanter tranſeundum, quòd *ſalubres* vocat *Eſquilias*. Nam & Auguſtus illic æger, nempe in Mæcenatis domo, cubare ſolitus; & ad quietem ſe conferens Tiberius, è Carinis ac Pompejana domo Eſquilias, in hortos Mæcenatianos commigravit. Anteà vero etiam ſupplicii locus fuerat. quo ſpectant ea quæ ſequuntur. *Torrent. Salubribus atque.*] Sepulcris remotis.

15. *Aggere in aprico ſpatiari.*] In colle aperto deambulare. *Quo modò triſtes.*] In quo nuper triſtes homines.

16. *Informem.*] Deformem.

17. *Quum mihi non.*] Regreditur ad expoſitionem ſui muneris de cuſtodiendis hortis, conquerens ſibi multo moleſtiores eſſe ſagas in oſſibus & herbis colligendis, ad homines incantamentis vinciendos, quam fures, feras & aves. *Cruquius. Non tantum.*] Non tam fures, &c. quam.

19. *Verſant.*] Immutant.

20. *Has.*] Veneficas.

21. *Simulac.*] Poſtquam. *Vaga Luna.*] Sic virg. *Hic canit errantem lunam.* & Papinius, *Vaga lumina noctis. Luna* autem eadem quæ & *Hecate* & *Diana*, ut noſti, ſic veneficiis præeſſe credebatur. Eam cœlo devocabant veneficæ, quo propior facta, majores herbis, quæ noctu legebantur, vires infunderet. Sed quo plenior erat luna, eo veneficiis efficacior putabatur: nec temere rem magnam, niſi plenilunio aggrediebantur. Sed quod *ſuccinctam* Canidiæ *pallam* tribuit,

Protulit os, quin oſſa legant herbaſque nocenteis.
Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla
Canidiam pedibus nudis, paſſoque capillo,
Cum Sagana majore ululantem: (pallor utraſque
Fecerat horrendas adſpectu) ſcalpere terram
Unguibus, & pullam divellere mordicus agnam
Cœperunt. Cruor in foſſam confuſus, ut inde
Maneis elicerent, animas reſponſa daturas.
Lanea, & effigies erat, altera cerea: major
Lanea, quæ pœnis compeſceret inferiorem.

tribuit, eo quidem ab Ovidio diſcrepare videtur; ſed de palla loquitur, quæ, quod longior eſſet, ſuccingi quidem, hoc eſt, ſuſtolli debuit, ne greſſum impediret, & nihilominus defluere cinctura potuit. Sane Servius in illud Virgilii,

Unum exuta pedem vinclis in veſte recincta,

annotavit in ſacris nihil ſolere eſſe religatum, ejus præſertim, quæ amore ſolvi vellet. *Torrent.*

22. *Legant.*] Colligant.

23. *Vidi egomet nigra.*] Videlicet è ritu & conſuetudine nocturnorum ſacrorum & veneficiorum. Vide Turneb. lib. 6. cap. 10. *Succinctam vadere.*] Expeditam.

25. *Majore ululantem.*] Hinc apparet duas fuiſſe Saganas, majorem & minorem. Turneb. lib. 15. cap. 1.

26. *Scalpere terram.*] Ita & Ovid.

Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit. ——

Foſſam enim magicam ſignificat, de qua etiam Homerus Odyſſ. λ. Turneb. lib. 6. cap. 10. *Torrent. Scalpere terram.*] Fodere.

27. *Et pullam divellere.*] Et nigram agnam dentibus diſcerpere. *Pullam.*] Tibull. lib. 1.

Et me luſtravit tedis, & nocte ſilenti
Concidit ad magicos beſtia pulla deos.

Pro *confuſus* etiam *diffuſus* habent duo codd. *Torrent.*

28. *Cruor in foſſam confuſus ut inde.*] Cruor agnæ diſcerptæ in foſſam terram mittitur.

29. *Maneis elicerent, animas reſponſa daturas.*] Ἐπεξήγησις. *Manes* enim ſunt animæ à corpore ſejunctæ, quas iſtiuſmodi ſacrificiis elici credebant, unde ψυχαγωγία dicta ea magicæ ſcientiæ pars. Tibull.

Hæc cantu finditque ſolum, maneſque ſepulcris
Elicit, & tepido devocat oſſa rogo.

Torrent. *Manes elicerent.*] Mortuorum animas excitarent.

30. *Lanea.*] Non ſum neſcius tota hac Satyra rideri magicam vanitatem; ſed tamen quod *lanea* erat altera *effigies*, quæ ceream coërceret, eo fortaſſe ſpectat, quod *lanea effigies* Compitalibus noctu dabantur in Compita, tot numero, quot liberos homines precabantur ſalvos eſſe. *Compita* autem Laribus ſacra, eorumque dies feſtus *Compitalia* dictat. Nec aliud putabantur Lares, quam animæ hominum redactæ in numerum deorum: auctor Feſtus. Taceo lanæ in nuptiis, in flaminum pileis, hoſtiarum infulis, in ſepulcris, in expiationibus uſum. *Torr. Lanea & effigies.*] Duæ erant imagines, altera lanea, altera cerea. *Major.*] Major effigies erat lanea, quæ inferiorem, id eſt, ceream verberaret.

Cerea ſuppliciter ſtabat, ſervilibus, utque
Jam peritura, modis. Hecaten vocat altera, ſævam
Altera Tiſiphonen. ſerpenteis atque videres
Infernas errare canes; Lunamque rubentem,
Ne foret his teſtis, poſt magna latêre ſepulcra.
Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albis
Corvorum, atque in me veniat mictum atque cacatum
Julius, & fragilis Pedacia, furque Voranus.
Singula quid memorem? quo pacto alterna loquentes
Umbræ

32. *Servilibus utque.*] Duo codd. *ut quæ Jam perit.* Quod tametſi Lambinus damnat, mihi ſane non diſplicet. Lepide vero Horat. tamquam ſervili ſupplicio affici ait eam, quæ nimio plus pateretur. Nam in ſervos non modo dominorum, ſed & legum nota olim atrocitas ob conditionis vilitatem. *Torrent.* *Servilibus utque.*] Ut miſerabiliter peritura.

33. *Hecaten vocat.*] Proſerpinam, quæ *Hecate* nominata eſt, vel quod centum victimis eſt placanda; vel quod centum annos errare faciat inſepultos. *Cruq.* *Hecaten vocat.*] Proſerpinam umbrarum dominam.

34. *Tiſiphonem.*] Unam ex tribus furiis, quæ cædes ulciſcitur. *Serpentes atque videres Infernas errare canes.*] Hecatæ Tiſiphonen adjunxerat; nunc canes illi, huic ſerpentes attribuit, quibus utriuſque deæ adventus ſignificetur. Sed Tiſiphones rarior in magicis mentio. Quin canes illas Stygias, ſive *Hecatæ*, ſive *Proſerpinæ*, aut etiam *Dianæ* ſacras, ipſas eſſe Furias Servius Grammaticus cenſuit lib. VI. Æneid. additque *ululare* & canum eſſe & Furiarum. Turneb. lib. 13. cap. 12. & lib. 16. c. 4. & lib. 29. cap. 44. *Torrent.*

35. *Infernas errare canes.*] Stygias canes Proſerpinæ comites. *Lunamque rubentem.*] Ridicule non pallentem deſcribit lunam, qualis eſſe ſolet cum veneficarum carminibus laborat, ſed pudore tot ſcelerum erubeſcentem latitantemque, ne ultra aſpiceret. *Torrentius.* *Rubentem.*] Lunam erubeſcentem.

36. *His teſtis.*] His veneficiis. *Latere.*] Latebat.

37. *Inquiner albis.*] Utinam caput meum habeam merdis inquinatum.

38. *Mictum atque cacatum.*] Tale illud Juvenalis Sat. I.

Cujus ad effigiem non tantum mejere fas
eſt.

Et Sat. VI.

Effigiemque deæ longis ſiphonibus implet.

Torrent.

39. *Fragilis Pedacia.*] Manuſſ. *Pediacia*, aut *Pedratia.* Addunt interpretes equitem fuiſſe Romanum, qui abſumto patrimonio ſe ipſe proſtituerat. Bene igitur Flaccus noſter muliebri eum nomine appellat. Sed & *fragilis* epithetum ei probe convenit, à frangendo ſcilicet: *frangere* autem, & *dividere*, & *præſidere*, inter obſcœna ſunt. *Fragilis* ergò eſt mollis, qui muliebria patitur. Turneb. lib. 24. cap. 8. *Torrent.* *Fragilis Pedatia.*] Mollis Pedatius, qui cum patrimonio pudicitiam amiſit. *Furque Voranus.*] Hunc Q. Lutatii Catuli libertum fuiſſe volunt: ut *Saganam* Pomponii cujuſdam, proſcripti à triumviris, libertam. fides penes auctores ſit. *Torrent.*

40. *Singula quid memorem.*] Tranſitio cum enumeratione eorum, quæ peractis ſacris egerint veneficæ. *Cruquius.* *Alterna.*] Alternatim.

41. *Reſo-*

Umbræ cum Sagana reſonarent triſte & acutum?
Utque lupi barbam variæ cum dente colubræ
Abdiderint furtim terris, & imagine cerea
Largior arſerit ignis? & ut non teſtis inultus
Horruerim voces Furiarum, & facta duarum?
Nam, diſploſa ſonat quantum veſica, pepedi
Diffiſſa nate Ficus. at illæ currere in urbem.
Canidiæ denteis, altum Saganæ caliendrum
Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis
Vincula, cum magno riſuque jocoque videres

41. *Reſonarent triſte & acutum.*] Sic Virg. lib. VI.

—— Pars tollere vocem
Exiguam.

Triſtis igitur tenuiſque, ac ſtridula manium vox. Ὀξυφώνους vocant Græci, quales fere fœminæ, & Eunuchi omnes. Quos cum imitamur, *deducere vocem*, & *deducta uti voce* dicimus, ut recte Macrobius lib. VI. cap. IIII. *Torrentius.* *Acutum.*] Cum voce tenui & acuta.

42. *Lupi barbam.*] Hoc quoque verſu faceriſſime magica illudit deliria. Et de lupi quidem dente dextro canino, ut in maximis habitus fuerit operibus, aliquid Plin. lib. XI. cap. XXXVII. & lib. XXVIII. cap. X. *Torrent.* *Variæ cum dente colubræ.*] Cum dente colubræ maculoſæ.

43. *Imagine cerea.*] Ob imaginem ceream, quæ igne liqueſcebat, in perniciem ejus, quem execrabantur.

44. *Largior arſerit ignis.*] Hoc quoque ex magica vanitate petitum. Virg.

Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe;
bonum ſit.

Verum hic, opinor, ignem extitiſſe fingit, quo cerea illa effigies abſumeretur. *Torrent.*

45. *Duarum.*] Canidiæ & Saganæ, quæ tanquam furiæ erant.

46. *Diſploſa ſonat.*] Quantum ſonat veſica rupta & diſciſſa.

47. *Diffiſſa nate.*] Alludit ad fragilitatem ligni, quod dum frangitur, præter alia ligna clarè ſonat. *Cruquius.* *Ficus.*] Ego Priapus è ficu factus. *At illæ currere.*] Illæ currebant.

48. *Canidiæ dentes.*] Nihil fingi poterat venuſtius, quam binas nobiliſſimas veneficas, nihil non ab arte ſua ſibi pollicentes, uno Priapi peditu exterritas ſic aufugiſſe, ut alteri dentes, alteri crines etiam exciderint, quibus appoſititiis (ut vetulæ ſolent) utebantur: ſic enim *Caliendrum* exponunt antiqui interpretes. Vide Turneb. lib. 7. cap. 10. *Torrent.* *Dentes, altum.*] Non ſuos dentes, ſed alienos arte inſitos. *Caliendrum.*] Saganæ comam oppoſitam, id eſt, crinem hypocriticum; Angl. *a perugg.*

50. *Vincula.*] Rectè pro liciis exponit antiquus commentator, quod amoris vincula eſſent ex diverſis coloribus, quibus mentes hominum vinciebant, ſicut ſtamen implicant *licia.* ſic enim Servius in illud Virg.

Terna tibi hæc primum triplici diverſa
colore
Licia circumdo.

Et mox:

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores;
Necte Amarylli modò, & Veneris dic
vincula necto.

Torrent.

SATYRA IX.

Deſcribit cujuſdam, in quem fortè inciderat, importunam & pertinacem garrulitatem, qua jactabundè quædam, nonnulla impudenter, omnia ſtulte deblaterans, diu invitum detinuerit, & propemodum enecarit.

IBAM *forte via Sacra, ſicut meus eſt mos,*
Neſcio quid meditans nugarum, totus in illis.
Accurrit quidam, notus mihi nomine tantum;
Arreptaque manu, Quid agis dulciſſime rerum?
Suaviter, ut nunc eſt, inquam: & cupio omnia, quæ vis.
Quum aſſectaretur: Numquid vis? occupo. At ille,
Noris nos, inquit: docti ſumus. Heic ego, Pluris
Hoc, inquam, mihi eris. miſerè diſcedere quærens,
Ire modo ocyus, interdum conſiſtere; in aurem
Dicere neſcio quid puero. quum ſudor ad imos
Mana-

1. I*Bam.*] Mira hujus Sermonis feſtivitas, quo garrulitatis veluti imago quædam ante oculos ponitur. De *Via ſacra* autem, omnium quæ in Urbe erant nobiliſſima, videnda quæ notavimus Epod. IV. *Torr.* *Via ſacra.*] In via ſacra, fœdus ictum fuit inter Romulum & Tatium.

2. *Nugarum.*] Meras nugas Via ſacra meditatum fuiſſe Horatium crediderim, non verſus, quos, Poëtæ modeſtiæ cauſſa *nugas* vocant. *Totus in illis.*] Sic noſtri codd. ſine conjunctione, haud dubie melius. Turneb. lib. 15. cap. 18. *Torrent.* *In illis.*] In illis nugis.

3. *Accurrit.*] Vulgati codd. *occurrit* habent, ſed illud melius, *Torrent.*

4. *Arreptaque manu.*] Manum arripere, eſt autoritatis indicium, quod Cic. pro Murena expreſſit, inquiens: *Quare quum iſta ſis auctoritate, non debes M. Cato arripere maledictum ex trivio, &c.* Cruquius. *Quid agis.*] Quomodo vales Horati? inquit ille.

5. *Suaviter, ut nunc.*] Recte valeo ſecundum temporum conditionem. *Omnia quæ vis.*] Cupio ut tibi proveniant omnia ex animi ſententia.

6. *Quum aſſectaretur.*] Quum à latere meo non diſcederet, me quocunque irem comitando, vel me reluctante. *Cruquius.* *Numquid vis? occupo.*] Sic Epiſt. ad Mæcenatem II.

Occupat & ſalvere jubet prior.

Illud autem *Numquid vis?* loquendi formula eſt iis uſitata, qui diſcedere ab aliquo cuperent. Terent. Eunucho:

Rogo numquid velit. Rectè, inquit, abeo.

Turneb. lib. 15. cap. 18. *Torrentius.* *Occupo. at ille.*] Prævenio illum his verbis, Nunquid aliud vis? Hoc volo, ut nos noris.

8. *Hoc, inquam.*] Idcirco quia doctus es, pluris à me fies. *Miſere diſcedere quærens.*] Vehementer, uſque ad miſeriam.

9. *Ire modò ocyus.*] Ibam aliquando celerius. *Conſiſtere.*] Aliquando conſiſtebam.

10. *Dicere neſcio.*] Dicebam puero. *Sudor ad imos Manaret talos.*] Sudor nullo prævio corporis labore emanans, aut animi æſtum moleſtiamque & angorem ſignificat, aut grave ſalutis periculum nuntiat, præſertim cum frigidus eſt, & accedit tremor. Plaut. Caſinâ:

Et

Manaret talos; O te Bollane cerebri
Felicem, ajebam tacitus. quum quidlibet ille
Garriret; vicos, urbem laudaret, ut illi
Nil reſpondebam: Miſerè, cupis, inquit, abire,
Jam dudum video: ſed nil agis: uſque tenebo.
Perſequar. Hinc quò nunc iter eſt tibi? Nil opus eſt te
Circumagi: quemdam volo viſere, non tibi notum:
Trans Tiberim longè cubat is, prope Cæſaris hortos.
Nil habeo quod agam, & non ſum piger: uſque ſequar te.
Demitto auriculas, ut iniquæ mentis aſellus,

Quum

Eo quod corculum aſſudaſsit jam ex metu. Atque hinc *ſudare* per tranſlationem non ſolum pro vehementer laborare, ſed pro trepidare, hærere atque anxium & perplexum eſſe. Terent. Phorm.

—— Eia ſudabis ſatis,
Si cum illo inceptas homine. Torrent.

11. *Manaret talos.*] Quum ſudor deflueret præ animi angore. *O te Bollane cerebri Felicem.*] In optimis exemplaribus fere legitur *Bolane* à Bola ignobili oppido. De quo Virg. *Bolanique Coranique.* Hunc autem *Bolanum* ὀξύχολον fuiſſe volunt interpretes, iracundum, apertum, qui nullas ferret moleſtias; & ſi in garrulum aliquem incidiſſet, occaſionem extemplo abrumpens, moleſtiam excuteret. Horatius vero quamquam & ipſe iraſci facilis, magis tamen ſeſe hominum moribus accommodabat, natura verecundior. *Felicem* igitur *cerebri* vocat *Bolanum*, cui, quod cerebroſus ſit, tam feliciter cedat, ut à garrulis liberetur. Ita Turnebus lib. xv. c. xvii. Cruquius felicem cerebri dici credit, βραδύχολον ad iram tardum, tolerantem loquacitatis: hoc enim eſt fortis animi & modeſti, patienter audire & pro tempore diſſimulare. *Cruq.* Turneb. lib. 15. cap. 18. *Bollane cerebri.*] Bollanus nullo ſtrepitu conturbabatur, ergo felicis erat cerebri.

13. *Ut.*] Poſteaquam.

14. *Miſerè cupis.*] Valde cupis abire.

15. *Sed nil agis.*] Fruſtra cupis effugere. *Nil agis.*] Vetus locutio, *Nihil agere*, pro inaniter agere, agendo nihil proficere, inanem operam ſumere. *Torrent.* *Uſque tenebo.*] Semper tenebo.

16. *Hinc quò.*] Ab hoc loco, quo es iturus. *Nil opus.*] Verba ſunt Horatii, qui multas fingit cauſas ſeſe ab hoc garrulo eripiendi.

17. *Circumagi.*] Huc illuc circumduci.

18. *Cæſaris hortos.*] Quos ille moriens teſtamento reliquit populo Romano, ſi Suetonio credimus: proximos fuiſſe Naumachiæ idem oſtendit auctor Tiberio, c. lxxii. Turneb. lib. 15. c. 18. *Torrent.* *Hortos.*] Turnebus Julii Cæſaris hortos fuiſſe dicit, prope portam Portuenſem, de induſtria autem locum longinquum in ultima urbis regione ſitum mentitus eſt extrà Janiculum, ut affectatorem à ſe ablegaret atque removeret.

19. *Nil habeo.*] Reſpondet garrulus affectator. *Et non ſum piger.*] Quatuor libb. manuſſ. *Non ſum piger* ſine conjunctione. placet. *Torrent.*

20. *Demitto auriculas.*] Plin. lib. xi. cap. xxxvii. *In equis & omni jumentorum genere indicia animi præferunt aures, feſsis marcidæ, micantes pavidis, ſubrectæ furentibus, reſolutæ ægris.* Quamquam igitur ſoli homini aures immobiles, ſumta tamen ab animantibus tranſlatione

Quum gravius dorſo ſubiit onus. Incipit ille:
Si bene me novi, non Viſcum pluris amicum,
Non Varium facies: nam quis me ſcribere plureis,
Aut citius poſſit verſus? quis membra movere
Mollius? invideat quod & Hermogenes, ego canto.
Interpellandi locus heic erat, Eſt tibi mater,
Cognati, queis te ſalvo eſt opus? Haud mihi quiſquam:
Omneis compoſui. Felices. Nunc ego reſto.

Con-

tione ipſi quoque & *arrigere & demittere aures* dicuntur, cum vel metus eos dejicit, vel ſpes erigit. Unde *aures arrecta* in proverbiis. *Torrent.* *Demitto auriculas, ut iniqua.*] Tranſlatio eſt à jumentis, quorum aures demiſſæ corporis defatigationem ſignificant. *Iniquæ mentis aſellus.*] Nam evertere, & ſi qua ratione queat, excutere velit ſarcinas, quas moleſte ſe ferre aurium demiſſione oſtendit. *Torrent.*

21. *Subiit onus.*] Portat onus. *Incipit ille.*] Garrulus loquitur.

22. *Viſcum pluris amicum.*] Viſcus & Varius Poëtæ diſerti, amici fuere Horatii & Virgilii.

24. *Movere.*] Saltare.

25. *Mollius.*] Facilius quam ego. *Hermogenes.*] Cantor optimus.

26. *Interpellandi.*] Perinde ac ſi ingentes aliquas virtutes ſuas prædicaſſet homo inaniſſimus, quod Poëtaſter, quod ſaltator, quod cantor eſſet. Poëta vaferrimus operæ pretium ſe facturum ratus, ſi ſermonem interrumpens ab eo intelligeret, quibus vir tantus uſui eſſet, atque opem adferre poſſet; rogat quos è propinquis ſuperſtites habeat: auditoque nullos ſupereſſe, quod ille compoſuiſſe ſe omnes diceret, nutriculæ ſuæ vaticinii memor, ſubjicit ea quæ ſequuntur. Eſt autem *interpellare*, ut ait Aſconius Verr. III. mediam alterius orationem interrumpere, vel alterius actioni ſe interponere. *Torrent.* *Interpellandi locus.*] Loquitur Horatius. *Eſt tibi mater, Cognati.*] Habeſne caros & propinquos, qui tuo auxilio egeant, quos à te curari oporteat, quorum negotia à te geri potius, quam me otioſè comitari; qui niſi te ſalvo & incolumi, ſalvi eſſe non poſſint, nec ſi te careant. Importunus ille & odioſus nebulo ſe omnes ſuos ſepeliſſe ait, neque quicquam ſe negotii habere. Turneb. lib. 15. capite 18.

27. *Queis te ſalvo.*] Quibus tua ſalus eſt neceſſaria. *Haud mihi quiſquam.*] Reſpondet Garrulus.

28. *Compoſui.*] *Deponere* & *componere* verba in funeribus uſitata. *Depoſiti* enim dicebantur ægri, jam planè deſperati, aut etiam recens mortui, quod de ſublimiori lectulo humi collocabantur: *compoſiti* verò, cum, peractis ceteris, jam ſupremo propinquorum munere oſſa in urnam ponebantur. Cicer. in Verrem act. I. *Itaque mihi videor, Judices, magnam & maximè ægram, & propè depoſitam Reipub. partem ſuſcepiſſe.* Atque hinc factum ut *depoſitum*, pro ſepulcro dici cœperit. Et pulcra tralatione Plautus Aulul.

Ut me deponat vino eam affectat viam.

Componere autem pro ſepelire, ut hic Horat. ſic Propert. lib. II.

Tu me compones, & dices oſſa Properti
Hæc tua ſunt.

Turneb. lib. 10. cap. 11. & lib. 19. cap. 27. *Torrentius.* *Compoſui.*] Omnes ſepelivi. *Felices. Nunc ego reſto.*] Sunt verba Horatii, qui mortuos appellat felices, hujus loquacitate defunctos.

29. *Com-*

Conſice. namque inſtat fatum mihi triſte, Sabella
Quod puero cecinit, divina mota anus urna:
Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis,
Nec laterum dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra;
Garrulus hunc quando conſumet cumque. loquaces,
Si ſapiat, vitet, ſimulatque adoleverit ætas.
Ventum erat ad Veſtæ, quarta jam parte diei
Præterita, & caſu tunc reſpondere vadato
Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem.
Si me amas, inquit, paullum heic ades. Inteream, ſi
Aut valeo ſtare, aut novi civilia jura:
Et propero; quò ſcis. Dubius ſum, quid faciam, inquit:
Tene relinquam, an rem. Me ſodes. Non faciam, ille

Et

29. *Confice.*] Eneca me. *Sabella.*] Anus ſortilega, fortaſſe Horatii nutrix.

30. *Puero cecinit.*] Quod cecinit mihi puero. *Divina mota anus urna.*] *Anum divinam* vocare poterat, ſed *urnam* maluit: id enim ποιητικώτερον eſt, perinde ac ſi urna ipſa divinaret unde ſortes legebantur. de quo divinandi genere etiam Tibullus libro I. Eleg. III.

Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit.

Vide lib. II. Od. III.

—— *Omnium*
Verſatur urna. ——

Torrent. *Divina mota anus urna.*] Commota urna divina, in quam ſortes erant ad divinandum futura conjectæ.

31. *Hunc neque dira.*] Puerum Horatium. Sunt hæc verba anus vaticinantis de morte Horatii per ſortes urna eductas. *Hoſticus.*] Enſis hoſtilis.

32. *Nec laterum.*] Pleuritis. *Tarda.*] Podagra quæ tardos facit.

33. *Quando conſumet cumque.*] Lamb. ſequor, qui *quando*, pro ſiquidem, aut quandoquidem ponit: *cumque* pro quovis tempore, quemadmodum & Ode XXXII. lib. I.

—— *Mihi cumque ſalve*
Ritè vocanti. Torrent.

Quando conſumet cumque.] Cumque aliquando gar. &c.

35. *Ad Veſtæ, quarta.*] Ad Veſtæ templum.

36. *Vadato.*] Ei, qui illum in jus vocaverat.

37. *Perdere litem.*] Debebat perdere litem.

38. *Inquit, paullum.*] Inquit garrulus. *Heic ades.*] Verbum illud adeſſe in judiciis idem valebat quod patrocinari. *Rutgerſ.* *Inteream ſi.*] Utinam inteream inquit Horatius.

39. *Aut valeo ſtare.*] Eſt, cum homines cogantur ſtare in jure ante Prætoris tribunal, neque ibi ſedere liceat aut honeſtum ſit, tamdiu ego illic ſtare non poſſim, nec te juvare queam, qui jus neſcio. Turneb. lib. 15. cap. 18. *Stare.*] Sic Ulpianus lib. I. De eo per quem factum erit quo quis minus in judicio ſiſtat: *Si reus dolo actoris non ſteterit, non habebat reus actionem ex hoc edicto, cum contentus eſſe poſſit exceptione.* Atque hinc dicti *ſtatores* apparitores præſidum proconſulumque, qui & ipſi ante tribunal ſtarent, & alios juſſi ſiſterent. *Torrent.* *Stare, aut novi.*] Stare in judicio, ſeu in jure.

40. *Quò ſcis.*] Ad Cæſaris hortos.

41. *An rem.*] *Rem relinquere* nunc dicit, quo paulo ante *perdere litem*, ut & Jcti *rem amittere*, pro *litem amittere.*

Gg 3 *Rei*

Et præcedere cœpit. ego, ut contendere durum eſt
Cum victore, ſequor. Mæcenas quomodo tecum?
Hinc repetit. paucorum hominum, & mentis bene ſanæ.
Nemo dexterius fortuna eſt uſus. haberes
Magnum adjutorem, poſſet qui ferre ſecundas;

Hunc

Rei enim appellatio, ut JCti tradunt, generalis eſt, & inter cetera litem ſignificare; tritus ille Auſonii verſus oſtendit:

Imperium, litem, Venerem cur una notet res.

Torrent. *An rem.*] An cauſam vel litem. *Me ſedes.*] Me relinque, inquit Horatius. *Iſte.*] Non faciam, inquit Garrulus.

43. *Cum victore.*] Cum pertinaci.

44. *Hinc repetit.*] Ab hoc principio Garrulus ſermonem intermiſſum ſic repetit: Quomodo Mæcenas tecum agit? *Paucorum hominum.*] Hæc Turnebus garruli verba eſſe maluit. Sed Lamb. vult ut à Poëta proferantur, excuſante ſe, ſi interroganti de Mæcenatis familiaritate non ſatis ex voto reſponderet, quod ille non niſi perpaucis, iiſque perſpectæ integritatis uteretur, quorum in numero non ſe agnoſceret Horatius. At vero hoc negans garrulus, Tanto, inquit, tu dexterior, qui cum paucis illis penetraſti, quos omnes me adjutore facile ſummoveas. Et hæc quidem non inconcinna hujus loci enarratio eſt. Sed ego, ut verum fatear, omnia garruli eſſe malim uſque ad illa, *Non iſto*. Nemo enim dexterius fortuna uſus eſt, ſive, quod idem eſſe arbitror, fortunam tulit melius quam ipſe Mæcenas. Turneb. lib. 15. c. 18. *Torrent.* *Paucorum hominum.*] Mæcenas (inquit Horatius) eſt homo paucis familiaribus contentus. *Et mentis bene ſanæ.*] Et ſapiens eſt. *Hinc repetit paucorum hominum & mentis bene ſanæ, &c.*] Turnebus hæc omnia garrulo tribuit, uſque ad illa: *Non illo vivimus illic, &c.* Et hos verſus de Mæcenate accipit. Ego, ut in eo Turnebo aſſentiar, quod hæc omnia illius nugatoris verba eſſe putem; ita, quo minus duos iſtos verſus ad Mæcenatem referam, facit id quod ſequitur, *Haberes magnum adjutorem, &c.* Quæ manifeſto clamant præcedentia non ad alium quam ad Horatium, referri poſſe. Scribo igitur hoc modo:

— Mæcenas quomodo tecum
(Hinc repetit) paucorum hominum, &c.

Ut ſit, *tecum paucorum hominum*, hoc eſt, tecum qui es paucorum hominum. Quærebat garrulus: Mæcenas qualem ſeſe præbet ergà te, qui non es εἷς τῶν πολλῶν, neque ut è vulgo quiſpiam; ſed quod non eſt niſi maximi cujuſque admodum ſanæ mentis? Parabat Horatius reſpondere, ſed importuniſſimus nebulo, non exſpectata reſpondendi vice, Horatium laudare pergit; & quem perpaucorum hominum, & ſaniſſimæ mentis dixerat, eundem etiam optime fortuna uſum fuiſſe addit. Denique ſi ſe commendare Mæcenati vellet, operam ſuam talem pollicetur, qua Horatius brevi omnes anteire poſſet, qui apud patronum ei gratia prævalerent. Hæc mihi vera hujus loci ſententia videbatur. aliter tamen ſentienti non pugnabo. *Rutgerſ.*

45. *Nemo dexterius fortuna eſt uſus.*] Is dexterè fortuna uti dicitur, qui ſcit ferre fortunam. *Stephanus.* *Dexterius fortuna eſt uſus.*] Dexterius quam tu, inquit Garrulus. *Haberes.*] Haberes me.

46. *Ferre ſecundas.*] Si ab hiſtrionibus primarum & ſecundarum partium ſumta translatio eſt, *ferre ſecundas* pro ſuſtinere atque implere interpretabimur; ut Horatio primas tenenti partes hic veluti adjutor aſſiſtat, ut in ſcena ſolent hypocritæ. *Ferre* igitur *ſecundas* proprie ſe garrulus iſte dixerit, Horatio

ſoli

Hunc hominem velles ſi tradere. diſpeream, ni
Summoſſes omneis. Non iſto vivimus illic,
Quo tu rere, modo. domus hac nec purior ulla eſt,
Nec magis his aliena malis. nil mi officit unquam,
Ditior hic, aut eſt quia doctior: eſt locus uni-
cuique ſuus. Magnum narras, vix credibile. Atqui
Sic habet. Accendis, quare cupiam magis illi
Proximus eſſe. Velis tantummodo: quæ tua virtus,
Expugnabis: & eſt qui vinci poſſit. Eoque
Difficiles aditus primos habet. haud mihi deero:
Mune-

ſoli cedens. Atque ita de vini generibus Plin. lib. XIV. cap. XI. *Ad tertiam palmam varia venere.* Torrent. *Secundas.*] Secundas partes, id eſt, qui tibi ſecundus eſſe poſſet.

47. *Hunc hominem.*] Seipſum ſuo tangit digito & demonſtrat. *Velles ſi tradere.*] Rem magnam ſe præſtitiſſe Lamb. putat, quod verba iſta hoc ordine ſcripſerit, cum impreſſi habeant: *Si velles tradere.* At noſtri M. S. variant, & ſine cæſura ſcripſiſſe crediderim Horat. ſi uſquam alibi, in hoc Sermone, qui totus dramaticus eſt, ſimpliciſſime loquentem. *Tradere* autem pro commendare, quo verbo & ipſe & alii ſæpe auctores ſic uſi ſunt, ἔλλειψις eſt, pro in clientelam, in contubernium, in comitatum tradere. *Torrentius.* *Tradere.*] Mæcenati commendare.

48. *Summoſſes omnes.*] Niſi ſummovere poſſes omnes, qui te antecedunt gratia apud Mæcenatem. *Non iſto vivimus.*] Reſpondet Horatius. *Illic.*] In familia Mæcenatis.

50. *Malis.*] Invidia, æmulatione, criminationibus, &c. *Nil mi officit unquam.*] Meſius optimæ notæ M. S. tres & nonnulli alii, *inquam* pro *unquam.* Torrent.

52. *Magnum narras.*] Rem incredibilem narras, inquit Garrulus. *Atqui.*] Loquitur Horatius.

53. *Accendis quare.*] Incendis me (inquit Garrulus) cupiditate talis familiaritatis. *Cupiam magis illis.*] Quare cupere debeo.

54. *Velis tantummodo.*] Hæc Horatii ſunt, inſigni deriſione pollicentis, quod ſciat nunquam ſecuturum. Quod vero ſequitur, *Eoque Diff. ad pr. habet*; imperfecta, ni fallor, oratio eſt, quam loquaculus ille tam magnifica promiſſione totus geſtiens abrumpit, non ſinens pluribus exprimi, quare talis eſſet Mæcenas, qui nulli ſe faceret nimis ſodalem, homo in deligendis amicis circumſpectus ac prudens. Non diſplicet tamen Turnebi explicatio lib. XV. cap. XVIII. ut ob id ipſum difficilis fuerit ad Mæcenatem aditus, quod ſe talem cognoſceret, qui facile expugnaretur; præſtabat igitur non permittere ſe temere adiri. *Torrent.* *Velis tantummodo.*] Tantum velle debes, inquit Horatius. *Quæ tua virtus.*] Ea eſt tua virtus, ut facile ſis expugnaturus Mæcenatem.

55. *Expugnabis: & eſt qui vinci poſſit, &c.*] Pro *poſſit*, emendandum *poſcit*: hoc eſt, poſtulat ſe ab ambitioſis captatoribus paulatim labefactari, animumque ſuum pertinaci ac indefeſſa ſollicitatione poſtremo tamen ſuperari. atque hinc eſt, quod prima fere coitio multò acerrima eſſe conſuevit Mæcenatem prenſantibus. *Jan. Douza.* *Qui vinci.*] Si ſæpe inſtabis.

56. *Haud mihi deero.*] Diligentiam adhibebo

Muneribus ſervos corrumpam. non, hodie ſi
Excluſus fuero, deſiſtam: tempora quæram:
Occurram in triviis: deducam. NIL *ſine magno*
Vita labore dedit mortalibus. Hæc dum agit: ecce
Fuſcus Ariſtius occurrit mihi carus, & illum
Qui pulcre noſſet. conſiſtimus. Unde venis, &
Quò tendis? rogat. & reſpondet: Vellere cœpi,
Et prenſare manu lentiſſima brachia; nutans,
Diſtorquens oculos, ut me eriperet. malè ſalſus,
Ridens, diſſimulare. meum jecur urere bilis.
Certe neſcio quid ſecretò velle loqui te
Ajebas mecum. Memini benè: ſed meliori
Tempore dicam: hodie triceſima ſabbata. vin' tu
Curtis

adhibebo inquit Garrulus.

58. *Tempora quæram.*] Talia illa Virgilius:

Tentaturum aditus, & quæ molliſſima fandi
Tempora. —

Et:

Sola viri molles aditus & tempora noras. Torrent.

Tempora quæram.] Tempora idonea captabo.

59. *Deducam.*] Deducam domum. *Nil ſine magno.*] *Difficilia enim quæ pulchra.* & *Labor omnia vincit improbus.* & optimè Salluſtius: *Non enim votis neque ſupplicis muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, proſperè omnia cedent.* Torrent.

60. *Hæc dum.*] Hæc dum loquitur Garrulus.

61. *Fuſcus Ariſtius.*] Grammaticus illo tempore nobilis.

62. *Unde venis.*] Hoc ita interpretor: rogavit me unde venirem & quò tenderem? & mihi quoque roganti, unde veniret & quo tenderet, reſpondit. Turneb. lib. 15. cap. 18.

63. *Rogat.*] Fuſcus me rogat. *Reſpondet: vellere cœpi.*] Reſpondet à me rogatus.

64. *Prenſare manu.*] Alii *preſſare*, ſed plures ac meliores codd. *Prenſare*: nec video cur moveri debeat. nam quod ante *vellere* dixit, id antiquus commentator exponit pro vellicare, preſſare, ſtringere. Quo cum nihil proficeret, prenſare etiam brachia voluit, velut nolentem quoque abducturus, quo tali comite ab altero liberaretur. Turneb. lib. 1. cap. 15. *Torrent. Prenſare manu.*] Arctius comprimere brachia. *Lentiſſima brachia.*] Quæ obſequi nollent. Vide Epod. XV.

Lentis adhærens brachiis.

Torrent.

65. *Diſtorquens oculos.*] Huc illuc movens oculos. *Male ſalſus.*] Nimium prudens in damnum meum.

66. *Diſſimulare.*] Ridens diſſimulabat. *Urere bilis.*] Bilis meum jecur urebat, id eſt, vehementer iraſcebar.

67. *Certè neſcio.*] Sunt verba Horatii ad Fuſcum.

68. *Memini benè.*] Reſpondet Fuſcus.

69. *Triceſima ſabbata.*] *Sabbata* omnia, hoc eſt, ſeptimum quemque diem, Judæos venerari ſolere, dicta non à σαββάζειν, id eſt, *debacchari*, unde & Bacchi cognomen *Sabaſius*, ut vult Plut. in Sym-

Curtis Judæis oppedere? Nulla mihi, inquam,
Religio eſt. At mî. ſum paullo infirmior; unus
Multorum: ignoſces: aliàs loquar. Hunccine Solem
Tam nigrum ſurrexe mihi? fugit improbus, ac me
Sub cultro linquit. Caſu venit obvius illi
Adverſarius: Et, quo tu turpiſſime? magna
Exclamat voce: & licet anteſtari? ego verò

in Sympoſ. lib. IV. q. V. ſed à verbo *ſabbat*, quod ceſſare & feriari ſignificat, plurimis auctorum omnis generis teſtimoniis conſtat. Sed quod *triceſima Sabbata* hîc dicit Horatius, id vel ad magnum illud Sabbatum, quod *Phaſe* vocant Judæi referendum: aut ita appellaverit *Neomeniarum* diem. Lunaribus enim menſibus utebantur Judæi. ergo triceſimo quoque die, aut circiter, recurrebant *Neomenia*, quas nos *Calendas* dicimus, eadem ratione, qua *Sabbata* ipſa, cultæ, tunc duplici honore dignæ, cum in Sabbatum incidunt. Turneb. lib. 15. cap. 18. *Torrent. Triceſima ſabbata.*] Sabbata triceſimo quoque die menſis redeunt. Alii Neomenias intelligunt, alii magnum Judæorum Sabbat; quo die Agnum comedebant.

70. *Curtis Judæis.*] Judæis recutitis, qui glandem penis habent circumciſam. *Oppedere.*] Verbum Satyræ aptum; ut καταπέρδειν & ἀντικαταπέρδειν apud Ariſtophanem, pro contumelioſè deſpicere atque contemnere aliquem, ut quem ventris crepitu aut amoliri aut proſternere poſſis, ut nunc quoque vulgus loquitur. quin inverecundi, per contumeliam aut ventre crepitant, aut ore ſimulant. Turneb. lib. 15. cap. 18. *Torrent. Oppedere.*] Contradicere & eorum religionem irridere. *Nulla mihi.*] Sunt verba Horatii.

71. *At mî.*] Negat Ariſtius ſe, quod ex Epicuri diſciplina faciebat Horatius, religiones omnes contemnere; & cum addit, *unus multorum*, oſtendit ſeſe de religione idem cum populo ſentire. Nam & nunc ſic loquuntur Itali, ut cum *multos* dicunt, rudes & imperitos ſignificent; cum *paucos* doctos & expertos. quale & illud:

Nos numerus ſumus. ——

Torrent. *At mî.*] At mihi aliqua eſt religio, inquit Fuſcus. *Sum paulo infirmior, unus.*] Sum aliquantulo ſuperſtitioſior.

72. *Multorum ignoſces.*] Unus è multis. *Hunccine ſolem.*] Exclamat Horatius.

73. *Tam nigrum.*] Vide lib. IIII. Od. V.

—— *Soles melius nitent.*

Et lib. I. Od. XXXVI.

Creſſa ne careat pulcra dies nota.

Torrent. *Tam nigrum ſurrexe mihi?*] Tam infelicem diem mihi ſurrexiſſe oportuit? *Fugit improbus.*] Fugit Fuſcus male ſalſus.

74. *Sub cultro linquit.*] Linquit in ſummo periculo, ut victimam jamjam mactandam.

75. *Adverſarius.*] Garruli adverſarius. *Quò tu turpiſſime?*] Quo pergis improbiſſime?

76. *Licet anteſtari?*] O Horati licetne te teſtem facere in garrulum? *Anteſtari.*] Adverſus eum, qui in jus vocatus non iret, duo extant legis XII. tab. capita, corrupta tamen ac mutila. Quamquam & verba meo judicio reſtitui, & in unum coire poſſunt: *In jus vocatus ni eat, anteſtaius, im capito: ſi calvitur pedemve ſtruit, manum endo jacito. Im* pro *eum* dicebant veteres, teſte Feſto. *Si calvitur*, ſic exponit Cajus JCtus l. CCXXXIII. De verb. ſignificat. *Si moretur, vel fruſtretur.* & *Pedem ſtruere*,

Oppono auriculam. Rapit in jus: clamor utrimque:
Undique concurſus. ſic me ſervavit Apollo.

vel fugam moliri eſt vel reluctari. quo caſu, injecta manu, ut pertrahi poßit. De anteſtatione verò ſic vetus Gloſſema, in codice Jacobi Carondeletii adſcriptum: *Si quis olim adverſarium traxiſſet in jus ſine teſte, injuriari videbatur. Ideò præſente aliquo id faciebant, & tales teſtes anteſtatos dicebant, eorumque aurem tangebant, quo memores eſſent, interrogantes* LICET ANTESTARI? *Quod ſi reſpondiſſet* LICET, *porrigebant aurem. qua tacta impune adverſarium trahebant in judicium.* Accedat Plinius lib. XI. c. XLV. *Eſt in aure ima memoria locus, quem tangentes atteſtantur.* Torrent. *Licet anteſtari?*] Hoc è XII. tabulis fragmentum adducit Porphyrio, ſic à Rutgerſio correctum: SI. IN. IVS. VOCATIO. FVAT. ANTESTAMINO. I. B. AVREM. CAPITO. ANTESTATI. Anteſtabantur igitur, quoties litem denuntiabant, ut ſi reus ſtata die non adeſſet, & vocatum ſe negaret, anteſtati denuntiationis teſtes eſſent. R.

77. *Oppono auriculam.*] Ego auriculam porrigo vellendam ut me teſtem ſumat. *Rapit in jus clamor utrinque.*] Trahit garrulum renitentem ad tribunal ubi Prætor jus dicit.

78. *Servavit Apollo.*] Malè hoc quoque loco Lamb. Neque enim aut Apollinis in foro ſtatuam, aut Æneam ſervatum ab Apolline adverſus Achillem, hæc ſcribens, ut ille voluit, cogitabat Horatius: ſed religionem, quamquam ipſe irreligioſus. Apollo enim inter *ἀλεξικάκους* & *ἀποτροπαίους*, hoc eſt, *propitios* & *averruncos deos*, vel præcipuus habebatur. *Avertentes* vocat Macrobius lib. III. cap. XX. atque hinc antiquæ inſcriptiones: APOLLINI CONSERVATORI. Σωτῆρα vocant Græci. Turnebus libro 6. capite 24. *Torr.* *Apollo.*] Auguſti forum, in quo erat eburnea Apollinis ſtatua.

SATYRA X.

Hac Satyra reſpondet iis quos offenderat ſuprà Satyra quarta, quum Lucilii verſus reprehenderet; ac ſuæ reprehenſionis rationem reddit, qua eam fuiſſe juſtam oſtendit.

NEMPE *incompoſito dixi pede currere verſus*
Lucilî. quis tam Lucilî fautor ineptè eſt,
Ut non hoc fateatur? at idem, quod ſale multo

Urbem

GUlielmus Canterus. & alii nonnulli, octo verſus integros Satyræ hujus initio diſidtrari ajunt; quamquam & ego eos non uno in cod. adſcriptos repperi, & pro Horatianis agnoſcere videtur Lilius Gyraldus; ut ſpurios tamen & ſuppoſititios rejiciendos eſſe judicavi. Torrent.

1. *Nempe incompoſito.*] *Nempe* adverbium eſt aſſentientis, ut ſcribunt Valla & Linacer; quo libenter utitur Horatius ad interrogationem. *Cruquius.* Turneb. lib. 15. cap. 19. *Incompoſito dixi pede currere verſus.*] Dixi Lucilium aſperum eſſe & duriuſculum in componendis verſibus.

2. *Inepte.*] Codex optimus *inepti.* ſed unius ego teſtimonio receptam lectionem mutare non auſim. *Torrent.* *Ineptè eſt.*] Stulte.

3. *At idem.*] Lucilius. *Sale multo Urbem defricuit.*] Simile illud è Sat. VII.

———*Italo perfuſus aceto.*

Eleganti utrumque tranſlatione à ſalis & aceti acrimonia ad ſtyli quoque mordacitatem. Plura Turneb. lib. XV. c. XIX. *Torrent.*

4. *Urbem*

Urbem defricuit, charta laudatur eadem.
Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque cetera: nam ſic
Et Laberî mimos, ut pulcra poëmata mirer.
Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum
Auditoris: & eſt quædam tamen hîc quoque virtus.
Eſt brevitate opus, ut currat ſententia, neu ſe
Impediat verbis laſſas onerantibus aures.
Et ſermone opus eſt modò triſti, ſæpè jocoſo,
Defendente vicem modò rhetoris atque Poëtæ,
Interdum urbani parcentis viribus, atque
Extenuantis eas conſultò. Ridiculum acri

For-

4. *Urbem defricuit.*] Quod cives Romanos acrius notarit. *Charta laudatur eadem.*] Monſtrat Horat. non maledicendi cauſſa ſeſe ita de Lucilio ſcripſiſſe, cum ut vitia detexerit, ſic laudes quoque non tacuerit. *Torrent.* *Charta laudatur eadem.*] In eodem Poëmate laudatur, ſed Ironice.

5. *Dederim.*] Dare debeo.

6. *Et Laberî mimos.*] Scenicos verſus Laberii ſcriptoris dicaciſſimi. *Laberî mimos.*] *Decimus Laberius* Mimographus, *Publii Syri* æqualis atque æmulus (eodem enim tempore in ſcena floruere, quamquam ille ætate major) Cæſaris Dictatoris beneficio jus annulorum aureorum & equeſtrem ordinem adeptus, ob nimiam aſperitatem ei diſplicere cœpit: ac favor in Publium verſus eſt. *Torrent.*

7. *Riſu diducere rictum.*] Non ſatis eſt auditori riſum movere. *Diducere rictum.*] Immodico ſcilicet hiatu, ut effuſè & indecorè ridentibus contingere ſolet. *Torrent.*

8. *Hic quoque virtus.*] Eſt quædam virtus riſum movere.

9. *Ut currat ſententia.*] Ne ſententia claudicet. *Neu ſe Impediat.*] Exprimere videtur id, quod *moleſte loqui* vocabat Auguſtus. *Torrent.*

11. *Et ſermone opus eſt, &c.*] Puto his verſibus Horatium non loqui de officiis cujuſlibet Poëtæ, ſed Satyrici duntaxat, qui nunc ſalibus, nunc ſeveritate, multiplices formas orationis edit, & nunc frontem in rugas contrahit, nunc in jocos relaxat. Vide Pet. Nannii Miſcell. lib. 4.

12. *Defendente vicem modo rhetoris.*] Opus eſt ſermone tuente munus nunc Rhetoris, nunc, &c.

13. *Urbani parcentis.*] Hominis vafri & callidi.

14. *Conſultò.*] Data opera. *Ridiculum acri fortius.*] *Acre* appellat, quod grave, quod vehemens, quod ſerium ac pugnax: *ridiculum* verò quod lene, quod remiſſum, quod facetum atque hilare, triſtes illos cum quibus agimus affectus ſolvat; atque animum ab intentione rerum avertat, aliquando etiam reficiat, & à ſatietate vel à fatigatione renovet: cujus rei facultatem defuiſſe Demoſtheni credunt, Ciceroni modum. *Torrent.* *Ridiculum acri.*] Iocus interdum plus valet quam acrimonia.

— *Ridiculum acri*
Fortius & melius magnas plerumque ſecat res.

Hæc [illegible] ſunt. Cum enim toto hujus Satyræ principio nihil aliud agat, quam ut oſtendat, non ſatis eſſe, auditori riſum movere, niſi etiam vis & acrimonia ſermoni miſceatur; quomodo repente mutata ſententiâ, ridiculum

Solùm

Fortius & melius magnas plerumque ſecat res.
Illi, ſcripta quibus comœdia priſca viris eſt,
Hoc ſtabant, hoc ſunt imitandi: quos neque pulcer
Hermogenes unquam legit, neque ſimius iſte,
Nil præter Calvum & doctus cantare Catullum.
At magnum fecit, quòd verbis Græca Latinis
Miſcuit: ô ſeri ſtudiorum, quine putetis
Diffici-

ſolum jam commendat? Ego putem hæc omnia κατὰ μίμησιν à Demetrio & Tigellio (in hos enim hæc Satyra ſcripta eſt) Lucilii defenſoribus dici, uſque ad illa: *Quos neque pulcher, &c.* Nam cum Poëta in Satyra non facetum ſolum, ſed & vehemens ac ſerium ſcribendi genus requiſiviſſet. Atqui, inquiunt, ridiculo dicendi genere ſæpius magnæ res peraguntur, quam triſti ac ſevero. Neque veteres illi Comœdiæ ſcriptores & olim ob aliud probati, & nunc imitandi ſunt, quam quod riſu auditorem ſolverent. Horatius autem nebulonibus iſtis reſpondere non dignatus, quæſtionem quam propoſuerant, non ſolvit, ſed eludit. Et quid vos, inquit, tanto faſtu præcipitis de ratione eos ſcriptores imitandi; quos nec vidiſtis unquam, nec legiſtis? Ita infrà, cum ſermonem ex utraque lingua miſtum dixiſſent concinniorem eſſe: maluit Horatius ridendo quæſtionem ſolvere, quam hominibus imperitis quicquam ſerii reſpondere. Quod ſi quis omnia ab Horatio dici malit, dicendum erit deeſſe voculam *Cum*; ut ſit, *ridiculum cum acri*: de quibus loquendi modis prolixe diſputat Priſcianus lib. XVIII. *Rutgerſ.*

15. *Secat res.*] Sic Epiſt. ad Quinctium:

Quo multæ magnæque ſecantur judice lites.

Rem autem pro lite ac controverſia accipi ante notavimus. Et bene *ſecari* dicit, quod inſperatò & improvisò dirimitur. Nam quem ſolvere nodum nequeas, diſſecandus eſt. Turneb. lib. 15. cap. 19. & 29. cap. 24. *Torrent.* *Secat res.*] Melius mordet, vel melius decidit & finit, ut vult Lambinus.

16. *Illi, ſcripta.*] Poëtæ veteris Comœdiæ. *Quibus.*] A quibus.

17. *Hoc ſtabant.*] Terentius Prologo Hecyræ:

Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti.

Ubi Donatus annotavit, agi fabulam cum recitatur, ſtare cum placet. *Torrent.* *Hoc ſtabant.*] Propter has quas poſui virtutes, placebant. *Pulcher.*] Ironice, homo bellus.

18. *Hermogenes.*] Hic ille M. Tigellius Hermogenes Sardus. de quo antè Satyra III. *Simius iſte.*] Priſci omnes interpretes *M. Demetrium* quemdam intelligi volunt: quem *ſimium* vocet Poëta, ob formæ turpitudinem atque ingenii pravitatem. Addunt δραματοποιὸν fuiſſe, hoc eſt actorem fabularum: ut auctor ob imitandi artem potius *ſimium* appellaſſe videri poſſet. *Torrent.* *Simius iſte.*] Neque Demetrius Poëta deformis & brevis ſtaturæ.

19. *Nil præter Calvum.*] Qui nihil cantare didicit præter Calvum & Catullum Poëtas elegos.

20. *At magnum.*] Rem magnam & admiratione dignam. *Græca Latinis.*] Turneb. lib. 17. cap. 24.

21. *O ſeri ſtudiorum.*] Ὀψιμαθεῖς, qui ſero ſtudiis operam dediſtis. *Seri, &c.*] Recte quidem Acron, pro ὀψιμαθεῖς, cui contrarium (inquit Lambinus) παιδομαθεῖς, qui à puero diſcunt, atque ita Gellius lib. XI. cap. VIII. Ego tamen *ſeros ſtudiorum* vocari hic à Poëta malim, qui tardi in ſtudiis ſunt,

qui

Difficile & mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contigit. At ſermo lingua concinnus utraque
Suavior: ut Chio nota ſi commiſta Falerni eſt.
Quum verſus facias, te ipſum percunctor: an & quum
Dura tibi peragenda rei ſit cauſſa Petillî;
Scilicet oblitus patriæque patriſque; Latinè

Quum

qui nullos adhuc progreſſus fecerint: nulla enim ætas ſera ad diſcendum; qui ſerò didicit, didicit tamen. Tarditatem igitur ingenii reprehendit. Pet. Nannii Miſcell. lib.4. Turneb. lib.15. cap:19. *Torrent.* *Quive putetis.*] Qui putetis. Nam particula ve, abundat in ſententia, vel, Conjunctio eſt confirmans.

22. *Rhodio quod Pitholeonti.*] Sunt qui *Demetrium*, quem paulo ante *ſimium* vocavit, nunc *Pitholeontis* nomine notari velint: eundemque eſſe, qui à Laërtio commemoratur Comœdiarum ſcriptor, quoniam & hunc noſtrum vetus ſcholiaſtes ὀψιμαθῆ ποιὸν appellat. Sed errant, mea quidem ſententia. nam Laërtii ille Demetrius inter laudandos Poëtas ponitur; & huic noſtro Pitholeon à Poëta opponitur, cujus exemplo damnandus potius ſit Lucilius, quam collaudandus, qui ſermonem patrium corruperit: quod non tantum veteres Romani ſummo ſtudio vitaverint, ſed celebres, etiam eo ipſo tempore quo hæc ſcripſit Horatius, Oratores. Et alioqui non cognomen, ſed nomen proprium eſt *Pitholeon*; binominem autem fuiſſe non eſt veriſimile. *Torr.* *Pitholeonti.*] Pitholeon Poëta ineptus in ſuis Epigrammatis Græca Latinis immiſcuit.

23. *At ſermo lingua.*] Anthypophora à compoſitione penitus inſipida, quaſi utraque lingua non ſit ex æquo per ſe concinna, lepida, faceta & elegans; ſed ad majorem gratiam, altera alterius indigeat. *Cruquius.*

24. *Ut Chio nota ſi.*] Quemadmodum ſi vino Chio Falernum ſit commiſtum. *Chio nota ſi commiſta Falerni.*] *Chium*, inter tranſmarina ſeu Græca vina nobiliſſimum, generoſa quadam lenitate maxime commendabatur; *Falernum* in Italia quidem laudatiſſimum, ſed auſterius habitum, neque in novitate, neque in nimia vetuſtate corpori ſalubre. Chio igitur optime temperabitur. Non ſine cauſſa igitur Tibullus:

Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos
Conſulis, & Chio ſolvite vincla cado.

Torrent.

25. *Te ipſum percunctor.*] Ipſummet adverſarium rei quæſitæ judicem conſtituit. Quærit autem an qui in verſu Latinis Græca ſibi immiſcere permittat, idem in cauſſis agendis facere auſit: ut puta ſi Petillium Capitolinum adverſus ſummos oratores, quales tunc Pedius & Meſſalla Corvinus, qui eum accuſabant, defendendum ſuſcipiat. Quod cum ſalvo pudore affirmare nullo modo poſſet, cum ne Græcis quidem aliter, quam Latine Romæ agere liceret; dicturum fortaſſis aliam eſſe carminis rationem, facete Apollinis per ſomnium monitu eludit. quod deus ille Muſarum dux, Latinum hominem ne integros quidem verſus Græcos facientem ferret, tantum abeſſe, ut utramque confundi linguam ſineret. Turneb. l.15. cap.19. *Torrent.* *An & quum.*] An tu patriæ oblitus, &c. Græca patriis intermiſcere malis?

26. *Rei ſit cauſa Petilli.*] Accuſati Petilli, qui auream coronam Jovis furatus eſt.

27. *Latine.*] Veteres quidem libri omnes *Latini* habent. Non poſſunt tamen à Lamb. hîc diſſentire, cui etiam Turnebus ſubſcripſerit. Qui verò à ve-

teri

Quum Pedius cauſſas exſudet Poplicola, atque
Corvinus, patriis intermiſcere petita
Verba foris malis, Canuſini more bilinguis?
Atque ego quum Græcos facerem, natus mare citra,
Verſiculos; vetuit me tali voce Quirinus
Poſt mediam noctem viſus, quum ſomnia vera:
In ſilvam non ligna feras inſanius, ac ſi
Magnas Græcorum malis implere catervas.
Turgidus Alpinus, jugulat dum Memnona, dumque
Diffin-

teri ſcriptura diſcedere non auſit, is pro confeſſo habeat, Pedium ac Meſſallam acerrimos Latinitatis aſſertores, ut olim fuit magnus ille Cato Cenſorinus, nullum in oratione Græciſmum toleraſſe. quod ſanè de Meſſalla conſtat, ut ex Quinctiliano videre eſt. Quod verò etiam *Poplicolæ* cognomen Pedio accommodat Horatius, id non oſcitanter prætereundum eſt; nam Q. Pedius Conſul, in Faſtis nondum cognomen adeptus eſt. *Torrent.*

28. *Exſudet.*] Quum Pedius cauſas agat cum ſudore.

29. *Corvinus.*] Corvinus Orator clariſſimus, Petilli accuſator, ſic etiam Pedius. *Patriis.*] Latinis.

30. *Foris malis.*] Aliunde. *Canuſini more bilinguis.*] De *Canuſio* diximus Sat. v. Nec mirum ſi *Canuſini* à Diomede in Italia conditi *bilingues* erant: nam & Brutiates omnes bilingues eamdem ob cauſam vocavit Ennius, teſte Feſto. *Torrent. Canuſini more bilinguis.*] Apud Canuſium oppidum in Appulia partim Græce, partim Latine loquebantur.

31. *Atque ego, &c.*] Argumentum Poëticum elegans & facetum, quo quaſi oraculò monitus, ſuadet Romanis viris, ne ſuo exemplo aut Græcos verſus inſani faciant, aut Græca Latinis interferant. *Cruquius. Natus mare citrà.*] Natus in Appuliæ finibus.

32. *Quirinus.*] Romulus, linguæ Latinæ author.

33. *Vera, &c.*] Quum ſomnia ſunt vera.

34. *In ſylvam ligna ferre*, eſt aliquem iis rebus augere velle, quibus ipſe maxime abundat. *Eraſmus.* Pet. Nannii Miſcell. lib.4. *In ſylvam non ligna.*] Hæc ſunt verba Quirini ad Horatium. *Ac ſi.*] Sunt qui *At ſi* legendum exiſtiment: ſunt qui aliter atque aliter interpungant: ſed nihil immutandum. Dicit enim non inſanius facturum ſi ligna in ſylvam ferat, quàm ſi Græcis ſe ſcriptoribus adjiciat, perinde ac ſi numero aliquid deſit. *Torrent.*

35. *Græcorum malis.*] Græcorum verſuum.

36. *Turgidus Alpinus.*] Quis *Alpinus* hic fuerit ignoro. *A. Cornelium Alpinum* vocat Lamb. vetus Cruquii commentator *Gallum*, Porphyrio *Cornelium*. Unde Cruquius ideò, ni fallor, quod alii Cornelium, alii Gallum appellent, *C. Cornelium Gallum* notari à Poëta exiſtimat; utpote rivalem ejus, & quidem ſub *Alpini* cognomine, quod Forojulienſis eſſet. At procul ab Alpibus Forojulienſes, neque tam iniquum Gallo fuiſſe crediderim Flaccum noſtrum, ut eximii Poëtæ laudibus quidquam detraxerit, præſertim cum Virgilius eum unicè coluerit, opibus etiam & Ægypti præfectura clarum. Nam Horatii rivalem fuiſſe, id merum Cruquii ſomnium eſt: quemadmodum & de Memnone ſcripſiſſe. Videat igitur ne qui alios deceptos fuiſſe gloriatur, ipſe magis dece-

ptus

Diffingit Rheni luteum caput: hæc ego ludo,
Quæ nec in æde ſonet certantia, judice Tarpa;
Nec redeant iterum atque iterum ſpectanda theatris.

Argu-

ptus ſit. Qui *Alpinum* vocari obſcurum hunc Poëtam animadvertebant, *Galli* nomen ipſi indiderunt. Unde factum, ut *Cornelii* quoque nomen adeptus ſit, futurus *C. Cornelius Gallus*, niſi celebris Poëtæ manes ab injuria defendamus. *Torrent. Turgidus Alpinus, jugulat dum Memnona.*] Horatium de Poëta loqui, qui, cum citra mare natus eſſet, Græcos verſus ſcriberet, res ipſa docet. Duo enim argumenta erant, in quibus omnes fere Epici Poëtæ Græci, tanquam facta conſpiratione, deſudarent: Bellum Trojanum, nempe, & Gigantomachia. Unde & Latini Poëtæ, quoties de legitimo & majoris oneris argumento agunt, duo iſta levioribus & minoris operæ opponunt. Hæc duo, Alpinus iſte Horatii, Gaurus Martialis opere complexi erant. Gigantes Græci γηγενεῖς & πηλογόνους, hoc eſt, *luteos*, ſeu, *luto genitos*, vocare ſolent. *Luteus* enim eſt terreſtris vel πηλόγονος, *è luto genitus*. Inter Gigantes fuiſſe Rhœcum, aut Rhecum ſine diphthongo ea vox legitur, nemo eſt qui neſcit. Qui ergo ſcriptum inveniſſent,

Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona, dumque
Diffringit Rheci luteum caput,

ex eo *Rheni* fecerunt. *Dum ergo, iſte, quiſquis eſt Alpinus, quomodo Memnon jugulatus, & Rheco caput à Jove fuerit diffractum* (nam *diffringit* legendum,) hoc eſt, τὰ Τρωϊκὰ καὶ τὴν Γιγαντομαχίαν deſcribit. Præceſſit autem, *magnas Græcorum catervas*, quia de tritis & exhauſtis argumentis loquitur. Qualia hæc duo ſunt; inter omnia inprimis trita. Rhenum autem & illius caput, quis inter illa ponit, aut cum bello Trojano conjungit? Intelligit ergo eum, qui Græce Troïca & Gigantomachiam, poſt tot alios ſcripſiſſet. Cujuſmodi ſcriptores *ligna in ſylvam ferre* dixit. quod Græce poſt tot Græcos ſcriberent, & argumentum à tot aliis exhauſtum tractarent. *Cruquius, Turgidus Jugulat dum Memnona.*] Dum malis carminibus hiſtoriam Memnonis ab Achille jugulati narrat.

37. *Diffingit.*] Sic duo codd. noſtri alii *deſingit*. Sed illud magis placet, hoc eſt, perperam fingit, vitioſe format, ſcribendo corrumpit. Illa verò venuſtiſſima ac prorſus Satyrica, *jugulare Memnona, diffingere Rheni luteum caput*, pro tam male deſcribere, ut iterum jugulari Memnon ſcribentis ſtylo, atque alius oriri Rhenus non è fontibus, ſed lacubus lacuniſque, videri poſſet. Turneb. lib. 15. cap. 19. *Torrent. Diffingit Rheni.*] Dum inelegantur deſcribit. *Luteum caput.*] Quaſi luteum eſſet Rheni caput, vel origo. *Hoc ego ludo.*] Hujuſmodi poëmatia meditor & illudo chartis, quæ vulgata nolim decantari, vel in theatris exhibita imperitæ multitudinis applauſum captare, vel Metii Tarpæ alteriuſve Critici ſubire cenſuram. *Cruquius. Ludo.*] Hæc ego ludibundus ſcribo.

38. *In æde ſonent.*] In æde Apollinis, & Muſarum. *Certantia judice Tarpa.*] *Metius Tarpa*, cujus etiam mentio Epiſt. ad Piſones, ut *Palæmon* ille Virgilianus, Criticorum è numero unus poëtarum commiſſionibus præſidebat. qua de re egregius Suetonii in Auguſto locus capite LXXXIX. *Torrentius. Certantia judice.*] Ad certaminis provocationem venientia. *Tarpa.*] Ludimagiſtro.

39. *Spectanda theatris.*] Duo optima exemplaria *ſpectata*. Torrent. *Spectanda theatris.*] Quæ ſæpius ſpectata vileſcant.

49. *Argu-*

Arguta meretrice potes, Davoque Chremetà
Eludente ſenem, comis garrire libellos,
Unus vivorum Fundani. Pollio regum
Facta canit, pede ter percuſſo. fortè epos acer,
Ut nemo, Varius ducit. molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ.
Hoc erat, experto fruſtra Varrone Atacino,
Atque quibuſdam aliis, melius quod ſcribere poſſem,
Inventore minor: neque ego illi detrahere auſim
Hæren-

40. *Arguta meretrice.*] Digreſſio ab inſtituta reprehenſione Lucilianorum ad amicos ſuos & fautores, quibus ab indole, ſtudio, & divitis naturæ facultatibus obiter collaudatis, venit ad ſuos ludos poëticos, quibus ſe, duce natura, non mediocriter delectari fatetur. *Cruquius. Arguta meretrice.*] Meretrice callida.

41. *Comis garrirè.*] Apta Comici Poëtæ laus, ſi comiter, hoc eſt, feſtive, hilare, urbane garriat, ut inter ſe cives ac populares ſolent. Varro à κῶμος deducit; unde Latine *comiſſatio*, Græce, ut quidam volunt, *comœdia* quoque dicta eſt. Alii *Comis* tamquam communis, & *comiter* tanquam communiter dici credidere. nec male: quamquam id reprehendere viſus eſt Cicero, in Oratione pro Cornelio Balbo. *Comis* enim eſt, qui libenter, qui officioſe ſe omnibus exponit, & æqualem præſtat: qua ſignificatione *civilis*, *civiliter*, & *civilitas* quoque dici cœpit. Turneb. lib. 15. cap. 19. *Torrentius. Comis garrire.*] Tu Fundani unus ex iis, qui hodie vivunt, potes argutam Comœdiam ſcribere comis, id eſt, comiter & facete.

42. *Fundani.*] *Caii Fundani*, qui ſub Auguſto floruit, memoriam ſervant nummi apud me argentei: quamquam de Poëtica ejus facultate nihil memini legiſſe. *Torrent. Pollio.*] Tragœdiographus.

43. *Pede ter percuſſo.*] Trimetris verſibus.

44. *Ducit.*] Tres noſtri M.S. *Ducit molle atque facetum.* neque aliter legunt codices Cruquiani, poſito puncto poſt *Varius*; atque ita ſcripſiſſe Horatium crediderim. Illud verò, *Capiò de rure Camœnæ*, quamquam in uno atque altero cod. repperi; & ad Nolam Campaniæ, ubi multa ſcripſit Virgilius, referri poterat; mihi quidem nullo modo probatur: quanto enim concinnius, *gaudentes rure Camœnas* unum illum ſibi delegiſſe, qui res ruſticas optimè, ac veluti, de ipſarum ore caneret. Per. Nannii Miſcell. libro 4. *Torr.*

45. *Virgilio annuerunt.*] Virgilius illo tempore Bucolica ſcripſerat, non Æneïda.

46. *Hoc erat.*] Hoc erat, quod ego melius poſſem ſcribere Satyras, quam Varro. *Varrone Atacino.*] *P. Terentius Varro* ab Atace, Græcas litteras ſero didicit: tamen, & ſi Quinctil. credimus, in his per quæ nomen eſt aſſecutus, interpres operis alieni, ad augendam dicendi facultatem parum profuit. Nihil igitur mirandum ſi Satyram fruſtra tentavit. *Tor. Atacino.*] Sic dicto, ab Atace Narbonenſis Galliæ fluvio.

48. *Inventore.*] Uti & Juven.

Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus.

periphra-

Hærentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum: ſæpe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis. Age, quæſo,
Tu nihil in magno doctus reprendis Homero?
Nil comis tragici mutat Lucillius Atti?
Non ridet verſus Enni gravitate minores;

periphraſis enim Lucilii eſt, Satyræ apud Romanos inventoris. *Torrent. Inventore minor.*] Hæc ironicωs intelligenda nemo inficiabitur, ſi cognoverit hic antitheſin eſſe tacitam, ſe, puta, molli carmine delectari: Lucilium vero durius ſcribere, quod ſub reprehenſionem cadit: quo ergo pacto vere quis aſſerat, Horatium eſſe Lucilio inferiorem. *Cruquius. Inventore minor.*] Lucilio Satyræ inventore.

49. *Multa cum laude.*] Libri aliquot *cum multa laude:* unus etiam *cumulatam laude.* Nec malè, mea quidem ſententia. *Torrent.*

50. *At dixi fluere hunc lutulentum.*] Horatius, cum Lucilium tertia Satyra, *fluere lutulentum* dixit, quo, niſi ad lepidiſſimum Ariſtophanis de Cratino judicium reſpexit? Nam cum iſte Comicus in fabula Pytine, fluvii inſtar verſus ſuos fluere, intempeſtive & immodice gloriatus. Fluvius ergo Cratinus, fluvius Lucilius: ſed uterque lutulentus, hoc eſt, τὸ ῥεύσεως παρασύρων. *Heinſius. Hunc lutulentum.*] Lucilium. *Lutulentum.*] Allegoricωs eſt, eum ſcatere vitiis & inepta garrulitate. *Cruquius. Ferentem.*] Sæpe proferentem.

51. *Tollenda relinquendis.*] Plura ſumenda, laudanda, & imitatione digna, quam quæ relinquantur & rejiciantur.

52. *Tu nihil.*] Ironica interrogatio. *Homero.*] Qui dormitat interdum.

53. *Comis tragici mutat Lucilius Atti.*] Comem & urbanum vocat Lucilium, quo minus miremur, ſi in Attio, Poëta tragico ſeveriſſimo, nonnulla mutavit, hoc eſt, reprehendit, cum mutanda cenſuit. Gell. lib. XII. cap. II. & extremo lib. XVII. *Torrentius. Mutat Lucilius.*] Nil emendat. *Acci.*] Accius apud Latinos primus ſcripſit Tragœdiam.

54. *Non ridet.*] Citat hunc locum, & exemplum Enniani verſus, quem deriſerit Lucilius. *Torrent. Non ridet verſus Enni gravitate minores, Cum de ſe loquitur.*] Sed cui in mentem venit, iſta verba, *cum de ſe loquitur,* & quæ ſequuntur, de ipſo Ennio eſſe accipienda? cum vulgo de Lucilio accipiantur. Jam *de ſe loqui,* eſt περιαυτολογεῖν, & in vitio, Græcorum more, ponitur. Id vero fecerat Ennius. Iſtud autem, *non ut majore reprenſis,* etiam Græcorum more dictum. *Non ut,* eſt οὐχ ὅπως. *Cum de ſe loquitur, qui multum abeſt, ut major ſit illis quos reprehendit.* quod Græci efferrent, περὶ ἑαυτοῦ λαλῶν, οὐχ ὅπως μείζονος τῶν ἐλεγχομένων. Ergo, *cum de ſe loquitur, non ut majore,* hoc eſt, *qui non eſt major.* Reprehenſi ſunt, Nævius & alii nonnulli antiquiores Poëtæ. Jam vero cum dixit,

Ennii gravitate minores,

Ennii gravitas, non eſt orationis virtus, ut δεινότης in Demoſthene, ſed vitium in moribus. Vitium illorum, qui ad tædium eorum cum quibus agunt, ſe extollunt, φορτικότης dicitur à Græcis. Eſt enim merum onus. Horatius *gravitatem* eleganter reddidit. Quod ſi conſtaret nobis de quo aliquando cogitavi, Horatium ſcripſiſſe,

Non ridet verſus Ennii gravitate minores?
Non de ſe loquitur, non ut majore reprenſis?

Quum de ſe loquitur, non ut majore reprenſis?
Quid vetat, & noſmet Lucilî ſcripta legenteis,
Quærere, num illius, num rerum dura negarit
Verſiculos natura magis factos, & eunteis
Mollius? At ſi quis pedibus quid claudere ſenis
Hoc tantum contentus, amet ſcripſiſſe ducentos
Ante cibum verſus, totidem cœnatus: Etruſci
Quale fuit Caſsî rapido ferventius amni
Ingenium; capſis quem fama eſt eſſe, libriſque

Ambu-

Jam ſine ulla difficultate conſtaret, ad Lucilium hæc eſſe referenda. Hoc ſenſu: *An non Lucilius verſus Ennii gravitate ac jactantia minores ridet? An non de ſe quoque ita loquitur, ut ſibi non parcat? ut fateatur, non majorem ſe cæteris, quos reprehendit?* quod non diſpliceret. *Heinſius.* *Gravitate minores.*] Verſus minus graves, quam oportet.

55. *Non ut majore reprenſis?*] Nonne ridet, quaſi major ſit his, quos reprehendit?

57. *Num illius.*] Num illius culpa? *Rerum dura negavit.*] Rerum, quas tractavit.

58. *Magis factos.*] Verſus magis elaboratos.

59. *Mollius.*] Molliores & lenius fluentes. *At ſi quis.*] Libri aliquot *Ac ſi quis* legunt. Sed nihil muto. ſententia enim eſt: At ſi quis in ſcribendo hoc tantum ſibi proponat, ut qualeſcumque ſenarios, connectendo quamplurimos uno die verſus, effundat, quod Caſſio Etruſco ingenti quadam ingenii exuberantia contigit, tali quidem concedam comem & urbanum ornatumque magis videri poſſe Lucilium, quàm vel alii ejus ævi Poëtæ fuerint, vel ipſummet eſſe convenêrit, aut futurum ſperari potuerit, nempe qui in rudi illo & intacto Græcis carmine Satyrico verſaretur. Sed idem ſi noſtra hac ætate exiſteret, &c. Atque ita fermè Lambinus. *Torrent.* *Quis pedibus.*] Ac ſi aliquis. *Senis.*] Hexametris verſibus, ut aliquid claudat & finiat.

60. *Hoc tantum contentus.*] Hoc uno contentus.

61. *Etruſci Quale fuit Caſsî.*] Plures ſub Auguſto *Caſſii* fuere, obſcuræ quidem originis, ſed quorum tamen memoria hactenus conſervatur: *Caſſius Patavinus, Caſſius Severus, Caſſius Parmenſis.* è quibus ille, an aliquid ſcripſerit, ignoro: meminit ejus Suet. Aug. c. 11. hi verò ingenio ac dicendi facultate celebrantur. Sed ingens dubitatio eſt, an idem *Parmenſis* qui *Etruſcus*, cujus hîc fit mentio. Antiqui commentatores, eoſque ſecuti Lamb. & Cruquius, eumdem eſſe volunt, quòd Parma, ut illi ajunt, in Etruria fuerit. Atqui Parmam Geographi togatæ Galliæ attribuunt. Nam quamquam Horatius Caſſium hunc non apertè reprehendat, majorem tamen in homine diligentiam deſiderat: eumque adeò multa ſcripſiſſe indicat, ut libri ejus proprii, unà cum capſis extruendo rogo ſuffecerint. At vero in Epiſtolis, Tibullum nitidiſſimum Poëtam ipſi comparat: nec librorum plauſtra, ſed opuſcula tantùm commemorat. Alium itaque fuiſſe neceſſe eſt: quamvis quis fuerit, ignoremus. *Torr.* *Etruſci.*] Caſſii Parmenſis. Parma eſt Etruriæ civitas.

63. *Capſis quem fama.*] Qui tam multa ſcripſit, ut mortuus ſuis libris fuerit combuſtus, nulla alia materia adhibita.

64. *Fuerit*

Ambuſtum propriis: fuerit Lucillius, inquam,
Comis & urbanus; fuerit limatior idem,
Quàm rudis, & Græcis intacti carminis auctor,
Quamque Poëtarum ſeniorum turba. ſed ille,
Si foret hoc noſtrum fato delatus in ævum:
Detereret ſibi multa: recideret omne quod ultra
Perfectum traheretur: & in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungueis.
Sæpe ſtylum vertas, iterùm, quæ digna legi ſint,
Scripturus: neque, te ut miretur turba, labores,
Contentus paucis lectoribus. an tua demens

Vilibus

64. *Fuerit Lucilius, inquam, Comis & urbanus* ——— *Quam rudis, &c.*] *Rudis* in patrio caſu accipiendum, & cum voce *carminis* conjungendum. Senſus itaque erit: Eſto, fuerit inquam Lucilius urbanus & comis, demus etiam limatiorem, id eſt, terſiorem ac emendatiorem fuiſſe, quam Ennium noſtrum, primum illum rudis Satyræ inventorem, aut etiam ſecutam ſeniorum, hoc eſt, antiquiorum Lucilio Poëtarum turbam: nihil tamen ad munditiem, cultum aut polituram ſeculi noſtri. *Donza.* *Fuerit Lucilius.*] Demus quod Lucilius fuerit comis, &c. Leg. *ibi:*

——— Fuerit limatior idem
Quam rudis, at Græcis intacti carminis auctor.

Hoc enim dicit: Eſto; fuerit Lucilius limatior & Ennio, illo quidem rudi, ſed tamen intactæ Græcis Satyræ inventore, & reliquâ caſcorum vatum turbâ, nihil tamen ad noſtrorum poëtarum limam. Erat cum legendum crederem: *Quam Rudiis Græcis intacti, &c.* Nam Rudinum fuiſſe Ennium, nemo eſt qui ignoret. Eſt autem *Auctor Rhudiis* ea loquendi forma, qua *hoſpes Zacyntho,* Plautus dixit. *Rutgerſ.*

66. *Græcis intacti carminis autor.*] Autor carminis Satyrici, quod Græci non attigerunt.

68. *Si foret hoc noſtrum.*] Si hac noſtra ætate natus eſſet. *Dilatus.*] Alii *delatus*; vetus ſcriptura *delapſus*; quod rejici non debebat. *Torrent.*

69. *Detereret.*] Detraheret. *Recideret.*] Suetonius Calig. cap. XLIV. *Commoda emeritæ militiæ recidit ad ſummam ſexcentorum millium.* Horat. quoque Sat. II. libri ſequentis:

Integris opibus novi non latius uſum
Quam nunc accīſis.

Torrent.

Recideret omne.] Amputaret omne ſupervacaneum.

71. *Sæpe caput.*] Hi ſunt geſtus hominis altius aliquid cogitantis. *Vivos & roderet.*] Ad vivum roderet.

72. *Sæpe ſtylum vertas.*] Mutare debes quod ſcripſeris. Præceptum eſt de cura in ſcriptis prius habenda, quam evulgentur. *Stylum vertas.*] Sumpta metaphora à Stylo graphiario majorum, qui in tabulis ceratis, quod acutiore ſtyli parte inaraſſent, inverſa ſtyli latiore, æquor cereum, litteris obliteratis iterum complanabant. *Cruquius.* *Stylum vertas.*] Quæ de hac re Lamb. hic & Turneb. lib. XIV. cap. XXIV. Eraſmi ſunt in Chil. *Torrent.*

74. *Paucis lectoribus.*] Doctis lectoribus.

 75. *Vili-*

Vilibus in ludis dictari carmina malis?
Non ego. nam ſatis eſt equitem mihi plaudere: ut audax,
Contemptis aliis, exploſa Arbuſcula dixit.
Men' moveat cimex Pantilius? aut crucier, quòd
Vellicet abſentem Demetrius? aut quòd ineptus
Fannius Hermogenis lædat conviva Tigelli?
Plotius, & Varius, Mæcenas, Virgiliuſque,
Valgius, & probet hæc Octavius optimus, atque
Fuſcus: & huc utinam Viſcorum laudet uterque.
Ambitione relegata te dicere poſſum
Pollio, te Meſſala tuo cum fratre: ſimulque
Vos Bibuli & Servi, ſimul his te candide Furni:
Complureis alios, doctos ego quos, & amicos

Prudens

75. *Vilibus in ludis.*] Maſè, qui ad ludos ſcenicos, quam literarios hoc referre malunt. *Dictare* enim proprie literatorum eſt. Atque ita Perſ. Sat. I.

Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe
Pro nihilo pendas? ———

At verò ſcenicas laudationes minime faſtidiebat. *Torrent.* *Vilibus in ludis.*] In conſpectu turbæ imperitæ.

76. *Non ego.*] Supple, volo ſervire Scenæ, ſeu mea carmina in ſcenam produci. *Cruquius.* *Equitem.*] Id eſt, equeſtrem ordinem, qui in XIV. ordinibus ſpectabant. ſic enim & Mart. lib. XIV.

Synthesibus dum gaudet eques.

Unde & *Equeſtria* dicta, locus ipſe equitum, ut Senatorum *Orcheſtra*, reliquæ plebis *Cavea*. Torrent. *Equitem mihi.*] Equitem Rom. ut Mæcenatem vel alium quempiam doctiſſimum.

77. *Arbuſcula.*] Mima & meretrix à vulgo exploſa.

78. *Cimex Pantilius.*] Vetuſtiſſimi libb. *Pantillius*, ſcurræ ut puto nomen: quem contemtiſſime *Cimicem* appellat, animal fœdiſſimum, & dictu quoque faſtidiendum natura. Mox quoque, *Aut crucict*, pro *crucier*; omnes libri. Turneb. libro 15. capite 19. *Torr.* *Cimex Pantilius.*] Poëta putidus, ut cimex.

79. *Vellicet abſentem Demetrius.*] Quod Demetrius laceret me? *Demetrius.*] Hic ille, quem *Simii* nomine antè notatum vidimus. de *Fannio* quoque Sat. IV. Scio à Dione, Velleio, Suetonio, & Macrobio, inter alios qui in Auguſtum conſpirarunt referri Fannium Cæpionem: ſed alium, ni planè fallor, quam de quo hîc Horatius. Ceteri verò qui hîc enumerantur, non ſatis idoneos doctrinæ ſuæ teſtes habent. De Octavio verò P. Victorius variarum Lectionum IV. cap. III. *Torrent.*

80. *Fannius Hermogenis.*] De quo ſupra Sat. 4.

83. *Viſcorum.*] Viſci optimi erant Poëtæ.

84. *Relegata.*] Ambitione ſublata.

85. *Tuo cum fratre.*] Publicolam vocat antiquus commentator. *Torrent.*

86. *Vos Bibuli & Servi.*] Neque hi mihi cogniti. *Torrent.* *Simul his.*] Cum his. *Furni.*] Duo enim Furnii, pater & filius: uterque Cajus prænomine; ille litteris, hic honoribus clarior. Sed & M. Furnii mentio in quadam Ciceronis ad C. Cæſarem Epiſtola lib. VII. *Torrentius.*

87. *Complureis alios.*] Per enumerationem colligit amicos ſuos, viros bo-

nos

Prudens prætereo: quibus hæc, ſint qualiacumque,
Arridere velim: doliturus, ſi placeant ſpe
Deterius noſtra. Demetri, teque Tigelli,
Diſcipularum inter jubeo plorare cathedras.
I puer, atque meo citus hæc ſubſcribe libello.

Q. HO-

nos & doctos, quibus ſi placere ſe intelligat, pro nihilo habet reliquam turbam imperitorum hominum. *Cruquius.*

88. *Prudens prætereo.*] Sciens prætereo.

89. *Arridere velim.*] Placere velim.

90. *Deterius noſtra.*] Si placeant minus, quam ſperamus. *Demetri, teque Tigelli, &c.*] Ego vos modulatores (qui fœminis non viris placere ſtudetis) jubeo plorare, id eſt, vobis malum precor, & vos tanquam turbam imperitorum hominum pro nihil habeo.

91. *Diſcipularum.*] Vetus ac germana lectio, ob mollitiem potiùs eorum qui tali in ludo verſabantur, quàm quòd puellæ etiam ſaltare diſcerent, ut L. III. Od. VI. vidimus. *Torrent. Diſcipularum.*] Mimarum.

92. *Citus hæc ſubſcribe.*] Subſcribe cito. *Libello.*] Abruptum fuit hujus Satyræ initium, abruptus etiam finis: & *Libellum* vocare videtur Satyram IV. quæ Lucilii nomen detuliſſe videri poterat, cui nunc ſubſcribi jubet, tantum abeſt ut facti eum pœniteat. Eſt autem ſermo apologeticus. *Torrent.*

Q. HORATII FLACCI SERMONUM SIVE SATYRARUM LIBER SECUNDUS.

Satyra Prima.

Sibi datum à Trebatio conſilium de ſcribendis rebus geſtis Auguſti, potiùs quàm Satyris (utpote in quibus alii aliud deſiderent) exponit; & cur ei parere non poſſit, oſtendit.

SUNT, *quibus in Satyra videar nimis acer, & ultra*

Legem

ANtiqui codices partim librum hunc univerſum, partim primam libri Satyram Trebario *inſcribunt: & alii virum militarem, alii Juriſconſultum appellant. & caſtra quidem C. Cæſaris bello Gallico ſecutus eſt; ſed profeßione Juriſconſultus. Errant verò qui* Auli *prænomen ei tribuunt.* Cajum *enim vocat Cicero, ea ipſa Epiſtola lib.* VII. *qua eum Cæſaris in manum tradit. De cognomine major dubitatio. Sunt qui* Rufio *fuiſſe contendant. Sed Tullii locus ex Epiſt.* XXIII. *magis ſuadet ut* Teſtam *cognominatum fuiſſe credam. Hic igitur* Q. Trebatius Teſta, *ſive* Rufio, *ſi quis ita malit, eques Romanus, vir planè & civis bonus, magnique inter ætatis ſuæ ICtos nominis.* Torrent.

1. *Sunt quibus.*] *Εἰσὶν οἷς.* Helleniſmus per elleipſin. Exorditur ab inæqualitate cenſuræ popularis, de iis ſuis ſcriptis dijudicandis, quibus mores inſectatur & Romanorum vitia, quæ aliis quidem acriora nimiſque mordacia; aliis vero remiſſiora, & minus habere acrimoniæ videbantur. *Cruquius. Nimis acer.*] Nimium aſper. *Et ultra.*] Ultra legem Satyræ, id eſt, ultra modum in vitiis inſectandis opus intendere. *Ultra Legem.*] Legem Satyræ ſcribendæ dicit, quam explicat aliquot verſibus Sat. præcedente. Et haud dubiè multo mollius, quàm vel Juven. vel Perſius, eam obſervavit. Cujus tamen violatæ reus, ridiculè, non aliter quam ſi adverſus legem Juliam majeſtatis feciſſet, ICti conſilium expetit. Vel *ultra legem*, hoc eſt, ultra modum & uſitatam in notandis vitiis conſuetudinem; perinde ac ſi ſine perſonæ delectu, ferocius quoſvis laceraret. *Cruquius. Ultra legem, &c.*] Ediderat priorem Sermonum ſuorum libellum Horatius, ac ut fit, varia de eo hominum judicia ſpargi ſenſerat. Para languidum ac enervem eſſe, nulloque Satyrico aceto dictitabant. Alii contrà, tanta acerbitate, non in vitia modo, ſed in ipſos homines, idque nominatim ſingulos arripiendo, ſtringi; ut eum violatæ legis arceſſerent, qua Decemviri in eos, qui malum Carmen, hoc eſt, quod infamiam alteri faceret condidiſſent, capitis pœnam ſanxerunt. Et quia hic nodus dignus vindice videbatur, ac oracula Delphis ceſſabant, Juriſcon-

Legem tendere opus: ſine nervis altera, quidquid
Compoſui, pars eſſe putat, ſimileiſque meorum
Mille die verſus deduci poſſe: Trebati,
Quid faciam? præſcribe. Quieſcas. Ne faciam, inquis,
Omnino verſus? Ajo. Peream male, ſi non
Optimum erat: verùm nequeo dormire. Ter uncti
Tranſnanto Tiberim, ſomno quibus eſt opus alto,
Irriguumque mero ſub noctem corpus habento.
Aut, ſi tantus amor ſcribendi te rapit, aude
Cæſaris invicti res dicere, multa laborum

Præ-

riſconſultum Trebatium, ut in legis interpretatione, adiri placuit. Jam ad rem. Primum illud *ultrà legem*, non de Satyræ, ut interpretes ad unum omnes, ſed de Decemvirali lege accipimus. Neque aliter accepiſſe videtur Horatius. Cum enim ad Juriſconſultum iret in re ludicra, urbaniſſimè legem obtendit, quam eodem ſale, quo eam initio Satyræ propoſuerat, in fine eluderet. Quod & in illis circà finem fecit:

Si mala condiderit, in quem quis carmina jus eſt, &c.

Deinde verſu IX. legimus *Irriguumve*, non *irriguumque*. Neque enim tantus Juris & æqui arbiter, quantum Trebatium fuiſſe accepimus, tam immanis exiſtimandus eſt; ut clientem, qui leniter modò ſoporari poſceret, uno conſilio, ſimul & è natatu laſſitudine, & ex ebrietate, gravedine enecaret: alterum enim, ad id quod volebat Horatius, ſufficit. *Rutgerſ.*

2. *Sine nervis.*] Sine rebus & ſententiis. *Altera, quicquid.*] Altera pars, id eſt, alii homines.

4. *Deduci poſſe.*] Tanquam lanam deduci, id eſt, ſcribi poſſe.

5. *Præſcribe.*] Conſtitue quaſi ex lege. Nam tu es clarus Juriſconſultus. *Quieſcas.*] Reſpondet Trebatius. Quieſcas, id eſt, deſiſtas à ſcribendo. *Ne faciam.*] Hæc ſunt verba Horatii.

6. *Ajo.*] Egregiè decorum de jure reſpondentis obſervat: *Ajo, Nego, Deliberandum ſentio*: non aliter, quam ſi legem conderet. Et ſanè, reſponſa prudentum quæ vocabant, pro legibus habebantur. De hoc autem conſulendi more, videbimus Sat. III.

Ergo conſulere, & mox reſpondere licebit. Torrent.

Ajo.] Trebatius affirmat. *Peream.*] Horatius loquitur.

7. *Nequeo dormire.*] Jocoſa de inſomnia querimonia, nec minus jocoſa adverſus eum morbum tradita à Trebatio medicina, *Ter uncti tranſnanto Tiberim.* Licet enim tempeſtiva omnis exercitatio ad ſomnum conferat, ea maximè quæ natando fit, ſicut & largior invitatio: manifeſtum eſt tamen hîc iſta ridiculi cauſſa dici. Sed & illud, *uncti tranſnanto*, magis nos oblectabit, ſi meminerimus Romanorum conſuetudinis: laſſi enim campeſtribus exercitiis, ſudorem pulveremque, atque odorem olei, vicino Tiberi natantes abluebant, ut lib. I. Od. VIII. vidimus. Quod vero *ter* inquit, *tranſnanto*, id quoque & à medicis & à magis petitum eſt. impari enim & præcipuè ternario numero ſummam vim illi tribuunt. *Torrent.* *Ter uncti.*] Trebatii conſilium. Nataturi ungebantur, ut olei calore adverſus aquæ frigus munirentur.

9. *Irriguum mero.*] Madidum vino. *Sub noctem.*] Paulo ante noctem.

Præmia laturus. Cupidum, pater optime, vires
Deficiunt. neque enim quivis horrentia pilis
Agmina, nec fracta pereunteis cuſpide Gallos,
Aut labentis equo deſcribat vulnera Parthi.
Attamen & juſtum poteras & ſcribere fortem,
Scipiadam, ut ſapiens Lucilius. Haud mihi deero,
Quum res ipſa feret: niſi dextro tempore; Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæſaris aurem:
Cui male ſi palpere, recalcitrat undique tutus.

Quanto

12. *Laturus.*] Accepturus. *Cupidum.*] Duo exemplaria, *cupido*, non placet. Similis autem excuſatio, lib. I. Od. VI. ad Agrippam lib. II. Od. XII. ad Mæcenatem. *Torrent. Cupidum.*] Reſpondet Horatius ſe eſſe cupidum, ſed deeſſe ſibi facultatem. *Pater optime.*] Sic illum honoris cauſſa appellat. Quamquam ad hoc quoque alludere videri poſſit, quod, ut Zenonem Stoïci, Platonem Academici, tanquam ſectæ ſuæ principes; ſic Flaccus Trebatium, qui Juris interpretum familiam duceret, *patrem* vocavit. Eadémque cauſſa eſt, quod non heroum tantum, ut Æneæ apud Virgilium, ſed & deorum omnium, *pater*, communis quædam apud veteres appellatio eſt. *Torrent.*

13. *Horrentia pilis.*] Agmina quæ horrorem hoſtibus incutiant pilis, id eſt, Romanorum haſtis.

14. *Fracta cuſpide.*] Vim potiùs & impetum tela jacientis oſtendi crediderim, quàm C. Marii hiſtoriam reſpici. *Torrent. Fracta pereuntes.*] Cuſpide quam ſaucius hoſtis è corpore non potuit evellere, niſi fractam.

15. *Labentis equo.*] Parthi ex equo dejecti. *Deſcribat vulnera.*] Poſſit deſcribere.

16. *Attamen & juſtum.*] Correctio, qua Trebatius hortatur Horatium, ut Cæſarem præconiis illuſtret à juſtitia & fortitudine, ſi non omnia ejus geſta decantare valeat, idque ut faciat exemplo Lucilii, qui Scipionem dignis encomiis celebravit. *Cruquius. Attamen.*] Trebatius loquitur. *Scribere fortem.*] Auguſti juſtitiam & fortitudinem deſcribere.

17. *Scipiadam.*] Scipionis virtutes. *Haud mihi deero.*] Vetuſtiſſimi codices *Haut*, ut in marmoribus quoque exaratum cernitur. Et conſilio quidem obſequi ſe velle ait Horat. ſed cautione adhibita, ſi res & tempus iſtiuſmodi laudationes ferat. ea enim prudentia undique munitum eſſe Cæſarem, ut neque adulatoribus, neque importunè interpellantibus aurem præbeat. *Dextrum* igitur *tempus* opponitur *lævo*; ut Satyr. III.

Peccatum fateor cum te ſic tempore lævo
Interpellarim. —

Et *attentam aurem* dixit, non modò purgatam acutamque: ſed acri judicio audientem, ne adulatione decipiatur. *Palpari* autem, & *palpum obtrudere*, *palpo* item *percutere*, ut Plautus loquitur, pro blandiri & aſſentari dictum volunt: ducta ab equorum curatoribus metaphora. In metaphora ergo perſiſtit Poëta, cum addit *recalcitrat*: tantum abeſt, ut imponi ſibi patiatur. *Torrent. Haud mihi deero.*] Faciam quod in me erit (inquit Horatius) cum dabitur occaſio.

18. *Niſi.*] Haud deero, inquit, ipſe mihi, nunquam autem niſi dextro tempore, verba Flacci, moleſta erunt Cæſari. *Heinſius. Niſi dextro tempore.*] Niſi tempore opportuno. *Flacci.*] Horatii verba.

20. *Si palpere.*] Si adulere. *Recalcitrat.*]

Munitus

Quanto rectius hoc, quàm triſti lædere verſu
Pantolabum ſcurram, Nomentanumque nepotem;
Quum ſibi quiſq; timet, quamquam eſt intactus, & odit?
Quid faciam? ſaltat Milonius, ut ſemel icto
Acceſſit fervor capiti, numeruſque lucernis.
Caſtor gaudet equis: ovo prognatus eodem,
Pugnis. QUOT *capitum vivunt, totidem ſtudiorum*
Millia. me pedibus delectat claudere verba
Lucilî ritu, noſtrûm melioris utroque.
Ille velut fidis arcana ſodalibus olim
Credebat libris: neque, ſi male geſſerat uſquam,
Decurrens alio, neque ſi bene. quo fit, ut omnis
Votiva pateat veluti deſcripta tabella,

Vita

Munitus virtute adulationem rejicit ex omni parte.

21. *Quanto rectius.*] Ab honeſto & decoro Trebatius nititur inducere Horatium ut hoc amet, & Cæſarem laudibus efferat; diſſuadens Satyram ab inhoneſto, & periculo odioque. *Cruquius.* *Quanto rectius hoc.*] Rectius eſt (inquit Trebatius) Cæſaris laudes, quam Satyram ſcribere.

22. *Pantolabum ſcurram.*] Hominem vilem. *Nepotem.*] Luxuriosum.

23. *Timet, &c.*] Scelerum conſcientia. *Intactus.*] Quanquam carmine non notatus.

24. *Quid faciam?*] Reſpondet Horatius. *Milonius.*] Homo temulentus. *Ut ſemel.*] Poſteaquam. *Icto.*] Capiti percuſſo à vini vaporibus.

25. *Numeruſque lucernis.*] Id quomodo fiat, docet Ariſtoteles Problem. Sect. III. eademque de re multa eleganter Athenæus lib. X. *Torrent.* *Numeruſque lucernis.*] Ebrius rem unam cernens, plures videtur aſpicere.

26. *Prognatus.*] Pollux.

27. *Pugnis.*] Ceſtibus & pugillatu delectatur. *Quot capitum.*] Quot homines, tot ſententiæ. *Trahit ſua quemque voluptas.*

29. *Lucilii ritu.*] More Satyrico. *Noſtrûm melioris utroque.*] In Poëtica nempe facultate: non quod vir melior fuerit. de eo enim non agit Horatius. Et hoc, ut reor, argumento, quidam Trebatium Poëtæ adſcribunt. *Torrent.* *Noſtrum melioris utroque.*] Qui fuit & te & me melior.

30. *Ille.*] Lucilius.

31. *Credebat libris.*] Committebat libris. *Si male.*] Si quid ei male evenerat. *Geſſerat.*] Lambinus quidem *ceſſerat*: ſed *geſſerat* habent omnes noſtri codices, quod mutari non debuit. Nam & *gerere* interdum abſolute ponitur. ut, *à ſpe bene gerendi abeſſe*, dixit Cicero lib. V. de Finibus. Et hoc loco optime convenit. ſententia enim eſt, ne ſibi ipſi quidem pepercisse Lucilium; quin, ſive bene, ſive male ageret, vitam ſuam omnem verſibus teſtatam relinqueret: ut naufragiorum morborumque caſus, deorum auxilio ſe evaſiſſe rati, in ſuſpenſis ex voto tabulis depingunt. *Torr.*

32. *Decurrens alio, neque.*] Neque ad aliud vitæ genus confugiens, quam ad libros ſuos.

33. *Votiva pateat veluti.*] Veluti in tabula, quæ ex voto ſuſpendebatur in templo à naufragis.

Vita ſenis. ſequor hunc, Lucanus, an Appulus, anceps:
Nam Venuſinus arat finem ſub utrumque colonus,
Miſſus ad hoc, pulſis, vetus eſt ut fama, Sabellis,
Quo ne per vacuum Romano incurreret hoſtis:
Sive quod Apula gens, ſeu quod Lucania bellum
Incuteret violenta. Sed hic ſtylus haud petet ultro
Quemquam animantem, & me veluti cuſtodiet enſis
Vagina tectus. quem cur diſtringere coner
Tutus ab infeſtis latronibus? ô pater & rex
Jupiter, ut pereat poſitum rubigine telum,
Nec quiſquam noceat cupido mihi pacis. at ille,
Qui me commorit (melius non tangere, clamo)
Flebit, & inſignis tota cantabitur urbe.
Cervius iratus leges minitatur & urnam:

Cani-

34. *Vita ſenis.*] *Senem* vocat, non tam ob ætatem, ut arbitror: cum Euſebio teſte, anno ſexto & quadrageſimo extinctus ſit. ſed quod in illa ſeniorum Poëtarum turba Horatii ſæculo poneretur. *Torrent.* *Vita ſenis.*] Vita Lucilii. *Anceps.*] Sum dubius.

35. *Venuſinus.*] *Venuſia* igitur colonia Romanorum, Apuliæ & Lucaniæ media, Poëtæ noſtri patria erat: unde & *Venuſinus* dictus. *Torrent.* *Utrumque.*] Inter Lucaniam & Appuliam. Eſt enim Horatius in oppido Venuſio natus.

36. *Miſſus.*] A Roma miſſus. *Sabellis.*] *Sabelli*, orti quidem à Sabinis: ſed Samnium incolentes. *Torrent.*

37. *Quo ne per vacuum Romano.*] Ne per vacantem locum Sabellis expulſis, pervium iter eſſet Lucanis ad Romanos.

39. *Hic ſtylus.*] *Stylum* appellat Satyræ aculeum. *Torrent.* *Haud ultro.*] Niſi ſim laceſſitus.

40. *Quenquam.*] Quenquam vivum.

41. *Diſtringere.*] Recte, ut lib. III. Od. I. *Diſtrictus enſis*, & tamen optimi libri hic *deſtringere* legunt. *Torrentius.*

42. *Tutus ab infeſtis.*] Cui cautum eſt de vi, nihil ei neceſſe eſt diſtringere gladium, cujus uſus eſt ad propellendam, non ad inferendam injuriam; nam vim vi depellere licet. *Cruquius.* *Latronibus.*] A maledicis.

43. *Ut pereat poſitum.*] Utinam pereat telum (id eſt, hic ſcribendi ſtylus) ut non ſit cauſa cur illo utar.

45. *Commorit.*] *Fœnum* enim *in cornu habent* Poëtæ, maxime Satyrici. *Torrent.* *Commorit.*] Qui me laceſſierit.

46. *Flebit.*] Plorabit. *Cantabitur urbi.*] Cantabitur ad infamiam ſui nominis ſempiternam.

47. *Cervius.*] Male *Servius* Lamb. cum in omnibus exemplaribus *Cervius* legatur. haud dubiè quadruplatoris alicujus nomen. At *Servii* nomine magnum illum JCtum Serv. Sulpitium ferè intelligimus. *P. Cervii*, qui mœchum deprehenſum caſtraverit, mentio apud Valerium Maximum lib. XI. cap. I. ubi tamen *Cerinius* legitur, ſed corrupte. *Torrent.* *Cervius iratus.*] Quæſitor vel accuſator. *Leges minitatur.*] Minitatur conditionem ex legibus latis. *Urnam.*] *Urnam* notat *judiciariam*, in quam Judicum tabellæ conjiciebantur. Juven. Sat. XII.

—— *Impre-*

Canidia Albuci, quibus eſt inimica, venenum:
Grande malum Turius, ſi quis ſe judice certet.
Ut, quo quiſque valet, ſuſpectos terreat, utque
Imperet hoc natura potens, ſic collige mecum.
Dente lupus, cornu taurus petit. unde, niſi intus
Monſtratum? Scævæ vivacem crede nepoti
Matrem: nil faciet ſceleris pia dextera. mirum:
Ut neque calce lupus quemquam, neque dente petit bos.
Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta.
Ne longum faciam, ſeu me tranquilla ſenectus
Exſpectat, ſeu mors atris circumvolat alis

Dives

— *Improba quamvis*
Gratia fallacis prætoris vicerit urnam.
Nota autem lex Caſſia tabellaria, de tacitis ſuffragiis per tabellas in urnam lata: de qua Cic. lib. III. de Legibus, & Aſcon. in Divin. *Torrent. Urnam.*] Et minitatur ſortitionem in rebus dubiis, poſt factam ab accuſatore & reo judicum rejectionem.

48. *Canidia Albuci.*] Sic quidem plures manuſcripti; ſed *Albutî* mallem, ut & Sat. proxima,
Albutî ſenis exemplo. ——
neque ignota Romæ gens *Albutia*, è qua *T. Albutius* ille, qui cum, ut in Piſonem ſcribit Cicero, in Sardinia triumphaſſet, Romæ damnatus eſt. *Canidia* autem *Albutii*, ſive uxor, ſive filia, ut *Hectoris Andromache*, inſignis habebatur, non ſaga tantum, ſed & venenaria; qualis ſub Neronis imperio *Locuſta*. Torrent. *Canidia Albutî.*] Albutii filia venefica. *Venenum.*] Minitatur venenum.

49. *Turius.*] Nomen Romanum. unde cognomen *Turinus*. Errant ergo qui *Furius* ſubſtituunt. Nam & ſyllabæ ratio repugnat, & Orationis M. Catonis pro *L. Turio* contra Cn. Sellium meminit A. Gellius Noct. Att. lib. XIV. c. II. Ajunt autem hunc *Turium* judicem fuiſſe nummarium; ego, ſi conjecturæ locus ſit, ut eſſe in hujuſmodi rebus debet, prærigidum potius ac ſeverum aliquem qui condemnaret omnes, abſolveret neminem. quod tamen ſi nummos extorquendi cauſſa faciebat, *nummarium* per me appelles licet. *Torrent. Turius.*] Judex nummarius & venalis.

50. *Quo quiſque.*] Quomodo quiſque plurimum poteſt. *Suſpectos terreat.*] Ut terreat quos metuit. *Utque Imperet.*] Et quemadmodum natura hoc imperet.

51. *Potens.*] Potenter. *Sic collige mecum.*] Apoſtrophe ad Trebatium, quem monet, ut ſecum diligentius perpendat, num ſit naturæ adverſari, ſe non tutari, acceptamque injuriam non ulciſci: quod ut ſit evidentius, ratiocinatur à brutis. *Cruquius. Sic collige mecum.*] Sic ratiocinare mecum.

52. *Niſi intus.*] Niſi à natura.

53. *Vivacem crede.*] Scævæ longævam matrem committe, quam nimium vivere moleſte refert.

54. *Nil faciet.*] Non gladio eam perimet, ſed veneno. *Pia dextra.*] Quæ pia videtur, nec tamen eſt.

56. *Tollet anum.*] Occidet matrem. *Vitiato melle.*] Venenatam mulſi potionem ſignificat; quæ anum dulcia appetentem ille ſuſtulerat. *Torrent. Vitiato melle.*] Melle corrupto.

57. *Ne longum faciam.*] Ne ſim longior.

58. *Seu mors atris.*] Sive mors celeris & vio-

Dives, inops, Romæ, ſeu Fors ita juſſerit, exſul;
Quiſquis erit vitæ, ſcribam, color. O puer, ut ſis
Vitalis, metuo, & majorum ne quis amicus
Frigore te feriat. Quid, cum eſt Lucilius auſus
Primus in hunc operis componere carmina morem?
Detrahere & pellem, nitidus qua quiſque per ora
Cederet introrſum turpis? num Lælius, aut qui
Duxit ab oppreſſo meritum Carthagine nomen:
Ingenio offenſi? aut læſo doluère Metello?

Famo-

& violenta mihi imminet. *Mors atris circumvolat alis.*] *Alas* morti ob celeritatem appingit; *atras* vocans, ob horrorem. ut Od. XVII.

—— *Volucriſque fati*
Tardavit alas. ——

Torrent.

59. *Seu ſors ita juſſerit.*] Seu fortuna ita juſſerit.

60.* *Vitæ color.*] Ater an albus. nempe Lucilii exemplo, qui, ſive malè ſive bene quid geſſerat, chartis illud illico committebat; non ſuam tantum, ſed & ſæculi ſui vitam deſcribens. *Torrent.* *Color.*] Quodcunque erit vitæ genus. *O puer ut ſis.*] O Horati, inquit Trebatius, ne non ſis vivax metuo, ſi Satyras ſcribes.

61. *Vitalis.*] *Vitale* dicimus, quidquid etiam juvat, fovet, continet: exempla paſſim obvia. At hoc loco *vitalis* pro vivace ac diu ſuperſtite ponitur. Vide Pet. Nannii Miſc. lib. 4. Facetè autem *puerum* vocat Trebatius eum, à quo pater ipſe audiverat: ut Ofellus Sat. proxima:

—— *Quanto aut ego parcius aut vos*
O pueri nituiſtis? —— Torrent.

Amicus majorum.] Φίλος τῶν μειζόνων, hoc eſt, amicus magnus. *Et majorum ne quis.*] Et ne quis gratioſus apud majores viros, &c.

—— *Majorum ne quis amicis*
Frigore te feriat.

Id eſt, frigidè te acceptum contemnat. *Guiet.*

62. *Frigore te feriat.*] Quod vivimus, calori vitali acceptum ferimus. hinc ergo *frigus* pro morte, & *frigere* pro mortuum eſſe. Virg. extremo lib. XII.

-- *Aſt illi ſolvuntur frigore membra.*

Et VI.

— *Corpuſque lavant frigentis & unguunt.* Torrent.

Frigore te feriat.] Mortem tibi inferat. *Quid, cum eſt Lucilius auſus.*] Rogat Horatius quid paſſus eſt Lucilius, cum magnos viros carpſerit.

63. *Morem.*] In morem Satyricum.

64. *Detrahere & pellem.*] Uniuſcujuſque vitia detegere.

65. *Cederet introrſum.*] Incederet & obambularet nitidus, id eſt, ut civis bonus. *Lelius aut qui.*] Optimi codd. *& qui.* Significat autem Scipionem Africanum Minorem, cujus amicitia Lucilius floruit, & bello Numantino ipſo duce militavit. auctor Vellejus Paterculus. *Torrent.* *Aut qui.*] Et Scipio Africanus.

67. *Ingenio offenſi?*] Lucilii ingenio ſunt offenſi? *Metello.*] Hic ille *Q. Cæcilius Metellus* Q. F. L. N. *Macedonius* cognominatus: de cujus mira felicitate Valerius lib. VII. & egregiè Plinius lib VII. cap. XLIV. ubi tamen calamitatis loco ducit, quod Africani Minoris inimicus fuit. Hæc itaque cauſſa quod Lucilii ſtylum non evaſit. *Torrent.* *Metello.*] Ob Metellum & Lupum homines improbos, maledicis verſibus conſciſſos?

68. *Lupo.*]

Famoſiſque Lupo cooperto verſibus? atqui
Primores populi arripuit, populumque tributim:
Scilicet uni æquus virtuti, atque ejus amicis.
Quin ubi ſe à vulgo & ſcena, in ſecreta remorant
Virtus Scipiadæ & mitis ſapientia Læli:
Nugari cum illo, & diſcincti ludere, donec
Decoqueretur olus, ſoliti. quidquid ſum ego, quamvis

Infra

68. *Lupo.*] Huic *Lupo Rutilii* nomen imponunt. Et *Rutilii* quidem multi: inter quos *P. Rutilius Rufus*, toties à M. Tullio laudatus, præcipuè claruit: ſed *Lupi* cognomen non temere alii additum reperies, quam P. *Rutilii* L. F. L. N. qui cum L. Julio Cæſare A. V. DCLXIII. Conſul, bello Sociali ab hoſtibus occiſus fuit: hujus vel pater, vel avus Lucilii verſibus proſcindi potuit; quamquam ex ſummi viri Antonii Auguſtini ſententia ad L. Cornelium Cn. F. L. N. Lentulum Lupum referri malim. Conſul enim hic fuit cum C. Marcio Figulo A. Vr. conditæ DXCVII, damnatus repetundarum: & nihilominus poſt damnationem Cenſor factus. De quo ſic etiam Perſius Sat. I.

—— *Secuit Lucilius urbem,*
Te Lupe, te Muci, & genuinum fregit in illis. Torrent.

69. *Primores populi arripuit, populumque tributim.*] Id eſt, ordine per ſingulas tribus Satyrico dente graſſatus. *Donza.* *Arripuit.*] Culpavit. *Populumque tributim.*] Plebem infimam & tunicatum popellum. *Tributim.*] *Tributum* Lamb. At noſtri codices, ſummo conſenſu, *tributim* legunt, id eſt, per tribus. Per *primores* ergo *populi*, patres ipſos, ſeu patritios intelligo; per *populum*, reliquam plebem abſque ſenatoribus: ut cum dicimus S. P. Q. R. atque ita *populi* vocabulo ſæpe utimur. *Tributim* autem additur, ut magis conſtet nemini eum pepercisse. nullus enim Romæ civis abſque tribu. Recte ergo Perſius:

—— *Secuit Lucilius urbem.*

Tradunt enim ſingulas cum tribus, ſingulis Satyris laceraſſe. Turneb. lib. 7. cap. XI. *Torrent.*

70. *Scilicet uni, &c.*] Aſſerit non alia de cauſſa Lucilium mordacius in Romanos ex æquo in omnes invectum, niſi ſolius virtutis amore: æquus autem is eſt virtuti, qui bonis omnibus parcendum judicat, maloſque malè puniendos. *Cruquius.* *Æquus virtuti.*] Propitius. *Ejus amicis.*] Virtutis amicis.

71. *Quin ubi.*] Inſuper. *Et ſcena.*] A populi conſpectu. *In ſecreta.*] Suetonius Cajo: *Avia Antonia ſecretum petenti denegavit.* Plinius lib. I. Epiſt. *Illic me perſecutus ſecretum petit.* Torr.

72. *Virtus Scipiadæ.*] Scipio & Lælius.

73. *Nugari cum illo.*] Jocari cum ipſo Lucilio. *Et diſcincti.*] Et à rebus ſeriis laxati. *Diſcincti.*] Nulla hîc metaphora à corporis habitu ad animum, ut *diſcinctos* pro remiſſis ac plane vacuis accipiamus: ſed cum accurate cincti, ac compoſita deſuper toga, in publicum prodirent, domi in veſte domeſtica diſcincti fere converſabantur. *Torrentius.*

74. *Decoqueretur olus.*] Ut Græci λαχάνων, quod Sat. VI. admonui, ſic Latini *olus* vocant herbam omnem edulem: quales *beta, braſſica, cichorea, malva, lapathum*: quibus cum frequentiſſimè veſcerentur, factum ut *olus* pro quovis etiam alio obſonio ponerent. *Quicquid ego ſum.*] Genus loquendi ſatis familiare Horatio, pro quicumque ego ſum, cujuſcunque conditionis, ſortis, generis. *Cruquius.* *Decoqueretur olus.*] Donec cœna pararetur. *Soliti.*] Soliti ſunt.

75. *Infra*

Infra Lucili cenſum ingeniumque: tamen me
Cum magnis vixiſſe invita fatebitur uſque
Invidia, & fragili quærens illidere dentem,
Offendet ſolido. niſi quid tu docte Trebati
Diſſentis. equidem nihil hic diffindere poſſum.
Sed tamen ut monitus caveas, ne forte negoti
Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum:
Si mala condiderit in quem quis carmina; jus eſt

Judi-

75. *Infra Lucili cenſum.*] Infra annuum reditum Lucilii, qui erat ordinis equeſtris.

76. *Cum magnis.*] Cum Auguſto, Mæcenate, &c. *Invita fatebitur.*] Nolens fatebitur.

77. *Fragili quærens illidere.*] Illidere dentem fragili, eſt in rem fragilem dentibus incidere, eamque dentibus permolere. Metaphoricωs eſt alicujus nomen & famam maledicentia vellicare & lædere. *Cruquius. Fragili quærens illidere dentem.*] Rem fragilem dentibus permolere.

73. *Offendet ſolido.*] In rem ſolidam incurret.

79. *Equidem nihil.*] Ego (inquit Trebatius) non poſſum differre, quin pro te pronunciem. *Hic diffindere.*] Sic noſtri quoque codices, aut *diffidere*: excepto uno aut altero, in quibus *diffingere* & *defingere* legitur. Et *hinc* pro *hic*. Et mihi quidem *diffingere* non diſpliceret, ea ſignificatione, qua vocabulo eo ſæpius uſum eſſe Horatium oſtendimus, lib. 1. Od. xxxv. niſi monerent me veteres Grammatici, verbum juris eſſe, quod hic enuntiat Trebatius. quod tamen ita exponunt, ut *diffingere* potius legiſſe videantur, nempe pro mutare, infirmare, reprendere, corrigere. hæc enim in gloſſariis repperi. Sed verbum *diffingere* peculiariter à JCtis uſurpari non memini. *Diffindere* vero proprie eſt differre, atque in aliud tempus rejicere: utputa ſiquis ſine ſuo dolo malo impeditus in judicio non ſtetiſſet, aut judex ipſe non ſediſſet, vel comperendinaſſet, hoc erat *diem diffindere*: & *diffiſſus dies* dicebatur. eademque fere *diffiſſionum*, quæ & comperendinationum atque ampliationum jura. Neque ſolum in judiciis *diffindi dies* dicebatur, ſed & in comitiis, ſi quod impedimentum exiſteret, quo minus ad conſtitutum res perageretur. Jac. Cujacius Obſervat. lib. 12. cap. 18. *nihil diffindere*, exponit, nihil quidquam deducere ex tua ſententia poſſum. Qui vero *diffidere* legunt, hunc ſenſum indeclieiunt, quaſi nihil ſe diffidere dicat Trebatius, hoc eſt, non recuſare, quin Horatius ipſe de ſe judicet. *Torrent.*

81. *Sanctarum inſcitia legum.*] Leges quidem omnes ſanctæ, utpote quas incorruptas inviolataſque ſervare oporteat: ſed illæ potiſſimum ſic appellantur, in quibus ſanctio eſt, quæque pœnæ irrogatione ſeſe muniunt. qualis illa De famoſis libellis. *Sanctum* enim à ſanciendo dicitur: & pœnam famoſi libelli olim capitalem fuiſſe ex libris M. Tullii de Repub. ipſius Scipionis verbis demonſtrat Auguſtinus, De civitate Dei lib. 11. Turneb. lib. 9. cap. 6. Illud vero, IUS EST IUDICIUMQUE, ex edictorum formulis petitum, ut Trebatium loqui ex JCti perſona par erat. *Torrent. Sanctarum inſcitia legum.*] Ignorantia legum, quæ aliquid jubent aut vetant pœna ſancita, à verbo ſancior.

82. *Mala condiderit, &c.*] Carmina maledica. *Jus eſt.*] Lex XII. tabularum lata eſt.

83. *Judi-*

Judiciumque. Eſto, ſi quis mala: ſed bona ſi quis
Judice condiderit laudatur Cæſare. ſi quis
Opprobriis dignum latraverit, integer ipſe;
Solventur riſu tabulæ, tu miſſus abibis.

83. *Judiciumque.*] Actio ex lege. *Eſto, ſi quis mala.*] Concedit Horatius eum legibus ac gravi ſupplicio eſſe obnoxium, qui malis, hoc eſt, maledicis verſibus, innocentis & viri boni nomen famamque proſcindit; ſed non exiſtimat perinde eum in legem peccare, qui bona, id eſt, non maledica carmina conſcribit, ſed ea, quæ laudata à Cæſare judice, lacerationibus & convitiis, malos & ſceleratos, omnium oculis & auribus, quaſi in tabula delineatos, publiceve decantatos exhibeant. *Cruquius.* *Eſto, ſi quis mala.*] Concedamus ita eſſe (inquit Horatius) ſi quis carmina ſcripſerit mala, id eſt, indocta.

85. *Latraverit.*] Sic antiqua omnis ſcriptura. Nec mirari ſatis poſſum, exiſtere aliquem qui de ea mutanda cogitet. Quamquam enim *lacerare famam alicujus*, item *lacerare probris*, *lacerare contumeliis* recte dicitur; neque huic tamen loco, neque Horatii ſtilo atque indoli convenit. Quanto enim venuſtius *Latraverit?* facta à canibus vel feras vel fures latrantibus tranſlatione. *Torr.* *Latraverit.*] Si laceraverit. *Integer ipſe.*] Cum ſit ipſe purus & innocens.

86. *Solventur riſu tabulæ.*] *Tabulas* vocat judicum ſubſellia, tabulis extructa, ut ſit cum non de plano, ſed è tribunali jus dicitur: dicta quaſi *ſubſidia*, ut Grammatici volunt. & quemadmodum *ſubſellia* ipſos interdum ſeſſores ſignificant, ut apud Martialem lib. 1.

Sextiliane bibis quantum ſubſellia quinque.

Sic hoc loco *tabulæ*. Male igitur Cruquius: nec recte Lambinus. *Torrent.* *Solventur.*] Lex vetabat, malo carmine perſtringi quenquam, ut apparet vel ex illo loco,

Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quenquam
Perſtringi.

De quo monet Trebatius. Recte reſpondet Poëta, qui feſtive in voce ludit. Concedo dignum eſſe pœna, ſi quis malum carmen condat; quaſi de inepto carmine in tabulis agatur. Quid autem ſi quis bonum, ſive elegans? Certe Cæſar, ſummus ingeniorum fautor, bona carmina amare ſolet. Si quis ergo bonus ipſe, dignum opprobriis lepide ac erudite perſtrinxerit, judices ridicula interpretatione legem ſolvent. qui de malo, non de bono carmine agi ibi dicent: ac ſic reum ſolvent, & Poëtæ crimen remittent. *Heinſius.* *Solventur riſu tabulæ.*] Diſſolventur cum judicum riſu tabularum leges. *Tu miſſus.*] Tu demiſſus abſolveris.

SATYRA II.

Sub Ofelli perſona, luxui deditos inſectatur. De eo loquens qui gulæ ſervit, eum dicit non certo judicio, ſed opinione quadam ſtultè concepta delitias in nonnullis cibis conſectari. Atque ut incommoda recenſet quæ comitantur hunc, qui circa victum & luxum, ſic commoda quæ tenui & frugali inſunt, enumerat.

QUÆ virtus, & quanta, boni, ſit vivere parvo:

(Nec

1. *Boni.*] Ut Cruquius vult, alloquitur ἀσώτους, quos εἰρωνικῶς nominat viros bonos, eoſque monet, ut ſecum velint diſquirere, quæ virtus

ſit &

(Nec meus hic ſermo eſt; ſed quem præcepit Ofellus
Ruſticus, abnormis ſapiens, craſſaque Minerva)
Diſcite non inter lanceis menſaſque niteteis;
Quum ſtupet inſanis acies fulgoribus, & quum
Acclinis falſis animus, meliora recuſat;

Verum

ſit & quanta, hoc eſt, quam vim habeat, & quam præclaros in homine fructus concitet, vivere parvo, hoc eſt, vita frugalis & ſobria. *Cruquius. Boni.*] Sic noſtri quoque codices: demto uno, ſed recentiore, in quo *bonis* ſcribitur: non bene. ſuos enim alloquitur, daturus præcepta, ut mox Sat. III.

—— O bone ne te
Fruſtrere. ——

Torrent. *Boni.*] Ordo eſt: ô boni dicite quæ virtus, &c.

2. *Nec meus hic ſermo.*] Per occupationem: qua non inconſultò hæc de frugalitate præcepta Horatius accepta refert Ofello ruſtico, ne minus ipſe temperans (quod Damaſippus ei objicit Satyra ſequenti) alios tenuitatis in vita ſervandæ temere monere dicatur: nam nihil eſt inſanius, quam, caſtigare alios, eiſque hoc vitio vertere, cujus ipſe criminationem effugere non poſſis. *Cruquius. Quem præcepit.*] Tres M. S. *quæ præcepit.* Recte, ut arbitror, placet enim illa loquendi varietas, quæ lectori ſomnum excutiat. *Torrent. Præcepit.*] Præmonſtravit & docuit.

3. *Abnormis ſapiens.*] Bene hæc conjungit Lambinus, *Abnormis ſapiens*, id eſt, ſapiens quidem, ſed non ad Philoſophorum normam; quales, Fabricius, Curius. Atque ita quidem & plures & probatiores codices. In quatuor tamen ſcriptum repperi;

—— Abnormi ſapiens craſſaque Minerva.

ſine commate. ut ut ſit, errant turpiter veteres Grammatici, qui hunc Ofellum & Stoïcum & ſcriptorem faciunt, quem ex medio rure accerſit Horatius, ut Cervium illum Sat. VI. *Torrentius. Craſſa Minerva.*] Philoſophiam moribus exprimentem, neque tam diſertum, quam ſimplicem ac ſincerum. *Eraſmus. Abnormis ſapiens.*] Sapiens, ſed non ſecundum normam ſapientiæ Stoïcæ. *Craſſaque Minerva.*] Doctrina non exculta.

4. *Non inter lances.*] Remotis prius iis, quæ ſunt cum luxu conjuncta, quibus capti ſenſus, & quaſi blandis quibuſdam laqueis irretiti, rectum illum animi lumen ita ſopiunt, ut umbram pro corpore, pro vero falſum exoſculentur; ſtatuit impranſos, ſobrios & frugi homines accedere debere ad cognoſcendas ejus virtutis vires, quæ parvo vivere jubet. *Cruquius. Lanceis, menſaſque.*] Vaſa pretioſa pro epulis. *Menſas nitentes.*] Menſas opiparas.

5. *Quum ſtupet inſanis acies fulgoribus.*] *Inſanum* vocamus quicquid nimium & immenſum. Tali ergo ſplendore ſtupere atque hebeſcere tam oculorum quàm ingenii aciem neceſſe eſt. nam, ut præclare ait Ariſtoteles lib. III. de Anima, *Παντὸς μὲν αἰσθητοῦ ὑπερβολὴ, φθείρει τὸ αἰσθητήριον. Torrent. Acies fulgoribus, & cum.*] Cum oculorum & mentis acies, (id eſt, cum judicium rationis) auri & argenti fulgoribus obtunditur.

6. *Acclinis.*] Vetus ſcriptura, *acclinis*; unus etiam *acclinus. Acclinis* igitur vel *adclinis* ubique ſcribitur, nuſquam *acclivis*: quemadmodum nec *reclivis*, ſed *reclinis.* unde *acclino* & *reclino.* Virg. X.

—— Corpuſque levabat
Arboris acclinis trunco.

Torrent. *Acclinis falſis animus.*] Incumbens & propenſus ad aſſentiendum falſis, quod multo cibo repletis accidit. *Meliora recuſat.*] Veram virtutem repudiat.

7. Im-

Verum heic impranſi mecum diſquirite. Cur hoc?
Dicam, ſi potero. MALE *verum examinat omnis*
Corruptus judex. leporem ſectatus, equove
Laſſus ab indomito, vel ſi Romana fatigat
Militia aſſuetum Græcari, ſeu pila velox,
Molliter auſterum ſtudio fallente laborem:
Seu te diſcus agit, pete cedentem aëra diſco:
Quum labor extuderit faſtidia, ſiccus; inanis
Sperne

7. *Impranſi.*] Jejuni, integri judicii. *Cur hoc?*] Cur velim ut impranſi verum diſcatis?

8. *Si potero.*] Ita præfari decuit ruſticum ſententias locuturum. *Torrent.*

9. *Corruptus judex.*] Qualem eum eſſe neceſſe eſt, qui tibicinis, quod ajunt, vitam vivens, & tam ingenio quàm corporis ſenſibus inter aſſiduas epulas hebeſcens, de temperantia agere inſtituit. Nam

——Corpus onuſtum
Heſternis vitiis animum quoq; prægravat.

Notumque illud omnibus proverbium,

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

Idem. Corruptus judex.] Sic animus cibo potuque confertus, verum à falſo diſtinguere neſcit. *Leporem ſectatus.*] Leporem venatus.

10. *Romana fatigat Militia.*] Omnis quidem laborioſa militia, ſed maximè Romana, ut Epod. IX.

Fert vallum & arma miles. ——

obiter notavimus. Quod cum ita ſit, cumque *Græcari* & *pergræcari*, & *Græco more bibere*, Romani uſurpaverint pro diſſolute ac genialiter vivere, & ſtrenue potitare; miror quid Turnebo lib. 7. cap. 9. in mentem venerit, qui *Græcari* pro Græco more ſeſe exercitare interpretatus ſit. Denique hujus loci ſententia eſt optimum condimentum atque obſonium eſſe famem, quacumque exercitatione partam. De diſco autem vide lib. I. Od. VIII. ubi & aliæ aſſuetæ in Campo Martio exercitationes enumerantur. *Torrent.*

11. *Aſſuetum Græcari.*] Te aſſuetum genialiter vivere, vel Græco more ludere. *Seu pila velox.*] Seu pila te agit, id eſt, delectat.

12. *Molliter.*] Synchyſis dictionis *molliter*, quæ adhærere debet τῷ *Græcari* non etiam τῷ *fallente*, ut quidam viri docti exiſtimant. *Cruquius.* *Studio fallente laborem.*] Pilæ ludo oblivionem laboris afferente molliter, id eſt, cum quadam voluptate.

13. *Seu te diſcus agit.*] Delectat. Eſt autem *diſcus*, maſſa ferri vel æris, vel gravis lapis, qui corporis exercendi gratia, in altum vel latum projici ſolet. *Cruquius.* *Diſcus agit.*] Ludus in Græcia uſitatus. *Pete cedentem aëra diſco.*] Militiam, equitationem, pilam, diſcum nominaverat. Jam diſco ſaltem, inquit, quamquam minus Romanis aſſueto, te exerce. *Torr.* *Pete cedentem.*] Jacta diſcum in aërem, qui cedit corporibus gravioribus.

14. *Extuderit.*] Nihil muto. ſed tamen monendus eſt Lector, omnes pene libros noſtros habere *extulerit:* quod alii affirmanti vix crediderim. *Extuderit* ergo, ejecerit, depulerit ſatietatem, quæ faſtidia parit. *Torrent.* *Extuderit faſtidia.*] Cum labor fugaverit ſatietatem; quæ nauſeam parit. *Siccus, inanis Sperne cibum.*] Expulſo, inquit, per laborem nauſeantis ſtomachi faſtidio, inanis; ſperne cibum vilem. Eſt autem antiphraſis: nam aliud jubet, quàm factu[illegible]. *Torrent.* *Siccus, inanis.*] Siti[illegible] & famelicus.

Sperne cibum vilem: niſi Hymettia mella Falerno
Ne biberis diluta. foris eſt promus, & atrum
Defendens piſceis hiemat mare. cum ſale panis
Latrantem ſtomachum benè leniet. unde putas, aut
Quî partum? non in caro nidore voluptas
Summa, ſed in te ipſo eſt. TU *pulmentaria quære*
Sudando: pinguem vitiis, albumque, nec oſtrea,

Nec

15. *Sperne cibum vilem.*] Ironica eſt conceſſio. Quaſi dicat, non ſpernes. *Hymettia mella Falerno.*] Vide lib. I. Sat. X.

—— Chio nota ſi commiſta Falerni eſt.

Ubi de temperanda Falerni auſteritate vini Græci mixtura nonnihil diximus. Hîc eam melle mitigat: quem mellis uſum declarat etiam Sat. IV.

Aufidius forti miſcebat mella Falerno.

Torrent. *Hymettia mella.*] A monte Hymetto in Attica. Eſt Hypallage.

16. *Foris eſt promus.*] Qui tibi penum promat & congerat, domi non eſt, mare autem tempeſtuoſius piſcationem impedit. Quare ſi neque penus adſit pro voto, neque piſces mare ſuppeditet; reliquum eſt, ut aut fame ſitique pereas, aut panis cum ſale, hoc eſt, modicus parabiliſque cibus, ſtomachum latrantem, cibique vehementer appetentem mitiget placetque, id quod bene, hoc eſt, jucunde & ſumma cum voluptate fiet. *Cruquius. Foris eſt promus.*] Ubi labor, eo quo diximus modo, obſonat; referre negat an foris ſit promus, an clauſa piſcantibus maria: panem ac ſalem affirmans pro deliciis fore. *Torrentius. Foris eſt promus.*] Cellarius domi non eſt.

17. *Hiemat mare.*] Ut Græcis χειμὰν, unde χειμάζω, ſic Latinis *hiems* etiam tempeſtatem ſignificat. *hiemat* igitur *mare* cum procellis agitatur. Non recuſo tamen, quin *hiemare* dicatur *mare*, & claudi: ſed quoniam etiam eo tempore piſcationi locus eſt, ad tempeſtates referre malim. *Torrentius. Hyemat mare.*] Mare in tempeſtatem inſurgit. *Cum ſale panis.*] Aliquid diximus ad eum locum Sat. III. lib. I.

Concha ſalis puri. ——

Hîc Plinii verba adſcribam lib. XXXI. c. VII. *Varro etiam pulmentarii voce uſos ſale veteres auctor eſt: eſitaſſe enim ſalem cum pane & caſeo, ut proverbio apparet.* De *ſale* autem, ut antiquiſſimo, ſic jucundiſſimo obſonio, quod & panem ipſum & cetera omnia condiat, pereleganter Plutarchus Sympoſ. lib. IIII. quæſt. IIII. addens ob id communi Neptunum & Cererem ſacello coli ſolere, quod Neptuni donum ſal, Cereris panis. *Torrent.*

18. *Latrantem ſtomachum.*] Stomachum inanem. *Unde putas, aut.*] Unde putas hanc voluptatem naſci in tam tenui victu?

19. *Quî partum?*] Quomodo paratum? *Non in caro.*] Non in carorum obſoniorum odore.

20. *Tu pulmentaria quære.*] Tu epulas pulmento ſuaviores quære exercitio laborioſo. *Pulmentaria quære Sudando.*] *Pulte*, inquit Plinius lib. XVIII. c. XIII. *non pane vixiſſe longo tempore Romanos manifeſtum, quoniam inde pulmentaria hodieque dicuntur.* hîc vero *pulmentaria* ſudando quæri jubens, non tam epulas, quam in epulis guſtum ſignificat. *Torrentius.*

21. *Pinguem vitiis, albumque.*] Sic paulo poſt:

—— Corpus onuſtum
Heſternis vitiis.

Hoc eſt, ſagina turpiter per ingluviem ingeſta impeditum debilitatumque.

Album

Nec ſcarus, aut poterit peregrina juvare lagoïs.
Vix tamen eripiam, poſito pavone, velis quin
Hoc potius, quam gallina, tergêre palatum,
Corruptus vanis rerum: quia veneat auro
Rara avis, & picta pandat ſpectacula cauda:
Tanquam ad rem attineat quidquam. num veſceris iſta,
Quam laudas, pluma? coctove num adeſt honor idem?
Carne

Album vero interpretor, qui morbis, ut ſæpè fit, inter epulas obortis palleat: quive aſſiduè crapulando, conſumto jam naturali calore, ad hydropem vergat. Non recuſo tamen quin *album* quis abſolute pro nitida & diſtenta cute interpretetur. Candidiora enim eorum corpora, qui luxu & mollitia diffluunt. *Torrent.* *Pinguem vitiis.*] Nam pinguem vitiis, id eſt; crapula turgidum & pallidum, neque Oſtrea nec Scarus poterit juvare.

22. *Peregrina juvare.*] Peregre advecta. *Lagois.*] De *Scaro* piſce diximus in Epodis: *Lagois* piſciſne an avis fuerit ignoramus; animal adeo peregrinum, ut ſolius Horatii teſtimonio in rerum natura fuiſſe credamus; dictum, ut volunt interpretes, ab aliqua leporis ſimilitudine, ſive ad colorem, ſive ad carnis leporinæ guſtus ſimilitudinem referamus. *Torrent.* *Lagois.*] Piſcis Romæ carus & rarus.

23. *Vix tamen eripiam.*] Stomachatur, vix ſe efficere poſſe, ut luxurioſo perſuadeat vitæ prioris ἀψικορίαν, id eſt, rerum adamatarum faſtidium. cujus certè rei, nulla alia cauſa eſt, quam uſus & aſſuetudo vanitatis. *Cruquius.* *Eripiam.*] Vix perſuadebo.

24. *Hoc potius.*] Pavone. *Tergere palatum.*] *Tergere*, pro avidius ac plenioribus buccis edundo exercere ac veluti deterere palatum dixit; aut pro novo illo pavonis guſtu prioris eſcæ oblivionem inducere. Nec ſanè diſplicet Cruquii ſententia, ut pro *vix tamen*, legatur *vix tandem*, & quidem cum interrogationis nota poſt dictionem *cauda*, quarto verſu. Eſt enim novum, atque concinnum, ut admirans roget, quis tantæ vanitatis futurus ſit finis. Turneb. lib. 18. cap. 12. *Torrent.* *Tergere palatum.*] Pricare vel delectare palatum.

25. *Vanis rerum.*] Corruptus vanitatibus rerum, ut deliciis luxurioſis. *Veneat auro.*] Ratio vanæ perſuaſionis, à pretio, novitate & pulchritudine plumarum pavonis. Juvenalis Sat. XI.

Interea guſtus elementa per omnia quærunt,
Numquam animo pretiis obſtantibus; interius ſi
Attendas, magis illa juvant quæ pluris emuntur. Torrent.

26. *Picta pandat ſpectacula cauda.*] *Pavo* avium formoſiſſimus, neque formæ ſuæ ignarus, quam mirifice oſtentat; eoque nomine non arrogans tantum, ſed & malevolus; primum pæne ignotus, tandem à Barbaris in Græciam delatus, Athenis pretio ſpectabatur. *Idem.*

27. *Tanquam.*] Quaſi ad guſtum, alarum pulchritudo pertineat.

28. *Cocto num adeſt honor idem?*] Duo vetuſti codices *color* habent, non *honor*. Et ſane idem honor adeſſe videri poſſit, ſi, ut hodieque in divitum menſis fieri cernimus, pennatus elato etiam capite in menſam veniat: ſed color tamen ille gemmantium plumarum continuo deficere incipit, ut ſemel occiſus eſt. Quod vero ſequitur;

Carne tamen quamvis diſtat nihil,

ſubobſcurum eſt. Nec velle Poëtam arbitror, inter pavonis & gallinæ carnem nihil intereſſe: & colore enim & guſtu & fa-

Carne tamen quamvis diſtat nihil hac magis illa,
Imparibus formis deceptum te patet. eſto.
Unde datum ſentis, lupus hic Tiberinus, an alto
Captus hiet? ponteiſne inter jactatus, an amnis
Oſtia

& facultate plurimum differunt: ſed hoc potius, nihil illud formæ decus ad ſaporem facere, cum ob id cocti caro non mutetur, aut melior fiat: decipi igitur eum, qui, cum aliter quam cocto veſci nequeat, ob ſolam ſpeciem, quam cocto abeſſe neceſſe eſt, gallinæ pavonem anteponat. Lego igitur, ut inter varias lectiones in uno atque altero codice ſcriptum inveni,

—— Coctove num adeſt honor idem,
Carne tamen quamvis diſtat nihil? hac magis illam,
Imparibus formis deceptum te petere, eſto.

Torrent. *Coctove num.*] Num cocto pavoni manent illæ plumæ?

29. *Hac magis illa.*] Forma pavonis magis quam illa, id eſt, forma gallinæ.

30. *Imparibus formis.*] Formis pulchritudine diſſimilibus. *Eſto.*] Concedo.

31. *Unde datum ſentis.*] Similis priori error, aut gulæ flagitium potius, *lupum* piſcem faſtidire, qui non inter duos pontes Romæ captus ſit; ac tantam palato ſuo vim tribuere, ut tam ſubtiliter hæc diſcernere ſe poſſe confidat. non quod ignoraret Horatius, ut ſtirpium, aviumque, & quadrupedum, ſic piſcium quoque, quamvis ejuſdem & generis & temperamenti ſint, magnam tamen ſæpe ratione loci, ubi vel nati vel nutriti fuerint, eſſe differentiam: qua de re Ariſtoteles de Hiſtoria animalium lib. v. ſed nimis profecto ingenioſa gula eſt, quæ quo uſque lupus Tiberim penetraverit, & ubi tandem captus ſit, guſtu deprehendat. Nam quod ait Juvenalis,

—— Circeis nata forent, an
Lucrinum ad ſaxum, Rutupinove edita fundo
Oſtrea, callebat primo deprendere morſu;
Et ſemel aſpecti dicebat littus echini.

Id multo tolerabilius eſt. De hujuſmodi autem cenſura egregie Plinius lib. IX. cap. LIV. Qui vero noſtra ætate de piſcibus ſcripſere, lupos quidem inter marinos numerant; ſic tamen ut è mari flumina ſubeant, quamquam ibi non naſcantur. Optimos ergo eſſe ajunt pelagios ipſos; iis proximos, qui in oſtiis fluminum capiuntur: poſtremos qui fluminibus aſſueverint: atque horum inſaluberrimos qui Romæ inter pontes degunt; ideo tantum commendatos, quod ſordibus ſtercoribuſque ſaginati gulæ magis lenocinentur. Qua in re tamen modum priſca illa luxuria ſtatuit. Græcorum ergo λάβραξ *lupus* eſt Romanorum. Nam & nominis ratio convenit. Græcis enim παρὰ τὸ λαβρότατος dictus, id eſt, à vi & voracitate; eamdemque ob cauſſam aptius à Latinis quam *lupi* appellatione vocari non potuit, ipſo oris rictu atque hiatu prædatorem præferens. Et hoc igitur ingenioſe Horatius; *Captus hiet.* Torrent. *Unde ſentis.*] Quomodo ſcis? *Lupus hic Tiberinus, an alto.*] An piſcis iſte ſit in fluvio Tiberi captus, an alto, id eſt, in mari?

32. *Captus hiet.*] Ordo eſt, unde datum ſentis, an hic lupus captus ſit Tiberinus, an hiet in alto? In τὸ *hiet*, aut eſt enallage temporis, pro hiarit, hoc eſt, ſpiraverit, eſcam captaverit hiando, vixerit: aut alluſit ad naturam piſcium, qui capti, confeſtim in latum os diducunt. *Cruquius.* *Hiet.*] Piſces omnes capti ſtatim hiant & os in latum diducunt. *Ponteiſne inter jactatus.*] An inter pontes, ubi lupus eſt potior, propter aquam concitatiorem.

33. *Oſtia.*]

Oſtia ſub Tuſci? laudas inſane trilibrem
Mullum: in ſingula quem minuas pulmenta neceſſe eſt.
Ducit te ſpecies, video. quò pertinet ergo
Proceros odiſſe lupos? quia ſcilicet illis
Majorem natura modum dedit, his breve pondus.
JEIUNUS *raro ſtomachus vulgaria temnit.*
Porrectum magno magnum ſpectare catino
Vellem, ait Harpyiis gula digna rapacibus. at vos
Præſenteis Auſtri coquite horum opſonia: quamvis
Putet

33. *Oſtia.*] Circa Oſtia Tiberis. *Trilibrem Mullum.*] Lupi magni ac ſpiſſi, ita ut tricubitales ſæpe reperiantur: at *Mullis*, inquit Plinius, *magnitudo modica, binaſque libras ponderis raro exuperat, nec in vivariis piſcinisque creſcunt.* At gula non alimentum, ſed delicias quærens, adverſus naturam, nec modicos amat mullos, & ingentes lupos aſpernatur. quam inſaniam egregie deſcribit Horatius. Illud memorabile quod Tiberii principatu eveniſſe Suetonius ſcribit, ut tres mulli XXX. millibus nummûm venderentur, de quo ille publice queſtus ſit, ipſe tunc mirum in modum parcus. Nec minus memoranda, quæ de mulli exſpirantis forma ſcribit Seneca Quæſt. natur. lib. III. ita ut gulæ proceres, non minus illo ſpectaculo, quam guſtatione caperentur; ac ne guſtare quidem dignarentur, quem non in convivio innatantem vitro ac palpitantem vidiſſent: tunc denique acclamantes, nihil melius ſaxatili mullo, nihil moriente formoſius. Idem fere teſtatur Plinius IX. cap. XVII. Laudatiſſimi autem inter mullos *barbati*, à barba gemina qua inſigniuntur inferiore labro ſic dicti: Cicero *barbatulos* vocat: Alii imberbes ſunt: tertium genus ſquamis aſperum. *Torrent.*

34. *In ſingula.*] Quem dividas neceſſe eſt in fruſta.

35. *Ducit te ſpecies.*] Seducit, vel delectat te mulli magnitudo. *Quo pertinet ergo.*] Cur igitur magnitudinem laudas in mullo, & reprehendis in lupo?

36. *Illis.*] Lupis.

37. *Modum dedit.*] Dedit proceritatem.

38. *Jejunus raro ſtomachus.*] Sic libri noſtri omnes. numquam jejunum fere dixeris, qui pridiana ſemper crapula prægravatur. placent ergo inſolita quæ ſtomachum irritent. *Torrent.* *Vulgaria.*] Vulgares cibos.

39. *Magnum ſpectare catino.*] Magnum mullum.

40. *Gula digna rapacibus.*] Διαπάσαζις helluonis, cui gula eſt non homine, ſed harpyjis voracibus digniſſima. aut *gula*, id eſt, helluonum luxurioſa cibaria merentur, ut ab harpyjis de menſa eripiantur & contactu fœdentur. Eſt aut *harpyia* ἁρπαλέα θεά, id eſt, raptrix dea. *Cruquius.* *Gula digna.*] Obſoniorum helluo, cujus dapes dignæ ſunt Harpyjarum contactu inquinari.

41. *Præſentes Auſtri.*] Auſtri precibus meis faventes. *Coquite horum opſonia.*] Sic Propertius libro IV. Eleg. V.

Vidi ego odorati victura roſaria Pæſti,
Sub matutino cocta jacere noto.

Id eſt, corrupta & marcida. ſicut & Papinius:

Pubenteſque roſæ primos moriuntur ad Auſtros.

Auſtri enim aura, calida & æſtuoſa tabem ac marcorem adducit. At contra Aquilo ſiccus & frigidus à putredine conſervat. Præſentes quidem horum epulis Auſtros imprecatur Horatius:

Putet aper rhombuſque recens, mala copia quando
Ægrum ſollicitat ſtomachum; cùm rapula plenus
Atque acidas mavult inulas. Necdum omnis abacta
Pauperies epulis regum: nam vilibus ovis,
Nigriſque eſt oleis hodie locus. haud ita pridem
Galloni præconis erat acipenſere menſa
Infamis. quid? tum rhombos minus æquor alebat?

Tutus

Sequitur tamen feſtiva ejus imprecationis correctio: quid enim opus Auſtris, ſi ipſa copia hoc efficit, ut putere omnia videantur. *Inopem*, inquit ille, *me copia fecit*. Torrent. *Coquite horum obſonia.*] Humido veſtro calore putrefacite.

42. *Putet aper rhombuſque.*] Quamquam aper nauſeam movet & contemnitur. *Quando.*] Quia.

43. *Ægrum ſollicitat.*] Copia faſtidientem gravat ſtomachum. *Plenus.*] Helluo exſaturatus.

44. *Acidas mavult inulas.*] *Acidas*, vocat *inulas*, quas *amaras* Sat. VIII. Amaras certe eſſe oſtendit Columella lib. XII. cap. XLVI. & Plinius XIX. cap. V. An igitur hîc *acidas* appellat, quod, ut acida omnia, proritant ſtomachum & nauſeam eximunt. Eſt autem Romanis *inula* quæ Græcis ἑλένιον, vulgo *enulam* nominamus. *Torrent. Acidas mavult inulas.*] Inulæ ſunt utiles ad appetitum excitandum, quia viſcoſam pituitam incidunt.

45. *Pauperies.*] Victus tenuis. *Regum.*] Majorum virorum epulis. *Vilibus.*] Parvi pretii.

46. *Nigriſque eſt oleis.*] Oleis maturis & amaris. *Haud ita pridem.*] Ab exemplo & facto Gallonii demonſtrat, luxum non officere modo ſtomacho, valetudinemque tentare; verum etiam infamiæ notam ſuis ſectatoribus inurere, quibus ſine invidia publica, minus eſt integrum, nobiliores cibos eſitare. *Cruquius.*

47. *Galloni præconis.*] Vetus haud dubie ſcriptura, non *Gallonii*. Quamquam enim *Gallis* Romanum cognomen eſt, notior tamen ille *P. Gallonius* à Lucilio cognominatus *Gurges*, & acerbiſſimis verſibus proſciſſus, in quibus *acipenſeris* mentio. Fuit autem piſcium omnium Romæ nobiliſſimus, tanto habitus in honore, ut à coronatis inferretur cum tibicinis cantu, quaſi quædam non deliciarum, ſed numinis pompa. quod & Athenæus tradit. atque huic piſci pretium; ut nullus tam exiguus in macellum venerit, qui non mille nummis venderetur. Merito igitur Martialis:

Ad Palatinas acipenſera mittite menſas,
Ambroſias ornent munera rara dapes.

Illud vero ambigitur, quod illi apud Græcos nomen fuerit. Gulielmus Rondeletius, qui ætate noſtra omnium accuratiſſime de piſcibus ſcripſit, docet eſſe ex galeorum genere eum, qui proprie *galaxias* appellatur à Galeno, quem vulgo *ſturionem* nominamus. *Torrent. Galloni præconis erat acipenſere menſa.*] Gallonius præco fuit & obſoniorum gurges, qui primus convivio poſuit acipenſerem, piſcium omnium habitum nobiliſſimum.

48. *Quid? tum rhombos.*] Pergit in propoſito; pretium obſoniis non natura, ſed opinione poni: poſtquam exemplis conſtat, ignorari vel pretioſiſſima, donec auctores inveniunt per quos celebrentur, ut Gallonium, acipenſer; rhombus & ciconia, virum neſcio quem prætorium. Nam priſci interpretes alii Sempronium, alii Rutilium Rufum nominant, qui præturam quidem ambiverit, ſed ob interfectas ciconias populo inviſus.

Tutuſ erat rhombus, tutoque ciconia nido?
Donec vos auctor docuit prætorius. ergo
Si quis nunc mergos ſuaveis edixerit aſſos,
Parebit pravi docilis Romana juventus.
Sordidus à tenui victu diſtabit, Ofello
Judice. NAM *fruſtra vitium vitaveris illud,*
Si te aliò pravum detorſeris. Avidienus,
Cui Canis ex vero ductum cognomen adhæret,
Quinquenneis oleas eſt, & ſilveſtria corna:

Ac,

inviſus, repulſam tulerit, ut teſtatur Epigramma relatum à Porphyrione priſcæ elegantiæ:

Ciconiarum Rufus iſte conditor
Hic eſt duobus elegantior Plancis,
Suffragiorum puncta non tulit ſeptem,
Ciconiarum populus eſt ultus mortem.

Rhombi laudatiſſimi Romæ habiti, qui in mari Hadriatico capiebantur, majores etiam ceteris: & præcipue quidem Ravennæ, ut teſtatur Plinius lib. IX. cap. LIV. unde & Ovidius;

—— *Hadriaco mirandus litore rhombus.*

Galli nunc *turbot* vocant, à turbine, ni fallor. *Torrent.* *Rhombos minus.*] Rhombus piſcis ſummo erat in honore apud Romanos.

49. *Tutus erat rhombus.*] Rhombus adhuc fere Romanis erat incognitus.

50. *Prætorius.*] Sempronius Rufus goloſus, præturam expetens tulit repulſam.

51. *Si quis nunc mergos ſuaveis edixerit aſſos.*] Oſtendit nihil tam abſurdum inſigni aliquo inter gulones ac gurgites illos auctore proponi, quod alii non ſequantur. poſtquam enim ciconia, quam ne attingere quidem voluerant majores, Rufo aſſertore placuerit; cur non & mergi, quantumvis duri & inſuaves, aſſi quoque, tandem probentur? Plin. lib. X cap. XXIII. In duobus etiam codicibus *ediſſerit* pro *edixerit* ſcriptum repperi. ſed veterum more *ſſ* pro *x*. edicendi enim verbum cum prætoris perſona mire convenit; ille edicit, parent ceteri. *Torrent.* *Edixerit aſſos.*] Pro imperio dixerit.

52. *Pravi docilis.*] Juventus quæ cito prava diſcit.

53. *Sordidus à tenui.*] *Tenuis victus.* λεπτὴ δίαιτα, ut Græci loquuntur medici, paulo parcior eſt, qualis fere ægrotantibus præſcribitur. At hic idem qui *mundus*; medius nempe inter ſordidum & ſumtuoſum. Nec præterire velim, veteres libros hic novam ſive Satyram ſive Sermonem aut Eclogam incipere. *Torrent.* *Sordidus à tenui.*] Inter victum ſordidum & luxurioſum, victus medius eſt interjectus, qui etiam laudabilis eſt. *Ofello.*] Philoſopho inculto, de quo ſupra.

54. *Nam fruſtra.*] Quod faciunt ſtulti, dum vitant vitia, tunc enim in contraria currunt; atqui non eſt ſordidus qui frugaliter victitat; ergò alius eſt ſordidus, alius tenuis victus, alius luxurioſus. *Cruq.* *Vitium illud.*] Luxuriam.

55. *Aliò, &c.*] In aliud vitium contrarium. *Avidienus.*] Hunc ſordidi victus exemplar ante oculos ponit, *canem* ob ſordes & immunditiam appellatum inquiens. Atque hinc fortaſſis *caninum prandium*, de quo Gellius l. XIII. c. ult. Unde proverbium *Cynicè vivere.* nam *Cynici* non ob impudentiam tantum, ſed & ob ſordes ſic appellati ſunt. Aliquid Turnebus lib. VII. cap. IX. *Torr.*

56. *Ex vero.*] Ex morum veritate, id eſt, ex immunditiis & ſordibus.

57. *Quinquenneis.*] Veteres membra-

Ac, niſi mutatum parcit defundere vinum, &,
Cujus odorem olei nequeas perferre, (licebit
Ille repotia, natales, alioſve dierum
Feſtos albatus celebret) cornu ipſe bilibri
Caulibus inſtillat, veteris non parcus aceti.
Quali igitur victu ſapiens utetur, & horum
Utrum imitabitur? hàc urget lupus? hàc canis angit.

Mundus

na quinquennis. Torrent. *Quinquennis oleas.*] Oleas vetuſtate corruptas. *Eſt.*] Comedit.

58. *Niſi mutatum.*] Niſi acidum, ut acetum. *Defundere.*] Sic quidem meliores codices, ſed plures habent *diffundere*. quam lectionem non ſequor. aliud enim *diffundere vinum*, ut recte lib. I. Adverſariorum cap. I. & lib. 7. cap. 9. Turnebus docuit. *Torrent.*

59. *Cujus odorem olei.*] Tres codices *oleum* legunt, non minus recte. eſt enim ſententia, *tum oleum cujus, &c.* Vel caulibus inſtillat id oleum, cujus olei odorem, &c. *Torrent. Cujus odorem olei.*] Et inſtillat caulibus oleum, cujus odorem, &c. *Licebit.*] Quamvis.

60. *Ille repotia, &c. Feſtos albatus celebret.*] Diebus enim feſtis ac publica lætitia, togas ſumebant non novas ſemper (qui enim hoc fieri ab omnibus potuit?) ſed lotas à fullone recentes. Id enim facile fuit etiam tenuioribus, togæ ſordes demere, opeque fullonis eandem interpolare, priſtinoque candori reddere. *Ferrar. Repotia.*] Poſtquam Feſtus nos docuit *repotia* dici poſtridie nuptias, cum apud novum maritum cœnatur, quia reficitur potatio; quidquid alii afferunt, mera conjectura eſt: præſertim cum accedat Gellii auctoritas lib. II. cap. XXIV. Plura Turnebus, lib. 12. cap. VI. & lib. 3. cap. 25. *Torrent. Repotia, nataleis, alioſve dierum.*] Convivia facta die ſecundo à nuptiis; vel comeſſationes, quæ liberis natis inter vicinos celebrantur. Angl. *childfeaſte.*

61. *Albatus.*] Color albus lætitiæ convenit, fauſtus quippe ac felix, & diis immortalibus gratus. unde non ineleganter Perſius, Sat. II.

—— *Negata*
Juppiter hoc illi, quamvis te albata rogarit.

Itaque & ſacrificia, & ſpectacula, & convivia albati celebrabant, præſertim lauti atque divites; pauperes enim ac tenuiores tunicati pullatique. *Torrent. Albatus celebret.*] Alba veſte indutus. *Cornu ipſe bilibri.*] Miræ ſordes, vas olearium divitis in domo non bilibri majus: unde ipſe, diffidens ſervis, non infundat quantum ſatis ſit, ſed guttatim caulibus oleum inſtillet; aceti interim copia, diſſimulans olei parcitatem. *Torrent. Bilibri.*] E vaſculo corneo quod duas olei libras continet.

62. *Veteris aceti.*] Aceti morientis & languidi.

63. *Quali igitur victu, &c.*] De hac locutione videndus Pet. Victorius Var. lect. lib. 33. cap. 11.

64. *Utrum imitabitur?*] Gallonium luxurioſum? an Avidienum ſordidum? *Lupus, hac.*] Edacitas vel ingluvies. *Hac canis angit.*] Bene Lambinus *ajunt*. Nam & ego in fideliſſimis exemplaribus ita ſcriptum inveni: & ſane magis proverbium ſapit, quam ſi *angit* legamus. *Torr.* Convenit hoc dictum in hominem ſuſpenſo animo, ſententiaque ancipiti, utrum ſequatur aut fugiat, edacitatemne lupi, an ſordeis canis, Avidieni ſcilicet. *Cruquius.* Canterus Nov. lect. lib. 4. cap. 12. *Canis.*] Immunditia vel ſordes. *Angit.*] Ut eſt in proverbio.

65. *Mun-*

Mundus erit; qui non offendet ſordibus, atque
In neutram partem cultus miſer. hic neque ſervis,
Albucî ſenis exemplo, dum munia didit,
Sævus erit; nec ſic, ut ſimplex Nævius, unctam
Convivis præbebit aquam: vitium hoc quoque magnum.
Accipe nunc, victus tenuis, quæ quantaque ſecum
Affe-

65. *Mundus erit.*] Ille tenet medium. *Qui non offendat ſordibus.*] Sic noſtri quoque codices, non *ſordidus*. Quod vero mox ſequitur,

In neutram partem cultus miſer.

ſic vetus exponit interpres, ut dictio *cultus* patrii ſit caſus. *Cultus* enim nomen commune, & tam in vitio, quam in laude ponitur. cultus nempe cujuſque rei habitus eſt: & in homine tam ad animum, quam ad corpus refertur. *In neutram* igitur *cultus partem miſer* eſt; qui vitam ita colit atque inſtituit, ut inter luxuriæ pompam, atque avaritiæ ſordes media inſiſtat via, miſer futurus ſi altero extremorum peccet. *Torrent.* *Sordibus, atque.*] Indecora parſimonia.

66. *In neutram partem cultus.*] Nimirum is cultus & victus, mundus erit & frugalis, qui ſordibus neminem offendit, & in neutram partem, nec nimis ſumptuosè, nec nimis ſordidè miſer & infelix eſt. Hic modice victitans, neque tanquam avarus, tenax & ſævus erit; exemplo Albutii illius ſenis, dum munia & officia quid quiſque agere debeat, in ſervos ſuos dividit: nec ut prodigus ille alter Nævius aquam unguento dilutam, convivis præbebit: nam hoc quoque vitium prodigalitatis non ferendæ. *Lubinus.* *In neutram partem cultus miſer.*] Et in neutram partem cultus, ſive ſordidi, ſive luxurioſi, erit miſer. *Hic neque ſervus.*] Hic, quem mundum dicimus.

67. *Albucî ſenis.*] Ego *Titum Albutium* eſſe crediderim, quem & Lucilius perſtrinxit, virum illo ſæculo minime ignotum: qui Græcæ elegantiæ ad vitium uſque curioſus, Græcus videri ac ſalutari amabat, cum Romanus eſſet. *Senem* autem vocat Horatius non ætate, ſed ſæculo ſuo priorem: ut & ipſum Lucilium Sat. præcedente. Quod cum ita ſit, nihil equidem addubito, quin adverſus Lambini, Cruquii, & Porphyrionis ſententiam *Albutium* hic tamquam anxie nimis & inſane curioſum in tractandis convivis atque hoſpitibus notari credam: contra vero *Nævium* ut negligentem, ſupinum atque ignavum, quare & *ſimplicem* appellat Poëta. Ille igitur, ſiquid omiſſum, aut non recte factum, ſævus etiam in ſervos, ac crudelis erat: hic tam remiſſus ac ſtupidus, ut aquam quoque, quæ omnibus ad manum ſit, quæque tunc maxime laudatur, cum limpida & pura, nullas, ut loquuntur Philoſophi, ſaporis habeat qualitates, unctam pinguemque impune apponi ſineret. *unctam* pro unguento perfuſam interpretari putidum & ineptum eſt: nec me movet quod lib. I. Sat. I. Nævius quidam tamquam Nomentano luxu par adducitur. nam & ipſe Lambinus *Mævius* ibi, non *Nævius* legit. & quamquam nos ibi *Nævii* nomen retinuimus, aliter tamen, quam ille, interpretati ſumus, pro parco nimis ac ſordido: quod opinionem hîc quoque noſtram confirmat. *Didere autem munia* pro partiri ſervorum officia, vocabulum priſcæ elegantiæ eſt, Lucretio frequens, nec Virgilio neglectum VII. Æneid.

Diditur hic ſubito Trojana per agmina clamor. Torrent.

Albucî ſenis.] Albutius ſervos prius caſtigabat, quam aliquis eorum peccaſſet. *Didit.*] Dum officia diſtribuit.

68. *Simplex Nævius.*] Ut Nævius parum

Afferat. in primis valeas bene: nam, variæ res
Ut noceant homini, credas, memor illius eſcæ,
Quæ ſimplex olim tibi ſederit. at ſimul aſſis
Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis;
Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoque tumultum
Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia? QUIN corpus onuſtum
Heſternis vitiis animum quoque prægravat una,
Atque affigit humo divinæ particulam auræ.

Alter,

rum prudens. *Unctam.*] Aquam unguentis dilutam, quod eſt luxuriæ non ferendæ.

70. *Accipe nunc victus.*] Enumeratio eorum, quæ comitantur & ſimplicem & compoſitum victum, ut utrimque ex oppoſitorum cognitione, clarius evadat omnino negligendam eſſe nimiam curam corporis; cum ut hoc vegetum & validum ſit ad quævis munia ſubeunda, tum ut animus profuſa crapula non impeditus, evigilet alacris & promptus, ad ea perquirenda quæ ſunt honeſta & cum virtute conjuncta. *Cruquius.* *Quæ, quantaque.*] Quæ commoda.

72. *Credas, memor illius eſcæ.*] Credere debes.

73. *Simplex.*] Una. *Tibi ſederit.*] Hoc eſt, ſumta jam ac depreſſa in ventriculo quieverit, nullo ſubſecuto ſtomachi tumultu, ut fit cum varia permiſcentur, & mala illa copia laboratur. *Torrent.* *Olim tibi ſederit.*] Aliquando tibi placuerit.

74. *Miſcueris elixa.*] Si in ſtomachum ingeſſeris.

75. *In bilem vertent.*] In choleram amaram. *Stomachoque tumultum Lenta feret pituita.*] *Bilem* ante, nunc *pituitam* dicit, unde in ſtomacho tumultus oriatur: hæc à calore imbecillo, illa, à nimio gignitur. ut enim *bilis* humor calidus & ſiccus eſt: ſic *pituita* frigidus humiduſque, quare & *lentam* appellat Horatius. Jam vero in confeſſo eſt, cibum varium ac multiplicem, gravem atque periculoſum eſſe. quæ enim inter ſe diſtant, ſeſe invicem corrumpunt. Tamquam oraculum igitur ab Hippocrate dictum credamus libro περὶ φυσῶν, ſive De flatibus: Τὰ γὰρ ἀνόμοια στασιάζει, καὶ τὰ μὲν θᾶσσον, τὰ δὲ σχολαίτερον πέσσεται. *Diſſimilia enim ſeditionem concitant, atque hæc citius, hæc difficilius concoquuntur.* Torrent. *Tumultum.*] Dolorem.

76. *Pituita.*] Phlegma. *Ut pallidus.*] Decolor & ægrotus.

77. *Cœna deſurgat dubia.*] Id eſt, de cœna ſurgat. ut *Depróperare apio coronas*, & ſimilia: quæ interpretatio, ut ſimplicior & melior eſt. Vide tamen Turnebum lib. XVII. cap. XVII. & de cœna dubia, XXVIII. cap. IV. *Torrentius.* *Cœna dubia.*] Cœna eſt dubia, ubi convivæ dubitant, quid de multis ſumant.

78. *Heſternis vitiis.*] Heſterna crapula. *Animum quoque prægravat.*] Ut fieri neceſſe eſt; animo quippe gravati corporis συμπαθείᾳ laborante: unde *pingues* dicti etiam ingenio tardo. *Torrent.* *Prægravat una.*] Animum hebetem reddit.

79. *Atque affigit.*] Atque ad humum dejicit animam divini ſpiritus partem. *Affigit humo.*] Sic antehac in omnibus codicibus legebatur: Lambinus *affligit* ſubſtituit. Sed à recepta lectione non recedo; ut gravis crapula animum terræ veluti affixit, quem uti igneum & cœleſtem

Alter, ubi dicto citiùs curata ſopori
Membra dedit, vegetus præſcripta ad munia ſurgit.
Hic tamen ad melius poterit tranſcurrere quondam:
Sive diem feſtum rediens advexerit annus;
Seu recreare volet tenuatum corpus, ubique
Accedent anni, & tractari molliùs ætas
Imbecilla volet. Tibi quidnam accedet ad iſtam,
Quam puer & validus præſumis, mollitiem, ſeu
Dura valetudo inciderit, ſeu tarda ſenectus?
Rancidum aprum antiqui laudabant: non, quia naſus
Illis

leſtèm ſurſum tolli convenerat. De verbo autem *affligere*, elegans locus Plinii lib. VIII. cap. XL. de cane elephantum oppugnante, *Donec*, ut inquit, *aſſidua rotatum vertigine afflixit ad caſum ejus tellure concuſſa. Divina particulam auræ.*]

Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo
Seminibus. ——

Torrent.

80. *Alter ubi dicto citius.*] Non parum ceſpitat hic Pſeudacron, coordinans τὸ *dicto citius*, verbo *ſurgit*: cum rectius (meo quidem judicio) apponi debeant proximo participio, *curata*, hoc modo: Alter, qui parvo vivit, ubi dicto citius, hoc eſt, parcè ac ſobriè membra, hoc eſt, corpus curavit, & ſopori dedit, ſurgit vegetus, &c. *Cruquius.* *Alter, ubi dicto citius.*] Alter, cujus victus parcus eſt & frugalis. *Curata Membra.*] Membra mediocri cibo recreata.

81. *Vegetus præſcripta ad munia.*] Alacer ad neceſſarias functiones.

82. *Hic tamen ad melius.*] Qui parce vivit, ad meliorem victum poteſt tranſcurrere aliquando.

83. *Diem feſtum rediens advexerit annus.*] *Annum* pro illa anni parte dixit, in quam dies feſtus, ſive ſolennis aut publicæ aut privatæ lætitiæ cauſſa inciderit. Hilare autem & jucunde feſtos agebant dies, profeſtis parci; ut eſſet feſtis quod prodigerent. Plautus Aulul.

Feſto die ſi quid prodegerit, profeſto egere
liceat niſi pepercerit.

Advexerit autem pro *adduxerit* habent libri noſtri omnes, demto uno atque altero recentiore, ex gloſſemate opinor. *Torrent.*

84. *Ubique Accedent anni.*] Et ubi ſenectus advenerit.

86. *Ætas Imbecilla.*] Eadem quæ & *mala* à veteribus dicta; hoc eſt, ſenectus, ipſa morbus. Exempla apud Nonium initio operis, ut & juventus dicta *ætas bona.* quemadmodum enim diei, ſic & ætatis prior pars melior, poſterior pejor eſt. Virg.

Optima quæque dies miſeris mortalibus, ævi
Prima fugit, ſubeunt morbi triſtiſque ſenectus.

Quanto autem imbecillior, tanto tractanda mollius. In pluribus quoque exemplaribus ſic legitur hic verſus;

—— *Ubique*
Accedunt anni, tractari mollius ætas
Imbecilla volet. ——

Meo judicio rectius. *Torrent.*

87. *Præſumis, &c.*] Ante tempus ſumis.

89. *Rancidum aprum.*] Notat Plutarchus Sympoſ. lib. VI. cap. IV. veterum inſtituto ſemper aliquid præſentibus in futurum relinqui debere. atque ita interpretatur notum illud Pythagoræ ſymbolum (quamquam alii aliter expoſuere) χοίνικι μὴ ἐπικαθίζειν. *Chœnici ne inſi-*

Illis nullus erat; ſed, credo, hac mente, quòd hoſpes
Tardiùs adveniens, vitiatum commodiùs, quàm
Integrum edax dominus conſumeret. hos utinam inter
Heroas natum tellus me prima tuliſſet.
Das aliquid famæ, quæ carmine gratior aurem
Occupat humanam? grandes rhombi patinæque
Grande ferunt unà cum damno dedecus. adde
Iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum,
Et fruſtra mortis cupidum, quum deerit egenti
Æs, laquei pretium. Jure, inquis, Traſius iſtis
Jur-

ne inſideas. atque alteram huic ſimilem parœmiam, ἀποκείμενος ἰχθύς. id eſt, *piſcis ſepoſitus.* Utroque autem dicto admonemur, ſic uti præſentibus, ut ſervemus aliquid in poſterum. Et tale aliquid hic Ofellus majorum exemplo ſuis præcipit. nam vel rancidum fieri aprum ſit ſatius, quo venturo forſitan hoſpiti ſervetur, quam domini unius gula mox abſumi integrum. Recte enim Juvenalis;

—— *Quanta eſt gula quæ ſibi totum*
Ponit aprum?

Torrent. *Rancidum aprum.*] Aprum leviter putentem. *Non quia naſus*] Et naſus in proverbium abiit pro judicio: veluti odorari, cujus inſtrumentum eſt naſus, pro reſciſcere; & odor pro ſuſpicione. *Eraſmus. Naſus.*] Judicium.

90. *Hac mente.*] Hac intentione.

91. *Vitiatum commodius.*] Putidum potius ederet.

93. *Tellus me prima.*] Sic lib. I. Sat. III.

Cum prorepſerunt primis animalia terris.

Et Virg. Georg.

—— *Tuque ô cui prima frementem*
Fudit equum tellus.

Quibus exemplis doctiſſimis viris aſſentior, perpetuum videri terræ epitheton, quam nempe Heſiodus ante cetera elementa, atque ipſum cœlum extitiſſe tradiderit. Vide Turneb. VII. cap. IX. *Torrent. Prima tuliſſet.*] Tellus in prima ſua ætate.

94. *Quæ carmine gratior.*] Hoc eſt, quæ fama carmine celebrata poteſt eſſe gratior auribus humanis audituque jucundior, quam acroama frugalitatis ſobrietatiſque? quam vitæ frugaliter honeſteque peractæ? *Cruquius. Quæ carmine gratior aurem.*] Fama, quæ humanæ auri ſit gratior, quam quodvis carmen.

95. *Occupat.*] Meliores libri *occupet.* Placet cum interrogationis nota poſt dictionem *humanam.* Idque duplici ſenſu ad verba illa, *quæ carmine gratior*; hoc eſt, quæ quavis modulatione jucundior aures impleat; ut Themiſtoclem illum Græciæ principem, cum interrogaretur, quod acroama aut cujus vocem libentiſſimè audiret, reſpondiſſe ajunt, ejus à quo laudaretur: aut *carmine gratior,* hoc eſt, cum per carmen celebratur atque accinitur; ut Achilli Homerum laudem ejus præconem invidiſſe fertur Alexander Macedo. & ſicut perfectiſſima eloquentia ipſa poëſis eſt, ſic laudari à Poëta pulcerrimum creditur. *Torr.*

96. *Ferunt.*] Afferunt. *Adde.*] Adde hæc etiam incommoda.

97. *Patruum, vicinos.*] Cujus ſub imperio es. *Te tibi iniquum.*] Te tibi inimicum, quia omnia tua das aliis.

99. *Æs laquei pretium.*] Bene Lamb. editione ſecunda *æs* repoſuit. ante autem vulgatos ſecutus codices *as* ſcripſerat. Magna vero miſeria ejus cujus ad reſtim res redierit. quamquam plus dixit Horatius, ne tantillum quidem ſupereſſe

Jurgatur verbis: ego vectigalia magna,
Divitiaſque habeo tribus amplas regibus. Ergo
Quod ſuperat, non eſt meliùs quo inſumere poſſis?
Cur eget indignus quiſquam te divite? quare
Templa ruunt antiqua Deûm? cur improbe caræ
Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo?
Uni nimirum rectè tibi ſemper erunt res?
O magnus poſthac inimicis riſus! uterne

Ad

pereſſe quo reſtim compares. Talem liguritoris exitum deſcribit etiam Juvenalis, Sat.x. cum ait:

Talibus à dominis poſt cuncta noviſſimus exit
Annlus, & digito mendicat Pollio nudo.

Nota autem illa; *Aſſis non facere, Ad aſſem perdere, ad aſſem redigi*, apud Flaccum. Gul. Canterus Novar. lect. lib. 4. cap. 12. *Torrent. Æs, laquei pretium.*] Pecunia, qua laqueum tibi emas ad ſuſpendium. *Traſius.*] Mira hujus nominis varietas. nam & *Travius*, & *Traxius*, & *Tranſius*, & *Trallius*, & *Traulius* ſcriptum invenias. Nec multum intereſt. Grammatici luxurioſum nec divitem volunt. merito igitur objurgari eum, cujus nempe res luxui non ſufficeret, neque ſtultitiam paterentur opes. Nec negare poſſimus, quin *jurgare* & *jurgari* dixerint veteres: ut Terent. Andr. *Cedo quid jurgabit tecum.* Sed tamen *jurgare & jurgari*, eſt quaſi ex jure agere & cum aliquo contendere. quare jurgantur etiam amici; nec ſcio an *jurgari* paſſive idoneus aliquis auctor dixerit. Quare omittere nolim, quin quod codicis Carondeletiani margini adſcriptum eſt, referam: *Travium enim vult hominem fuiſſe ditiſſimum, qui adverſus Ofellum, aut alium quemvis Stoïcum jurgando hæc dicat: Ego, &c.* Torrent. *Traſius iſtis.*] Homo profuſus idemque pauper.

101. *Tribus amplas regibus.*] Sic Juvenalis Sat. v.

—— Pretio majore paratur
Quam fuit & Tulli cenſus, pugnacis & Anci.

Tribus amplas regibus, &c.] Quæ ſufficiant tribus regibus. *Ergo Quod ſuperat.*] *Nubtoius* increpans abuſum, demonſtrat uſum verum & laude dignum. *Cruquius. Ergo.*] Huic luxurioſo reſpondet Horatius.

102. *Quod ſuperat.*] Quod tibi ſupereſt. *Melius quo.*] Non melius quam in epulas luxurioſas.

103. *Indignus quiſquam te divite?*] Inopia indignus, qui non meretur, nec debet egenus eſſe.

105. *Tanto emetiris acervo?*] E tanto acervo.

106. *Uni nimirum tibi, &c.*] Sic alibi,

Non ſi malè nunc & olim ſic erit.

Alludit ad rerum mutabilitatem & fortunæ inconſtantiam. *Recta ſemper erunt res?*] Non ſemper, quia fortuna eſt inſtabilis.

107. *Poſthac inimicis riſus.*] Commutata fortuna. *Uterne.*] Recte: ſic enim lib. M.S. antea vero *uterinam* legebatur. Quamquam non ſola *ne* particula ſæpe ornatus tantum gratia additur, ut priore lib. Sat. x. oſtendimus, ſed etiam *nam* Virg. lib. v.

Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?

Inimicos autem vocat, quos in gulam tantum prodigus, nulli mortalium benefaciendo, offenderit, atque hoſtes ſibi fecerit. *Torrent.*

Illis nullus erat; ſed, credo, hac mente, quòd hoſpes
Tardiùs adveniens, vitiatum commodiùs, quàm
Integrum edax dominus conſumeret. hos utinam inter
Heroas natum tellus me prima tuliſſet.
Das aliquid famæ, quæ carmine gratior aurem
Occupat humanam? grandes rhombi patinæque
Grande ferunt unà cum damno dedecus. adde
Iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum,
Et fruſtra mortis cupidum, quum deerit egenti
Æs, laquei pretium. Jure, inquis, Traſius iſtis
Jur-

ne inſideas. atque alteram huic ſimilem parœmiam, ἀποκείμενος ἰχθύς. id eſt, *piſcis ſepoſitus.* Utroque autem dicto admonemur, ſic uti præſentibus, ut ſervemus aliquid in poſterum. Et tale aliquid hic Ofellus majorum exemplo ſuis præcipit. nam vel rancidum fieri aprum ſit ſatius, quo venturo forſitan hoſpiti ſervetur, quam domini unius gula mox abſumi integrum. Recte enim Juvenalis;

—— *Quanta eſt gula quæ ſibi totum*
Ponit aprum?

Torrent. *Rancidum aprum.*] Aprum leviter putentem. *Non quia naſus*] Et naſus in proverbium abiit pro judicio: veluti odorari, cujus inſtrumentum eſt naſus, pro reſciſcere; & odor pro ſuſpicione. *Eraſmus.* *Naſus.*] Judicium.

90. *Hac mente.*] Hac intentione.

91. *Vitiatum commodius.*] Putidum potius ederet.

93. *Tellus me prima.*] Sic lib. I. Sat. III.

Cum prorepſerunt primis animalia terris.

Et Virg. Georg.

—— *Tuque ô cui prima frementem*
Fudit equum tellus.

Quibus exemplis doctiſſimis viris aſſentior, perpetuum videri terræ epitheton, quam nempe Heſiodus ante cetera elementa, atque ipſum cœlum extitiſſe tradiderit. Vide Turneb. VII. cap. IX. *Torrent.* *Prima tuliſſet.*] Tellus in prima ſua ætate.

94. *Quæ carmine gratior.*] Hoc eſt, quæ fama carmine celebrata poteſt eſſe gratior auribus humanis audituque jucundior, quam acroama frugalitatis ſobrietatiſque? quam vitæ frugaliter honeſteque peractæ? *Cruquius.* *Quæ carmine gratior aurem.*] Fama, quæ humanæ auri ſit gratior, quam quodvis carmen.

95. *Occupat.*] Meliores libri *occupet*. Placet cum interrogationis nota poſt dictionem *humanam*. Idque duplici ſenſu ad verba illa, *quæ carmine gratior*; hoc eſt, quæ quavis modulatione jucundior aures impleat; ut Themiſtoclem illum Græciæ principem, cum interrogaretur, quod acroama aut cujus vocem libentiſſimè audiret, reſpondiſſe ajunt, ejus à quo laudaretur: aut *carmine gratior*, hoc eſt, cum per carmen celebratur atque accinitur; ut Achilli Homerum laudem ejus præconem invidiſſe fertur Alexander Macedo. & ſicut perfectiſſima eloquentia ipſa poëſis eſt, ſic laudari à Poëta pulcerrimum creditur. *Torr.*

96. *Ferunt.*] Afferunt. *Adde.*] Adde hæc etiam incommoda.

97. *Patruum, vicinos.*] Cujus ſub imperio es. *Te tibi iniquum.*] Te tibi inimicum, quia omnia tua das aliis.

99. *Æs laquei pretium.*] Bene Lamb. editione ſecunda *æs* repoſuit. ante autem vulgatos ſecutus codices *as* ſcripſerat. Magna vero miſeria ejus cujus ad reſtim res redierit. quamquam plus dixit Horatius, ne tantillum quidem ſupereſſe

Jurgatur verbis: ego vectigalia magna,
Divitiaſque habeo tribus amplas regibus. Ergo
Quod ſuperat, non eſt meliùs quo inſumere poſſis?
Cur eget indignus quiſquam te divite? quare
Templa ruunt antiqua Deûm? cur improbe caræ
Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo?
Uni nimirum rectè tibi ſemper erunt res?
O magnus poſthac inimicis riſus! uterne

Ad

periſſe quo reſtim compares. Talem ligurritoris exitum deſcribit etiam Juvenalis, Sat.x. cum ait:

Talibus à dominis poſt cuncta noviſſimus exit
Anulus, & digito mendicat Pollio nudo.

Nota autem illa; *Aſſis non facere, Ad aſſem perdere, ad aſſem redigi*, apud Flaccum. Gul. Canterus Novar. lect. lib. 4. cap. 12. *Torrent. Æs, laquei pretium.*] Pecunia, qua laqueum tibi emas ad ſuſpendium. *Traſius.*] Mira hujus nominis varietas. nam & *Travius*, & *Traxius*, & *Tranſius*, & *Trallius*, & *Trautius* ſcriptum invenias. Nec multum intereſt. Grammatici luxurioſum nec divitem volunt. merito igitur objurgari eum, cujus nempe res luxui non ſufficeret, neque ſtultitiam paterentur opes. Nec negare poſſimus, quin *jurgare* & *jurgari* dixerint veteres: ut Terent. Andr. *Cedo quid jurgabit tecum.* Sed tamen *jurgare & jurgari*, eſt quaſi ex jure agere & cum aliquo contendere. quare jurgantur etiam amici; nec ſcio an *jurgari* paſſive idoneus aliquis auctor dixerit. Quare omittere nolim, quin quod codicis Carondeletiani margini adſcriptum eſt, referam: *Travium enim vult hominem fuiſſe ditiſſimum, qui adverſus Ofellum, aut alium quemvis Stoïcum jurgando hæc dicat: Ego, &c.* Torrent. *Traſius iſtis.*] Homo profuſus idemque pauper.

101\. *Tribus amplas regibus.*] Sic Juvenalis Sat. v.

—— Pretio majore paratur
Quam fuit & Tulli cenſus, pugnacis & Anci.

Tribus amplas regibus, &c.] Quæ ſufficiant tribus regibus. *Ergo Quod ſuperat.*] Νουθεσία increpans abuſum, demonſtrat uſum verum & laude dignum. *Cruquius. Ergo.*] Huic luxurioſo reſpondet Horatius.

102\. *Quod ſuperat.*] Quod tibi ſupereſt. *Melius quo.*] Non melius quam in epulas luxurioſas.

103\. *Indignus quiſquam te divite?*] Inopia indignus, qui non meretur, nec debet egenus eſſe.

105\. *Tanto emetiris acervo?*] E tanto acervo.

106\. *Uni nimirum tibi, &c.*] Sic alibi,

Non ſi malè nunc & olim ſic erit.

Alludit ad rerum mutabilitatem & fortunæ inconſtantiam. *Recta ſemper erunt res?*] Non ſemper, quia fortuna eſt inſtabilis.

107\. *Poſthac inimicis riſus.*] Commutata fortuna. *Uterne.*] Recte: ſic enim lib. M.S. antea vero *uteriam* legebatur. Quamquam non ſola *ne* particula ſæpe ornatus tantum gratia additur, ut priore lib. Sat. x. oſtendimus, ſed etiam *nam* Virg. lib. v.

Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?

Inimicos autem vocat, quos in gulam tantum prodigus, nulli mortalium benefaciendo, offenderit, atque hoſtes ſibi fecerit. *Torrent.*

1:8. *Ad*

Ad caſus dubios fidet ſibi certius? hic, qui
Pluribus aſſuerit mentem corpuſque ſuperbum;
An, qui contentus parvo, metuenſque futuri,
In pace, ut ſapiens, aptarit idonea bello?
Quò magis his credas: puer hunc ego parvus Ofellum
Integris opibus novi non latiùs uſum,
Quàm nunc accifis. Videas metato in agello
Cum pecore & gnatis fortem mercede colonum:
Non ego, narrantem, temere edi luce profeſta
Quidquam, præter olus fumoſæ cum pede pernæ.
Ac mihi quum longum poſt tempus venerat hoſpes,
Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem
Vici-

108. *Ad caſus dubios.*] Ad mutationem fortunæ conſtantior erit, &c.

109. *Pluribus aſſuerit mentem.*] Qui rerum omnium copiæ, animum & corpus aſſueverit. *Superbum.*] Corpus deliciis elatum.

111. *Aptarit idonea bello.*] Præparaverit, quæ in rebus adverſis uſui eſſe poſſint.

113. *Integris opibus, &c.*] Omni re ſua familari incolumi. *Non latius uſum.*] Sunt qui *lautius* ſubſtituant. Malè. nam lautitias ab Ofelli menſa, etiam manente fortuna abfuiſſe, locus ipſe oſtendit. Late autem opibus utitur, qui expenſis neceſſariis atque utilibus non contentus, voluptati quoque indulget: neque modum ſtatuit, immemor, quod dici ſolet, *Quo non egeas, vel aſſe emtum carum eſſe.* Torrent. *Non latius uſum.*] Non largius.

114. *Quam nunc accifis. Videas.*] Senſus eſt, Ofellum, cum agri ejus belli civilis proſcriptione in ditionem veteranorum redacti eſſent, eoſque non jam ut dominus, ſed ut conductor excoleret, non minus tamen laute eum in alieno vixiſſe, quam antea in proprio. Pet. Nannius Miſcell. lib. 4. Turneb. l. 12. c. 1. *Quam nunc accifis.*] Quam nunc proſcriptione imminutis. *Videas.*] Quilibet videre & audire potuit, Ofellum narrantem hæc, Non ego, &c. *Metato in agello.*] Hoc eſt, dimenſo jam ut Umbreno aſſignaretur; ſic enim Lamb. atqui jam Umbreni fuiſſe agellum, ea quæ ſequuntur oſtendunt. *Metati* igitur vocabantur *agri*, militibus certis jugeribus viritim attributi. quod, cum ut hic Ofello, ita & Virgilio accidiſſet, argumentum præbuit Eclogæ primæ: eademque de re conqueritur in Diris;

Pertica quæ noſtros metata eſt improba agellos.

Quamquam nonnulli Valerii Catonis eum eſſe verſum volunt. *Torrent.* Et *metatus ager* dicitur de aſſignato, vel opimo & pingui. Inde *metari*, pro eligere. *Salmaſ.* *Metato in agello.*] In agello demenſo, & ab Umbreno, Auguſti milite, conducto.

115. *Fortem.*] Temporum injuriam fortiter ferentem. *Mercede colonum.*] Pretio dato pro agro ſuo ad Umbrenum tranſlato.

116. *Non ego.*] Totus uſque ad finem Satyræ, ſermo eſt Ofelli. *Profeſta.*] Die non feſta, Angl. *a working-day.*

118. *Longum poſt tempus.*] Hoſpes raro veniens, lautius & libentius eſt accipiendus.

119. *Sive operum vacuo.*] Sive cum vacarem ab opere. *Per imbrem.*] Cum ipſa nempe tempeſtas invitat ad convivandum:

Vicinus; bene erat, non piſcibus urbe petitis,
Sed pullo atque hœdo: tum penſilis uva ſecundas
Et nux ornabat menſas, cum duplice ficu.
Poſt hoc ludus erat culpa potare magiſtra:
Ac

dum: ut ſæpe in Odis vidimus. notumque illud Virgilii:

Invitat genialis hiems. — Torr.

Per imbrem.] Propter imbrem, quamdiu pluebat.

120. *Bene erat.*] Abunde erat nobis ad hilaritatem. *Non piſcibus.*] Menſa non piſcibus inſtructa.

121. *Penſilis uva ſecundas.*] *Penſilem* vocat *uvam*, ad hoc ſuſpenſam, ut paſſa, hieme ederetur, quemadmodum Neapoli toto ferme anno ſervari vidimus, jucundiſſimi ſaporis atque aſpectus. Varro: *Penſilia, ut uva, ſorba, ipſa oſtendunt, quando ad uſum oporteat promi.* Et hæc quidem Turnebus. De ſecunda autem menſa, quæ pomorum erat lib. IIII. Od. v. Turneb. lib. 15. cap. 6. *Torrent.* *Penſilis uva ſecundas.*] Uva, quæ pendens ſervabatur.

122. *Cum duplice ficu.*] Cum geminis ficubus, quas mariſcas appellant. *Duplici ficu.*] *Duplex* interdum non id quod geminatum, quodve duorum generum eſt, ſignificat: ſed quod magnum, perinde ac ſi alterum tantum dixeris. ſic enim Virg.

— *Duplici dentalia dorſo.*

Et,

— *Duplex agitur per lumbos ſpina.*

Atque ita *duplicem ficum* hîc dici exiſtimat Turnebus lib. XIII. cap. I. quæ major uberiorque & formæ amplioris ſit: quam *mariſcam* quoque appellamus; aliis quidem viliorem: Unde Mart.

Infanti melimella dato fatuaſque mariſcas.

Sed Ofelli ruſtici bellariis convenientem. Neque ego quidem id negaverim, cum Servius etiam illud, *duplicem gemmis auroque coronam*, ita interpretatus ſit: & *figere clavis duplicibus*, pro magnis, dixerit Cato de Re ruſtica cap. xx. ſed tamen non tam inelegantem fuiſſe Ofellum exiſtimo, ut, in tanta ejus pomi, turi præſertim copia, convivis ſuis mariſcas ſolas appoſuerit. Quare *duplicem ficum* exponere malim, quæ duorum generum ſit, præcox & ſerotina, alba item & nigra, utraque jucundiſſimi ſaporis; quarum illam felicibus arboribus annumerat Macrob. lib. III. c. xx. Sed & *duplicem* pro bifera interpretari poſſumus. ut in Columellæ hortulo,

Tum præcox bifera deſcendit ab arbore ficus.

Quamquam *bifera ficus* tamquam certum aliquod genus à Macrobio recenſetur. *Torrent.*

123. *Poſt hoc ludus erat.*] Poſtquam nos cibo & potu explevimus. *Culpa potare magiſtra.*] Lambini conjectura *cupa potare*, qua tantopere ſibi plaudit, nullius neque impreſſi neque calamo exarati codicis teſtimonio nixa, merum ſomnium eſt. *culpa* enim legunt omnes. *Cupam* quidem, ſeu *cuppam* mavis, ſcio vas eſſe vinarium; ſed quod *cupæ* magiſterium in convivio fingi poſſit equidem ignoro, & *cupæ* majora ſunt vaſa, quàm ut tam facile exhauriantur. Turneb. lib. VII. cap. IX. receptam lectionem ſervans, ad ludi genus referre maluit, cum is qui adverſus convivii leges in re aliqua peccaſſet, cyathum ob culpam educere juberetur: ipſa enim culpa hoc veluti imperat, qua commiſſa pœnæ obſtringimur; exemplum in Plauti Sticho,

Qui peccat poculo multabitur.

eandemque explicationem juvant ipſa Poëtæ verba, cum ait: *Poſt hoc ludus erat.* Juvat etiam noſtrorum temporum conſuetudo; & quod ab ignoto Scholiaſte in vetuſto codice adſcriptum reperi.

Ac venerata Ceres, ut culmo ſurgeret alto,
Explicuit vino contractæ ſeria frontis.
Sæviat, atque novos moveat fortuna tumultus:
Quantum hinc imminuet? quanto aut ego parciùs, aut vos
O pueri nituiſtis, ut huc novus incola venit?
Nam propriæ telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quemquam ſtatuit. nos expulit ille:

Illum

peri, *culpa magiſtra, id eſt, errore docente*, hoc mulctæ ſcilicet nomine faciendum eſſe. Sed quid ſi & hoc modo interpretemur; ut de more quidem à cœna largius biberint, ſic tamen, ut vitarent culpam, qua veluti magiſtra coërcerentur, ne Scytharum aut Thracum more temulenti tumultuarentur. *Torrent. Cuppa potare magiſtra.*] Nullo alio bibendi Magiſtro ad potandum adhibito, quam ipſa cuppa, id eſt, ut ſuo quiſque arbitratu biberet, & quantum vellet.

124. *Ac venerata.*] Ac rogata Ceres, ut culmum faceret exurgere altum. *Venerata Ceres, ut culmo ſurgeret alto.*] *Ita culmo ſurgeret alto*, habent aliquot exemplaria. quam ſcripturam veram puto. ita ſurgeret, ut pura mente dea colebatur. Altera tamen apertior eſt: quam ſic explicat Turnebus lib. VII. cap. IX. ut libatione Cereri deæ frugum in convivio illo ruſtico facta, tum demum largius ſeſe invitarent, ac vino ſeveritatem deponerent. Lambinus præterea plurima accumulat exempla, quibus *venerari*, idem valere quod precari oſtendit. Hic vero tantum obiter hoc admonendus eſt Lector, Cereri libari vinum potuiſſe: mulſo tamen, non vino deæ ſacrificari ſolere, ut ex Macrobio lib. III. c. XI. conſtat; eademque de re Servius in illud Virgilii,

Cui de lacte favos & miti dilue Baccho.

Venero autem pro *veneror* dicebant antiqui. Virgilius:

—— *Curſuſque dabit venerata ſecundos.*

Alii tamen hoc pro *rogata* exponunt. Sed eo ipſo quod deos colimus, ut propitii ſint. rogamus quoque; atque adeo in ipſo cultu preces ſunt. quare [illegible] accipere malim. *Torrent.*

125. *Explicuit, &c.*] Id eſt, explicuit frontem contractam propter ſeria; id eſt, propter curas, quæ à ſeriis proveniunt. *Landinus. Explicuit.*] Diſcuſſit. *Seria frontis.*] Res ſerias, curas, & moleſtias, quibus frons contrahitur.

126. *Sæviat, atque.*] Sit mihi fortuna iniqua (inquit Ofellus) quantum volet. *Tumultus*] Terrores & alios motus excitet.

127, *Hinc imminuet.*] De eo, quod in uſu habeo.

128. *O pueri nituiſtis.*] Pingues & nitidi fuiſtis. *Nitere* enim corporis *εὐεξίαν* demonſtrat. Male qui pro *nituiſtis*, *vixiſtis* hîc legunt: quamquam non uno in cod. M.S. ſic repperi. Atque ita *nitor olei* pro olei pinguedine apud Vitruvium lib. X. ut *pinguem & nitidum* conjunxit Horat. in Epiſt. ad Tibullum. Virgilius quoque, illo in verſu:

——— *Superoque nitentem*
Cælicolûm regi mactavi in littore taurum.

Nam opimum atque eximium intelligit. Contra vero graciles nimium attenuatoque corpore, *veſculos* appellabant. auctor Feſtus. *Torrent. Nituiſtis.*] Minus ſplendide vixiſtis? *Ut huc novus incola venit?*] Poſtquam huc venit Umbreuus.

129. *Nam propriæ telluris.*] Commorandi enim natura diverſorium nobis, inquit Cato Major, non habitandi locum dedit. Sunt autem privata nulla natura. Cic. Offic. I.

130. *Ille.*] Umbrenus per Auguſtum.

131. Ne-

Illum aut nequities, aut vafri inſcitia juris,
Poſtremum expellet certe vivacior heres.
Nunc ager Umbreni ſub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius: ſed cedet in uſum
Nunc mihi, nunc alii. quocirca vivite fortes,
Fortiaque adverſis opponite pectora rebus.

131. *Nequities.*] Luxuria & ſumptus profuſus. *Aut vafri inſcitia juris.*] Aut vafri juris ignoratio. Sed cur Poëta jus vafrum, appellat? An quod hujuſcemodi vafrities eſt in Juriſconſultis, ut in utramque partem jus exponant & interpretentur? Non audeo affirmare.

132. *Vivacior hæres.*] Mors poſſeſſoris, cui hæres diutius vivens ſuccedit.

134. *Nulli proprius.*] Nulli perpetuus.

135. *Fortes, &c.*] Vivite forti animo adverſus fortunæ incommoda.

SATYRA III.

Damaſippum inducit ipſum accuſantem quod nihil ſcriberet: deinde ſub perſona Damaſippi Stoïcum paradoxon tractat, nimirum, *Stultos omnes inſanire.*

SIc rarò ſcribis, ut toto non quater anno
Membranam poſcas, ſcriptorum quæque retexens
Iratus tibi, quòd vini ſomnique benignus
Nil dignum ſermone canas. quid fiet? ab ipſis
Satur-

1. *Sic raro.*] Feſtivum *Junii Damaſippi* (ſic enim Grammatici nominant) cum Horatio colloquium: quo ille, è mercatore, Stertinii opera, factus repente Stoïcus, à Poëtæ reprehenſione incipiens, raros eſſe ſtultitiæ expertes docet, ſtultos autem omnes inſanire. Quod autem Cruquius pro *ſic raro* legendum putat ex libris M. S. *ſi raro*, id nec mihi diſplicet; non tamen tanti eſt, ut à vulgata lectione recedam. Turneb. lib. 7. cap. 10. *Torrent. Sic raro.*] O Horati. *Ut toto non quater anno.*] Hæc per exaggerationem efferuntur, ut à tempore & tarditate ſit ipſa caſtigatio veriſimilior. *Cruquius.*

2. *Membranam poſcas.*] *Charta* proprie dicta ex papyro erat, condita demum Alexandria, in Ægypto reperta: at *membrana* ex animantium pellibus concinnata eſt primum Pergami, unde & *Pergamena* dicta eſt, cum chartam ſupprimente Ptolomæo Rege Ægypti, Eumenes in Aſia ad ipſius æmulationem & ipſe bibliothecam inſtituerat. ſic enim Plinius lib. XIII. cap. XI. Exprobrabat igitur Horatio Damaſippus, quod tam raro membranam poſceret, in quam tandem ea, quæ tamdiu texens atque retexens in palimpſeſto deſcripſerat, publicandi cauſſa referrentur. *Torrent. Membranam poſcas.*] Chartam in qua ſcribas. *Scriptorum quæque retexens.*] Commutans omnia, quæ in tabulis aliquando ſcripſeras.

3. *Vini ſomnique benignus.*] Vini largus, id eſt, nimium bibens & dormiens.

4. *Dignum ſermone.*] Dignum fama, dignum laude. neque enim aliud eſt

Saturnalibus huc fugiſti. ſobrius ergo
Dic aliquid dignum promiſſis: incipe. nil eſt.
Culpantur fruſtra calami, immerituſque laborat
Iratis natus paries Dîs atque Poëtis.
Atqui vultus erat multa & præclara minantis,
Si vacuum tepido cepiſſet villula tecto.
Quorſum pertinuit ſtipare Platona Menandro?
Eupolin, Archilochum, comites educere tantos?
Invidiam placare paras virtute relicta?

Con-

ſunda, quam populi ſermo. *Torrent. Dignum ſermone canas.*] Nil dictu dignum Satyris mandetur.

5. *Saturnalibus huc fugiſti.*] Poſt dies Saturno ſacros (in quibus magna erat potandi copia) huc, id eſt, ad villam fugiſti ut ſcriberes. *Huc fugiſti.*] Rus ſcilicet, è populi turba ad quietem, quo melius meditari in otio poſſes. *Torrent. Sobrius ergo.*] Sobrius autem ei opponitur, quod ſuprà dixit: *vini ſomnique benignus.* perinde ac ſi dicat, ſi vini ſomnique copia largior obſtitit tibi ſcripturienti, nunc ſobrius, *ἄοινος ἄϋπνός τε*, dic aliquid dignum promiſſis. *Cruquius.*

7. *Calami.*] Culpantur calami ad ſcribendum minus apti. *Immerituſque laborat.*] Immerito abs te vexatur paries ædificatus, diis & Poëtis male propitiis.

8. *Iratis natus paries Dîs.*] Hoc non uti à Damaſippo dictum accipio, ſed à Poëta ipſo, parietem, ut iracundi ſolent, execrante; cum ipſius eſſet culpa, nihil noctu meditantis, quod ceratis in pariete tabulis inarare poſſet. Et hoc quidem, ſi communem loci hujus interpretationem ſequamur: nam mihi equidem non diſplicet eorum opinio, qui infelicem vocari volunt parietem, quod, ſi non ſuccederet meditatio, pugnis ſubinde cæderetur. juxta illud Perſii:

Nec pluteum cadit, nec demorſos ſapit ungues.

Natum autem pro *factum* dixerat: denique *agrum* non abſimili figura *bene natum* dixit Varro, qui fertilis ſit à natura ac doctus. *Torrent. Paries Diis*] In pariete cerato ſolebant Poëtæ, ſiquid noctu in mentem veniret, inſcribere. *Diis atque Poëtis.*] Velim diſpiciat lector domus, num foret ex ſententia auctoris, *Diis atque Poëtis* interpretari, per ἓν διὰ δυοῖν, pro divinis Poëtis, proinde ac ſi ironicωs hæc dicantur à Damaſippo. *Cruquius.*

9. *Multa & præclara minantis.*] Sic Epiſt. ad Celſum:

---- Dic multa & pulcra minantem.

Hoc eſt, de ſe jactantem ac promittentem, atque omnia magna loquentem. quamquam fere, ut ex Servio notat Lambinus, *minamur* mala, *promittimus* bona. *Torrent. Minantis.*] Multa promittentis.

10. *Vacuum.*] Te otioſum. *Tepido cepiſſet villula tecto.*] Horatius domo tepida delectabatur; nam frigoris erat impatiens.

11. *Stipare Platona.*] Cum Platoni hoc veluti ſatellitium adjungit, ipſum aliorum omnium veluti principem conſtituit: ab eo rem, ab aliis verba potiſſimum ſcripturum aliquid cum laude petere debere demonſtrans, ut alibi:

Rem tibi Socratica poterunt oſtendere chartæ.

Turneb. lib. 9. cap. 6. *Torrent. Stipare Platona.*] Quaſi ſtipatores tecum educere in villulam ruſticam.

13. *Invidiam placare.*] Virtutis omnis,

Contemnère miſer. vitanda eſt improba Siren
Deſidia: aut quidquid vita meliore paraſti,
Ponendum æquo animo. Dî te, Damaſippe, Deæque
Verum ob conſilium donent tonſore. ſed unde
Tam bene me noſti? Poſtquam omnis res mea Janum
Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo,
Excuſ-

nis, quam incolumem odimus, comes invidia: non ideo tamen deſerenda virtus, cui qui inſiſtit magis, is invidiam aliquando ſuperare poſſit: ſed qui cedit, deriſui ac contemtui habetur; quod omni invidia deterius eſt. Vide lib. II. Od. ult.

---- *Invidiaque major.*

Turneb. lib. 9. cap. 28. *Torrent. Invidiam placare paras.*] Invidiam virtutis tuæ comitem. *Virtute relicta.*] Ita ut mavis otiari, & nihil ſcribere.

14. *Vitanda eſt improba Siren.*] Hortatur Horatium ab honeſto, ut otio & ceſſatione valere juſſa, ſe componat ad bene agendi ſcribendique ſtudium, ſi nolit ad deſidiam, tanquam ad Sireneios ſcopulos, omnium facere jacturam, virtutis, vitæ honeſtæ, nominis, &c. *Cruquius.*

15. *Deſidia: aut quidquid.*] Deſidia Sireni ſimilis, animos hominum corrumpit. *Vita meliore paraſti.*] Virtutem exercendo.

16. *Ponendum æquo animo.*] Deponendum eſt, & abjiciendum patienter. *Dii te, Damaſippe, Deæque.*] Horatius ſatis ridicule gratias agit Damaſippo.

17. *Verum ob conſilium donent.*] Ob rectum conſilium. *Donent tonſore.*] Præclara ſcilicet Stoïci merces. ecquid enim aliud ei optari poſſit, qui res humanas omnes præ virtute contemnat, ac cœlo & terra frui, ſolas eſſe divitias credat? Tanto autem feſtivius Horatius, quod in Damaſippum inciderat barba tantum ac ſupercilio Philoſophum, atque, ut Favorinum dicere ſolitum ajunt, ἀνδὶ τ͂ πωγώνιον, μέχει τ͂ λύχνου, *factis procul, verbis tenus*: cui ſi Philoſophiæ inſignia demas, hoc eſt, barbam & ſupercilium radas, ab impoſtore liber evadas. *Tor.* Alluſiſſe videtur ad proverb. *Barba tenus ſapientes*, in eos, qui univerſæ vitæ ſanctimoniam non in animo, neque in moribus, ſed in cultu conſtituunt. *Eraſmus. Tonſor.*] Qui longam & Philoſophicam tuam barbam radat.

18. *Poſtquam omnis.*] Reſpondet Damaſippus. *Janum Ad medium.*] In Epiſt. I. ad Mæcenatem duos fuiſſe Janos indicat,

—— *Hæc Janus ſummus ab imo*
Perdocet. -----

An ergo etiam tertius, medius nempe inter utrumque? Id equidem nonnulli exiſtimant. Sed potior P. Victoris de regionibus Urbis opinio eſt. ait enim, *Jani duo, celebris mercatorum locus.* Erant autem in regione fori Romani: & omnis ille inter duos Janos locus, *Janus medius* appellabatur. Vide interim Petri Nannii Σύμμικτα lib. 4. & Turneb. lib. 6. cap. 10. & lib. 26. cap. 26. Brodæi Miſcell. lib. 2. cap. 19. *Torrent. Janum.*] Janum Deum bifrontem in foro poſitum, ubi mercatores & fœneratores conveniebant.

19. *Fracta eſt, aliena.*] Quaſi ad ſcopulos illiſa eſt, id eſt, diminuta & conſumpta. *Aliena negotia.*] Hoc proprie eſt curioſum eſſe, & ut Græci loquuntur πολυπραγμονεῖν: cui contrarium τὸ αὐτοῦ πράττειν. contingit autem præcipuè iis, quibus domi in re ſua nihil negotii eſt. ſic enim Plautus Sticho;

Alienas res qui curant ſtudio maximo,
Quibus ipſis nulla eſt res quam procurent ſua.

Excuſſus propriis. olim nam quærere amabam
Quo vafer ille pedes laviſſet Siſyphus ære:
Quid ſculptum infabrè, quid fuſum duriùs eſſet.
Callidus huic ſigno ponebam millia centum:
Hortos egregiaſque domos mercarier unus
Cum lucro noram: unde frequentia Mercuriale

Impo-

Nec minus venuſte Terentius Heautont.

---- Tantumne eſt ab re tua otii tibi,
Aliena ut cures, ea quæ nihil ad te attinent? Torrent.

20. *Excuſſus propriis.*] Ejectus à propriis negotiis. *Olim nam.*] Narrat Damaſippus ſe ſtudioſum fuiſſe vaſorum antiquorum, prius quam ſit factus Stoïcus. *Quærere amabam.*] Tres optimi codd. *habebam*: ut *avebam* fortaſſis legendum ſit. *faver* etiam pro *vafer* in antiquiſſimis membranis ſcribitur. *Torrent.* *Quærere amabam.*] Cognoſcere amabam.

21. *Quo vafer.*] In quo vaſe æreo. *Siſyphus.*] *Siſyphus* ille Æolides, vel Homero teſte, mortalium omnium aſtutiſſimus, Ephyræ olim, quæ poſtea Corinthus dicta, imperavit. Itaque locum hunc ſic interpretantur aliqui, ut *æris Corinthii* ſtudioſum ſe fuiſſe Damaſippus dicat. Et vetus quidem interpres æris temperaturam inveniſſe Siſyphum teſtatur: accedit quod II. Georg. *Ephyrëia æra* antiquiſſimo urbis illius nomine dixit Virgilius: ſed tamen inter auctores conſtat, Cyprum æris inventione ac gloria excelluiſſe; atque *æris Corinthii* famam non niſi deleta à Romanis Corintho celebrari cœpiſſe: tantum abeſt ut ad Siſyphum mixturæ æris ejus ſcientia referatur. Quod ergo *Siſyphii*, ut ita dicam, *æris* hic fit mentio, ad ultimam antiquitatem potius retulerim: inde enim pretii magnitudo: & hinc riſum captat Horatius. *Torrentius.* *Siſyphus ære.*] Siſyphus Æoli filius Corinthi rex.

22. *Quid ſculptum.*] Neſcio cur *ſculptum* Lambino diſplicuerit. Similis locus lib. II. Od. XI.

---- Memorem ſepulchro
Scalpe querelam. Ibi vide. *Torrentius.*

Infabre.] Minus artificioſe. *Quid fuſum duriùs.*] Quid minus eleganter eſſet conflatum. *Fuſum durius.*] Mollia enim magis laudantur, ut quæ magis Iconica ac nativa ſint. hinc Virgilius:

---- Spirantia molliùs æra. Torrent.

23. *Callidus huic, &c.*] Hoc eſt, arte & uſu edoctus imponebam ſignatis operibus juſtum pretium. hic fortaſſis eſt Damaſippus, cujus Cic. meminit lib. Epiſt. 7. ad M. Fabium Gallum. *Cruquius.* *Callidus huic.*] In eo callidus eram, quod ſciebam ſignatis operibus juſtum pretium imponere. *Huic ſigno.*] Sic paulo poſt, *ut lethargicus hic*; non δεικτικῶς, ſed *huic ſigno*, pro cuicumque ſigno dixiſſe videtur. *Ponebam millia centum.*] *Ponere pretium*, pro æſtimare, quod in accepti & expenſi tabulis talia ponerentur: & ſic lib. III. Od. VIII.

---- Pretium dicere muneri.

Pulcre autem Cicero in Verr. Orat. quæ de Signis inſcribitur: *Qui modus eſt in his rebus cupiditatis, idem eſt æſtimationis. difficile eſt enim facere pretio, niſi libidini feceris.* Torrent. *Millia centum.*] Seſtertiûm nummûm 100000.

25. *Unde frequentia Mercuriale.*] Id quod Græci Ἕρμαιον, Latini *Mercuriale* vocant. *Mercuriale*, eſt lucrum inſperatum. Damaſippus ergo, qui jactabat, ſolum ſe nihil ſine lucro emere ſolere, Ἕρμαιον dici cœpit à vulgo; feſtiviſſimo nominum è re impoſitore. *Heinſius.* *Mercuriale.*] Ita & noſtri codices: demto uno atque altero, qui *Mercurialis* legunt.

Impoſuêre mihi cognomen compita. Novi,
Et morbi miror purgatum te illius. Atqui
Emovit veterem mire novus: ut ſolet, in cor
Trajecto lateris miſeri capitiſque dolore:
Ut lethargicus hic, quum fit pugil, & medicum urget.
Dum ne quid ſimile huic, eſto, ut libet. O bone, ne te
Fruſtre-

gant. Nec multum ſane intereſt. Nam aut *Mercurialis* cognominatus fuit, aut aliud aliquod huic ſimile cognomen ei impoſitum, quo Mercurium habere propitium ſignificaretur, ob lucri affluentiam. Lucro enim atque adeo mercaturæ, unde ingens lucrum, Mercurius præeſt: quare & marſupium geſtat, teſte Suida; id quod lib. 1. Od. 2. oſtendimus. *Torrent. Mercuriale.*] Mercurius præeſt mercaturis.

26. *Compita.*] Omnes populariter, qui in compitis auctionabantur, me appellabant Mercurialem. *Novi.*] Novi, inquit Horatius.

27. *Et morbi miror.*] Leve eſt quod dico, monendum tamen in omnibus M.S. legi: *Et moror morbi.* Facete autem Damaſippus, mutaſſe ſe morbi genus, ut clavo clavus pellitur, non à morbo liberum eſſe, reſpondet. quinimo non obſcure indicat per exempla, gravius ſe quam antea laborare; tunc ſuæ, nunc alienæ rei nimium curioſum. *Torrent. Et morbi.*] Illius negotii. *Morbi te purgatum.*] Eſt autem helleniſmus, θαυμάζω σὲ κεκαθάρθαι τῆς νόσου ταύτης. *Cruquius. Atqui.*] Reſpondet Damaſippus.

28. *Emovit veterem novus.*] Novus morbus veterem depulit. *In cor.*] In os ventriculi, καρδιαλγίαν Galenus appellat.

29. *Trajecto lateris miſeri.*] Legitur & *miſero*, pro vehementi: ſed & *lateris miſeri* legi poteſt, pro valde afflicti, eſt enim ἡ πλευρῖτις. *Fabritius. Lateris.*] Pluritidis.

30. *Ut lethargicus hic quum fit pugil.*] Λήθαργος ſive ληθαργικὸς à profunda quadam oblivione, quam λήθην Græci vocant, ex frigida & humida cerebri intemperie procedens, à Latinis fere *veternus* appellatur: morbus iners atque ignavus, & ferreo quodam, ut ita dicam, ſomno miſeros opprimens: Virgil. 1. Georg.

Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno.

Fit autem aliquando medicorum imperitia, ut contraria contrariis mederi ſeſe rati, niſi cautionem adhibeant, diverſum penitus morbum efficiant; utputa ſi pituita in bilem, in febrem (quæ φρενῖτις Græce dicitur) veternus convertatur. Hoc igitur notat hic Horatius, cum lethargicum fieri pugilem & urgere medicum dicit. hoc enim phreneticis plerumque accidit, inflammata cerebri membrana, ut coërceri nequeant, quin immaniter ipſos præcipue medicos aggrediantur, &, ut pugiles ſolent, pugnis onerent. *Torrent. Ut dum fit pugil, & medicum urget.*] Dum medicum pugnis officii ſui monet. ἐν διὰ δυοῖν: Lepide ergo talem pugilem deprecatur ſequentibus:

Dum ne quid ſimile huic, eſto, ut lubet.

Putat enim ſua intereſſe, ut quam longiſſimè ab hac munificentia abſit. *Heinſ. Lethargicus hic.*] Ut veternoſus. *Pugil.*] Quum fit phreneticus. *Urget.*] Et medicum verberat.

31. *Dum ne quid.*] Verba ſunt feſtiviſſimi Poëtæ, male metuentis, ne Damaſippus & ipſe ſic pugil evaderet. At ille retorquens dictum, ait ipſum illum, à quo ſuggillatus fuerat, inſanire. Turneb. lib. 7. cap. 10. *Torrent: Dum ne quid ſimile huic.*] Dummodo ne quid fa-

cias

Fruſtrere, inſanis & tu, ſtultique propè omnes,
Si quid Stertinius verì crepat: unde ego mira
Deſcripſi docilis præcepta hæc, tempore quo me
Solatus juſſit ſapientem paſcere barbam,
Atque à Fabricio non triſtem ponte reverti.
Nam malè re geſta quum vellem mittere operto
Me capite in flumen, dexter ſtetit, &, Cave faxis
Te quidquam indignum. Pudor, inquit, te malus urget,
Inſanos qui inter vereare inſanus haberi.
Primùm nam inquiram, quid ſit furere. hoc ſi erit in te
Solo: nil verbi, pereas quin fortiter, addam.
Quem mala ſtultitia, & quæcunque inſcitia veri
Cæcum

cias huic phrenetico ſimile (inquit Horat.) eſto inſanus ſi voles. *O bone.*] Loquitur Damaſippus.

32. *Fruſtrere.*] Ne decipias te. *Stultique prope omnes.*] Dictio *prope* nihil hîc ſententiæ detrahit. ſimpliciter enim pronuntiant Stoïci *ſtultos omnes inſanire.* Simile illud Sat. III. prioris libri;

Queis paria eſſe fere placuit peccata.

nam Stoïci ſimpliciter affirmabant peccata eſſe æqualia. *Torr.* *Stultique prope.*] Secundum Stoïcorum dogma.

33. *Si quid Stertinius veri.*] Si quid veri loquitur Stertinius Philoſophus Stoïcus. *Unde.*] A quo.

34. *Tempore.*] Ex eo tempore.

35. *Sapientem paſcere barbam.*] Philoſophicam barbam nutrire ad umbilicum uſque, aut ad pubem demiſſam.

36. *Fabricio.*] Duo antiqui operis pontes, *Ceſtius* & *Fabricius*, noſtra adhuc ætate permanent, & inſulam Tiberinam ripæ jungunt: quin etiam in Fabricio legitur hæc inſcriptio, L. FABRICIVS C. F. FACIVNDVM COERAVIT. Q. LEPIDVS M. F. M. LOLLIVS M. F. COS. PROBAVERVNT. *Torrent.* *Ponte reverti.*] Unde Damaſippus ſe præcipitare voluit, damni dolore commotus.

37. *Male re geſta.*] Re familiari mea conſumpta. *Operto Me capite.*] Multis de cauſſis *caput velabant* antiqui; ob luctum, in funere; ob pudorem, in nuptiis, à nubendo dictis; ob religionem, in re divina facienda, ſacriſque precationibus; item cum quis ſe diis manibus devoviſſet, uti olim Decii: ſed & in ſuppliciis publicis plectendi obnubebantur, vel honeſtatis cauſſa, vel commiſerationis, ne interfectores ſuos aſpicere cogerentur. Non temere igitur & Damaſippus caput operuit. *Torrentius.* *Operto capite.*] Pudoris cauſſa.

38. *Dexter ſtetit.*] Tamquam Deus ex improviſo auxilio fuit. Virg. VIII.

Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.

Contrarium *lævus.* —— *Si quem Numina læva ſinunt.* ---- Torrent. *Dexter ſtetit.*] Aſtitit mihi Stertinius fortunatus.

39. *Pudor urget.*] Malim *angit*, ut in VII. exemplaribus ſcriptum repperi. *Torrent.* *Malus urget.*] Vitioſus pudor.

42. *Nil verbi addam.*] Nihil præterea loquar. *Fortiter.*] Forti animo.

43. *Quem mala.*] Definitio inſaniæ. *Quemcunque.*] Sic noſtri quoque meliores codices. ante *quæcumque* legebatur, & egregie more Stoïcorum, qui ſummi Dialectici erant, à definitione initium facit. paulo tantum obſcurius rem tractat, *furoris* & *inſaniæ* vocabula non diſtinguens. Furor enim plerumque ex

atra

Cæcum agit: inſanum Chryſippi porticus, & grex
Autumat. hæc populos, hæc magnos formula reges,
Excepto ſapiente, tenet. Nunc accipe, quare
Deſipiant omnes, æquè ac tu, qui tibi nomen
Inſano poſuêre. Velut ſilvis, ubi paſſim
Palanteis error certo de tramite pellit;
Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit; unus utrique
Error, ſed variis illudit partibus: hoc te
Crede modo inſanum; nihilo ut ſapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat. Eſt genus unum
Stul-

atra bile exiſtit & in ſapientem cadere poſſet: at vero *inſania*, quæ juncta ſtultitiæ eſt, animi ſcil. vitium, ſive ægritudo, ſapientiæ contraria eſt. *Torrent.*

44. *Porticus.*] Schola Stoïci.

45. *Autumat.*] Inſanum putat. *Hæc magnos formula reges.*] *Formula* proprie juris vocabulum eſt: *Formulas* enim vocabant JCti propoſitiones quaſdam certis ac ſolennibus verbis conceptas, ne quis in inſtituenda actione vel petitione aliqua aberraret, quas ſequi omnes tenebantur. Suam ergo hic etiam Stoïcus, inſtar Prætoris, formulam proponit, ex qua vel reges ipſi agnoſcant ſe inſanire. *Torrentius.* *Formula.*] Hæc definitio.

46. *Nunc accipe.*] Hæc antiqui commentatores Stertinio tribuunt: ſed parum refert, utrumne à Stertinio ad Damaſippum, an à Damaſippo ſub perſona Stertinii ad Horatium proferantur. Illud certe quod ſequitur,

—— *Qui tibi nomen*
Inſano poſuere. ——

non ita in Damaſippum quadrat, cui à Mercurio cognomen adhærebat: quamquam *inſani* nomen non de perpetuo aliquo cognomine hic dictum accipio, quale *Mercurialis*, ſed appellatione quadam forte ex jurgio orta, ut hoc ipſo Sermone;

Dixerit inſanum qui me, totidem audiet.

Torrent.

47. *Deſipiant omnes.*] Quare ſtulti ſint.

48. *Poſuere.*] Impoſuere. *Velut ſylvis.*] Quemadmodum in ſylvis.

49. *Palantes.*] Vagantes. *Certo de tramite pellit.*] A via recta abducit.

50. *Unus utrique.*] Tres libri vetuſtiſſimi *unus utriſque*, & in optimo additum *vel utrique*. Atque ita Philoſophi ajunt, veritatem ſimplicem eſſe ac certam natura; errores varios, multiplices, atque infinitos. *Torrent.*

51. *Error.*] Unus eſt error utrique. *Sed variis illudit partibus.*] Sed error ille quaſi ludibundus in variis verſatur partibus, utputa dextra & ſiniſtra.

53. *Caudam trahat.*] Hoc eſt, ſibilis & riſu dignus ſit, ut ex Porphyrionis ſententia interpretatur Lambinus ſumto à puerorum more proverbio, qui eorum, quos deriſui eſſe volebant tergo, caudæ inſtar apponere ſolebant aliquid, quo veluti pecudes haberentur. Addit Turnebi interpretationem ſibi minus placere. Turnebus enim lib. IX. cap. VI. *caudam trahere* expoſuit, pro magnifice ſuperbeque incedere, ut hi qui longo ſyrmate terram verrunt; tractum fortaſſe ab avibus, ut gallis ac pavonibus, qui ſua inſoleſcunt cauda, ac mirifice ſibi placent. Nec ſilebo quod ignotus mihi Scholiaſtes quodam in codice adſcripſit: *Caudam pariter dicuntur trahere & ebrii & inſani proverbio tri-*

Stultitiæ nihilum metuenda timentis: ut igneis,
Ut rupes, fluvioſque in campo obſtare queratur.
Alterum & huic varium, & nihilo ſapientius, igneis
Per medios fluvioſque ruentis. clamet amica
Mater, honeſta ſoror, cum cognatis, pater, uxor:
Heic foſſa eſt ingens, heic rupes maxima: ſerva:
Non magis audierit, quàm Fuſius ebrius olim,

Quum

to. Torrent. *Caudam trahat.*] Sicut ſtolidus & ſtultus, cujus tergo cauda animantis per deriſionem appendatur. *Genus unum Stultitiæ.*] Hinc apparet, quod ante diximus, confundi ab Horatio *ſtultitiæ* & *furoris* vocabula. Nam furere, eo modo quo hic dicitur, ex corporis intemperie etiam ſapiens poteſt: ſtultus eſſe nullo modo poteſt. *Torrent.*

54. *Nihilum.*] In quibus nihil eſt periculi.

55. *In campo.*] In planitie.

56. *Huic varium.*] Huic contrarium.

57. *Amica Mater, honeſta ſoror.*] Scio Græcis familiare eſſe τὸ φίλη μήτηρ. ſed quid ſi *amica mater* pro non noverca, *honeſta ſoror* pro non meretrice, exponamus? Amicas enim ſuas amatores *ſorores* appellabant, ut ante me etiam alii obſervarunt. *Torrent.*

59. *Serva.*] Sic & Græci dicerent, φυλάττου. Vocem tamen credo ab arena ſumtam vitandi ictus cauſſa (ut ſuæ quiſque factioni favebat) gladiatoribus acclamari à populo ſolitam. uti & *habere* dicebant eum, qui jam percuſſus eſſet. Donatus in illud Terentii:

---- *Certe captus eſt, habet.* Torrent.

Serva.] Serva te, tibi cave.

60. *Fuſius ebrius olim, Quum Ilionam edormit.*] Recte *Fuſius*. eſt enim Romanorum nomen, & ſic è noſtris quinque codd. alii *Fufius* aut *Suſius* legunt. Quod vero *Ilionam* vocat Poëta, cum verba illa, *Mater te appello*, Polydori ſint à Polymneſtore interfecti, matrem Hecubam in ſomnis interpellantis, non ſororem ſuam Ilionam Polymneſtori nuptam, ut ex Euripidis Hecuba manifeſto conſtat; neque error, neque memoriæ lapſus eſt. nam Ilionam appellat etiam M. Tullius II. Acad. Verum is, qui Tragœdiam illam ſcripſit, ſive Attius, ſive Pacuvius, quamquam Euripidem imitari conſtituiſſet, aliud tamen nomen fabulæ imponere potuit. Nam in Ilionæ domo cædes illa contigit; & puer ab Ilione ſorore ſua nutritus, procul à parentibus, matrem ipſam, æque ut ſororem, appellare potuit. Nam & maxima erat natarum Priami; & *mater*, non naturæ tantum, ſed & venerationis nomen eſt. Attii ſane & Pacuvii Ilionam citat Nonius, neutrius vero Hecubam. Quod ſi *matris* nomen in ſorore alicui diſpliceat; is iniquus erit, niſi concedat Polydorum in Tragœdia, quæ Iliona nominata ſit, matrem Hecubam alloqui potuiſſe. At vero duplex fuiſſe Hecubæ nomen, & quidem alterum cum filia commune; hanc ego conjecturam nemini invideo. Eleganter autem dixit *Ilionam edormire*, pro dormientem imitari. De *Catienis* autem quod dicam non occurrit aliud, quam *Catienum* fuiſſe nobilem aliquem tragœdiarum actorem, qui, ut Fuſius Ilionam aut Hecubam, ſic ipſe Polydorum egerit; cujus loco ſi mille ducenti acclamaſſent æque vocales, non tamen Fuſium umquam excitaſſent. Et ego chorum omnem, *Mater te appello*, clamaſſe tum crediderim. *Torrent.* *Fuſius ebrius olim.*] F. Actor Tragicus Hecubam agens (quæ hîc ab Horatio Iliona nominatur) cum ſomnum ſimulare deberet,

ſerio

Quum Ilionam edormit, Catienis mille ducentis,
Mater te appello, clamantibus. huic ego vulgum
Errori ſimilem cunctum inſanire docebo.
Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo.
Integer eſt mentis Damaſippi creditor? Eſto.
Accipe, quod numquam reddas mihi, ſi tibi dicam;
Tune inſanus eris, ſi acceperis? an magis excors
Rejecta præda, quam præſens Mercurius fert?
Scribe decem à Nerio. non eſt ſatis. adde Cicutæ
Nodoſi

ſerio dormivit vino obrutus.

61. *Catienis mille.*] Catienus hiſtrio, qui Polydori partes agens, hæc verba magno clamore loquebatur: *Mater te appello.*

62. *Huic ego vulgum.*] Locus attentionis; oſtendam, inquit, vulgum in emendo, vendendo, credendo, inſanire errorem ſimilem huic, hoc eſt, ita ad ſtuporem uſque eſſe temerarium, & indormire lucro, ut nullis clamoribus, exhortationibus, conſiliis, nulla denique rerum ſuarum jactura abduci poſſit à ſpe captandæ prædæ. *Cruquius.*

63. *Inſanire docebo.*] Emendo, vendendo, credendo.

65. *Creditor.*] Qui Damaſippi fidei credat?

67. *Excors.*] Inſanus.

68. *Rejecta præda.*] Lucro repudiato quod æquus Mercurius affert.

69. *Scribe decem à Nerio.*] Germana haud dubie lectio: quamquam conjunctim fere *Anerio* ſcribitur; eorum opinor culpa, qui veterem illam loquendi formulam ignorabant, *à me, à te, à Titio dare, accipere, ſolvere*, hoc eſt, mea, tua, Titii manu. Verum quia locus iſte ſubdifficilis eſt, ſic poterat explicari. Oſtenſurus vulgus omne inſanire, à Damaſippo incipit: poſitoque eum inter inſanos, emendo veteres ſtatuas haberi, rogat an venditor, qui de pretio illi fidem habuerit, ſanior habendus ſit: & non expectata reſponſione, extemplo inſaniorem eſſe oſtendit eum, qui credidit: cum malum ſecutus nomen rem ſuam jactaverit. turpior enim qui prodigit, quam qui accipit; excors potius ſi non accipiat. Deinde hoc ipſum apertius explicat, vix ullam reperiri inquiens adverſus mala nomina cautionem, quin tamquam Protei elabantur. Difficultatem augent etiam nomina, quibus utitur Poëta, *Nerii, Cicutæ Perellii*, qui feneratores acerrimi, & in concipiendis litterarum verborumque obligationibus ac ſtipulationum formulis peritiſſimi: *Nerius* ſimplicior tamen altero, quem idcirco *nodoſum* vocat, hoc eſt, tricoſum, ſcrupoſum, in arctandis debitoribus durum ac ſubtilem: non ut inepte quidam exponunt, podagricum. Vide Guil. Canteri Novar. lect. lib. 2. c. 16. *Torr.* *Scribe decem à Nerio.*] O debitor ſcribe te mutuo accepiſſe à Nerio fœneratore decem millia libr. *Cicutæ Nodoſi tabulas centum.*] Scribo ut in editione Mureti,

—— Cicutæ
Nodoſi tabulas: centum mille adde catenas.

Tabulæ enim ſunt inſtrumenta ipſa, ſeu litteræ quibus continetur obligatio, quas unius debiti plures confici non neceſſe eſt. at *catenas* vocat juris vincula, quæ tametſi centum aut mille ſint, ille tamen evadet: & ut inquit Juvenal.

Hos juris nodos, ac legum ænigmata ſolvet.

Torrent.

Cicutæ.] Fœneratoris, qui debitores

Nodoſi tabulas centum: mille adde catenas:
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus.
Quum rapies in jus, malis ridentem alienis,
Fiet aper, modò avis, modò ſaxum, &, quum volet, arbor.
Si malè rem gerere inſani eſt; contrà, benè ſani:
Putidius multò cerebrum eſt, mihi crede, Perilli
Dictantis, quod tu numquam reſcribere poſſis.
Audire, atque togam jubeo componere, quiſquis
Ambitione mala, aut argenti pallet amore;

Quiſ-

ſuos cautionibus, tanquam nodis obſtringebat.

70. *Catenas.*] Formulas & juris laqueos.

71. *Proteus.*] Tergiverſator, qui ne ſolvat debitum, varios dolos machinabitur, ſimilis Proteo in varias figuras ſe transformanti.

72. *Cum rapies in jus.*] Ita legi debere cenſuerat Hadr. Turneb. Adverſ. lib. XXIII. cap. 5. & Gul. Canterus Novarum lect. lib. II. cap. 16. Ego tamen quotquot vidi codices, receptam hactenus lectionem firmant, *Cum rapies in jura.* & cur obſecro ſuis ſedibus emovenda?

73. *Fiet aper, modo avis.*] A brutis, rupibus & plantis, ſubindicat varios affectus debitoris in illudendo creditore. *Cruquius.*

74. *Bene rem gerere.*] *Bene* pro *viriliter* dixit: At longe aliud,

Res gerere & captas oſtendere civibus urbes.

Ibi enim *res* pro imperio, hic pro re familiari accipitur. *Torrent. Contra bene.*] Bene rem gerere.

75. *Putidius multo.*] Multo inſanior eſt Perillus. *Perilli.*] Noſtri codices *Perellii*, aut *Parellii* legunt. Sit ergo *Perellius Cicuta.* Torrent.

76. *Dictantes.*] Hoc dicens, Perellium, id quod ante monui, tabellionis officio functum ſignificat qui tabulas ſcilicet contractuum vel ipſe ſcriberet, vel alteri dictaret: nam toto hoc loco de obligatione agitur, quæ ſcriptura ſeu nominibus fiebat olim: poſtea tamen fieri deſiit, ſi Juſtiniano credimus. Nam & ſcriptura opus erat plerumque captioſa, & multis ornatiſſimorum teſtium nominibus. unde factum ut tam *ſcriptura* quam *nominibus* fieri diceretur. Hinc porro evenit, ut *ſcribere* uſurparetur pro *mutuo ſumere*, atque ex eo ſcriptura ſe obligare: *reſcribere* vero, pro mutuum reddere, & factam inde obligationem tollere. Cum ergo ait,

Dictantis quod tu numquam reſcribere poſſis,

hoc ita interpretor, ut per ſcripturam Damaſippo, aut cuicumque alii impoſtori det, quod qui accipit numquam redditurus ſit. nam *reſcribere poſſis* accipiendum ſimpliciter, pro *reſcribas*. poſſit enim ſi velit: atque ita verbo *poſſe* frequenter utimur, ut non multo plus ſignificet, quam verbum cui jungitur. Turneb. lib. 4. cap. 13. *Torrent. Dictantis quod.*] Mutuo dantis vel jubentis Argentarium in codice ſuo ſcribere nomina creditoris & debitoris. *Reſcribere poſſis.*] Rependere atque per Argentarii ſcripturam reddere.

77. *Audire atque.*] Sunt verba Stertinii ſub perſona Damaſippi. *Togam componere.*] Ne defluens attentionem impediat. *Componere* etiam *togam* ſolent oratores cum ſe parant ad dicendum. Turnebus lib. IX. cap. VI. *Torrent. Jubeo componere.*] Sed ad audiendum parare.

79. *Triſti-*

Quiſquis luxuria, triſtive ſuperſtitione,
Aut alio mentis morbo calet: huc propiùs me,
Quum doceo inſanire omneis, vos ordine adite.
DANDA *eſt ellebori multò pars maxima avaris:*
Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem.
Heredes Staberi ſummam incidêre ſepulcro;
Ni ſic feciſſent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria, atque epulum, arbitrio Arri,
Fru-

79. *Triſtive ſuperſtitione.*] Triſtes efficit ſuperſtitio.

80. *Mentis morbo calet.*] Bene *calet.* neque enim minus vitiis animus, quam febri corpus æſtuat: & corporis febres animi cutis comparat. *Torrent. Calet.*] Æſtuat.

82. *Ellebori multo.*] Elleborus melancholiam purgans, remedium eſt inſaniæ.

83. *Anticyram omnem.*] Id eſt, quicquid uſquam eſt hellebori. Sane ἀντικύρεων Græci Comici helleborum dixerunt. *Heinſius. Anticyram ratio,*] Quicquid ellebori in Anticyra naſcitur. *Ratio illis deſtinet.*] Si rectam, inquit, medendi rationem ſequamur, ut magno morbo magna parentur remedia, vix tota Anticyra curandæ avaritiæ ſufficiat. Duro nempe nodo durus quærendus eſt cuneus. Simile illud ad Piſones:

—— Tribus Anticyris caput inſanabile.

nec diſſimile hoc Plauti Menæch.

Non poteſt hac res ellebori jugere obtinerier. Torrent.

84. *Heredes Staberi.*] Huic Staberio propoſitum fuit, quod ait Juven.

Ut locuples moriaris egenti vivere fato.

quod cum gloriæ ſibi duceret, ſummam patrimonii ſepulcro incidi voluit, quo teſtatum poſteris eſſet, quam dives ipſe obiiſſet. *Torrent. Staberi ſummam incidêre ſepulchro.*] Hominis avariſſimi, qui juſſit hæredes, quantam quiſque ſummam ex teſtamento accepiſſent in ejus ſepulchro incidere.

85. *Gladiatorum dare centum Damnati populo paria.*] Hoc nempe in principum virorum ac divitum funeribus fieri ſolet, quò fuſo gladiatorum ſanguine, dii inferi defunctorum manibus propitii magis eſſent, ac celebrior fieret defuncti memoria. Ut autem Latini *Gladiatorum paria*, ſic ζεύγη dicunt Græci. Nec temere *damnandi* verbo utitur doctiſſimus Poëta. fortiſſimum enim legandi in teſtamento genus, quod per damnationem dicebatur his fere teſtatoris verbis, HERES DAMNAS ESTO DARE, quo dandi neceſſitas imponebatur. Exempla apud JCtos paſſim obvia. *Torrent. Dare.*] Exhibere.

86. *Damnati.*] Damnati ſunt ejus teſtamento. *Epulum arbitrio Arri.*] Hoc quoque in funebribus pompis obſervatum, ut loco potationis, quæ circum tumulum fieri ſolebat, ſublatæ, leg. XII. tabularum, epulum præberetur: quod peculiari nomine *ſilicernium* appellabant, quaſi *ſilicenium*, quod ſuper ſilicem poneretur, manente vocabulo; quamquam ingenti apparatu in ædibus & ſæpe etiam publice dabatur. Servius in illud Virgilii,

—— Ille agmine longo
Tandem inter pateras & levia pocula ſerpens
Libavitque dapes.

Quod autem *Arrium* arbitrum fingit Poëta, non dubito quin referendum ſit ad magnificentiſſimum illud Arrii convivium, de quo M. Tullius in Vatinium. Turneb. lib. 28. cap. 3. *Torrent. Arri.*] Hominis ſumptuoſi.

87. *Fru-*

Frumenti quantum metit Africa. Sive ego pravè,
Seu rectè, hoc volui: ne ſis patruus mihi. Credo
Hoc Staberî prudentem animum vidiſſe. quid ergo
Senſit, quum ſummam patrimonî inſculpere ſaxo
Heredes voluit? Quoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium, & cavit nihil acriùs; ut ſi
Fortè minus locuples uno quadrante periret,
Ipſe videretur ſibi nequior. OMNIS enim res,
Virtus, fama, decus, divina humanaque pulcris
Divitiis parent: quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, juſtus; ſapienſne, etiam & rex,
Et quidquid volet. hoc, veluti virtute paratum,
Speravit magnæ laudi fore. Quid ſimile iſti

Græcus

87. *Frumenti.*] Maximam vim frumenti. *Africa.*] Frumenti feraciſſima. *Sive ego prave.*] Hæc Staberii verba eſſe volunt, ego Damaſippi eſſe crediderim. Horatius enim audita tam ridicula Staberii hiſtoria, ut in comico ſermone fit, aut vultu aut etiam verbis oſtenderat forte ſibi non probari: alter vero, At, inquit, ſive prave, ſive recte, hoc volui, quod mox ſcilicet declaraturus eſt: tu autem, tamquam patruus aut tutor ſis, ne reprehende: credo equidem hoc Staberium prudenter vidiſſe ac conſideraſſe. Quid ergo ſenſit? Hæc ut puto germana hujus loci ſententia eſt. Unde manifeſto convincitur, perperam contra omnium exemplarium fidem legi à Lambino *juſſiſſe*, pro *vidiſſe:* cum ſeipſum interpretetur Horatius. Idem enim *ſentire* hîc, quod videre. *Torrent.* *Sive ego prave.*] Staberium ſic loquentem inducit. Hæc eſt ultima mea voluntas, ſive ſit prava, ſive recta.

88. *Ne ſis patruus.*] Nota eſt patruorum in nepotes ſeveritas. unde metaphoricῶs *patruus* pro cenſore morum & objurgatore ſumitur. hinc ait Perſius: *Cum ſapimus patruos.* Cruquius. *Ne ſis patruus.*] Noli me objurgare, ut ſolent patrui ſuos nepotes. *Credo.*] Reſpondet Damaſippus, ſive quis alius.

89. *Prudentem.*] Ironice.

91. *Quoad vixit.*] Quamdiu vixit.

92. *Acriùs.*] Nihil cavit vehementius quam paupertatem.

93. *Minus locuples.*] Si uno quadrante pauperior eſſet mortuus.

94. *Nequior.* Luxurioſior. *Omnis.*] Hæc dicuntur ex perſona Staberii.

97. *Clarus erit.*] Ex avari judicio. *Sapienſne, etiam & rex.*] Particula *ne* reperitur in omnibus M.S. ſed meliores interrogationis notam apponunt:

—— Sapienſne? etiam & rex,
Et quicquid volet.

Ita ut à Flacco interrumpatur continua Damaſippi oratio: ille vero id quoque admittat; non tamen ex ſua, qui Stoïcus eſſet, ſed Staberii ſententia. Alii *τὸ ne παρέλκον* eſſe malunt, vel pro *utique* accipiunt. ſed hoc male. *Torrentius.*

98. *Hoc veluti virtute paratum.*] Has divitias accumulatas.

99. *Magnæ laudi.*] Ad nominis ſui immortalitatem.

100. *Græcus Ariſtippus.*] Vide P. Victorium lib. VIII. cap. XVIII. *Torrent.*

Græcus

Græcus Ariſtippus? qui ſervos projicere aurum
In media juſſit Libya; quia tardiùs irent
Propter onus ſegnes. uter eſt inſanior horum?
Nil agit exemplum, litem quod lite reſolvit.
Si quis emat citharas, emtas comportet in unum,
Nec ſtudio citharæ, nec Muſæ deditus ulli:
Si ſcalpra & formas non ſutor: nautica vela
Averſus mercaturis: delirus & amens
Undique dicatur meritò. quid diſcrepat iſtis,
Qui nummos aurumque recondit, neſcius uti
Compoſitis, metuenſque velut contingere ſacrum?
Si quis ad ingentem frumenti ſemper acervum
Porrectus vigilet cum longo fuſte: neque illinc
Audeat eſuriens dominus contingere granum,

Ac

Græcus Ariſtippus.] Ariſtippus Socratis auditor, non Græcus natione, ſed ideo Græcus dicitur, quia Græcis literis philoſophatus eſt.

102. *Uter eſt.*] Staberius, an Ariſtippus?

103. *Nil agit exemplum.*] Virtus, ut in Epiſtolis videbimus, eſt medium vitiorum. qui ergo de altero vitiorum accuſatus, utpote de avaritia Staberius, contrario laborantis forte Ariſtippi exemplo ſe defendit, atque excuſat; is profectò, litem lite reſolvens, nihil agit, neque proficit hilum: non magis quam videri poſſit ſolviſſe quæſtionem ſibi propoſitam, is qui ſolutionis loco aliam non minus difficilem roget. Hoc eſt nimirum quod ajunt:

Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.

ignari nempe philoſophiæ. *Torrent.* *Litem quod.*] Quod ex lite diſſoluta novam litem ex ſe gignit.

104. *Si quis emat.*] Auſonii perlepidum Epigramma:

Emtis quod libris tibi bibliotheca referta eſt,
Doctum & Grammaticum te Philomuſe putas?
Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde;
Mercator hodie, cras citharœdus eris.

Torrent.

106. *Si ſcalpra.*] Scalpra ſunt, quas Græci σμίλας vocant, ferramenta ſutoria, primore parte curva, & à flexu procurrentia acie recta, quibus corium ſecant, &c. Turn. l. 7. c. 10. & l. 3. c. 22. *Scalpra.*] Sutoria inſtrumenta, quibus corium raditur. *Formas.*] Pedes ligneos, quibus utuntur ſutores ad calceos componendos. Angl. *Laſtes.* *Non ſutor.*] Si ille qui ſutor non eſt, emit ſcalpra.

107. *Averſus mercaturis.*] Alienus à mercatura.

108. *Quid diſcrepat iſtis.*] *Qui diſcr.* legitur in omnibus ferme exemplaribus. *Torrent.* *Iſtis.*] Ab iſtis.

110. *Compoſitis.*] Bonis quæſitis. *Sacrum.*] Vide Sat. 1. lib. 1.

112. *Porrectus.*] Jacens. *Illinc.*] Illius cumuli.

113. *Eſuriens dominus.*] Quamvis ſit dominus, & eſuriat.

114. *Fo*

Ac potiùs foliis parcus veſcatur amaris:
Si poſitis intus Chii veteriſque Falerni
Mille cadis, nihil eſt, tercentum millibus, acre
Potet acetum: age, ſi & ſtramentis incubet unde-
octoginta annos natus, cui ſtragula veſtis,
Blattarum ac tinearum epulæ, putreſcat in arca:
Nimirum inſanus paucis videatur, eò quòd
Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.
Filius, aut etiam hæc libertus ut ebibat hæres,
Dîs inimice ſenex cuſtodis, ne tibi deſit?
Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum,
Ungere ſi cauleis oleo meliore, caputque
Cæperis impexa fœdum porrigine? quare,

Si

114. *Foliis parcus veſcatur amaris.*] Olera dicit agreſtia, quæ amariora ſunt urbanis, ut ſilveſtria omnia hortenſibus. Turneb. lib. 7. cap. 10. *Torrent.* *Amaris.*] Foliis agreſtibus.

116. *Nihil eſt.*] Parum eſt quod dico, mille vini cados domi repoſitos habere.

117. *Stramentis.*] Vilibus ſtratis, quæ dormientibus ſubſternuntur. *Undeoctoginta natus annos.*] Natus annos uno minus octoginta, id eſt, ſeptuaginta novem.

118. *Stragula veſtis.*] Plus hoc eſt, quam ſi ſimpliciter *veſtem* dixiſſet. *ſtragula* enim *veſte* à ſternendo dicta (Græci περιστρώματα vocant) non amicimur, ſed magis ad delicias utimur. *Torrent.*

119. *Blattarum epulæ.*] Adſcribam antiquiſſimi codicis gloſſarium: *Blatta vermiculus veſtem rodens, à colore nuncupata: ſiquidem comprehenſa manum tinguit. unde & blattium colorem dicunt. Hoc autem animal lucem videre non patitur, contrarium muſcæ. nam muſca lucipeta, blatta lucifuga eſt, per noctem ambulans, & eſt volatile.*] Nec multo aliter de hoc animalculo Plinius lib. XXXIX. cap. VI. Sunt qui à verbo βλάπτειν dici velint. *Torrent.* *Blattarum.*] Epulæ vermium, qui veſtes corrodunt velut tineæ.

122. *Ut ebibat.*] Ut conſumat.

123. *Diis inimice.*] Diis inviſe. *Cuſtodis, ne tibi deſit?*] Duplex interrogatio, quæ hîc Lambino viſa eſt neceſſaria mihi tenebras offundit. Hæccine, inquit, dis inimice ſenex, quæ graviſſima exprobratio eſt, ſub prætextu ne tibi deſit, tam anxie cuſtodis, ut ea tandem heres tuus, ſive is filius, ſive libertus etiam, te mortuo abſumat? *Torrent.* *Ne tibi deſit.*] Cuſtodiſne tua, ne tibi quippiam deſit?

124. *Summæ curtabit quiſque.*] Quantulum de ſumma pecuniaria amputabit unuſquiſque dies?

125. *Ungere ſi caules.*] Si victu paulo mundiore utaris. *Caputque.*] Nullum ſine oleo unguentum. Bene igitur oleo & caules & caput ungi dixit: ſed caules ſimplici, caput odorato, quod unguentum appellamus. *Torrent.*

126. *Porrigine.*] Græci πιτυρίασιν vocant, quemadmodum & Latini etiam *furfures*; à quorum ſimilitudine dictæ quædam quaſi ſquamulæ, quæ capiti inter capillos inhærent. de quo malo Celſus, Galenus, & alii. *Torrent.* *Porrigine.*] Porrigo eſt morbus capitis, ubi inter pilos ſurgunt quædam ſquamulæ.

127. Si

Si quidvis ſatis eſt, perjuras, ſurripis, aufers
Undique? tun' ſanus, populum ſi cædere ſaxis
Incipias, ſervoſve tuos, quos ære pararis?
Inſanum te omnes pueri clamentque puellæ.
Quum laqueo uxorem interimis matremque veneno,
Incolumi capite es? quid enim? neque tu hoc facis Argis,
Nec ferro, ut demens genitricem occidit Oreſtes.
An tu reris eum occiſa inſanîſſe parente?
Ac non ante malis dementem actum Furiis, quàm
In matris jugulo ferrum tepefecit acutum?
Quin ex quo eſt habitus malè tutæ mentis Oreſtes,
Nil ſanè fecit, quod tu reprendere poſſis:
Non Pyladen ferro violare auſuſve ſororem
Electram: tantùm maledicit utrique, vocando
Hanc Furiam, hunc aliud, juſſit quod ſplendida bilis.
Pau-

127. *Si quidvis ſatis eſt.*] Si exiguum tibi ſufficit, quamobrem pejeras? &c. *Perjuras.*] In omnibus ferme vetuſtis exemplaribus *perjuras* legitur. Solent autem parcitatem ac ſordes exprobrantibus reſpondere avari, naturam paucis contentam eſſe, quidvis ſufficere ad neceſſitatem. Hæc acerbiſſime retorquet Poëta: quare ergo per tot ſcelera diteſcis, ac rapis, quo non egeas? *Torrent.* *Aufers.*] Quare aufers per vim?

129. *Pararis.*] Quos emiſti pecuniis.

131. *Quum laqueo uxorem.*] Perſiſtit adhuc in avari reprehenſione: qui ſi vel dotis cauſſa uxorem laqueo, vel patrimonii, matrem veneno clam interimat, ſanus tamen ſibi videatur. Et ſcio quidem, inquit, te neque Argis urbe parricidiis infami id facere; neque ita ut Oreſtes ferro, qui cæſæ matris actus furiis, tamquam inſigne dementiæ exemplum, in ſcena proponitur: ſed & Oreſtes etiam ante parricidium illud inſanivit; & tu illo dementior es, qui admiſſa ejus, etiam tunc cum furioſus haberetur, exſuperes: nam & Pyladem amicum non læſit, nec ſororem invaſit; intra verborum contumelias furor ille conſtitit; at tu nec conjugi, nec parenti parcis, ut divitias accumules, quibus cum tu abſtinueris, alii abutantur. *Torrent.*

132. *Incolumi capite es?*] Sanuſne es & ſenſibus integris? *Argis.*] Apud Argos.

134. *Occiſa inſanîſſe parente.*] An putas eum non inſanum fuiſſe antequam facinus admitteret?

135. *Actum Furiis.*] Impulſum furiis.

137. *Ex quo eſt habitus.*] Poſtquam habitus eſt furioſus.

139. *Pyladen ferro.*] Pyladen ſocium ſuum.

141. *Aliud.*] Alio nomine. *Splendida bilis.*] Horatii imitatione haud dubie dixit Perſius Sat. III.

——— *Turgeſcit vitrea bilis.*

Vitreum enim appellabant veteres, ut & Græci ὑαλόεν, ſplendidum ac pellucidum, ut lib. I. Od. XVII. docuimus, & alioqui non eam hic bilem intelligo, quæ atra dicitur medicis; ſed flavam potius ſeu rubeſcentem, quæ ad cor redundans

Pauper Opimius argenti poſiti intus & auri,
Qui Vejentanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla, vappamque profeſtis,
Quondam lethargo grandi eſt oppreſſus; ut heres
Jam circum loculos & claveis lætus ovanſque
Curreret. hunc medicus multùm celer atque fidelis
Excitat hoc pacto. menſam poni jubet, atque
Effundi ſaccos nummorum: accedere plureis
Ad numerandum. hominem ſic erigit. addit & illud:
Ni tua cuſtodis, avidus jam hæc auferret heres.
Men' vivo? Ut vivas igitur, vigila: hoc age. Quid vis?
Deficient inopem venæ te, ni cibus atque
Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti.
Tu ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium oryzæ
Quanti

dundans, iram concitat: quod quomodo fiat, Od. XIII. lib. I. oſtendimus. *Atra* vero *bilis*, ut frigidior ſicciorque ſubſidit magis, & in ſplene recipitur, triſtioreſque ac minus acriter furentes reddit. Utraque ſane bilis cetero ſanguine ſplendidior eſt, ſuperat tamen flava. *Torrent. Splendida bilis.*] Quod furor proveniens ex atra bile juſſerat. Bilis eſt ſplendida & mordax inſtar aceti.

142. *Pauper Opimius.*] Recte. notum enim *Opimiæ* gentis Romanæ nomen, vel eam ob cauſſam quod & *vina Opimiana* & *marmor Opimianum* inde appellata ſint. Duo tamen probæ notæ codices, *Opinius* legunt. *Torrent. Pauper Opimius argenti.*] Opimius avarus, pauper argenti domi reconditi.

143. *Vejentanum.*] Vile hoc vinum contemtumque fuiſſe oſtendit etiam Perſius:

---- *Vejentanumque rubellum*
Exhalat vapida læſum pice ſeſſilis obba;

in Etruria natum, ubi olim *Veii* ſeu *Vejentum* oppidum celeberrimum: quo deleto, locus ipſe *Vejentanum* dici cœpit; ut *Albanum*, ubi ante *Alba*. Torrent. *Vejentanum feſtis.*] Vinum rubellum peſſimum & ſaporis ingrati. Vejentana, civitas eſt Campaniæ.

144. *Campana trulla.*] Vaſe potario fictili. *Vappamque.*] Vinum inſipidum.

145. *Lethargo.*] Veterno.

146. *Claves lætus.*] Quibus cuncta recluderet.

147. *Hunc medicus.*] Hunc Opimium lethargicum.

152. *Men' vivo?*] Verba ſunt Opimii: Mene vivo hæc auferet heres? *Hoc age.*] Verba quibus in ſacris præcones attentos eſſe jubebant eos, qui intererant. *Torrent. Hoc age.*] Huic rei da operam, ut convaleſcas. *Quid vis?*] Quid vis faciam, inquit, Opimius. eſt dialogiſmus.

153. *Deficient.*] Loquitur medicus. *Venæ.* Arteriæ, vires.

154. *Fultura.*] Robur.

155. *Ptiſanarium.*] Primam corripit. Græce tamen πτισάνη ſcribi debere etymologia oſtendit, ἀπὸ τοῦ πτίσσειν quod pinſere & decorticare ſignificat; tondendo enim deglubitur hordeum: cujus cremor ſive ſuccus ægrotantibus deſorbendus traditur, maximi in medicina uſus: quare peculiari nomine
ejus

Quanti emtæ? Parvo. Quanti ergo? Octo aſſibus. Eheu,
Quid refert, morbo, an furtis, pereamne rapinis?
Quiſnam igitur ſanus? Qui non ſtultus. Quid avarus?
Stultus & inſanus. Quid? ſi quis non ſit avarus:
Continuò ſanus? Minimè. Cur Stoïce? Dicam.
Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe putato,
Hic æger. Recte eſt igitur, ſurgetque? Negabit:
Quòd latus aut renes morbo tententur acuto.
Non eſt perjurus, neque ſordidus: immolet æquis
Hic

ejus ſorbitionem, præ ceteris omnibus, Hippocrates laudat atque commendat. Nam parari quidem *ptiſana* etiam ex tritico, & alica, & zea, & oryza poteſt: ſed laudatiſſima ex hordeo eſt. ideoque quamvis appellatio generalis eſt, de hordeo tamen peculiariter intelligitur. Pro *quid ceſſas* autem, *tu ceſſas* legitur in omnibus noſtris codd. id Muretus mutavit. *Torrent.* *Ptiſanarium oryzæ.*] Ptiſanam ex oryza confectam.

156. *Quanti emtæ?*] Quærit Opimius quanti empta ſit oryza? in genitivo caſu. *Octo aſſibus.*] Vix dubitari poteſt quin ita ſcripſerit Poëta: & tamen, quod merito quis miretur, *octuſſibus* habent M. S. noſtri omnes: eadem fortaſſis ratione, qua aſſibus aut denariis æſtimari rem aliquam dicimus, cujus pretium vel aſſis unius vel denarii ſit. *Torrent.*

157. *Morbo.*] Lethargo.

158. *Quiſnam igitur.*] Horat. Damaſippum & Stertinium Stoïcum inducit loquentes.

161. *Non eſt cardiacus.*] Hic æger non laborat Cardialgia. *Cardiacus.*] Καρδίαν appellant Græci non cor tantum, ſed & os ventriculi: propter affinitatem quandam & mutuum utriuſque conſenſum. Hinc porro καρδιαλγία dolor ille ac morſus oris ventriculi ob humoris acrimoniam; quo morbo qui laborant, uſitato etiam Latinis vocabulo *cardiaci* appellantur. præcipuum vero malum, quod deficiunt ſæpe animo, & in ſudores reſolvuntur. Hinc Plinius lib. XXIII. cap. I. *Cardiacorum, inquit, morbo unicam ſpem in vino eſſe certum eſt.* Atque hinc Juven. Sat. V. de divite nobiliſſima vina ſibi ſoli aſſervante;

Cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico.

Et erudite Seneca Epiſt. XV. *Bibere & ſudare, vita cardiaci eſt.* *Craterum.*] Magnum fuiſſe in re medica virum hunc Craterum neceſſe eſt: de quo uti de Pythagora aliquo loquitur Horatius; Αὐτὸς ἔφα. *Torrent.* *Craterum dixiſſe.*] Craterum medicum.

162. *Recte eſt igitur, ſurgetque?*] Eſtne igitur corpore ſano, & è lectulo ſurget? *Negabit.*] Medicus Craterus negabit.

163. *Morbo tententur acuto.*] Ὀξεῖαν νόσον, ſeu ὀξὺ νόσημα, appellant Græci morbum, quem nos *acutum* dicimus; cum ob celerem ejus motum, tum ob magnitudinem ac periculum: quare brevi tempore eum durare neceſſe eſt. ſed quicunque talis eſt qualem diximus, *acutus* appellatur. *Torrent.*

164. *Perjurus, neque ſordidus.*] Bene hæc duo conjungit. Nam de peſſimo avaritiæ genere hactenus locutus eſt, qua per fraudes rapinaſque ilico diteſcere ſtudeamus, ut lib. III. Od. XXIIII.

Cum perjura patris fides
Conſortem ſocium fallat & hoſpitem,
Indignoque pecuniam
Heredi properet. ——

Immolet æquis Hic porcum Laribus.] Quod eo ſcilicet inſaniæ genere Larium

 benefi-

Hic porcum Laribus. verùm ambitioſus & audax:
Naviget Anticyram. quid enim differt, barathróne
Dones

beneficio liber evaſerit: ſed idem ambitioſus ac temerarius; nondum igitur ſanus. Jam vero *porcum Laribus* ſacrificari ſolere. Od. XXIII. lib. III. vidimus. præſertim feſtis Compitalibus. Hîc vero de peculiari quadam expiatione agi videtur, cujus beneficio ab inſania liberi fierent, qui porcellum Laribus eorumque matri ſive aviæ (neque enim inter auctores convenit) deæ Maniæ immolarent. *Maniam* autem vocant Græci inſaniam. Et de *Mania* quidem dea, quæ *Larium* mater fuerit, Varro lib. VIII. ling. Lat. deque communi ejus cum Laribus cultu prolixe Macrobius lib. I. Saturn. cap. VII. mihi tamen videntur iidem dii (ſive Genios eos dici malis) quos cujuſque noſtrûm cuſtodiæ ac tutelæ præfectos eſſe credebat antiquitas, diverſis nominibus appellari. cum propitii ac benigni, *Lares*; & quidem *Præſtites* cognomine, vel quod præſto ſint ut cuſtodes eſſe decet, vel, ut inquit Ovid.

Quod præſtent oculis omnia tuta ſuis.

Cum vero infeſti vel ſceleribus offenſi, *larvæ* ac κακοδαίμονες & *genii mali*; qui terrorem atque inſaniam immittere credebantur, cultu ob id aliquo ac ſacrificiis placandi, & quidem porco piaculari. Denique *Manes* quoque dicuntur, cum obſunt: vel quod ab inferis, hoc eſt, diis Manibus, qui tales eſſent, venire credebantur; vel ἀπὸ τῆς μαίνεσθαι, ut mater ipſa tunc *Mania*, alioqui *Lara* vel *Larunda*, quamquam & à manando dictam volunt, ſive bona, ſive mala inde dimanent. Poſtremò, quia Lares, nempe appoſiti nobis cuſtodes ſive genii, à funere etiam ſupereſſe putabantur, factum inde ut Lares dicerentur, etiam hominum animæ redactæ in numerum deorum. Had. Junii Animadverſ. lib. 4. cap. 7. Turneb. lib. 7. cap. 10. & lib. 26. cap. 2. *Torrent.* *Immolet aquis.*] Ut ſe gratum oſtendat Laribus, qui eum à perjurio & avaritia liberarunt.

165 *Verum ambitioſus, & audax.*] Certum eſt, θρασὺν Philoſophis, non eum modo eſſe, qui metuenda contemnit & in eo modum excedit, ſed & glorioſum, & qui fortem imitatur. Qualis ille in Eunucho, Thraſo ad verbum eſt audax. Ambitioſus igitur & audax, eſt ambitioſus & glorioſus. *Heinſius.*

166. *Naviget Anticyram.*] Purgetur Helleboro, quia inſanus eſt. *Quid enim differt.*] Glorioſi hominis, de quo ſupra egimus aliud ſequitur vitium. Raro enim gratis tales conſequuntur, quam ubique conſectantur gloriam? quo fit, ut in paraſitos & adulatores, à quibus laudantur, ſua profundant. Quod Plauto Artotrogus, Gnatho eſt Terentio, Horatio eſt Balatro. Paraſitus ſcilicet: qui imprimis Satyra ſexta præclarum artis ſuæ in Naſidieni cœna dat ſpecimen.

Cum Servilio Balatrone,
Vibidius, quos Mæcenas adduxerat umbras.

Et,

Balatro ſuſpendens omnia naſo,
Hæc eſt conditio vivendi ajebat.

Lege ergo hoc loco,

Quid enim differt, Balatroni
Dones quicquid habes, an nunquam utare paratis?

Quid enim, inquit, differt, ſiſne ambitioſus & ita glorioſus, ut quemadmodum Thraſones iſti ſolent, in paraſitos omnia effundas, an nunquam utare iis quæ paraſti. Verum ita ſis ſordidus ac parcus, ut ne contingas quidem tua, an in paraſitos omnia effundas. *Heinſius.* *Barathróne.*] *Barathrum* Athenis, ut *Latomias* Syracuſis, locum fuiſſe jam ante diximus tetrum & profundum, in quem noxii demittebantur. Pulcra ergo tranſlatione pro helluonis ventre uſurpat Horatius. ut in Epiſt. ad Vaalam:

— *Perni-*

Dones quidquid habes, an numquam utare paratis?
Servius Oppidius Canuſi duo prædia dives
Antiquo cenſu, gnatis diviſſe duobus
Fertur, & hæc moriens pueris dixiſſe vocatis
Ad lectum: Poſtquam te talos, Aule, nuceſque
Ferre ſinu laxo, donare, & ludere vidi.
Te Tiberi numerare, cavis abſcondere triſtem:
Extimui, ne vos ageret veſania diſcors:
Tu Nomentanum, tu ne ſequerere Cicutam.
Quare per Divos oratus uterque Penateis,
Tu cave ne minuas; tu ne majus facias id,
Quod ſatis eſſe putat pater, & natura coërcet.
Præterea ne vos titillet gloria, jure-

juran-

——— *Pernicies barathrumque macelli.* Eadem verbi *gurges*, eſt ratio. *Torrent. Barathrone.*] Ventri omnivoro? Athenienſes in Barathrum locum profundiorem maleficos demittebant.

167. *Paratis.*] Quæſitis.

168. *Servius Oppidius.*] Hæc deſcriptio ſani hominis, poſita eſt pro theſi; utitur enim exemplo Servii & Oppidii, cujus conſilium in admonitione liberorum ponit tamquam ἀνακεφαλαίωσιν jam dictorum de avaritia: ſimul & tranſit ad ambitionis & luxuriæ ſtultitiam. *Cruquius. Canuſi duo.*] Canuſium, eſt oppidum in Appulia.

169. *Diviſſe.*] Diviſiſſe.

171. *Talos Aule nuceſque.*] *Talos* & *nuces* puerilis ludi fuiſſe materiam, ex Suetonii Auguſto his verbis cognoſcere eſt; *Modo talis aut ocellatis nucibuſque ludebat cum pueris.* Torrentius. *Talos.*] Teſſeras.

172. *Ferre ſinu laxo.*] Id dicimur laxo ſinu ferre, cujus nullam curam gerimus. *Donare & ludere vidi.*] Donare nuces & ludere talis.

173. *Numerare, cavis abſcondere.*] Numerare nuces & locis occultis abſcondere. *Triſtem.*] Sollicitum.

175 *Tu Nomentanum.*] Timui ne tu Aule Nomentanum prodigum ſequerere. *Tu ne ſequerere.*] Ne tu ô Tiberi. *Cicutam.*] Avarum fœneratorem.

178. *Natura coërcet.*] Hoc eſt, moderatur ac continet, nec redundare aut ſuperfluere permittit, paucis contenta, cum paucis egeat. *Torrentius. Natura coërcet.*] Natura paucis contenta eſt.

179. *Titillet gloria.*] Ne vos gloria alliciat. *Jure-jurando obſtringam ambo.*] Nunc vulgo *adjurare* dicimus, pro juramento obſtringere: quo vocabulo an ea quoque ſignificatione veteres uſi ſint, Grammatici dubitant. *Adjurare* ſane eſt, propoſita quadam formula, ab eo qui nos adigit, jurare; in quo, ut recte Turnebus libro 7. capite 10. cenſuit, ineſt quadam execratio ſi fallimus & ut ſtipulatio nuda pactione fortius obligat, ſic ſanctius etiam jus jurandum habetur, quod altero exigente ſolenniter interponitur. Terentius Andria:

Per omnes tibi adjuro deos numquam eam
me deſerturum:
Non ſuscipiundos. mî ſciam inimicos om-
nes homines.

Verba ſunt Pamphili de Glycerio, quam jam ante ſolenni obteſtatione in manum datam à Chryſide acceperat. *Torr.*

jurando obſtringam ambo: uter ædilis, fuerit, vel
Veſtrûm prætor: is inteſtabilis & ſacer eſto.
In cicere atque faba, bona tu perdaſque lupinis,
Latus ut in circo ſpatiere, aut æneus ut ſtes,
Nudus agris, nudus nummis inſane paternis?

Scili-

180. *Ambo.*] Ambos. *Uter ædilis fueritve Veſtrûm prætor.*] Summos municipii ſui Canuſini magiſtratus exprimit Oppidius, neque enim de urbe Roma eum hic loqui crediderim: ubi non ædilitas, & multo minus prætura, ut non recte Cruquius ſenſit, ſed quæſtura initium fuit honorum. Canterus Nov. lect. 4. cap. 12. *Torrent.*

181. *Inteſtabilis & ſacer eſto.*] Hæc patris execratio eſt, ni faciant filii id, ad quod jurejurando eos obſtringit moriens. Quis autem *inteſtabilis*, optime declarat Gellius, lib. VI. cap. VII. & lib. XV. cap. XIII. Sed & vetus Lexicon Latino-Græcum ſic exponit: *Inteſtabilis*, μὴ προσδεκτικὸς εἰς μαρτυρίαν. ut nec teſtamentum facere, nec ad teſtamentum adhiberi poſſet. quod ſi ita eſt, ſimpliciter neque dicendi, neque rogandi teſtimonii jus habebit. Sed hæc JCti viderint. Mea ſane ſententia ſic uſus eſt Plautus Curcul.

Semper curato ne ſis inteſtabilis:
Quod amas, ama teſtibus præſentibus.

Vult enim Poëta ingenioſus eſſe aliquos, qui amanti teſtes eſſe poſſint: quamquam in ſecundo verſu aliquid fortaſſis ambigui & obſcœni. Hinc porro factum, ut inviſi omnes atque inſignitè improbi *inteſtabiles* dicerentur. *Torrent. Inteſtabilis.*] Is eſt, cui jus teſtandi eſt ademptum, vel cui nemo jure cogitur teſtimonium perhibere. *Et ſacer eſto.*] Execrandus eſto.

182. *In cicere atque faba.*] Hoc, Porphyrionem ſecutus Lambinus ad *Floralia* feſta refert; quibus ſicut & in annonæ caritate legumina illa populo metiri viritim, vel vulgo ſpargere ædiles & ambitioſi ſolent. Scio equidem *Floralia* Romæ ab Ædilibus celebrari conſueviſſe: ſcio etiam quanta profuſione Ædilitatem captandæ plebis cauſſa agere ſoliti, qui ad majores magiſtratus hanc affectabant viam: ſcio denique de ambitione loquentem Perſium ſic ſcribere:

—Vigila, & cicer ingere large
Rixanti populo, noſtra ut Floralia poſſint
Aprici meminiſſe ſenes.

Sed hæc nihil me movent, quin de *Canuſino magiſtratu* hunc locum intelligi debere exiſtimem: nec minor interdum in coloniis & muncipiis quam Romæ ambitio, maxime ſub Auguſto principe, qui illa Romæ quodammodo dignitate æquaverat. Et Perſius *Floralia* dicit, quo ædilitatem ſignificet, non quod Floralibus potiſſimum illa largitio fieret. ut de C. Cæſaris & M. Scauri ædilitate conſtat: de qua Suetonius cap. X. & Plinius lib. XXXVI. cap. XV. de quocumque igitur populi congiario hoc dictum accipiamus. *Torrentius. In cicere atque faba.*] Ædiles talia munera apud priſcos in ludis Floralibus populo dabant.

183. *Latus ut in circo.*] Sic optimi & vetuſtiſſimi codices; non *lætus*, ut in vulgatis. Neque hoc ita intelligo, ut magiſtratum gerenti lictor populum ſummoverit, quo liberior incederet; neque ut amplior illi quam ceteris toga fuerit: ſed ad incedentis per loca publica faſtum atque oſtentationem refero. ut ingredi Thraſones ſolent, inflati ac tumidi, quo majore quam ſint ſpecie videantur. Circos autem & theatra etiam municipia habebant: nec quia *circum* nominat, neceſſe eſt Romæ hæc acta videri. *Torrentius. Latus ut in circo ſpatiere.*] Ut in lato circo ſuperbus ambules. *Aut æneus ut ſtes.*] Aut ut ænea ſtatua ſibi erigatur. *Æneus ut ſtes.*] Publici

Scilicet ut plauſus, quos fert Agrippa, feras tu,
Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem?
Ne quis humaſſe velit Ajacem, Atreida vetas cur?
Rex ſum. Nil ultra quæro plebeius. Et æquam
Rem imperito; ac, ſi cui videor non juſtus, inulto
Dicere, quæ ſentit, permitto. Maxime regum,
Dî tibi dent capta claſſem reducere Troja.
Ergo conſulere, & mox reſpondere licebit?

blici honoris cauſſa. atque ita Virgilius,

Si fœtura gregem ſuppleverit, aureus eſto.
Torrent.

184. *Nudis agris.*] Ut Milo ille, qui tria patrimonia ampliſſima deliniendæ plebi inſumſit. Sed & Cæſar ex prætura in Hiſpaniam profecturus, abſumtis improba largitione opibus, bis millies quingenties opus ſibi eſſe dicebat, ut nihil haberet: quia tantundum debebat. auctor Appianus. *Torrent.*

185. *Ut plauſus.*] Ut populi applauſus feras. *Agrippa feras tu.*] Gener Augusti, qui virtute fuit leo, cum tu ſis vulpes imbellis.

186. *Aſtuta ingenuum.*] Quatuor libri optimi ſine ulla litura habent *ingenium.* ut totum illud, *aſtuta ingenium,* vulpi detur: quæ quod leo viribus, ipſa ingenii aſtutia conſequatur. Obiter autem M. Agrippæ laudes attingit. de quo lib. I. Od. VI. *Torrent.*

187. *Ne quis humaſſe.*] Comparatio Agamemnonis inſaniæ ob immolatam Iphigeniam, cum Ajacis furore ex armorum judicio contracto. Res nota ex Sophoclis Ajace & Iphigenia Euripidis, & Ovidii Metam. lib. XIII. *Idem. Ne quis humaſſe.*] Dialogus eſt inter plebeium quendam & Regem Agamemnonem. *Atreida.*] Agamemnon.

188. *Rex ſum.*] Satis pro imperio. Reges enim ſoluti legibus eorumque voluntas pro lege accipitur: & quod principi placuit, legis habet vigorem. *Torrent. Rex ſum.*] Reſpondet Agamemnon. *Nil ultra quæro plebeius.*] Verba ſunt plebeii. *Quæro plebeius.*] Cruquius in optimo Gandavenſi *quære* ſcriptum fuiſſe affirmat. *Plebeius* autem dixit pro quovis è populo. *Torrent. Et æquam.*] Agamemnon orationem ſuam continuat.

189. *Inulto.*] Impune.

190. *Maxime regum.*] Verba plebeii captantis benevolentiam à rege.

191. *Dii tibi.*] Reſponſio Damaſippi ſub plebeii hominis perſona, ob mitiſſimum regis dictum gratias agentis, & precantis à diis immortalibus, quod ille maxime optet. Paulo ante vero, pro *dicere quæ ſentis*, *quod ſentis* habent omnia exemplaria, aut *quid ſentis*. Quod autem *redducere* excudendum curavit Lambinus, improbare non poſſum; quamquam *reducere* habent è noſtris optimi, at *redducere* tantum recentiores. *Torrent.*

192. *Ergo conſulere.*] Turneb. l. VII. cap. X. Juriſconſulos imitari hic Horatium tradit: quos qui conſilii cauſſa adibant, dicere ſoliti, *Licet conſulere?* at illi *Conſule.* nam hinc & *conſultoris* & *conſulti* nomen: quem etiam *reſponſorem* appellare videtur Poëta, in Epiſtola ad Quinctium, hoc verſu:

Quo reſponſore, & quo cauſſa teſte tenentur.

Hoc tamen loco *conſulere* interpretari malim, pro reverenter & præfata venia interrogare, ut apud Juris interpretes fieri ſolet. neque id ſolis JCtis ſolenne fuit: ſed & in judiciis qui teſtem inter-

Conſule. Cur Ajax heros ab Achille ſecundus
Putreſcit, toties ſervatis clarus Achivis,
Gaudeat ut populus Priami Priamuſque inhumato,
Per quem tot juvenes patrio caruêre ſepulcro?
Mille ovium inſanus morti dedit, inclytum Ulyſſem,
Et Menelaum unà mecum ſe occidere clamans.
Tu quum pro vitula ſtatuis dulcem Aulide gnatam
Ante aras, ſpargiſque mola caput improbe ſalſa,
Rectum animi ſervas? Quorſum? Inſanus quid enim Ajax
Fecit, quum ſtravit ferro pecus? abſtinuit vim
Uxore & gnato, mala multa precatus Atreidis:
Non ille aut Teucrum, aut ipſum violavit Ulyſſem.

Verùm

rogaturus erat quæſitori ante dicere ſolebat, *Licet rogare.* Torrent. *Conſulere, & mox.*] Interrogare. *Licebit?*] Licebit mihi?

193. *Conſule.*] Interroga, inquit Agamemnon. *Cur Ajax.*] Loquitur plebeius. *Ab Achille ſecundus.*] Uno Achille inferior.

194. *Putreſcit.*] Fateor equidem plures ſcriptos codices ſic habere; ſed *puteſcit*, quod in uno atque altero pervetuſto repperi, magis placet. Differunt enim *putis*, *putor*, & *putere*, ſeu *puteſcere*, à *putris*, iiſque quæ ab eo vocabulo derivantur. Nam hæc corruptionem ipſam rei magis arguunt: illa vero odorem potius, qui ex corruptione dimanat. Juven. Sat. XI.

—— Putere videntur
Unguenta atque roſa.

Cui perſimile illud è Sat. præcedente:

Quamvis putet aper rhombuſque recens.

Et recte Nonius *putidum* dici ait, quod non putre, ſed odoris mali. Nec putreſcere herois cadaver aut foedum aut mirandum eſt etiam ſepultum, ſed abjectum & inſepultum ob putorem ignominioſe contemni, id ſane deteſtabile. Denique verbum hoc abjectis cadaveribus magis, quam alterum convenire oſtendit Varro, *puticulas* dictos tradens, quod puteſcebant ibi cadavera projecta; ut priore libro vidimus. Sat. VIII. *Torr.* *Putreſcit.*] Jacet inſepultus.

195. *Gaudeat ut populus Priami Priamuſque.*] Ex Homero Il. α.

Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες.

Quo proverbii vice uti licet, quoties monemus aliquem, ut ab eo caveat, quo inimici ejus lætentur. *Torrent.*

196. *Tot juvenes.*] Tot Trojani.

197. *Mille ovium.*] *Sic mille nummûm, mille paſſuum, mille hominum.* Gellius I. cap. XVI. Macrob. I. cap. XV. *Torrent.* *Mille ovium inſanus.*] Mille oves (inquit rex) occidit.

199. *Tu quum pro vitula.*] Verba ſunt plebeii. *Natam.*] Iphigeniam.

200. *Spargiſque mola caput improbe ſalſa.*] Quid *mola ſalſa* vide libro III. Od. XXIII.

Farre pio & ſaliente mica.

Torrent. *Mola.*] Mola ex farre molito & ſale facta.

201. *Rectum animi ſervas?*] Rectum animum ſervas? id eſt, ſanuſne es? *Quorſum?*] Quorſum hæc? inquit Agamemnon. *Inſanus quid enim Ajax.*] Verba pl:beii.

203. *Atreidis.*] Agamemnoni & Menelao.

205. *Verum*

Verùm ego, ut hærenteis adverſo litore naveis
Eriperem, prudens placavi ſanguine Divos.
Nempe tuo, furioſe. Meo, ſed non furioſus.
Qui ſpecies alias veri, ſceleriſque tumultu
Permiſtas capiet, commotus habebitur; atque,
Stultitiane erret, nihilum diſtabit, an ira.
Ajax immeritos dum occidit, deſipit, agnos?
Quum prudens ſcelus ob titulos admittis inaneis,
Stas animo? & purum eſt vitio tibi, quum tumidum eſt cor?

Si

205. *Verum ego ut hærentes.*] Hoc quidem præterit Agamemnon, quo cauſſam publicam privato filiæ amori anteponere videatur. Sed ipſe voti reus (devoverat enim Dianæ quod in ſuo regno pulcerrimum natum eſſet illo anno) mali cauſſa fuit. & ut ante temere vovendo; ſic iterum votum adimplendo graviter deliquit. *Torrent.* *Verum ego.*] Reſpondet Agamemnon.

206. *Prudens.*] Prudenter.

207. *Nempe tuo furioſe?*] Tuo ſanguine (inquit plebeius) quapropter furioſus fuiſti. *Meo, ſed non furioſus.*] Meo ſanguine ventos placavi (inquit Agamemnon) ſed non ideo furioſus fui.

208. *Qui ſpecies alias veri.*] Lambini mera conjectura eſt: *Qui ſpecies alias veris.* nam *veri* in omnibus exemplaribus legitur. & quid recepta lectione apertius? Factum non negat Agamemnon: ſed negat furori tribuendum eſſe, quod prudentiæ ſit; rem publicam præferre privatæ, ac filiæ patriam, & Græciæ totius ſalutem. Verum urget alter, & errore non excuſari ſtultitiam affirmans, pronuntiat quod ſequitur, *Qui ſpecies, &c.* Cujus formulæ hæc ſententia eſt; Qui alias, hoc eſt, qui novas, qui à recta philoſophia alienas ſibi fingere & amplecti ſpecies permittit, quales illæ quæ ex veri & falſi ſeu virtutis & vitii turbulenta quadam confuſione oriuntur, hic commotæ mentis ſive inſanus habendus eſt. Et ſane in communi vitæ cultu raro peccatur, ut non ocurrat aliquid quod obtendi vitio poſſit: quin & corrupto etiam judicio, tamquam cæci, prava ſæpe pro rectis amplectimur: qui tamen error à ſtultitia non excuſat: neque, ſi legis pœna fortaſſis abſit, ideo minus ex philoſophiæ præſcripto damnabimur. *Omnes* enim, ut alibi ait Flaccus, *decipimur ſpecie recti.* At hoc ipſum eſt, inquiet Stoïcus, quod præter ſapientem, omnes inſaniunt. *Alias* autem *ſpecies capere* dixit, ut *res alias agere* Cicero & Terentius: ut enim *illud age*, vel *hoc age*, nota loquendi formula eſt, qua intenti propoſito nobis operi eſſe jubemur. ſic *aliud agere* dicimur, cum animo evagamur, & longius aberramus. *Torrent.* *Qui ſpecies.*] Loquitur plebeius. *Alias veris.*] Differentes à veris.

209. *Permiſtas capiet.*] Et cum ſcelere conjunctas. *Commotus habebitur.*] Furioſus habendus eſt.

210. *Nihilum diſtabit.*] Nihil intereſt.

211. *Ob titulos.*] Tale hoc lib. III. Od. XXIIII.

Si quæret pater urbium Subſcribi ſtatuis. Torrent.

Admittis ſcelus.] Filiam occidis.

213. *Stas animo?*] Sanæ mentis es? *Et purum eſt.*] Expers vitiis. *Quum tumidum eſt cor?*] Quum cor ira eſt inflatum.

Si quis lectica nitidam geſtare amet agnam,
Huic veſtem, ut gnatæ, paret ancillas, paret aurum:
Puſam, aut puſillam appellet, fortique marito
Deſtinet uxorem: interdicto huic omne adimat jus
Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos.
Quid, ſi quis gnatam pro muta devovet agna,
Integer eſt animi? ne dixeris. ergo ubi prava
Stultitia, heic ſumma eſt inſania: qui ſceleratus,

Et

214. *Si quis lectica.*] Similis Caii Caligulæ inſania: qui Incitato (equi id nomen erat) præter equile marmoreum, & præſepe eburneum, præterque purpurea tegumenta ac monile è gemmis, domum etiam & familiam & ſupellectilem dedit, quo lautius nomine ejus invitati acciperentur; conſulatum quoque traditur deſtinaſſe. Suet. cap. LV. *Torrent. Nitidam.*] Agnam abluto vellere candidam.

216. *Puſam aut puſillam.*] Lambinus legit, *Pupam aut pupillam.* at ſi verum eſt, quod idem ait, ſcripturam eam veterum aliquot librorum auctoritate comprobari, nullam profecto malim. notæ enim nutricum blanditiæ, *pupus, pupulus, pupillus.* Nunc tamen Lectorem monere volui, nullum me umquam vidiſſe codicem, qui aliter haberet, quam *Ruſam aut puſillam.* Cruquius vero *ruſam* vocari indigne ferens, quam ante *nitidam* dixiſſet Flaccus, ejus loco *puſam* ſubſtituit: ſed conjectura tantum, ut ingenue confeſſus eſt. Ego vero neque conjecturas amo, & eam quæ ruſa ſit non minus quam ſi candida eſſet nitere poſſe exiſtimo. illud potius offenderit, quod blandiendo *ruſam* appellet, cum color ille non nimium venuſtus habeatur; ſic enim Clitipho ille Terentianus in Heaut. *Ruſamne illam virginem, caſiam, ſparſo ore, adunco naſo? non poſſum pater.* Sed & *ruſæ* tamen (quas hodieque non injucunde *roſſettas* Itali vocant,) amatores inveniunt & de agnæ vel forma vel colore contenti ſimus potius, quam ut aliquid temere in claſſicis auctoribus immutetur. *Torrent.*

217. *Deſtinet uxorem.*] Spondeat uxorem. *Huic omne adimat jus.*] Tanquam furioſo. *Jus.*] Jus bona ſua adminiſtrandi.

218. *Ad ſanos abeat tutela propinquos.*] *Tutela*, ut definiebat Serv. Sulpicius, vis eſt ac poteſtas in capite libero, tuendum eum, qui ſe per ætatem defendere non poteſt, jure civili data ac permiſſa. Atque hinc dicti etiam *tutores* proprie impuberum. Nam qui adoleſcentibus minoribus XXV. annis, qui prodigis, qui mente captis ac furioſis, aliiſque, quod rebus ſuis supereſſe non poſſent, adminiſtratores ex lege dabantur, hi proprie *curatores* dicebantur, atque eorum munus, *cura* ſeu *curatio*. Hic vero *tutelam* pro curatione dixit: ut *propinquos* pro agnatis & gentilibus. Qua de re ſic olim in XII. tabulis ſcriptum legimus: SI FVRIOSUS EXISTIT, AGNATORVM GENTILIVMQVE IN EO PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. *Torrent. Abeat tutela.*] Transferatur procuratio.

219. *Devovet.*] Deſtinet aræ.

220. *Ubi prava.*] Duo codices *ubi parva.* Nec fortaſſis diſplicebit cogitanti Stoicorum illam, ut peccatorum, ſic ſtultitiæ æqualitatem, cum illud plus minuſque non admitterent. Nec illepidum ἀντίστροφὸν, ut parva ſtultitia ſumma ſit inſania. Parum autem refert utro modo legas, *hîc ſumma eſt*, an *hîc eſt ſumma inſania.* Torrent.

222. *Vi-*

Et furioſus erit: quem cepit vitrea fama,
Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.
Nunc age luxuriam, & Nomentanum arripe mecum.
Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes.
Hic ſimul accepit patrimonî mille talenta,
Edicit, piſcator uti, pomarius, auceps,
Unguentarius, ac Tuſci turba impia vici,
Cum ſcurris fartor, cum Velabro omne macellum,
Mane

222. *Vitrea fama.*] Vide libro I. Od. XVII. *Vitrea fama.*] Fama fragilis & inconſtans.

223. *Hunc circumtonuit.*] Exprimere voluit, quod dicunt Græci ἐμβρόντητος & ἀποβρόντητος, nos *attonitus*, tamquam fulmine aut tonitru ſtupefactus: unde ἐμβροντησία pro inſania. Et aptiſſime hoc loco Horatius. vult enim Agamemnonem, tamquam Bellonæ fanaticum ad filiæ cædem adactum eſſe, dum nihil aliud quam titulos & inanem bellicæ laudis gloriam ſomniat. *Bellona* autem eadem quæ & Enyo, παρὰ τὸ ἐνύω, quod occidere ſignificat, Martis vel ſoror vel conjux. *Gaudere* eam *cruentis* dicit Poëta, vel ob flagellum illud ſanguineum, de quo & Virg. & Lucanus, quo nempe bellum conciet: vel ob fanaticos ejus, id eſt, ſacerdotes; qui diſtrictis gladiis curſitantes proprio ſe ſanguine cruentabant, crediti in eo furore futura prædicere. Turneb. cap. 10. & lib. 25. cap. 17. & lib. 21. cap. 15. *Torrent. Hunc circumtonuit.*] Bellona hunc attonitum reddidit. *Bellona.*] Belli dea.

224. *Nomentanum.*] Luxurioſum & aſotum.

225. *Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes.*] Optimi codices *vincet*, nec diſplicet. Inſanire autem nepotes, hoc eſt prodigos, qui neque tempus, neque finem expenſarum habent, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundunt. *Torrent. Ratio inſanire.*] Rerum eventus probabit. *Nepotes.*] Luxurioſos inſanire.

226. *Hic.*] Nomentanus.

227. *Edicit, piſcator.*] Publice proclamat. *Pomarius.*] Sic *vinarii*, *olearii*, *cupedinarii*, *cetarii*, *caſearii*, *lecticarii*, *calcearii*, & id genus ceteri, qui eas res aut conficiunt aut vendunt. *Torrentius.*

228. *Ac Tuſci turba impia vici.*] Lenones, cupedinarii & id genus homines perditi, voluptatum miniſtri, qui in vico Tuſco habitabant. *Tuſci turba impia vici.*] *Tuſcum vicum* à Tuſcis, qui Porſenna rege obſidionem ſolvente Romæ remanſerant, eoque loco habitaverant, appellatum eſſe, ex Dionyſio, Livio, & Feſto conſtat: improbis autem hominibus frequentari ſolere, etiam ex Plauti Curculione apparet: *Ibi ſunt*, inquit, *homines qui ipſi ſeſe venditant*, hoc eſt, viliſſimi, quidvis facere parati, & *præbere caput domina venale ſub haſta*, ut ait Juvenalis. *Torrent.*

229. *Cum Velabro omne macellum.*] Loca duo Urbis notiſſima. De *Macello* tantum Varronis verba ex libris rerum humanarum relata à Donato in Terentii Eunuchum adſcribam: *Numerius Equilius Cupes & A. Manius Macellus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. his in exilium actis publicata ſunt bona, & ædes ubi habitabant dirutæ: deque ea pecunia Scalæ deûm Penatium ædificatæ, & locus ubi venirent, quæ veſcendi cauſſa in Urbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum eſt.* Torrent. *Cum Velabro.*] Dictum autem Velabrum vel à velando, quod viam ad hippodromum fe-

Mane domum veniant. quid tum? venêre frequentes.
Verba facit leno: Quidquid mihi, quidquid & horum
Cuique domi eſt, id crede tuum, & vel nunc pete, vel
cras.
Accipe, quid contra juvenis reſponderit æquus.
In nive Lucana dormis ocreatus, ut aprum
Cœnem ego: tu piſceis hiberno ex æquore verris:
Segnis ego, indignus qui tantum poſſideam. aufer:
Sume tibi decies, tibi tantundem, tibi triplex,
Unde uxor media currat de nocte vocata.
Filius Æſopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet ut decies ſolidûm exſorberet, aceto

Diluit

rentem è foro, velis in ipſis ludis obtendere ſolebant; vel à vehendo; nam olim paludibus Aventinus mons à reliquis erat diſcluſus. Itaque eò ex urbe (inquit Varro lib. 4. de Ling. Lat.) qui advehebantur ratibus quadrantem ſolvebant, quod de aqua tum dicebatur Velabrum; & unde eſcendebant ad imam novam viam, locus ſacer Velabrum. *Cruq.* *Cum Velabro omne.*] Velabrum locus erat Romæ, in quo habitabant unguentarii. *Macellum.*] Locus publicus obſoniis vendendis accommodatus.

233. *Æquus.*] Nomentanus æquo animo orationem lenonis audiens.

234. *Dormis.*] Tu ô venator.

235. *Tu piſceis, &c.*] Tu ô piſcator. *Verris, &c.*] Vetus haud dubie lectio. prius autem *vellis* legebatur: idque in tribus M. S. repperi, nec damnare auſim. convenit enim magis hiberno mari. At *everriculo*, quod ab everrendo dictum retis genus eſt, quocumque tempore utimur, ſaltem ſi abſit glacies. *Torr.* *Verris.*] Hyeme piſcaris.

236. *Segnis ego.*] Segnis ſum ego.

237. *Sume tibi decies.*] O venator ſume tibi decies centena ſeſtertiûm nummûm millia. *Tibi tantundem.*] O piſcator. *Tibi triplex.*] O leno ſume tibi triplum.

238. *Unde uxor.*] A quo. *Currat de nocte.*] Summo conſenſu *currit* legunt omnes codices: & duo quidem *decurrit nocte*, unus etiam, *ſurgit*; & mox, *abſorberet* pro *exſorberet*; utrumque recte, maxime illud *currit*; vult enim ut triplum ſumat ille, unde uxor, id eſt, cujus uxor, ſemper præſto eſt. *Torrentius.* *Vocata.*] Accerſita.

239. *Filius Æſopi.*] Plinius lib. x. cap. 11. & lib. 1x. cap. xxxv. eademque de re Valerius libro 1x. cap. 1. Macrobius libro IIII. capite VII. *Filius Æſopi.*] Clodius Æſopi tragœdi filius. *Ex aure Metellæ.*] Gloria enim erat, inquit Plinius, binos ac ternos uniones auribus dependere, loco paulo ante citato. *Torrent.* *Metellæ.*] Quæ Clodium Æſopum adamavit.

240. *Ut decies ſolidûm.*] Ut decies centum millia ſeſtertiûm nummûm devoraret. *Aceto Diluit.*] Hanc aceti vim docet Plinius lib. 1x. cap. xxxv. & lib. xxIII. cap. I. atque his verbis Vitruvius lib. VIII. cap. III. *Margarita nec minus ſaxa ſilicea, quæ neque ferrum neque ignis poteſt per ſe diſſolvere, cum ab igne ſunt percalefacta, aceto ſparſa diſſiliunt & perſolvuntur. Diluere* ergo *baccam* idem eſt quod liquare. *Torrentius.*

241. *Diluit*

Diluit inſignem baccam. qui ſanior, ac ſi
Illud idem in rapidum flumen jaceretve cloacam?
Quincti progenies Arrî, par nobile fratrum
Nequitia & nugis, pravorum & amore gemellum,
Luſcinias ſoliti impenſo prandêre coëmtas.
Quorſum abeant ſani? creta, an carbone notandi?
Ædificare caſas, ploſtello adjungere mures,
Ludere par impar, equitare in arundine longa,
Si quem delectat barbatum; amentia verſet.
Si puerilius his ratio eſſe evincet, amare;
Nec quidquam differre, utrumne in pulvere, trimus
Quale prius, ludas opus, an meretricis amore
Sollicitus plores: quæro, faciaſne, quod olim
Mutatus Polemon? ponas inſignia morbi,

Faſcio-

241. *Diluit inſignem baccam.*] Liquefecit margaritam.

242. *Illud idem in rapidum.*] Eandem margaritam.

243. *Quincti progenies Arrî.*] An illius forte *Arrî*, de cujus ſumtuoſiſſimo epulo funebri ante diximus? Sed & *M. Arrii Secundi* denarium ſervo. verum quis hic fuerit ignoro. *Torrent.*

244. *Nequitia & nugis.*] Luxuria & ingenii levitate. *Gemellum.*] Simile & æquale.

245. *Luſcinias ſoliti impenſo prandere.*] Hoc Æſopum factitaſſe in illa patina, cujus ante memini, auctor eſt Plinius. *Impenſo* autem nove dixit Horatius, pro eo quod *impenſo pretio* dicunt Cicero, Cæſar, Livius, & alii: hoc eſt, ingenti aut immani, ſine pondere: ut *immenſo mercari* inquit Plinius, ſubaudito pretio. Nam *impenſe* & *immenſe* adverbia, quemadmodum & *impendio*, aliud ſignificant, nempe valde & ultra modum. Cruquius pro *impenſo*, legendum cenſet, *immenſo*, ἀμετρήτως incredibili pretio. Turneb. lib. 13. cap. 5. *Impenſo prandere.*] Magno pretio.

246. *Quorſum abeant ſani.*] Mallim, ut in melioribus libris legitur;

Quorſum abeant? ſani creta an carbone notandi?

Vel *notati*? quamquam illud magis placet. *Torrentius.* *Quorſum abeant ſani?*] Quibus ſunt adnumerandi? ſanis an inſanis?

247. *Ædificare.*] Ut ſolent pueri. *Ploſtello adjungere mures.*] Veluti jumenta.

249. *Barbatum.*] Virum gravem. *Amentia verſet.*] Amentia cum agitet, id eſt, pro inſano habeatur.

250. *His, ratio eſſe evincet.*] Ædificare caſas, & ſimilia.

251. *Trimus.*] Utrum tale nunc opus ludas, quale prius ludebas, quum eſſes trium annorum infans.

253. *Sollicitus.*] Captus.

254. *Mutatus Polemon.*] Multo plures libri *Paletmo*, aut *Palemon.* male. Hanc autem Polemonis Athenienſis; qui Xenocrati ſucceſſit, hiſtoriam, præter Diogenem Laërtium, referunt etiam Suidas & Valerius lib. VI. cap. IX. De laſcivia vero illa juvenum Athenienſium Plinius lib. XXI. cap. III. *Torrent.* Canterus Nov. lect. lib. 2. cap. 16. *Mutatus*

Faſciolas, cubital, focalia; potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpſiſſe coronas,
Poſtquam eſt impranſi correptus voce magiſtri.
Porrigis irato puero quum poma, recuſat.
Sume Catelle: negat. ſi non des, optat. amator
Excluſus quì diſtat: agit ubi ſecum, eat, an non,
Quò rediturus erat non arceſſitus, & hæret
Inviſis foribus? Nec nunc, quum me vocet ultrò,
Accedam? an potiùs mediter finire dolores?
Excluſit: revocat, redeam? non, ſi obſecret. Ecce
Servus non paullò ſapientior: O here, quæ res
Nec modum habet, neque conſilium, ratione modóque
Tractari non vult. in amore hæc ſunt mala: bellum,
Pax rurſum. hæc ſi quis tempeſtatis propè ritu
Mobilia, & cæca fluitantia ſorte, laboret
Reddere certa; ſibi nihilo plus explicet, ac ſi

Inſa-

tatus Polemo.] Mutatus oratione Xenocratis, cui poſtea in ſchola ſucceſſit. *Inſignia.*] Ornamenta amatoria.

255. *Faſciolas, cubital, focalia.*] Libri optimi quique legunt *cubitale*. Et ſane neceſſe non eſt fateri *focalia* primam producere, tametſi à faucibus dicantur, quod faucium faſciæ ſint, ut *cubitalia* brachiorum; quas morbo liberi deponere ſolent: ad quod alludit Poëta, ut rectè Turnebus lib. VII. cap. X. atqui coronas poſuit Polemo: cujus exemplo ſui quoque morbi inſignia amatorem deponere optat Horatius, hoc eſt, amorem ipſum abjicere ac deſinere inſanire. *Torrent.* *Faſciolas.*] Periſcelides. *Cubital.*] Ornamentum cubiti vel brachiorum tegumentum. *Focalia.*] Quibus homines molles utebantur. *Potus ut ille.*] Ut Polemo ebrius.

256. *Coronas.*] Flores, roſas, lilia, &c. è quibus fiunt coronæ.

257. *Magiſtri.*] Oratione Xenocratis ſobrii & modeſti, qui fuit Ariſtotelis auditor.

259. *Catelle.*] Hoc quoque blandientium ὑποκόρισμα eſt, à muliercularum catellis: Plaut. Curcul.

Delicatum te hodie faciam, cum catello
ut accubes;
Ferreo ego dico.

Non illepida ambiguitate, ut exponunt Grammatici. Nam *catulus* & inde *catellus*, etiam vinculi quoddam genus dicebatur, teſte Feſto. ſed Nonius *catella* & *catella* diminutivum à catena eſſe voluit. Ego Feſto aſſentior: quanquam uterque dicere verum potuit. *Torrent.*

260. *Excluſus quì diſtat.*] Thaide excluſus. Totus hic locus deſumitur ex Eunucho Terent.

262. *Inviſis foribus.*] Foribus ſibi odioſis. unde erat excluſus.

263. *Dolores.*] Quos amando patior.

265. *Servus.*] Parmeno. *O here.*] O Phœdria.

269. *Et cæca fluitantia ſorte.*] Incerto caſu contingentia.

270. *Nihilo plus.*] Nihilo plus agat.

272. *Semi-*

Inſanire paret certa ratione modoque.
Quid, cum Picenis excerpens ſemina pomis,
Gaudes, ſi cameram percuſſi fortè, penes te es?
Quid, quum balba feris annoſo verba palato:
Ædificante caſas qui ſanior? adde cruorem
Stultitiæ, atque ignem gladio ſcrutare, modò, inquam,
Hellade percuſſa Marius quum præcipitat ſe,
Cerritus fuit? an commotæ crimine mentis
Abſolves hominem, & ſceleris damnabis eundem;
Ex more imponens cognata vocabula rebus?

Liber-

272. *Semina pomis.*] Pomorum grana.

273. *Gaudes, ſi.*] Gaudes tamquam felicis amoris omine. *Si cameram percuſſi.*] Inter alios ludos convivales hunc quoque enumerat Pollux lib. IX. c. VIII. quo recentis mali ſemina primoribus digitis veluti ejaculantes, ſi triclinii lacunar, ſive cameram, ut vocat Horatius, attigiſſent; bene: ſin minus; male de ſuis amoribus augurabantur. *Torrent. Cameram percuſſi forte.*] Tectum in curvitatem formatum. *Penes te es?*] Eſne mentis compos?

274. *Quum balba.*] Cum blandiuſcule verba pronuncias more pueri balbutientis, ad gratiam puellæ captandam. *Balba feris.*] Tale illud Tibulli de ſene amatore:

Et tibi blanditias tremula componere voce.

Et quod, *Balbutis Scaurum*, l. I. Sat. III. ait Horatius. Sed præſens verſus plane artificioſus eſt. nam (ut illud *balba*, & illud *annoſo*, quæ epitheta hic optime conveniunt, omittam) *ferire verba palato* cum dicit, linguam tamquam plectrum ante oculos ponit: quo percuſſa palati veluti teſtudine quadam, articulatus ille verborum ſonus efficitur, unde & *ſonare*, pro loqui dixerunt veteres. *Torr. Feris annoſo verba palato.*] Quum verberes. eſt Hypallage.

275. *Ædificante caſas.*] Quomodo ſanior es puero nugas agente? *Adde cruorem Stultitiæ.*] *Cruorem* pro crudelitate exponit antiquum gloſſematium. Quod ergo ſequitur,

Atque ignem gladio ſcrutare,

eodem modo interpretabimur. Eſt autem Pythagoræ ſymbolum, Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν. *Ignem gladio ne fodito.* quod cum alii aliter intelligant, ex Horatii ſententia vetuiſſe dicetur Philoſophus ille, ne quis malum malo ulciſci velit: ut ſi ignem gladio verberet, atque ita duplici laboret inſania. Exempla miſeri amantes præbent. *Torrent.*

276 *Stultitiæ, atque.*] Amatoris ſtultitiæ adde ſcelus & crudelitatem. *Ignem gladio ſcrutare.*] Amoris calori adjunge cædem.

277. *Hellade percuſſa, Marius quum.*] Hellade interfecta à Mario, quum ab ea ſperneretur.

278. *Cerritus.*] Nonius *Ceritus* ſcribit: nec multum refert. *Ceritus* enim à *Cereritus*, duabus ſyllabis in unam contractis dicitur. *Torrent. Cerritus fuit?*] Cereris furore vexatus, id eſt, fuitne furioſus?

279. *Abſolves hominem, & ſceleris.*] An abſolves inſanum, & eundem condemnabis ſceleratum?

280. *Cognata vocabula.*] Si enim mali omnes ſtulti, ſi ſtulti inſani, ſi inſani furioſi dicendi ſunt, ut Stoïci definiunt; nihil intereſt, quo ex his omnibus nomine Marius appelletur. *Torr. Rebus.*]

Voca-

Libertinus erat, qui circum compita ſiccus
Lautis manè ſenex manibus currebat, & unum
Quiddam magnum addens, Unum me ſurpite morti,
Dîs etenim facile eſt, orabat: ſanus utriſque
Auribus atque oculis; mentem niſi litigioſus,
Exciperet dominus, quum venderet. hoc quoque vulgus
Chry-

Vocabula criminibus apta, ſed diverſa.

281. *Libertinus erat.*] Libertinæ conditionis hominem dicit: & novum & inauditum refert ſtultitiæ genus; quo, quiſquis ille fuerit, quem à ſtatus ſui conditione *Libertinum* appellat, precibus paſſim per compita, in quibus Lares colebantur effuſis, obtineri à diis poſſe credidit, ut mortem evaderet. Neque huic interpretationi obſtat, quod ex his quæ ſequuntur vendi hunc hominem à domino potuiſſe arguitur. Nam ne dedititius quidem vendi poſſet, poſtquam ſemel libertatem adeptus ſit. & verba illa, *cum venderet*, ὑποθετικῶς accipienda ſunt, pro *ſi venderet*. nemo autem tam liber eſt, quin caſu aliquo fieri ſervus ac vendi queat. Aut certe temporis mutatio eſt, pro tunc excepiſſet cum vendere potuit. Vide Pet. Nannii Miſcell. lib. 4. *Torrent.* *Libertinus erat, qui.*] Pro liberto Horatius, ſub perſona Stertinii ſuperſtitioſos taxans, omnem ridet religionem. *Circum compita.*] In compitis deos penates conſtitui & coli juſſerat Auguſtus. *Siccus Lautis mane ſenex manibus.*] Singula verba hominis iſtius inſaniam exaggerant, quod ſenili ætate ita deſiperet, quod primo mane, jejunus adhuc, & purus, ea tantopere deprecaretur, quæ evenire neceſſe eſſet. nota autem veterum ſuperſtitio, qua aliqua parte impurum rem divinam aggredi nefas habebatur:

Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Omitto *cænam puram*, *torum purum*, de quibus alibi plura. A ſacrorum ſane puritate ſumtum, quod illotis pedibus manibuſque rem aliquam aggredi dicuntur, quicumque rudes & imparati accedunt. Ex Heſiodi ἔργοις καὶ ἀπείροις. Eraſmus Chiliadibus. *Torrent.* *Siccus.*] Jejunus.

282. *Lautis mane ſenex manibus.*] Manibus ablutis, ut eas puras ad deos tenderet.

283. *Quiddam magnum.*] Mallem *quid tam magnum:* ut in caſtigatioribus exemplaribus legitur. ait enim non magnam rem ſe poſcere, ut dii omnes unum morti caput ſubripiant. Turneb. lib. 23. cap. 3. *Torrent.* *Unum me ſurpite morti.*] Me unum immortalitate donate, quo quid majus à diis potuit peti?

285. *Auribus atque oculis.*] Sanus toto corpore, ſed mente non ſanus, quia ſuperſtitioſus. *Niſi litigioſus.*] Verba hæc parentheſi includenda. *Litigioſos* autem vocamus homines litibus deditos, litibus plenos, qui lites ament, qui lites facile ſerant. Sed & *excipere*, quomodo hîc uſurpat Flaccus, verbum Juris eſt: ſæpe in pactionibus uſitatum, cum retinere aut ſervare volumus aliquid, quod pacto ſcilicet non comprehendatur. Ait igitur Horatius dominum, qui tale mancipium uti ſanum vendat, mentem excipere debere, niſi nimio plus lites amet. Qua in re tamen ſciendum eſt, *furorem* quidem à JCtis pro morbo haberi; ſed eum qui Romane loquendo vere furor ſit: non ſicut Stoïci loquuntur. Quin & Ædilitium edictum, quod certiorem jubet facere emtorem, quid morbi vitiique cuique mancipio ſit. *Torrent.* Turneb. l. 23. c. 2.

286. *Dominus, quum venderet.*] Dominus in vendendo mancipio, vitia ejus

tacere

Chryſippus ponit fœcunda in gente Meneni.
Jupiter, ingenteis qui das adimiſque dolores,
Mater ait pueri menſeis jam quinque cubantis,
Frigida ſi puerum quartana reliquerit; illo
Manè die, quo tu indicis jejunia; nudus
In Tiberi ſtabit. caſus, medicuſve levarit
Ægrum ex præcipiti: mater delira necabit
In gelida fixum ripa, febrimque reducet.

Quone

tacere non debuit, niſi lites amaret. *Hos.*] Hos ſuperſtitioſos.

287. *Fecunda in gente Meneni.*] *Gens Menenia* plebeia quidem, celebris tamen vel ob *Menenium* illum *Agrippam*; qui à patribus legatus ad plebem interpres atque arbiter concordiæ civium, noto de ventre ceteriſque humani corporis partibus apologo, urbem conſervavit. Sed cur huic potiſſimum genti ſtultos inſanoſque inſerit Horatius? an quia tunc *Menenius* quiſpiam mente captus, nihilo ſaniores ſe filios habuit? certe tale aliquid fingi neceſſe eſt. Turnebi ſententiam ampleſtamur: Poëtam ingenioſiſſimum ad Græcam vocabuli originem reſpexiſſe, à *μέμηνα*, unde *μεμηνώς*, id eſt, *inſanus*. illum vide, lib. xxiii. cap. ii. *Torrent.* *Fœcunda in gente.*] In multiplici familia Meneni, id eſt, in ſtultorum numero, qui numerus eſt infinitus. *Meneni.*] Menenius vixit ætate Horatii, homo ſuperſtitioſus, & mente captus.

288. *Jupiter ingentes.*] Alterum exemplum ſuperſtitionis.

289. *Cubantis.*] Ægrotantis.

290. *Frigida ſi puerum.*] Votum matris per hypotheſin. *Quartana reliquerit.*] Quartana quæ ab atra bile proficiſcitur, corpus in principio paroxyſmi ingenti horrore excruciat. *Illo manè die.*] Tuo die, die Jovis.

291. *Indicis jejunia.*] Pervigiliis jejuniiſque placabant deos ſuos veteres, præcipue Chaldæi & Ægyptii; quorum ingens ſemper Romæ turba ob ſacra Iſidis vaniſſima ſuperſtitione cultæ. Sed & ii qui ſacris Romanorum præerant, jejunia interdum inſtituebant, quibus prodigia expiarentur. Exemplum apud Livium lib. xxxvi. & venuſte *Jovem indicere jejunia* ait, quæ à ſacerdotibus Jovi ipſi inſtituuntur à populo ſervanda. *Torrent.* *Indicis jejunia.*] Quo magiſtratus vel ſacerdotes tuo nomine jejunia imperant. *Nudus.*] Ut vivo flumine ablutus, ad tua ſacra purus accedat.

292. *Caſus Medicuſve.*] Id eſt, medicus fortunatus, quem caſus aliquis juvat: nam in quartana inveterata depellenda, plus ſæpe caſus ipſe, quam medici quodvis pharmacum valere poteſt. *Cruq.* *Caſus medicuſve levarit.*] Si caſus hunc liberavit, qui in quartana ſæpe plus valet, quam medicus. Eſt enim quartana medicorum opprobrium

293. *Ex præcipiti.*] Id eſt, ex ſummo diſcrimine, ac veluti ex præcipitio, cum in criſi eſt morbus, ut noſtri loquuntur nunc medici: atque ita Juvenal. Sat. i.

Omne in præcipiti vitium ſtetit.

Torrent.

Ex præcipiti.] Ex morbo periculoſo, in ſene præſertim. *Mater delira necabit.*] Exiſtimans ſe voti religione obſtrictam.

294. *In gelida fixum ripa.*] Dicit ex antiquorum ritu, qui ſacris operaturi, ſe in flumine purificabant. Turneb. lib. 23. cap. 2. *Febrimque reducet.*] Febrim renovabit per aquæ frigiditatem.

295. *Quo-*

Quone malo mentem concuſſa? timore Deorum.
Hæc mihi Stertinius ſapientum octavus amico
Arma dedit: poſthac ne compellarer inultus.
Dixerit inſanum qui me; totidem audiet: atque
Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo.
Stoïce, poſt damnum ſic vendas omnia pluris:
Qua me ſtultitia (quoniam non eſt genus unum)
Inſanire putas? ego nam videor mihi ſanus.
Quid? caput abſciſſum demens quum portat Agave
Gnati infelicis: ſibi tum furioſa videtur?
Stultum me fateor (liceat concedere veris)

Atque

295. *Quone malo.*] Id eſt, quo malo. Turneb. lib.7. cap.10. *Concuſſo.*] Mentem habens percuſſam. *Timore Deorum.*] Quam nos *ſuperſtitionem*, quoſque *ſuperſtitioſos* vocamus, Græci *δεισιδαιμονίαν καὶ δεισιδαίμονας* appellant, ob inanem ſcilicet deorum formidinem: quam tametſi ſuperſtitionis etymon ſive vocabulum ipſum non ita manifeſte demonſtrat; ſiquidem à parentum aſſiduis precibus, ut liberos habeant ſuperſtites, dici volunt; conſtat tamen eam ſic à noſtris definiri, ut ſit inanis metus deorum. *Torrent.* *Timore Deorum.*] Reſponſio eſt.

296. *Sapientum octavus.*] Simile huic illud Juvenalis Sat. II.

—— *Habeat jam Roma pudorem,*
Tertius è cœlo cecidit Cato.

Torrent. *Sapientum octavus, &c.*] Stertinius, ſeptem ſapientibus Græcis adnumerandus. Ironice.

297. *Arma dedit.*] Hanc defenſionem dedit. *Compellarer inultus.*] Ne inſanus dicerer.

299. *Reſpicere ignoto.*] Nota Æſopi de duabus manticis, Græci *πήρας* vocant, fabella: ad quam alludit hîc Horatius, uti in Varum Epigrammate Catullus,

Sed non videmus manticæ quod in tergo eſt.

Et elegantiſſime Themiſtius in Oratione quæ *βασανιστὴς* inſcribitur, optans inverti ſibi manticas, quo ſuam tantum reſpicere poſſet, alienam minime: quod enim alii dicant nihil eſſe dulcius neque jucundius quam omnia noſſe, id ſibi quoque videri, ſi bona ſint. *Torr.* *Pendentia tergo.*] Diſcet ſua peccata, quæ pendent in mantica à tergo ſibi ignoto. Nemo enim ſuum tergum novit.

300. *Stoïce poſt damnum.*] Irriſio pervenuſta. Neque enim ſimpliciter ut Philoſophum ſalutat, ſed ut eum qui damno talis factus ſit; & tamquam eo nomine indignum, tacite jubet redire ad mercaturam, optans etiam ut cum lucro id faciat, ne denuo philoſophari neceſſe ſit. ita enim interpretor illud:

——— *Sic vendas omnia pluris.*

Torrent. *Stoïce, poſt damnum.*] Dialogus eſt inter Horat. & Damaſippum uſque ad Satyræ finem. *Sic vendas omnia pluris.*] O Damaſippe, ſic poſt merces amiſſas quæſtuoſam mercaturam facias. *Sic*, particula eſt bene precantis.

303. *Quid? caput.*] Reſpondet Damaſippus. *Agave.*] Fabulam narrat Ovidius III. Met. videbatur enim ſibi non filium, ſed vel aprum vel taurum diſcerpere, quamdiu furor manſit. *Torr.* *Agave.*] Filia Cadmi.

304. *Gnati infelicis.*] Penthei. *Videtur?*] Furioſa videtur? minime.

305. *Stultum me fateor.*] Loquitur Horatius.

306. *Ediſ-*

Atque etiam inſanum: tantum hoc ediſſere, quo me
Ægrotare putes animi vitio. Accipe; primùm
Ædificas, hoc eſt, longos imitaris, ab imo
Ad ſummum totus moduli bipedalis; & idem
Corpore majorem rides Turbonis in armis
Spiritum & inceſſum: quî ridiculus minùs illo?
An quodcunque facit Mæcenas, te quoque verum eſt,
Tanto diſſimilem & tanto certare minorem?
Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſis,
Unus ubi effugit, matri denarrat, ut ingens
Bellua cognatos eliſerit. illa rogare,

Quan-

306. *Ediſſere.*] Hoc expone.

307. *Accipe; primum.*] Audi, inquit Damaſippus.

308. *Ædificas.*] An multa ædificaverit Horatius, *ſatis beatus*, ut de ſe inquit, *unicis Sabinis*, neſcio. Ego pro ſumtuoſe ſe gerere, μεγαλοφρονικῶς, libentius acceperim: &, ut ipſe exponit, pro magna imitari, cum parvus eſſet. huic enim interpretationi convenit, quod in Epiſtolis ſeſe

—— In tenui re
Majores pennas nido extendiſſe fatetur.

Torrent. *Ædificas, hoc eſt.*] Magnifice ædificas. *Longos imitaris, ab imo.*] Incedendo te effers, ut longus videare, id eſt, opulentos & potentes viros imitaris.

309. *Moduli bipedalis.*] Quæ forma humani corporis minima eſt, quod de Conopa quodam ait Plinius lib. VII. cap. XVI. De *Turbone* autem tunc noto nihil compertum habeo. *Torrent. Moduli bipedalis, &c.*] Brevis es ſtaturæ, id eſt, res tua familiaris eſt tenuis & anguſta.

310. *Turbonis in armis.*] Gladiatoris homunculi.

311. *Spiritum & inceſſum.*] Animum & geſtum tumidum. *Quî ridiculus.*] In qua re es tu minus illo ridiculus?

312. *Verum eſt.*] Æquum eſt te idem facere?

313. *Tanto diſſimilem.*] Tanto viro diſſimilem. *Et tanto certare.*] Et cum tanto.

314. *Abſentis ranæ.*] Æſopi fabula.

315. *Denarrat.*] *De* particula auget quidem vim vocabuli cui jungitur, ut *deridiculus, deſpretus, derepente, deſubito*, & alia multa omnibus nota; hoc tamen loco pro ordine narrare dictum puto. Atque ita Donatus ad illud Terentii in Phorm.

Hæc adeo ego illi jam denarrabo. Torr.

316. *Cognatos eliſerit.*] *Cognati* ita dicti ſunt, quaſi una & communiter nati; omnes tamen ab eadem orti progenie eo vocabulo continentur. Lepide igitur hoc ranæ pullis accommodat Horatius. Loquitur autem de rana, quam, quod in rubis ac vepribus agat, ut inquit Plinius lib. XXXII. cap. V. Latini *rubetam* nominant, Græcè φρῦνος dicitur, omnium ranarum maxima, ita ut teſtudinem aliquando æquet; pulmones habens magnos & rotundos, qui plurimo aëre impleri poſſint: quare & intumeſcit ſæpius, ac ſpiritu intenditur. Mira autem lectionum varietas in illis verbis,

—— Num tandem, ſe inflans, ſic magna fuiſſet.

Quantáne? num tandem, ſe inflans, ſic magna fuiſſet.
Major dimidio. Num tanto? quum magis atque
Se magis inflaret: Non ſi te ruperis, inquit,
Par eris. hæc à te non multum abludit imago.
Adde poëmata nunc: hoc eſt, oleum adde camino:
Quæ ſi quis ſanus fecit, ſanus facis, & tu?
Non dico horrendam rabiem. Jam deſine. Cultum
Majorem cenſu. Teneas Damaſippe tuis te.
Mille puellarum, puerorum mille furores.
O major tandem parcas inſane minori.

SATYRA

Sed non habeo quam receptæ lectioni anteponam. *Torrent.* *Cognatos eliſerit.*] Ut ſimul natos oppreſſerit. *Illa rogare.*] Illa rogabat.

317. *Quantane? num tandem.*] Quantus fuit ille vitulus?

318. *Major dimidio.*] Reſpondet pullus. *Num tanto?*] Num tanto major eſt, inquit mater?

319. *Non ſi te ruperis.*] Cum autem mater ulterius magis atque magis ſe inflaret; tandem inquit pullus; O mater, ſi te etiam inflando, ut video, ruperis, illi tamen belluæ par eſſe non poteris. Hæc imago vanitatis & inſaniæ in ranâ, non multum abludit vel diſcrepat à te, ô Horati. Tu enim parvus, te inflas etiam, & magnum Mæcenatem vis imitari. Huic jam in ædificando inſaniæ, adde nunc aliam illam Poëtarum inſaniam, ipſa ſcilicet Poëmata: hoc eſt, oleum adde camino, ut in Proverbio dicitur, & unum malum alio accumula. *Lubinus.* *Inquit.*] Inquit pullus.

320. *Hæc à te non multum.*] Damaſippus Horatium alloquitur. *Abludit.*] Diſcrepat.

321. *Adde poëmata nunc.*] Adjunge ad inſaniam tuam in ædificando aliam, qua furis in Poëmatis ſcribendis. *Oleum adde camino.*] Eodem ſchemate utitur hoc proverbio, quo paulo ante dixit,

— *Adde furorem*
Stultitiæ, atque ignem gladio ſcrutare. —

Neque enim cumulanda ſunt mala. *Torrent.* *Oleum adde camino.*] Ut major fiat tua inſania. proverbium eſt.

322. *Quæ ſi quis.*] Hic quoque non conveniunt codices manuſcripti. Placet, ut in duobus optimis legitur:

Quæ ſi quis ſanus facit, & ſanus facias tu.

Notum autem illud:

— *Arcet ſanos Helicone Poëtas*
Democritus. — Torrent.

323. *Non dico horrendam rabiem.*] Miſſam facio tuam iracundiam cum rabie comparandam, & prætermitto veſtitum tuum ſumtuoſiorem, quam cenſus tuus ferat. *Jam deſine.*] Verba ſunt Poëtæ. at ille rurſus incipit: *Cultum majorem cenſu:* iterumque monitus cum nondum quieſceret, *Mille puellar. &c.* lepidiſſimo maledicto ſermonem abrumpit Horatius,

O major tandem, &c.

Guil. Canterus Novar. lect. lib. 2. c. 12. *Torrent.* *Jam deſine.*] Loquitur Horatius ſua vitia à Damaſippo enumerari invite audiens.

324. *Teneas.*] Tuis te vitiis contineto, mea ne tangito.

325. *Mille puellarum.*] Prætermitto (inquit Damaſippus) furores tuos, id eſt, inſanos amores.

326. *O major tandem parcas inſane minori.*] Reſpondet & exclamat Horatius, O Damaſippe (qui me ſtultior es, & inſanior) parcas mihi minori, id eſt, minus inſano.

Quemad-

SATYRA IV.

Sub perſona cujuſdam Catii Philoſophi Epicurei, irridet Epicureorum præcepta ad artem culinariam ſpectantia.

UNde, & quò Catius? non eſt mihi tempus, aventi
Ponere ſigna novis præceptis: qualia vincunt
Pythagoran, Anytique reum, doctumque Platona.
Peccatum fateor, quum te ſic tempore lævo
Interpellarim: ſed des veniam bonus, oro.
Quòd ſi interciderit tibi nunc aliquid: repetes mox;
Sive eſt naturæ hoc, ſive artis mirus utroque.

Quin

QUemadmodum ſuperiore Satyra inter Stoïcos, ſub Damaſippi perſona, illos ſuaviſſimè irrides, qui curioſitati ac malignitati ſuæ philoſophiam prætendunt: ſic præſenti Sermone cum Catio habito, ex Epicureis jocoſe admodum laceſſit illos, qui, quod pater Epicurus ſummum in voluptate aut indolentia bonum conſtituit, probe ſibi conſecuti eſſe videntur, ſi callidi ac lauti obſonatores evaſerint. Quis vero Catius *iſte fuerit, non facile dixerim. Antiqui interpretes eum* M. Catium Epicureum *vocant: & quatuor ejus* De rerum natura ac ſummo bono *libros commemorant. Mihi vix ſit veriſimile De natura ac ſummo bono ſcribentem, iſtiuſmodi nugis operam dediſſe, ſed Horatii ætate nebulonem potius aliquem fuiſſe crediderim, culinarum arte præſtantem.* Torrentius.

1. *Unde & quo Catius.*] Communis ſalutandi obvios formula, ut Sat. IX.

Unde venis, & quo tendis?

Turneb. lib. I. cap. 24. & lib. 28. c. 25. *Torrent. Unde.*] Unde venit Catius, & quo vadit? *Non eſt mihi.*] Non mihi vacat (inquit Catius) tibi reſpondere. *Aventi.*] Cupienti.

2. *Ponere ſigna novis præceptis.*] Hoc ſic expono, ut qui recenter à magiſtro veniat, totus in eo fuerit, ut quæ audiverat memoriæ conſignaret, ſive litteris, ſive notis, ſive etiam imaginibus, aliiſque indiciis; de quibus hi qui memoriæ præcepta tradunt. *Signa* enim in univerſum vocantur omnia quibus res nobis indicantur. Vel apponere ſeu adſcribere cauſas, rationes & argumenta ad perſuaſionem. *Torrent. Ponere ſigna novis præceptis.*] Philoſophi & Grammatici cum opiniones ſuas ſecum ipſi conciperent, & in commentarios referrent, ἀποσημειοῦν dicebantur; & ἀποσημειώσεις illas commentationes vocabant. Ergo quod Catius dixit, *Ponere ſigna novis præceptis*, eſt, quod Græci dicerent, ἀποσημειοῦν τὰς κυρίας δόξας. Etiam commentatiunculas ſuas, quas in alios philoſophos ſcripſerunt, nonnulli ita vocarunt. *Heinſius. Ponere ſigna novis præceptis.*] Præceptis nunquam à quoquam traditis, nomina imponere & vocabula, quæ ſunt rerum σημεῖα, id eſt, ſigna. *Vincunt.*] Qualia vincere poſſunt.

3. *Anytique reum.*] Socratem ab Anyto accuſatum.

4. *Peccatum.*] Verba Horatii. *Lævo.*] Tempore inopportuno.

5. *Sed des veniam bonus, oro.*] Sed oro, ut mihi pro bonitate tua des veniam: Vel dabis mihi veniam, quæ tua eſt bonitas: Vel bonus ſis in danda mihi venia. *Steph.*

6. *Interciderit.*] Si aliquid memoria effluxerit. *Repetes mox.*] Facile in memoriam revocabis, ſive memoria conſtet natura, ſive arte.

7. *Sive eſt natura.*] Auctores *memo-*

ria

Quin id erat curæ, quo pacto cuncta tenerem,
Utpote res tenueis, tenui ſermone peractas.
Ede hominis nomen: ſimul an Romanus, an hoſpes.
Ipſa memor præcepta canam: celabitur auctor.
Longa quibus facies ovis erit, illa memento,
Ut ſucci melioris, & ut magis alba rotundis
Ponere. namque marem cohibent calloſa vitellum.
Caule ſuburbano, qui ſiccus crevit in agris,
Dulcior. irriguo nihil eſt elutius horto.

Si

Si beneficium ita naturæ tribuunt, ut arte tamen plurimum juvetur. utroque excelluiſſe ait Catium; quo blandiens facilius quod vult impetret. At ille, quin hoc ipſum, inquit, agebam: nempe ut memoriæ beneficio omnia illa de rebus ſubtilibus ſubtiliſſime diſputata retinerem. ſic enim vocabulum *tenue* hic accipio, ut *textura tenuis* Lucretius. *Torrent. Sive eſt natura.*] Ironica commendatio Catii, partim à natura, hoc eſt, naturali rerum cauſarumque cognitione; partim ab arte, hoc eſt, artificio culinario, præceptionibuſque opſonandi. *Cruquius. Mirus utroque.*] Tu in utroque es admirandus. Ironica eſt commendatio, ut eum impellat ad dicendum.

8. *Quin id erat.*] Profecto (inquit Catius) hoc agebam. *Tenerem.*] Ut tenerem memoria.

9. *Tenues.*] Res ſubtiles. *Peractas.*] Diſputatas.

10. *Ede hominis nomen.*] Dic nomen Magiſtri tui, inquit Horatius.

11. *Ipſa memor præcepta canam.*] Verba Catii.

12. *Longa quibus.*] Doctrinam ſuam bonus ille præceptor, ut cœnam Romani, ab ovis exorſus eſt. Neque hic de ſingulis præceptis diſputare velim, rectene an ſecus ſeſe habeant: hoc tantum dicam, errare illos, mea quidem ſententia, qui contendunt nullum ſerio tractari ab Horatio. Nam vel illud quod de ovis eſt, Columellam & Plinium aſſertores invenit. *Torrent. Facies ovis.*] Forma vel figura.

13. *Ut ſucci melioris.*] Ut gratioris ſaporis.

14. *Ponere.*] Menſæ apponere. *Namque marem cohibent calloſa vitellum.*] Nam ova dura veluti callo obducta marem vitellum, id eſt, ſemen maſculi continent. *Calloſa.*] Oblonga probat ova; quia marem continent; ideoque magis calloſa ceteris, & melioris ſunt ſucci, & candore quoque gratiora. *Calloſum* autem, ut durum magis ac ſpiſſum, *tenero* opponitur: & *callus ovi*, ni fallor, albumen ipſum, ſive candidum eſt (λεύκωμα vocant Græci) quo luteum ovi ſeu vitellus, unde pullo vita eſt, circumdatur; denſius ob calorem, cum natura marem parturit. Sunt qui callum ovi teſticulam eſſe credant. *Torrent.*

15. *Qui ſiccis crevit.*] Dulcior caule agreſti, qui, &c.

16. *Irriguo nihil eſt elutius horto.*] Quo magis has deliciarum nugas exagitet Horatius, ita loquitur, ut quid voluerit dicere, intellectu difficile ſit: ut hoc loco conſtat. *Irriguum* tamen *hortum* vocari arbitror, qui aſſiduis fontium aut aquæductuum irrigationibus plus æquo madeat, quo caulium aliorumque oleorum virtus elangueſcit: proinde dulciora omnia in agro naſci, qui tempeſtiva de cœlo pluvia irroretur. *Elutius* ergo pro languidius, ſtupidiuſque, & inſulſius, interpretabimur: à coloribus ducta, ut puto, metaphora, quos

cum

Si veſpertinus ſubitò tè oppreſſerit hoſpes,
Ne Gallina malùm reſponſet dura palato,
Doctus erit, vivam miſto merſare Falerno:
Hoc teneram faciet. pratenſibus optima fungis
Natura eſt: aliis malè creditur. ille ſalubreis
Æſtates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet, ante gravem quæ legerit arbore Solem.
Aufidius forti miſcebat mella Falerno,

Men-

cum pleni ac ſaturi ſumus laudemus, dilutos minime. Gellius lib. xx. cap. I. ubi de XII. tabb. agit. *Irriguo nihil eſt elutius horto.*] Scripſerat abſque dubio Poëta, *irrigui nihil eſt elutius horti.* Melius ad mentem. Nihil eſt elutius horti irrigui caule. *Heinſ. Irriguo nihil eſt.*] Nihil eſt inſipidius caule hortenſi multis aquis irrigato.

17. *Si veſpertinus.*] Sic in Epiſt.

Gnavus mane forum, & veſpertinus pete tectum.

Elegans quoque verbum *reſponſare palato*; ut *reſponſare cupidinibus*, *reſponſare fortunæ*, pro obniti & reluctari. *Torrent. Si veſpertinus.*]: Si veſperi hoſpes adveneris.

18. *Reſponſet dura palato.*] Ne gallina male adverſetur palato, & faucibus reluctetur.

19. *Doctus eris.*] Noſſe debes. *Miſto merſare.*] Falerno cum aqua diluto.

20. *Hoc teneram faciet.*] Ac proinde ori ac ſtomacho & aptiorem & gratiorem. *Tenerum* igitur in cibis opponitur *duro*. Græci τακερὸν καὶ ψαθυρὸν καὶ ἁπαλὸν vocant: Pet. Victorius l. XXXIX. cap. III. Nunc quoque inciſo gutture capos gallinaſque in aquam illico injiciunt, ut palpitantes moriantur, quo reddantur teneriores: quod haud dubie celerius fiet admixto vino, ut præcipit Catius, etiam mero, niſi impenſæ parcas. *Torrent. Hoc teneram.*] Hæc res mollicellam efficiet carnem. *Pratenſibus optima fungis Natura.*] Hoc quoque ambigue dictum eſt. Nam qui ſub *pratenſium* nomine, fungis humili & uliginoſo loco natis palmam tribuat, præſertim tamquam ſalubrioribus, is profecto multum erret. Terram enim amant putrem, tenuemque magis & aëriam, quam denſam atque pinguem; hi præſertim qui innoxii habentur. *Prata* vero etiam in montibus eſſe poſſunt: cum ab uſu villici ad fœnum herbamque, non à ſitu ipſo appellentur; nec ideo minus prata ſint, quod arbores quoque ferant. *Torrent.*

21. *Aliis male creditur.*] Aliis fungis periculoſum eſt veſci.

22. *Qui nigris prandia moris Finiet.*] Non minor ſuper *moris* quam *fungis* altercatio eſt: nam qui Catii doctrinam defendat, is Galenum cum tota medicorum gente graviter offenderit. *Mora* enim, quod leviter refrigerent, vacuo inferri ventriculo non improbant: at mala comminantur, ſi poſt alia cibaria ſumantur. Hoc veriti fortaſſe Turnebus & Lamb. nil præter mora pranderi debere ajunt. quæ profecto ſententia non tam ridicula eſt, quam nonnulli exiſtimant, ſi de æſtivo, hoc eſt, leviſſimo prandio locum hunc interpretemur: quaſi in ſummis caloribus contenti eſſe debent, qui prolixe cœnaturi ſunt; Atque ea, ni fallor, ratione ſumta mora adverſus æſtum plurimum profuerint. Jam vero ante ſolem legenda eſſe, nec medici negaverint. *Torrent.*

23. *Finiet.*] Terminabit. *Ante gravem quæ.*] Quæ mane ex arbore decerpſerit.

24. *Forti miſcebat mella Falerno.*] Vini quidem auſteritatem veteres melle

tempe-

Mendoſè: quoniam vacuis committere venis
Nil, niſi lene, decet. leni præcordia mulſo
Prolueris meliùs. ſi dura morabitur alvus,
Mitulus & viles pellent obſtantia conchæ:
Et lapathi brevis herba: ſed albo non ſine Coo.

Lubri-

temperabant, quod & Virg. docuit; nec temperatura melior, quam illa de qua Horatius Sat. II. lib. II.

—— *Niſi Hymettia mella Falerno*
Ne biberis diluta.

Verum de *promulſide* hic agitur, quod & ipſa præcepti ratio manifeſte oſtendit, & recte obſervavit Turnebus libro I. c. XXVIII. Inter *mulſum* autem & *promulſidem* differentia non in re ipſa, nam *promulſis* etiam *mulſum* eſt, ſed in eo tantum conſiſtit, quod prima cœnæ potio proprie *promulſis* dicebatur: quam leviorem eſſe debere merito indicat Catius, atque adeo multi principio menſæ non ex vino, ſed ex aqua, mulſo (ὑδρόμελι vocant Græci) utebantur. At liberalior Catius, qui ὑδρόμελι quidem non damnat, ſed vino molliore confici *promulſidem* præcipit. Qua in re hoc quoque obiter addendum, à prima illa potione etiam primam cœnæ partem, quam *antecœnam* appellat Macrobius, (Itali nunc *antipaſtam*) promulſidem quoque vocari. *Cœna* ergo proprie ipſum cœnæ corpus eſt, inter *antecœnam* ſeu *promulſidem* & *bellaria*. Vide Macrob. lib. III. c. XIII. Simum. *Torrent.* *Forti Falerno.*] Auſtero Falerno.

26. *Mulſo.*] Melicrato.

27. *Prolueris.*] Verbum aptiſſimum, quo vim illam mulſi in abſtergendo ſignificat, minus haud dubie efficacem, ſi vini obſtet auſteritas. Atque ita lib. I. Sat. V.

Multa prolutus vappa. —— Torrent.

Si dura alvus.] Si venter ſeſe non exoneret.

28. *Mitulus.*] Sic optimi quique codices. Recte autem de promulſide agens, *conchas* adjungit; nam initio prandii ſæpius ponuntur. Quare apud Macrobium quoque antecœnam inſtruunt echini & oſtreæ: lubrica enim ſunt, & alvum movent. quæ virtus tamen non tam carni, quam ſucco illi ſalſuginoſo, in quo natant, (Græci ἅλμην vocant) attribuitur, idque univerſo illi generi commune eſt: juvaturque, ſi cum lapatho, ſive rumice, & vino, maxime albo, coquantur; teſte etiam Athenæo lib. III. Pet. Victor. lib. III. cap. XIII. *Mutilus* ſcribi debere cenſet: ideo maxime, quod *Tellinas* Græcis dictas à Romanis μύτλους vocari ait Athenæus. Verum alii *mituli* quam *tellinæ*, ut volunt ii, qui noſtra ætate diligentiſſime de piſcibus ſcripſere. *Mitulus* omnino Latinum nomen eſt. neque aliud occurrit quo *tellinæ* aptius nominentur: quæ hodieque nomen ſervant & plurimo in uſu incoctæ vino. Quod autem de *lapatho* additur, nihil neceſſe eſt ita interpretari, quaſi *conchulæ* ventri movendo per ſe non ſufficiant, ideo *lapatho* incoquendæ; movent enim illæ; movet & *lapathum*, cujus plures eſſe ſpecies Epod. II. diximus: movet denique *Coum album*, quod Cato quoque nos docuit: ut ſi omnia hæc ſimul miſceantur, verendum ne convivæ de cœna ſurgant: quare *lapathum cum Coo* disjungi à *conchulis* malim. Lector cogitet. Leviter enim movent ſingula, nec magnum in mixtione periculum. *Torrent.* Turneb. lib. I. c. 24.

Mitulus.] Muſculus Angl. a muſſell.

Et viles pellent.] Conchæ parvi pretii.

Obſtantia.] Ut venter non ſit laxus.

29. *Et lapathi brevis herba.*] Et rumex, herba, quæ brevia & acuta habet folia, ventrem etiam evacuat. *Coo.*] Non ſine vino, ſic dicto ab inſula Co.

30. *Lubri-*

Lubrica naſcentes implent conchylia Lunæ.
Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ.
Murice Bajano melior Lucrina peloris:
Oſtrea Circeis, Miſeno oriuntur echini:
Pectinibus patulis jactat ſe molle Tarentum.

Nec

30. *Lubrica naſcentes implent conchylia Lunæ.*] Idem Ariſtoteles tradit, & his verbis etiam Plinius lib. II. cap. XLI. *Lunari nempe poteſtate oſtrearum, conchyliorumque, & concharum omnium corpora augeri ac rurſus minui.* Notandumque, Horatium, & cum alvum levari conchis dicit, & cum creſcente luna impleri conchylia, & cum non omne mare generoſam teſtam ferre, his vocabulis promiſcue uti. E quibus *teſta* quidem nihil ad piſces attinet, uſu tamen obtinuit, ut quæ à cutis ſeu integumenti potius duritie Græce ὀστρεῖα & ὀστρακόδερμα vocantur, ea nunc fere *teſtacea* nominentur, quod teſtæ inſtar dura ſint. Differunt vero *conchæ*, *oſtrea*, & *conchylia.* quod ni ita eſſet, non tamquam diverſa poneret Plinius. Turneb. l. I. c. 24. & lib. 21. cap. 21. *Torrent. Lubrica naſcentes implent conchylia.*] Conchylia generoſa lubricam reddunt alvum. *Lunæ.*] Luna accreſcente, conchylia implentur.

31. *Generoſæ fertile teſtæ.*] Generoſorum teſtaceorum.

32. *Murice Bajano melior Lucrina.*] Hunc verſum ſic intelligo, ut *Muricem Bajanum*, & *Lucrinam Peloridem* ceteris quidem ſui generis præferat; *Peloridem* tamen *Murici* anteponat. Errant enim veteres interpretes, qui ita exponunt, ut meliores murices in Lucrino ſinu, quam in Bajano littore, capi dicat Catius. Differunt enim ſpecie *murex & peloris.* utraque quidem concha: ſed *peloris* inter chamas habita; quæ à reliquis conchis eo maxime diſtant, quod ſemper hiant & teſtam apertam gerunt ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι, unde & *hiatulas* nonnulli appellant: *murices* vero (dicti à ſimilitudine muricum ferreorum, qui Græce τρίβολοι vocantur, quorum in bello ad inſidias uſus) cluſi ſunt; & flore magis quam guſtu commendantur, ſicut & purpuræ. Jure itaque *peloridem* anteponit Catius, quamquam & *murices* in pontificali illa Macrobii cœna referuntur, nec *peloridem* admodum probat Martialis, nunc aquoſam, nunc fatuam nominans, lib. 10. ep. 37. *Torrent. Lucrina peloris.*] Peloris in ſinu Lucrino capta.

33. *Oſtrea Circeis.*] *Oſtreorum* nomen generale eſſe, & teſtacea omnia complecti ante notavimus: ſed ſpeciatim de iis dicitur, quæ omnibus nota ſunt; & *oſtrea* quoque appellantur: *Olim*, ut inquit Plinius, *menſarum palma ac gloria; quarum poſtquam domiciliis inquiri cœpere, magnum gulæ certamen incidit, quæ alia aliis præferantur.* Catii iſte doctor, Circeiis nata, plurimi fecit: quæ & apud Juvenalem Sat. IV. collaudantur. Lego igitur *Circeiis* non *Circæis.* nam *Circeii* populi, olim inſula, antiqui Latii finis, teſte Plinio lib. III. cap. V. Elegans autem loquendi genus, *Oſtrea Circeiis*: perinde ac ſi alibi nata, ſi cum his conferantur, vix *oſtrea* dici poſſint; ſicut nec *echini*, niſi ad Miſenum orti. Notandumque *echinos* hic inter teſtacea ab Horatio annumerari, ex Ariſtotelis ſententia. *Torrent. Oſtrea Circæis.*] Oſtrea Lucrina ſunt meliora oſtreis Circæis, ubi Circe filia Solis habitavit. *Miſeno oriuntur Echini.*] In Miſeno Bajarum portu, ubi Miſenus Æneæ nauclerus undis ſubmerſus periit.

34. *Pectinibus patulis.*] *Pectines* Græce κτένες, duabus conſtant teſtis ſtriatis ac ſpiſſis, quæ ſuperiore parte ſtrictiores, inde in orbem dilatantur; unde *patulos* appellat Horatius, juniores *pe-*

Nec ſibi cœnarum quivis temerè arroget artem,
Non priùs exacta tenui ratione ſaporum.
Nec ſatis eſt cara piſceis avertere menſa,
Ignarum quibus eſt jus aptius, & quibus aſſis
Languidus in cubitum jam ſe conviva reponet.
Umber & iligna nutritus glande, rotundas
Curvet aper lanceis carnem vitantis inertem.

Nam

ctunculi vocantur; quamquam non deſunt, qui *pectunculos* ſpecie à *pectinibus* differre putent. *Molle* autem *Tarentum* appellans, ut aliubi *imbelle*, Tarentinorum mores haud dubie reſpicit. Nec ſcio quare in hoc erraſſe dicat Flaccum Macrobius lib. III. cap. XVIII. Turneb. lib. I. cap. 24. *Torrent. Pectinibus patulis jactat ſe.*] Piſcibus os aperientibus, qui conchas habent ſerratas ad ſimilitudinem pectinis. Angl. *cockels*. *Molle Tarentum.*] Parentum mollitie & luxu diffluens.

36. *Ni prius exacta tenui ratione ſaporum.*] Niſi prius explorata ſaporum ratione, quæ tenuis eſt & difficulter percipitur.

37. *Cara piſceis avertere menſa.*] Legitur *avertere*, & in pluribus manuſſ. ſed magis placet *averrere*: neque enim minore ſæpe negotio piſces è macello, ob licitantium improbitatem, quam è mari everruntur. *Menſam* itaque intelligere debemus, in qua venales ſunt piſces, ut & *argentariorum menſas* dicimus. *Torrent. Menſa.*] Piſces è macello piſcatorio, caro pretio emere & auferre.

38. *Quibus eſt jus aptius.*] Elixis ſcilicet. nam hi fere ex jure aliquo ſumuntur: nec aſſis ſua condimenta deſunt; ſed illi in ſuo jure natant. Unde factum fortaſſis, quod obſervavit Turnebus, ut qui ſic cocti ſunt, *patinarii* appellentur; ad *aſſorum* differentiam. *Torrent.* *Quibus eſt jus aptius.*] Quibus piſcibus jus conveniat.

39. *Et quibus aſſis Languidus.*] *Aſſum* erat veteribus, quicquid ſine condimento ullo & jure apponebatur. Nonius: *Aſſum autem exiſtimandum eſt, ut in obſoniis ſine pigmento ſaporis alieni. quemadmodum merum dicitur ſolum.* Ita ergo Catius, Non ſatis eſt, inquit, magno precio emiſſe piſces, ſi quis ignoret, quibus jus ſit aptius: & quibus aſſis, hoc eſt, ſine ullo jure appoſitis, conviva, jam languidus ac edendo ſatiatus, magis delectatus, de integro veſci incipiat. Memento ergo opponi piſces aſſos & conditos. *Heinſius. Languidus in cubitum jam ſe conviva reponet.*] Tamquam in nova fame iterum ſe operi accinget. Repetenda vero quæ notavimus lib. I. Od. XXVII.

Et cubito remanere preſſo.

Torrent. *Languidus in cubitum.*] Alludit ad antiquum ex tricliniis cœnandi morem, è quibus convivæ accumbentes, corpore leviter in ſiniſtrum cubitum inclinato, cibum potumque tantiſper capiebant, dum eſſent ſaturi. *Cruquius. Languidus in cubitum.*] Crapula ſatiatus inſurget iterum ad edendum, quaſi ad novas delicias excitatus.

40. *Umber & iligna.*] *Umbrum* hic laudat *aprum* glande ex ilice paſtum, aliubi vero *Lucanum*, aliubi *Marſum*, ut ludere Poëtæ ſolent. *Torrent. Umber & iligna.*] Ex Umbria aper.

41. *Curvat.*] Mallem *curvet*, ut plures habent M. S. Totos autem ponebant apros, ut lances curvari minime mirandum ſit. Juvenalis:

—— Quanta eſt gula quæ ſibi totos
Ponit apros. ——

Torrent. *Curvet aper.*] Oneret. *Inertem.*] Carnem pinguiorem, ſed inertia & otio comparatam.

42. *Lan-*

Nam Laurens malus eſt, ulvis & arundine pinguis.
Vinea ſummittit capreas non ſemper eduleis.
Fecundi leporis ſapiens ſectabitur armos.
Piſcibus atque avibus quæ natura & foret ætas,
Ante meum nulli patuit quæſita palatum.
Sunt, quorum ingenium nova tantùm cruſtula promit.
Nequaquam ſatis in re una conſumere curam:
Ut ſi quis ſolum hoc, mala ne ſint vina, laboret,
Quali

42. *Laurens malus eſt, ulvis.*] Malus eſt aper nutritus in agro Laurenti. Quod eſt Latii oppidum. *Ulvis & arundine.*] *Laurentes* enim maritimi, locis nunc quoque paludoſis. unde Mart lib. x.

Et Laurentino turpes in gurgite ranas.

Torrent.

43. *Vinea ſummittit capreas.*] Capreas ſylveſtres. Sic loquitur ut paulo ante,

—— Miſeno oriuntur echini.

Vult enim non alias laudari *capreas*, quam quæ ſubinde vitibus paſcantur, & ne tunc quidem ſemper edules eſſe; cujus tamen peculiaris aliqua ratio mihi non conſtat: nam neque *cervi*, neque *apri* quavis anni tempeſtate laudantur. *Torrent. Summittit capreas.*] Suppeditat & nutrit. *Non ſemper edules.*] Capreas non aptas eſui.

44. *Fœcundi leporis.*] Nota *leporis* fecunditas, vel ex Plinio lib. VIII. cap. LV. Et hoc plane ridiculum eſt, quod nonnulli, tamquam rem notandam, legi etiam *fecunda* nos monuerunt: eamque lectionem ſecuti ſunt, ideo maxime, quod femellæ caro ſucculentior ſit. Verum hi ipſi Catium ubique exagitant, tamquam abſurda ſint omnia, quæ loquitur: labi igitur hic quoque permiſiſſent, & maſculum præferre. taceo quod incerti ſexus eſſe leporem veteres credidere. *Sapiens ſectabitur armos.*] *Sapiens* communi loquendi uſu dicitur, quicumque rei, de qua agitur peritus eſt. qui ergo ad gulam eſt ſapiens, armos præferet. *Armos* autem intelligo carnem illam, quæ in ſummo circa armos ac ſpinam eſt. *Torrent. Sapiens ſectabitur armos.*] Qui palatum ſapit.

45. *Natura & foret ætas.*] Hæc tanta rerum naturalium peritia, non ultra palatum extendenda eſt. *Torrent.*

46. *Nulli patuit.*] Nulli cognita fuit. *Palatum*] Sapor in lingua & palato conſiſtit.

47. *Cruſtula promit.*] Placentas adinvenit.

48. *Nequaquam ſatis.*] Senſus eſt, Non ſatis eſt eleganti opſonatori, ut unius condimenti aut confectionis ſit peritus, in eoque omnem curam & ſtudium impendat: ſed etiam neceſſe eſt in omnibus eum culinæ partibus eſſe artificioſum & diligenter exercitatum. *Cruquius. Nequaquam ſatis.*] Diſtinguo hoc modo:

Sunt quorum ingenium nova tantum cruſtula promit;
Nequaquam ſatis in re una conſumere curam.

Satis enim non eſt ἅλις, ſed ἅλις ὄν. hoc eſt, cum non ſit ſatis; vel, quandoquidem non eſt ſatis, in una re curam conſumere. Tale eſt illud hac ipſa,

Ne gallina (malum) reſpondet dura palato:

Ita enim ſcribendum. *malum*, κακὸν ὄν. Quandoquidem hoc malum eſt & ingratum palato. Græca parentheſi. *Heinſius. Nequaquam ſatis.*] Non ſatis.

49. *Hoc, mala ne ſint vina.*] Si hoc curet ſolum.

Quali perfundat piſceis ſecurus olivo.
Maſſica ſi cœlo ſupponas vina ſereno;
Nocturna, ſi quid craſſi eſt, tenuabitur aura,
Et decedet odor nervis inimicus: at illa
Integrum perdunt lino vitiata ſaporem.
Surrentina vafer qui miſcet fæce Falerna
Vina, columbino limum bene colligit ovo:
Quatenus ima petit, volvens aliena vitellus.
Toſtis marcentem ſquillis recreabis, & Afra
Potorem cochlea. Nam lactuca innatat acri
Poſt vinum ſtomacho: perna magis, ac magis hillis
Flagi-

50. Securus olivo.] Non curans.

51. Maſſica.] De vini Maſſici præſtantia ante diximus; diximus etiam de colatione vini lib.2. Od.11. hujus ergo loci ſententia eſt, Maſſica vina corrumpi, ſi quis per colum ſive ſaccum vinarium ea liquare tentet: at vero commodiſſime extenuari & ſine noxa, ſi nocturnæ exponantur auræ. Qua de re Athenæus quoque lib. 1. & Plinius XIV. cap. XXI. Torrent. Maſſica ſi.] Vina optima in monte Maſſico nata, vide Od.1. lib.1.

53. At illa.] Vina Maſſica.

54. Vitiata ſaporem.] Lineo ſacculo percolata.

55. Surrentina.] Vinum Surrentinum, ob acerbitatem ægre matureſcens, non ante annum quintum & vigeſimum probabatur; utile convaleſcentibus, ob tenuitatem ſalubritatemque. Turneb. lib.1. c.24. De Surrentino autem Athenæus, Dioſcorides, Plinius lib. XIV. cap. VI. Torrent.

56. Limum.] Fæcem.

57. Quatenus ima petit.] Quoniam in fundum decidit vitellus. Volvens aliena vitellus.] Deducens aliena à natura vini, id eſt, fæces.

58. Toſtis marcentem ſquillis.] Inſtructa utcumque jam cœna, præcepta adjungit, quibus laſſus refici ſtomachus poſſit: ut puta ſquillis, maxime ſi toſtæ apponantur, & cochleis quæ potorem excitent. neque hîc tam pretio opus eſt, quam cibi novitate, & levitate aliqua, quæ nauſeam reprimat. Nam quod lactucis ad id utebantur, quæ vini vim frangerent, ac crapulæ reſiſterent; damnat hoc Catius, nec immerito. Inde enim factum eſt, ut communi quodam conſenſu claudere cœnam ſolita, mox initio tantum poneretur. Addit neminem mirari debere iſtiuſmodi rebus ventriculum recreari, cum pernis quoque & hillis tunc gaudeat, & immundis allata è popinis malit, quam vel ſumtuoſiſſima quæque, unde ſatietas augeatur. Hæc eſt hujus loci periphraſis. Sunt autem ſquillæ inter cruſtacea. & hîc quidem de minoribus agitur. Torrent. Marcentem ſquillis recreabis.] Potorem languentem ſquillis revocabis ad edendum & bibendum.

59. Lactuca innatat acri.] Lactucam poſt epulas & vinum largius ſumptum, eſitare ſolebant.

60. Perna magis ac, &c.] Hoc eſt, ſi cochleis aſſis non recreetur, cedat & reficiatur elixa perna, in morſus & minuta fruſtula conciſa; & hillis, hoc eſt, iſitiis, tomaculis, lucanicis & id genus inteſtinis & confectis carnibus ſuillis & arvina fartis, potius quam lactucis. Cruquius. Hillis.] Tenuiſſimis inteſtinis ex carnibus ſuillis & arvina factis.

61. Fla-

Flagitat in morſus refici: quin omnia malit,
Quæcumque immundis fervent allata popinis.
Eſt operæ pretium duplicis pernoſcere juris
Naturam. ſimplex è dulci conſtat olivo,
Quod pingui miſcere mero muriaque decebit;
Non alia, quàm quâ Byzantia putruit orca.
Hoc ubi confuſum ſectis inferbuit herbis,
Corycioque croco ſparſum ſtetit; inſuper addes
Preſſa Venafranæ quod bacca remiſit olivæ.

Picenis

61. *Flagitat in morſus refici.*] Vir doctiſſimus Petrus Scriverius, *immorſus* legebat, contra nonnullos, qui Latine id dici negant. Vetus Gloſſographus Iſidori nomine publicatus, *immorſus*, *jejunus*. Sane ſecutus optimo. Ante oſtendit, quomodo marcentem reficere; jam vero, quomodo jejunum excipere oporteat. *Heinſius.* *Flagitat in morſus refici.*] Convivam nauſeans vult refici, &c.

62. *Popinis.*] E popinis, quæ ſolent eſſe immundæ.

63. *Duplicis pernoſcere juris Naturam.*] Iſtiuſmodi juris deſcriptio Satyra VIII.

His mistum jus eſt. ——
Verba autem illa,
—— *Simplex è dulci conſtat olivo,*
parentheſi includi velim: quo apertius ſit, ſimplex jus eſſe, quod unum tantum; duplex quod mixtum ac varium. qui plura velit, Platinam conſulat l. VI. De honeſta voluptate. *Torrent.*

64. *Simplex è dulci.*] Simplex jus.

66. *Non alia quam qua.*] Non quævis muria, ſed ea quæ, &c. *Byzantia putruit orca.*] In noſtris pœne omnibus libris legitur *patuit*, & *orcha* pro *orca*. Sed *putruit* ſervare debet, qui Lambini interpretationem tueatur: aliud enim *putere*, de quo Satyra præcedente. De *orca* vero bellua marina ingentis magnitudinis, à vaſis olearii ſeu vinarii, aut aquarii ſimilitudine ſic dicta, balænis infeſta, pulcerrime Plinius lib. IX. c. VI. Cur autem *muriam* ex tali monſtro liquefacto præferat Catius, nulla alia idonea meo judicio cauſſa reddi poſſet; quam ut tanto magis auditor ſtupeat: niſi quis forte *orcam* pro thunno poni exiſtimet. Ego verò *orcam* pro illo ipſo vaſe teſtaceo, non pro bellua ad ejus ſimilitudinem dicta, accipio, quæ recte *putere* dicitur; gravis enim muriæ & gari ex piſcibus præſertim eſt odor. *Torrent.* *Orca.*] Orca eſt vas fictile Conſtantinopolitanum ventricoſum & ore anguſto.

67. *Hoc ubi confuſum.*] Vinum pingue cum muria. *Sectis inferbuit.*] Herbis minutim conciſis & incoctis.

68. *Corycioque croco ſparſum.*] Cilicio croco ſic dicto à monte Coryco in Cilicia. *Sparſum ſtetit.*] Ingenioſe Turnebus lib. I. cap. 24. *Ante*, inquit, *liquidum, poſtquam coquendo jam concretionem aliquam adeptum eſt, recte ſtare dicitur.* Ego vero id quod jam concretum ſit, jus recte dici non exiſtimo. Liquidum enim eſſe oportet, in quo natare ficedulæ aut piſces poſſint, ut paſſim loquuntur auctores. *Stare* ergo dicit Poëta, quod incoctum herbis jam deferbuit: tunc enim ſpargi croco jubet, & mox oleum addi. Atque ita Virgilius:

Cum placidum ventis ſtaret mare. ——
Poſtquam ſcilicet jam fervere deſierat. In hac autem juris compoſitione quod dulce olivum pingui miſcere mero præcipit; quum dulce vinum, pingue olivum, aptius dixiſſet; id vel ad oſtentationem referendum, ne vulgaria ſequi

videatur,

Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco:
Nam facie præſtant. Venucula convenit ollis.
Rectiùs Albanam fumo duraveris uvam.
Hanc ego cum malis, ego fæcem primus & alec,
Primus & invenior piper album, cum ſale nigro
Incretum, puris circumpoſuiſſe catillis.

Imma-

videatur, vel ad artem potius. pingue enim vinum, hoc eſt, craſſum, non defœcatum, non ſacco colatum, magis convenit. *Torrent.* *Stetit.*] Propemodum concrevit. *Inſuper addes.*] Superinfundes oleum Venafranum.

70. *Picenis.*] Quod nunc ſequitur, ad ſecundam menſam ſpectat; quæ pomorum, teſte Servio, dicebatur. atque ita Turnebus obſervavit, quem ſequor. De *Picenis* autem *pomis* etiam Sat. præcedente fit mentio. nomen habent à patria, ut *Amerina* & *Graecula*: alia ab inventorum familiis, ut *Matiana*, *Sextiana*, *Manliana*, &c. Plinius lib. xv. cap. xiiii. *Torrent.* *Picenis.*] Picena mala ſunt dulciora Tiburtiis [illegible]dem puto à Naſidieno nominari [illegible], à mellon [illegible] Catoni [illegible] pi. Co[illegible] rata. [illegible] Tybure nata.

71. *Facie præſtant.*] Pu[illegible] præſtant. *Venucula.*] Sic noſtri quoque meliores codices, non *venuncula*. At Plinius lib. xiiii. cap. ii. ſi ſcriptura proba eſt, *veniculam* vocat, ollis (ut inquit) aptiſſimam. Hinc porro *ollares uvæ*, & in veteri Lexico, *Ἐολλάρες*, *racemi conditi*. Torrent. *Venucula convenit ollis.*] Uva Venucula melius in ollis conditur.

72. *Albanam fumo.*] Uvam Albanam. *Fumo duraveris.*] De hac quoque ſervandi uvas ratione Plinius l. xiiii. cap. ii. *Torrent.*

73. *Hanc ego cum malis, ego.*] Hanc uvam Albanam ego primus invenior circumpoſuiſſe in mundis & nitidis catillis. *Fæcem primus & alec.*] *Fæx* cujuſcumque rei excrementum eſt: hic tamen, ni fallor, aut idem eſt quod *fæcula*, de qua mox Sat. viii. aut certe liquamen aliquod ex vini fæce expreſſum. De *alece* vero non parva dubitatio eſt. dicam tamen quod ex auctoribus obſervavi. *Alec* igitur, aut *allec*, ut in antiquiſſimis membranis ſcribitur, numquam autem per aſpirationem, niſi apud Nonium, non certi alicujus piſcis nomen eſt, in quo multos erraſſe video: ſed genus potius, ſub quo minimi quique ac viliſſimi piſciculi continentur: quos in univerſum *alecarios* vocat Theodorus Gaza. hoc loco tamen non pro piſciculis ipſis, ſed pro liquamine ex minutis piſciculis accipitur, quo gula irritetur, ſicut & Sat. viii. Neque quo à *muria* vel à *garo* differat, facile dixerim. *Torrent.* [illegible] *primus & halec.*] Halecem fæcem [illegible] [illegible] lectio. pro qua [illegible] ſcripſerat Lamb. Canterus Nov. lect. l. 4. c. 12. Quod autem ſequitur,

—— *Piper album cum ſale nigro*,

Hypallagen eſſe annotat ignotus Scholiaſtes, pro *piper nigrum cum ſale albo*: ſed male. nam & *ſale nigro* nunc quoque plebs Itala utitur, neque is albo in ſaliendo deterior eſt: & *album piper* agnoſcit Dioſcorides lib. ii. cap. clxiii. idque interpretando Poëtæ ſatis eſt. *Incretum* vero, pro incerniculo purgatum, bene exponit Lamb. vetus interpres, pro *permixtum*. Torrent.

75. *Incretum, puris.*] Permixtum, vel incerniculo purgatum. *Puris catillis.*] Nam quidquid immundum eſt & ſordidum

Immane eſt vitium, dare millia terna macello,
Anguſtoque vagos piſceis urgere catino.
Magna movent ſtomacho faſtidia, ſeu puer unctis
Tractavit calicem manibus, dum furta ligurrit:
Sive gravis veteri crateræ limus adhæſit.
Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſcobe, quantus
Conſiſtit ſumtus? neglectis, flagitium ingens.
Ten' lapides varios lutulenta radere palma,
Et Tyrias dare circum illota toralia veſteis?

Obli-

dum illotumque; præterquam quod oculos offendat, ſtomacho quoque nauſeam non parum movet. Quod Naſidienus etiam non ignorans; jubet alterum puerum menſam acernam pertergere, & alterum tollere quidquid poſſet cœnantes offendere. *Cruquius.*

76. *Dare millia terna.*] Tria millia ſeſtertiûm inſumere piſcibus in macello venalibus.

77. *Anguſtoque vagos piſceis.*] Et in anguſtis patinis grandes piſces continere.

78. *Magna movent.*] Magnam nauſeam movent, hæc, ſive, &c. *Movent ſtomacho faſtidia.*] *Movet* habent quinqui libri M. S. quod magis placet. *Torrent.* *Unctis manibus.*] Sordidatis manibus.

79. *Dum furta ligurrit.*] Dum è patinis ablata vorat.

80. *Veteri cratera.*] *Veterem* vocat, vel antiqui operis, ideoque pretioſiorem, vel, quæ à majoribus per manus tradita, invitationem faciebant: ut in Didonis convivio.

—— *Quæ Belus & omnes*
A Belo ſoliti.

Cruquius in Bland. vetuſtiſſimo ſcriptum eſſe dicit, *veteri creterra*, quam Nonius, ſitulam eſſe dicit. *Torrentius.*

81. *Vilibus in ſcopis.*] In ſcopis parvo pretio habendis. *In mappis.*] Quibus convivæ manus unctas tergant. *In ſcobe.*] Lampridius Elagabalo: *Scobe auri* porticum ſtravit & argenti, dolens quod non poſſet & electri. Similis autem huic locus ille Juvenalis Sat. XIII.

... *Verre pavimentum*, &c.

Et paulo poſt,

—— *Et tamen uno*
Semodio ſcobis hæc emendat ſervulus unus.

Errant igitur qui *ſcobe* patinas defricari volunt. Turneb. lib. 1. cap. 24. *Torrentius.* *In ſcobe.*] Quo vaſa defricata ſplendeant. *Quantus.*] Quam parvus ſumptus?

82. *Neglectis.*] Quo ſumptus eſt minor, eo culpa eſt major.

83. *Ten' lapides varios, &c.*] Tene decet (ô Horati) pavimenti marmorea verſicoloria, ſcopa ex palma mundare? *Lapides varios lutulenta radere palma.*] *Varios lapides* ipſa pavimenta appellat, vario lapide ſeu marmore conſtrata. Male igitur qui *parios* ſubſtituunt. marmoris enim periphraſis eſt ob colorum fere diſparitatem. quemadmodum & *panthera* à maculis dictæ olim *variæ*, & à ſimili varietate *menſæ Citriæ pantherinæ*. Plinius lib. VIII. cap. XVIII. *Torr.*

84. *Et Tyrias dare.*] Et purpureas veſtes ſubſternere toralibus ignotis? *Tyrias dare circum.*] Senſus eſt, Tene decet circum Tyrias veſtes dare illota toralia, hoc eſt, purpurea lectorum inſtragula circumdare & contegere ſubſtragulis impuris & immundis; & non potius contra, tegere ſordida toralia purpureis ſtragulis? *Cruquius.* *Illota toralia.*]

Oblitum, quantò curam ſumtumque minorem
Hæc habeant, tantò reprehendi juſtiùs illis,
Quæ niſi divitibus nequeunt contingere menſis?
Docte Cati, per amicitiam Divoſque rogatus,
Ducere me auditum, perges quocumque, memento.
Nam quamvis referas memori mihi pectore cuncta:
Non tamen interpres tantundem juveris. adde
Vultum habitumque hominis: quem tu vidiſſe beatus
Non magni pendis, quia contigit: at mihi cura
Non mediocris ineſt, fonteis ut adire remotos,
Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ.

SATYRA

ralia.] *Illuta* duo probatæ fidei codices, ut *illutos echinos* Sat. VIII. & ſic *elutum* pro dilutum. *Tyrias* autem *veſtes* cum dicit, veſtem haud dubie ſtragulam intelligit, de qua Sat. III.

—— Cui ſtragula veſtis
Blattarum ac tinearum epulæ.

Qua lecti ſcilicet tam triclinares, quam cubiculares inſternebantur, ut ex infinitis auctorum locis patet. Nam & Græci [illegible] & [illegible] vocant, ut ait Varro. Verum quid *toral* aut *torale* ſit, magis dubitatur. Nam ut hic *illota toralia* dixit Poëta, ſic *turpe toral* Epiſtola ad Torquatum. Et Varro quidem lib. III. Linguæ Lat. *Torale*, inquit, *quod ante torum eſt*. An ergo idem *toral* quod *ſtragulum*? Ego *toral* dictum puto, ex Turnebi & Lambini ſententia, ſtramentum lecto injectum involutumve, quod in quotidiano uſu erat ac manebat, cui ſolemnioribus conviviis pretioſa illa ſtragula pro tempore circumdabantur. Sic enim Ovidius loco ab aliis citato:

— In medio torus eſt de mollibus ulvis,
Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempore feſto
Sternere conſuerant.

Et Lampridius Elagabulo: *Primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit.* At nihil feciſſet eximium ſi de veſte ſtragula hoc intelligeretur. Turneb. lib. I. cap. 24. *Torrent.*

86. *Illis.*] Rebus nitidis & ſumptuoſis.

88. *Docte Cati.*] Jocatur Horatius ſuburbane illum Epicureum deridens, à quo Catius fuit inſtitutus. *Rogatus.*] Rogatus à me.

90. *Memori.*] Memoriter.

91. *Interpres tantundem juveris.*] Quum tu ſis tantum interpres, non potes mihi tantum prodeſſe renuntiando, quantum Magiſter ipſe loquendo, à quo hæc habes.

92. *Vultum habitumque.*] Geſtum & pronuntiationem Magiſtri tui.

93. *Quia contigit, &c.*] Quia tibi contigit audire & videre eum docentem.

94. *Fontes ut adire remotos.*] Ut audiam ipſos auctores & inventores hujus diſciplinæ.

95. *Atque haurire.*] Tota hæc Allegoria eſt irriſione plena.

SATYRA V.

Sub perſona Ulyſſis Tireſiæ umbram apud inferos conſulentis, Poëta inſidiatores & captatores teſtamentorum deſcribit.

HOc quoque Tireſia, præter narrata, petenti
Reſponde: quibus amiſſas reparare queam res
Artibus atque modis. Quid rides? jamne doloſo
Non ſatis eſt Ithacam revehi, patrioſque Penateis
Adſpicere? O nulli quidquam mentite, vides, ut
Nudus inopſque domum redeam te vate: neque illic
Aut apotheca procis intacta eſt, aut pecus. atqui
Et genus & virtus, niſi cum re vilior alga eſt.
Quando pauperiem miſſis ambagibus horres:
Accipe, qua ratione queas diteſcere. turdus,
Sive aliud privum dabitur tibi, devolet illuc,

Res

1. *Tireſia.*] Tireſias fuit vates Thebanus, cujus judicio Juno offenſa, eum oculis orbavit. *Præter narrata.*] Jam reditum prædixerat: ſed negaverat res ejus fore ſalvas, ſi Solis boves violari contingeret. ipſe igitur jam plurima perpeſſus, & deteriora metuens, vatem rogat quomodo vel amiſſa vel amittenda recuperare queat ac penſare damnum. *Torrentius.* *Præter narrata, petenti.*] Præter alia quæ mihi narraſti.

2. *Amiſſas.*] Naufragio perditas, ob Solis boves à ſociis violatos, contra Tireſiæ oraculum. *Cruquius.* *Res.*] Jacturas præteritas reſarcire.

3. *Artibus atque modis.*] Jure vel injuria. *Jamne doloſo Non ſatis eſt, &c.*] Scribe *doloſe*, ut lepidiſſimè illi alteri reſpondeat, *O nulli quicquam mentite.* Heinſius. *Doloſo.*] Δόλιος Græcis dictus, communi cum Mercurio epitheto. Videnda autem quæ notavimus libro I. Od. VI.

Nec curſus duplicis per mare Ulyſſei.

Eſt autem Emphaſis in verbis illis *Ithacam revehi*. votorum enim ſumma erat, patriæ, præ qua immortalitatem repudiaverat Ulyſſes, fumum aſpicere. At hìc à Tireſia ad recuperandas etiam opes conſilium expetit. *Torrent.* *Doloſo.*] Nonne ſatis eſt tibi aſtuto & fallaci? O Ulyſſes, &c. Sunt verba Tireſiæ.

5. *O nulli quidquam mentite.*] Magna divini illius Tireſiæ laus, qui, quod ex Homero M. Tullius quoque tradidit, ſolus apud inferos ſaperet, cum ceteri umbrarum modo vagarentur. *Torrent.* *O nulli quicquam.*] O vates veridice, inquit Ulyſſes.

6. *Te vate.*] Te vaticinante.

7. *Apotheca.*] Quid *horreum*, quid *apotheca*, vide lib. III. Oda XXVIII. *Apotheca procis.*] Penum, vel repoſitorium.

8. *Niſi cum re.*] Niſi cum divitiis. *Alga.*] Herba nullius uſus, vide Epod. 17. lib. I.

9. *Quando pauperiem, &c.*] Quoniam, &c. inquit Tireſias. *Ambagibus horres.*] Longo verborum circuitu omiſſo.

10. *Turdus.*] Sive turdus.

11. *Privum.*] Sic — *Priva triremis*, Epiſt. I. ad Mæcenatem, id eſt, ſua, ſive propria: opponitur enim navigio conducto.

Res ubi magna nitet, domino ſene: dulcia poma,
Et quoſcumque feret cultus tibi fundus honores,
Ante Larem guſtet venerabilior Lare dives.
Qui quamvis perjurus erit, ſine gente cruentus
Sanguine fraterno, fugitivus: ne tamen illi
Tu comes exterior, ſi poſtulet, ire recuſes.

Ut

ductò. De genuina autem vocabuli hujus ſignificatione recte Feſtus. ait enim *privos privaſque dixiſſe antiquos pro ſingulis; unde & privata dicantur quæ uniuſcujuſque ſint. hinc igitur & privilegium.* Quia vero, quæ ſingulorum ſunt, cariora habentur, quam quæ in uſu publico; factum inde, ut, quemadmodum ſingulare atque unicum, ſic etiam *privum* pro eo, quod eximium ac rarum ſit, & minime gregarium, accipiatur. ut apud Lucilium:

——— Abdomina thunni
Priva dabo. ———

Et hoc ipſo loco. aliter enim exponere frigidum ſit & inane. *Torrent. Privum.*] Sive aliud privatum. *Devolet illuc.*] Appoſita feſtinationi metaphora, ab avibus dono mittendis deſumpta, ne alius ſenem divitem præoccupet: non rarò; namque nocuit differre paratis. *Cruq. Devolet illuc.*] Deferatur illuc.

12. *Res nitet.*] Nitor domus argumentum eſt divitiraum. *Dulcia poma.*] Non certum aliquod pomi genus, qualia melimela à ſapore mellis dicta, aut muſtea, ſed quæcumque præſtantia ſint & placere poſſint. *Fundi* autem *honores* dixit, ut alibi *ruris honores. Torrent.*

13. *Honores.*] Optimos fructus honoribus deorum debitos.

14. *Ante Larem.*] Turnèb. l.2. c.19. *Ante Larem.*] Antequam fructuum primitias Laribus tuis offeras.

15. *Qui quamvis.*] Monet omnis generis divites eſſe captandos, probos, improbos, nobiles, ignobiles, &c. nam valere debent pudor & probitas, ubi de nummaria re agitur; Virtus enim poſt nummos. *Cruquius. Sine gente.*] Cum de civili cognatione agitur, *gentem* is *habere* dicitur, qui majores ſuos ſimili nomine ciere poſſit: unde & apud Feſtum ait Cincius: *Gentiles mihi ſunt qui meo nomine appellantur*, aut, ut plenius ex Scævolæ ſententia in Topicis Cicero: *Gentiles ſunt qui eodem nomine ſunt ex ingenuis oriundi, quorum majorum nemo ſervitutem ſervivit, & qui capite deminuti non ſunt.* Libertinæ ergo conditionis homines, quamquam tribum habent, gente tamen carent. *Hominem* ergo *ſine gente*, obſcurum interpretabimur atque ignobilem, qui vix civis credi poſſit. *Torrent. Sine gente.*] Ignobilis, ut libertus vel libertinus. *Cruentus.*] Fratricida.

16. *Fugitivus.*] Non qui ſit, ſed qui ſervus fuerit, *fugitivi* nomine hîc intelligo. Contumelioſe autem *fugitivum* vocat. nam & hoc ſervi ſibi mutuo exprobrant: & Ædilitio edicto cautum fuit, ut talia vitia non celarentur: quin & tituli venalibus præponebantur, ſi fugitivus, ſi erro, ſi noxa non ſolutus eſſet. de quo Gellius lib. IV. c. II. *Torrent.*

17. *Comes exterior.*] Loco nempe minus honorato, ita enim Ovidius V. Faſtorum, de ſene, cui à juvenibus honor debeatur:

Et medius juvenum non indignantibus ipſis
Ibat, & interior ſi comes unus erat.

Interior autem eſt, qui ad dextram eſt; *exterior* qui ad lævam collocatur. Suetonius Claudio cap. XXIV. *Inde revertenti latus clauſit.* atque eadem de re loquens Eutropius: *Ut deſcendenti*, inquit, *de Capitolio lævus incederet.* Quæ lo-

quendi

Ut me tegam ſpurco Damæ latus? haud ita Trojæ
Me geſſi, certans ſemper melioribus. Ergo
Pauper eris. Fortem hoc animum tolerare jubebo.
Et quondam majora tuli. tu protinus, unde
Divitias, ærisque ruam, dic augur, acervos.
Dixi equidem, & dico. captes aſtutus ubique
Teſtamenta ſenum: ſi vafer unus & alter
Inſidiatorem præroſo fugerit hamo,

Aut

quendi formulæ ex eo promanarunt, quod lævum latus imbecillius, & magis obnoxium injuriæ ſit; unde illud è Sat. III.

—— *Nullique malo latus obdit apertum.*

Accedat quod ex Ariſtotelis lib. III. De partibus animalium, atque omnium recte philoſophantium ſententia, *dextra* omnia ut meliora & feliciora, ſic etiam nobiliora cenſeantur. Turneb. lib. 14. cap. 24. *Torrent. Exterior, ſi poſtulet.*] Comes inferior, à parte ſiniſtra incedens.

18. *Viſne tegam.*] Verba ſunt Ulyſſis. *Spurco Damæ.*] *Spurcum* dicebant veteres, obſcœnum, impurum, lutulentum, fœtidum. & *Dama* quidem nomen ſervile, hic tamen ut dixi libertum notat, ut bene Perſius:

—— *Dama eſt, non treſſis agaſo.*

Turneb. lib. 6. cap. 4. *Torrent. Damæ latus?*] Homini abjecto & ſervili genere nato?

19. *Certans ſemper melioribus.*] *Meliores* appellat optimates ac principes Græcorum; quorum, poſt Achillem, fortiſſimum Ajacem armorum ipſe judicio ſuperavit: ſortitus etiam inter illos novem, quorum unus cum Hectore ſingulari certamine congrederetur, neque ipſi parcens Agamemnoni. *Torrent. Melioribus.*] Cum melioribus de virtute & gloria contendens. *Ergo.*] Tireſiæ concluſio.

20. *Hoc animum tolerare jubebo.*] Ut præter meam conſuetudinem, hominem infimæ ſortis colam, diteſcendi cauſa, inquit Ulyſſes.

22. *Ærisque ruam.*] Eruam & conquiram. alludit ad avarorum naturam, qui ſuum theſaurum ſolent humi defodere, aut in arcis concluſum diligenter aſſervare. *Cruquius. Ruam, dic augur.*] Unde eruam.

23. *Dixi equidem.*] Loquitur Tireſias. *Captes aſtutus ubique.*] Diteſcere quidem quamvis ſapiens optat Ulyſſes, ſed alia, quam Tireſias ſuggeſſerat, ratione. At hic perſtat in ſententia. quo ſignificare voluit Poëta lepidiſſimus quæſtum illum Romæ fuiſſe uberrimum, cum illi, quos *heredipetas* vocabant, ſimulato obſequio, & munuſculis miſſis, divitum, qui ſenes & orbi eſſent, ſuprema judicia aucupabantur, hoc igitur eſt *captare teſtamenta*: hoc captare illos ipſos quibus inſidiæ fiunt: hoc *captare hereditates aut legata*, apud JCtos, & hinc vetitæ inſtitutiones captatoriæ, aut ſaltem pro non ſcriptis habendæ, quæ eliciendæ alienæ voluntatis cauſſâ fiunt. *Torrent.*

24. *Nec ſi vafer, &c.*] Præcipit in inſtituto eſſe obdurandum animum, nec confeſtim deſperandum, ſi ſemel & iterum res ipſa non ſucceſſerit ex animi ſententia; nam qui lucrum cupit, damnum patiatur oportet. *Cruq.*

25. *Inſidiatorem.*] Si quis vafer te fugerit inſidiatorem, qui captandæ hæreditatis cauſa munera quaſi ex inſidiis offers. *Præroſo fugerit hamo.*] Sic de inſigni quodam captatore Martialis ad Marianum;

Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo;

Aut ſpem deponas, aut artem illuſus omittas.
Magna, minorve foro ſi res certabitur olim,
Vivet uter locuples ſine gnatis, improbus ultrò
Qui meliorem audax vocet in jus, illius eſto
Defenſor. fama civem, cauſſaque priorem
Sperne, domi ſi gnatus erit, fecundáve conjux.
Quincte puta, aut Publi (gaudent prænomine molles
Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicum.
Jus anceps novi: cauſſas defendere poſſum.
Eripuit quivis oculos citius mihi, quàm te
Contemtum caſſa nuce pauperet. hæc mea cura eſt,
Ne quid tu perdas, neu ſis jocus. ire domum, atque
Pelliculam curare jube, ſi cognitor ipſe,

Perſta,

Et captatorem piſcis amare poteſt? Torrent. *Præroſo fugerit hamo.*] Hamo prægustato. Metaph. à piſcibus.

26. *Deponas.*] Aut ſpem abjicias. *Aut artem.*] Dolum. *Artem illuſus omittas.*] *Arcem* habent tres optimi codices. nec male, quaſi in eo ſumma rerum conſiſtat. *Torrent.*

27. *Certabitur olim.*] Si res litigabitur poſthac.

28. *Improbus ultro.*] Eſto ultro, id eſt, eſto non rogatus illius improbus defenſor & indefeſſus patronus, qui audax, &c.

30. *Defenſor.*] Rei ſive cauſſæ in judicio pendentis meminerat. optime ergo defenſoris verbo utitur, ad jus enim pertinet, pro eo qui alium in judicio defendit. *Torrent.* *Priorem Sperne.*] Sperne civem meliorem.

31. *Domi ſi gnatus erit, fœcundave conjux.*] Ita & Juvenalis Sat. v.

—— Nullus tibi parvulus aula
Luſerit Æneas, nec filia dulcior illo.
Jucundum & carum ſterilis facit uxor
amicum. Torrent.

32. *Quincte puta.*] Tireſias captatorem docet formulam ſenis aucupandi. *Gaudent prænomine.*] An ideo fortaſſis quod prænomine carebant ſervi: quodque liberti, quamvis prænomen adepti, raro aliter, quam cognomine, quod fere ex ſervitute retinebant, appellabantur? Turn. l. 2. c. 19. *Torr.* *Prænomine molles.*] Veteres Romani tribus appellationibus erant nominati, prænomine, nomine, cognomine, ut M. Tull. Cicero.

33. *Virtus tua.*] Non pecunia.

34. *Jus anceps.*] Alibi *vafrum* appellat: ut *controverſum* ac *varium* Cicero, hinc litis omnis eventus, ut dici ſolet, incertus, ſed eorum & fraude & imperitia, qui in jure verſantur. ut enim recte M. Tullius lib. I. de Legibus: *Juris ignoratio potius litigioſa eſt, quam ſcientia.* Torrent. *Jus anceps novi.*] Quod in utramque partem trahi poteſt.

36. *Caſſa nuce.*] Libri veteres magno conſenſu *quaſſa* legunt. id monitum oportuit. *Torrent.* *Caſſa nuce.*] Quàm te inani nuce fraudet.

37. *Neu ſis jocus.*] Ne ſis cuiquam ludibrio. *Ire domum atque.*] Tireſiæ ſunt præcepta ad Ulyſſem.

38. *Pelliculam curare.*] Id eſt, cutem, corpus: ſic & χρὼς Græcè cutis & corpus eſt. nam Latini Græcanicum ſermonem ore Romano æmulati gaudebant. Vide Turneb. lib. 24. cap. 28. *Pelliculam curare.*] Delicate vivere. *Si cognitor*

gnitor

Perſta, atque obdura: ſeu rubra Canicula findet
Infanteis ſtatuas, ſeu pingui tentus omaſo
Furius hibernas cana nive conſpuet Alpeis.
Nónne vides, aliquis cubito ſtantem prope tangens
Inquiet, ut patiens, ut amicis aptus, ut acer?
Plures annabunt thunni, & cetaria creſcent.
Si cui præterea validus malè filius in re
Præclara ſublatus aletur; ne manifeſtum
Cælibis obſequium nudet te, leniter in ſpem

Arripe

gnitor.] Antiqua lectio, pro *ſit cogn. Cognoſcere* autem exponunt Grammatici, pro diligenter & exacte conſiderare. Verbum in jure frequens: quo monentur judices, quique quæſtioni alicui præſunt, ne quid temere decernant. cognoſcere enim ante oportet, nec cauſſa cognita, eſſe dicitur, niſi utraque parte audita & vocatis his quorum intereſt: ut recte à JCtis traditur. *Cognoſcere* ergo forenſe verbum eſt. Quod vero ad *cognitoris* vocabulum attinet, hoc ipſum etiam forenſe eſt: ſed alia ſignificatione quam analogiæ ratio poſtulat. non enim pro eo, qui cognoſcit, accipitur; ſed pro eo, qui alterum in judicio defendit: neque alio differt à procuratore, quam quod cognitor, ut inquit Feſtus, litem alterius ſuſcipit coram eo, cui datus eſt; procurator autem abſentis nomine auctor fit. Turneb. lib. 13. cap. 17. *Torr. Fi cognitor ipſe.*] Eſto patronus.

39. *Rubra canicula findet.*] Canicula ardens & ignita, id eſt, ſive æſtas fuerit, ſive bruma.

40. *Infanteis ſtatuas.*] Sic ἀφωνότερον ἀνδριάντος γένοιτο, Sineſius. *Torrent. Infantes ſtatuas.*] Statuas mutas; intelligit fortaſſe infacundos actores, vel judices ineptos. *Pingui tentus omaſo Furius.*] *Furium Bibaculum* notari volunt: & multa reprehenſione digna de eodem referuntur apud Gellium libro XVIII. cap. XI. quibus accedat quod conſpui à Jove Alpes dixit. Quod vero *tentus omaſo* additur, id vel ad edacitatem hominis referendum, ut illud in Epiſtolis,

— *Patinas cœnabat omaſi.*

Vel quod magis credo, ad ingenii pinguedinem. *Torrent. Tentus omaſo.*] Diſtentus pinguibus inteſtinis.

41. *Furius hybernas cana nive conſpuet Alpes.*] Poëta Bibaculus, qui cum brumam deſcriberet, utebatur hoc verſu,

Jupiter hybernas cana, &c.

43. *Inquiet.*] Dicet de te. *Ut patiens? ut amicis.*] Quam patiens eſt Ulyſſes?

44. *Plures annabunt thynni.*] Plures ſenes ſine liberis accedent, quæ tuæ fidei cauſam ſuam committent. Thynni ſunt piſces admodum celeres, quorum multi capiuntur in Hiſpania ad columnos Herculis. *Annabunt thunni.*] Jam ante monuimus captatorem piſcatori eſſe ſimilem: qui Tireſiæ præcepta ſervet, tales ad hamos plures thunni confluent, quos exceptos in vivaria mittat: nec temere *thunnos* nominat, piſcem prægrandem, & in primis nobilem. *Torr. Et cetaria creſcent.*] Vivaria & piſcinæ, ubi piſces prægrandes aluntur.

45. *Validus male.*] Filius valetudinarius & parum firmus. *In re Præclara ſublatus aletur.*] *Sublatum* vocat, quem pater, ut Terentius loquitur, decrevit tollere: *Rem præclaram* vero, lautam atque opimam. *Torrent.*

46. *Præclara ſublatus aletur.*] In cenſu amplo ab infantia ad adultam ætatem producetur.

47. *Cælibis obſequium.*] Obſequium homi-

Arrêpe officioſus, ut & ſcribare ſecundus
Heres: &, ſi quis caſus puerum egerit Orco,
In vacuum venias. perrarò hæc alea fallit.
Qui teſtamentum tradet tibi cumque legendum,
Abnuere, & tabulas à te removere memento:
Sic tamen ut limis rapias, quid prima ſecundo
Cera velit verſu. ſolus, multiſne coheres,
Veloci percurre oculo. plerumque recoctus

Scriba

hominis ſine liberis. *Nudet te.*] Ne fallaciam tuam prodat. *Leniter in ſpem.*] Senſim, & paulatim tuis officiis demerere.

48. *Arrêpe.*] Ἡσύχῳ ποδὶ, hoc eſt, tacito pede & cautim, multiſque officiis eum demereri ſtude, quo ſperare poſſis te hæredem languenti filio ſubſtitutum fore. *Cruquius.* *Scribare ſecundus Heres.*] Hoc *ſubſtituere* vocant JCti, primi ſcilicet heredis loco, ſi hereditatem non adierit, alium inſtituere. Suet. Cæſare: *D. Brutum etiam in ſecundis heredibus nominavit.* Et hoc ipſum eſt *in vacuum venire*, vacantem ſcilicet ac caducam, quia primus heres adire vel noluit, vel non potuit, hereditatem occupare. *Torrent.*

49. *Heres, & ſi quis.*] Filio languenti ſubſtitutus. *Egerit Orco.*] Siquis caſus ad mortem puerum perduxerit.

50. *In vacuum venias.*] In locum hærede vacuum. *Perraro hac alea fallit.*] Perraro hic eventus fruſtratur. *Hac alea.*] *Aleam* pro aucupio, ſeu captura dixit. Vel de ancipiti rerum eventu, nimirum ubi res non ex arbitrio noſtro, ſed à fortuna dependet.

51. *Qui teſtamentum.*] Quicunque teſtator. Eſt Tmeſis.

52. *Abnuere.*] Recuſare. *Et tabulas.*] Tabulas teſtamenti.

53. *Ut limis rapias.*] Ut obliquis oculis inſpicias. *Quid prima ſecundo.*] Quid prima tabula cerata, (id eſt, primus verſus in quo ſcribebatur nomen teſtatoris) velit in ſecundo verſu, id eſt, quem hæredem conſtituerit teſtator. *Prima ſecundo Cera velit verſu.*] Qui teſtatur, inquit Ulpianus lib. 1. de Hered. inſtit. ab heredis inſtitutione plerumque debet initium facere teſtamenti: utputa, L. Titius mihi heres eſto. Verum ante heredis inſtitutionem inſcribi ſolere teſtatoris nomen probat Suetonius Nerone cap. XVII. Bene igitur Tireſias captatorem recuſare quidem jubet inſpectionem teſtamenti; ſed raptim interim ac limis oculis; aliud agentem, aliud ſimulantem, obſervare quid mox poſt teſtatoris nomen, quod ſummæ tabulæ primo verſu inſcribi ſolet, ſubſequatur, ſoluſne heres ſit ex aſſe, an alios habeat coheredes: illa enim fere, vel prima, vel media cera ſcribebantur, ut in ima ſubſtitutiones. Turneb. lib. 2. cap. 19. Lege & And. Alciati Parerg. juris lib. 4. cap. 6. *Torrent.*

55. *Plerumque recoctus Scriba, &c.*] Ubi per *recoctum*, intelligo veteratorem inſignem, qui longo uſu didicerit, *quid diſtent æra lupinis.* Itaque recte Donatus hoc ad roborationem artis, ingenio quæſitam detorquet. *Junius* lib. 5. cap. 5. *Recoctus Scriba ex quinquevir.*] Locus iſte viros doctos exercuit. Dicam breviter quod ſentio. nempe *Quinqueviros* non certum aliquem fuiſſe magiſtratum; ut duumviri fuere cum decurionibus, iidem ferme in municipiis, quod Conſules cum Senatoribus Romæ; ſed munus potius aut procurationem, quæ pro tempore certo numero civibus committebatur, ſive Romæ,

ſive

Scriba ex quinqueviro corvum deludet hiantem,
Captatorque dabit riſus Naſica Corano.
Num furis, an prudens ludis me, obſcura canendo?
O Laërtiade, quidquid dicam, aut erit, aut non:
Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.
Quid tamen iſta velit ſibi fabula, ſi licet, ede.
Tempore quo juvenis Parthis horrendus, ab alto
Demiſſum genus Ænea, tellure marique
Magnus erit: forti nubet procera Corano
Filia Naſicæ, metuentis reddere ſoldum.
Tum gener hoc faciet: tabulas ſocero dabit, atque
Ut

ſive in municipiis: qui ſi plures paucioreſque erant, aliter atque aliter appellabantur: hic vero ſumitur pro quavis adminiſtratione publica. Nam Coranum ex quinqueviro ſcribam cum facit, & quidem recoctum; hominem ſignificat exercitatum in officiis, callidumque effectum, qui ſcriba etiam cum eſſet, plures fortaſſe provincias obierit in comitatu majorum magiſtratuum, ut fieri conſuevit. Refertur itaque etiam ad ingenium, quod frequenti uſu, non minus ac maſſa igni excocta & incudi reddita, perficitur. Turneb. lib. 21. c. 26. *Torr. Recoctus.*] Sæpe ſcriba ætate grandis & in multis negotiis verſatus, ex quinqueviro iterum in ſcribam rediit.

56. *Deludet hiantem.*] Hæreditati inſidiantem decipiet, ut vulpes olim Æſopi corvum.

57. *Dabit riſus.*] Præbebit ridendi occaſionem.

58. *Num furis?*] Ἐνθουσιάζεις, μανίαν ἄγεις; afflatus numine & furore divino raptus hæc loqueris, an ſciens & prudens me ludificas? *Cruq. Num furis?*] Loquitur Ulyſſes. *Ludis me?*] Ludificas me?

59. *O Laërtiade, quidquid.*] O Ulyſſe fili Laërtis. *Quidquid dicam.*] *Dico* habent meliores codices. Quod vero ſequitur, *aut erit aut non*, plane ambiguum eſt: malim tamen ſic exponere, ut ſive ajat, ſive neget neminem, umquam fallat. Nam ridere Poëtam non crediderim: cum ob Tireſiæ vatis præſtantiam, cujus oraculum tot ſeculis manſerit, ut Plutarchus tradidit; tum ob verſum ſequentem, *Divinare etenim.* ut enim ceteri vates Apollinis ore loqui credebantur, ſic Apollo Jovis. Turn. l. 2. c. 9. *Torr.*

62. *Tempore quo juvenis.*] Χρονογραφίας, quando hæc res eſſet eventura: nimirum eo tempore quo Parthi Auguſto imperanti redderent ſigna militaria. *Cruquius. Juvenis.*] Auguſtus.

64. *Forti nubet.*] Diviti.

65. *Metuentis reddere ſoldum.*] Fugientis vel nolentis reddere univerſum debitum. Dotem cum filia fortaſſe intelligit.

66. *Tum gener.*] An generum ergo captabat ſocer? Omnino veriſimile eſt, Naſicam hunc, hominem ſordidum & impenſe avarum, filiam juvenculam ac formoſam, Corano jam ſeni captandæ hereditatis cauſſa elocaſſe: nec dubium quin notiſſima fuerit tunc omnibus fabula, quæ à nobis nunc ignorata, frigidior forte cuipiam atque ineptior videatur. *Fortem* autem vocat, ut ſæpe Plautus honeſtum ac probum. Naſicam contra,

—— *Metuentem reddere ſoldum,*

qui nihil integre atque ex fide redderet. *Proceram* vero *filiam*, quia præſtantis

 formæ

Ut legat orabit. multum Naſica negatas
Accipiet tandem, & tacitus leget, invenietque
Nil ſibi legatum, præter plorare, ſuiſque.
Illud ad hæc jubeo: mulier ſi fortè doloſa,
Libertuſve ſenem delirum temperet, illis
Accedas ſocius: laudes, lauderis ut abſens:
Adjuvat hoc quoque: ſed vincit longè prius ipſum
Expugnare caput. ſcribet mala carmina vecors,
Laudato. ſcortator erit, cave te roget: ultrò
Penelopen facilis potiori trade. putaſne,
Perduci poterit tam frugi, tamque pudica;
Quam nequière proci recto depellere curſu?
Venit enim magnum donandi parca juventus,

formæ pars corporis proceritas; nihil enim puſillum pulcrum. *Torrent.* *Gener hoc faciet.*] Coranus. *Socero dabit, atque.*] Naſicæ dabit teſtamenti tabulas.

67. *Negatas.*] Quas inſpicere negavit.

68. *Accipiet tandem, & tacitus.*] Nonnulli M. S.

Accipiet tandem tacitus, leget, invenietque.

Placet. Volebat autem vivens adhuc Coranus eam decepti inſidiatoris voluptatem capere. *Torrent.*

69. *Præter plorare.*] Sic lib. 1. Sat. ult.

Diſcipulorum inter jubeo plorare cathedras.

Sumtum à Græcis, Ariſtoph. Pluto: ἐγὼ μὲν οἰμώζειν λέγω σοί. Concinnior autem erit locus, ſi Coranus captatorem ſuum conceptis verbis *plorare* ex legato juſſerit, ut reſtim urbanus quidam (quod in veteri marmore memini legiſſe) inimico ſuo dare ſe teſtamento dixit. *Torrent.* *Præter plorare.*] Præter ploratum & fletum. *Suiſque.*] Suæ filiæ.

70. *Illud ad hæc.*] Aliud Tireſiæ præceptum ad captandum ſenem.

71. *Temperet.*] Si regat. *Illis.*] Liberto, uxori, vel concubinæ.

72. *Laudes.*] Laudare debes libertum vel mulierem.

73. *Adjuvat hoc quoque.*] Hoc quoque conducit. *Ipſum.*] Ipſum ſenem capere.

74. *Scribet mala carmina.*] Si ſcribet. *Vecors.*] Stultus vel inſanus.

75. *Ultrò Penelopen.*] Sub Ulyſſis & Penelopæ perſonis inſurgit in Romanos putidiſſimos, qui ſuas uxores matronas pudicas & honeſtas, hæreditatis aſſequendæ gratia, vel invitas ultrò perducebant ad ſenes adulteros. *Cruquius.* *Ultro.*] Non rogatus uxorem ei tuam ſuppone tamquam potiori.

76. *Putaſne.*] Verba ſunt Ulyſſis ad Tireſiam.

77. *Perduci poterit.*] *Perducere* & *deducere*, ad amoris conciliationem pertinent: unde dicti *perductores*, non multum à lenonibus differentes. Flagitium autem ſi maritus uxoris leno ſit. *Torr.* *Perduci poterit.*] Perſuaderi.

78. *Recto depellere.*] Ad adulterium impellere.

79. *Venit enim.*] Reſpondet Tireſias. *Parca juventus.*] Venit juventus illiberalis,

Nec tantùm Veneris, quantùm ſtudioſa culinæ.
Sic tibi Penelope frugi eſt: quæ ſi ſemel uno
De ſene guſtarit, tecum partita lucellum,
Ut canis à corio nunquam abſterrebitur uncto.
Me ſene, quod dicam, factum eſt. anus improba Thebis
Ex teſtamento ſic eſt elata: cadaver
Unctum oleo largo nudis humeris tulit heres:
Scilicet elabi ſi poſſet mortua: credo,
Quòd nimium inſtiterat viventi. cautus adito:
Neu deſis operæ, néve immoderatus abundes.
Difficilem & moroſum offendet garrulus. ultrò
Non etiam ſileas. Davus ſis comicus, atque
Stes capite obſtipo, multùm ſimilis metuenti.

Obſe-

lis, & reſtricta in magnum donando.

80. *Veneris.*] Rei Venereæ. *Culinæ.*] Ventris.

81. *Frugi eſt.*] Caſta eſt.

82. *De ſene guſtarit.*] Si ſenis munera ſit ſemel experta. *Lucellum.*] Lucrum à ſene acceptum.

83. *A corio nunquam.*] Quod rodere didicit. *Numquam abſterrebitur.*] Libri duo antiquiſſimi *exterrebitur*. Turneb. lib. 26. cap. 31. *Torrent.*

85. *Ex teſtamento.*] Ipſius voluntate. *Elata, &c.*] Elata è domo ad rogum.

86. *Hæres.*] Ea lege inſtitutus eſt hæres, ſi corpus teſtatricis oleo copioſo inunctum nudis humeris portaret.

87. *Elabi ſi poſſet mortua.*] Elegans locutio: nec placet, quod & ego tamen in aliquot exemplaribus legi, *elabi & ſic poſ. mort.* vel *ut ſic poſ. mort.* Anus autem illa male ſalſa, (quare & *improbam* vocat, ut in re non multum diſſimili Ariſtium Fuſcum lib. I. Sat. IX.) ex teſtamento ſic eſt elata, vel quod eam inſtitutioni conditionem adſcripſerat, vel quod gravem aliquam pœnam addiderat, ni heres ſic feciſſet, ut ſupra Sat. III.

Quod ni feciſſent gladiatorum dare centum
Damnati populo paria.

Quo nempe teſtatam faceret importuniſſimi teſtatoris nequitiam. *Torrent.*

88. *Quòd nimium inſtiterat.*] Quia nimio officio eam vivam proſecutus fuerat.

89. *Neu deſis operæ.*] Vetus hæc ſcriptura, pro *Ne deſis operæ.* præſcribit autem obſequiis modum. *Operæ.*] Officio tuo.

90. *Ultro Non etiam ſileas.*] Plures libri *ultra*: ſed nihil muto. *Ultra* enim pro *ultro* ſcriptum ſæpe invenias. Lego autem cum interrogationis nota, hoc ſenſu; Si hominem nactus es difficilem ac moroſum, quales fere ſunt ſenes, quem offendant garruli; tu, qui eum captas, non ultro taceas potius, quam expectes, ut ſilentium imponatur? *Torn.* *Ultro.*] Qui non provocatus garrit, offendet, &c.

91. *Non etiam ſileas.*] Ne ſis etiam nimium taciturnus. *Davus ſis comicus.*] Indue perſonam Davi, timide cum domino ſuo loquentis.

92. *Stes capite obſtipo.*] Capite in alterum humerum inclinato, qui geſtus eſt

 homi-

Obſequio graſſare: mone, ſi increbruit aura,
Cautus uti velet carum caput: extrahe turba
Oppoſitis humeris: aurem ſubſtringe loquaci.
Importunus amat laudari? nec obe jam
Ad cœlum manibus ſublatis dixerit, urge, &
Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem.
Quum te ſervitio longo curaque levarit;
Et certum vigilans, Quartæ ſit partis Ulyſſes,
Audie-

hominis ad palpandum parati.

93. *Obſequio graſſare.*] *Graſſari* proprie eſt impetu quodam ingredi atque aditum aperire: id obſequio fieri oſtendit Tireſias. Nec diſſimile illud Livii lib. x. *Conſilio graſſandum, ſi nihil vires juvarent ratus.* Varius autem hujus vocabuli uſus eſt. Venuſta autem antitheſis *obſequio graſſare.* obſequuntur enim captatores his quos perire velint. *Torr. Obſequio graſſare.*] Quovis genere obſequii divitem capta eique inſidiare. *Si increbruit.*] Si ventus factus eſt acrior. *Increbruit aura.*] *Auram* pro vento dixit. Sic enim Cicero Epiſt. ad Trebatium: *Ventus increbreſcit.* & Cæſar tertio de bello Gallico: *Increbruit auſter.* At peſſime qui *increpuit* hîc ferri poſſe putant, repugnante ſyllaba. *Torrent.*

94. *Cautus.*] Sibi cavens.

95. *Oppoſitis humeris.*] Objectis humeris tuis, ne in turba jactetur. *Aurem ſubſtringe.*] Quid ſit *aurem ſubſtringere* dubitatur, & varie quidem à Lambino & Turnebo viris doctiſſimis exponitur; ſed nimis hercule diligenter. Ego *ſubſtringere aurem* idem eſſe exiſtimo, quod ſubrigere, & arrigere, aut ſuſtollere: unde *ſublata aure* dixit Horat. Epod. VI. de quo lib. I. Sat. IX.

Demitto auriculas. ——

Nec omittere velim, legiſſe videri Porphyrionem *aurem diſtringe.* quod ſane non diſpliceret: ſed diſſentiunt manuſſ. omnes. Turneb. lib. 16. c. 17. & lib. 19. cap. 13. & lib. 30. cap. 27. *Torrentius. Aurem ſubſtringe loquaci.*] Aurem tuam ſubſtringe loquaci ſeni, id eſt, auribus tuis ſubſtrictis & arrectis finge te attente auditurum longas ſenis narrationes.

96. *Importunus amat laudari?*] Ita ut non deſinat moleſtus eſſe ni laudetur. ut *importunæ volucres* Horatio & Virgilio, quæ aſſidue laceſſunt. *Torrent. Importunus.*] Cruquius ſic conſtruit: Importunus urge, hoc eſt, noli unquam finem facere ejus laudes in aureis occinendi, donec ſublatis ad cœlum manibus, dixerit, ohe jam ſatis eſt. *Importunus.*] Importune. *Ohe, jam.*] Donec dixerit, Ohe jam ſatis eſt.

97. *Ad cœlum manibus ſublatis.*] Geſtus orantium ac laudantium deos ſuperos maxime, ut alibi diximus. Et iſte igitur manus cœlo ſuſtollebat, ut diis de tot donis lætus ageret gratias. Sunt qui ad laudatoris ipſius diviti applaudentis geſtum referunt: ſed male. *Torrent. Manibus ſublatis.*] Præ gaudio. *Urge & Creſcentem.*] Multo plures & meliores libb. ſine particula ET. *Tumidos* autem *ſermones* appellat: quibus auditor ille intumeſceret: ut Epiſt. I.

Laudis amore tumes. ——

Unde *ſufflati* iidem, qui & *tumidi*, veluti vento aliquo diſtenti, quales eſſe homines elati & arrogantes ſolent. *Torrent.*

98. *Utrem.*] Infla hominem vanum & philautum, qui falſis laudibus & adulationibus velut uter intumeſcit.

99. *Levarit.*] Morte ſua.

100. *Et certum vigilans.*] Non per ſomnium, ſed inter vigilandum, & ne tunc quidem per imaginem aut φαντασίαν,

Audieris, hæres: Ergo nunc Dama ſodalis
Nuſquam eſt? unde mihi tam fortem, tamque fidelem?
Sparge ſubinde; & ſi paullùm potes, illacrymare. eſt
Gaudia prodentem vultùm celare. ſepulcrum
Permiſſum arbitrio ſine ſordibus exſtrue. funus
Egregiè factum laudet vicinia. ſi quis
Fortè coheredum ſenior malè tuſſiet: huic tu
Dic, ex parte tua, ſeu fundi ſive domus ſit
Emtor, gaudentem nummo te addicere. ſed me
Impe-

clau, ut Philoſophi loquuntur; ſed certo & liquido apertis jam teſtamenti tabulis, audieris in triente te heredem inſtitutum eſſe. Ridere autem videtur Academicos, qui ne id quidem credunt aut affirmant, quod vident. *Torrent.* *Et certum.*] Et quum tu certo vigilans, non ſomnians, audieris hæc verba: Quartæ partis hæres ſit Ulyſſes.

101. *Ergo nunc Dama ſodalis.*] Poſt obitum ſenis ſic dices voce queribunda. Ergo nunc, &c.

102. *Nuſquam eſt.*] Species metalepſeos: exprimit geſtus, voces & lamentationes quibus uti ſolebant amici, propinqui, affines & hæredes in funebri pompa. *Cruquius.* *Nuſquam eſt?*] Mortuus eſt? *Fidelem?*] Unde tam fidelem parabo amicum?

103. *Sparge ſubinde.*] Divulga hæc verba, *unde mihi, &c.* *Eſt.*] Licet, vel, utile eſt.

104. *Gaudia prodentem vultum.*] Propter ſenis mortem. *Vultum celare.*] Vultum hilarem diſſimulatione & fictis lachrymis celare.

105. *Permiſſum arbitrio.*] Ita noſtri quoque codices ſex. Teſtator autem, vel ipſe ſepulcri modum in teſtamento præſcribit, vel heredis arbitrio relinquit. Hinc inſcriptiones antiquæ, EX TESTAMENTO POSVIT. vel ſimpliciter, POSVIT. vel, DE SVO POSVIT. Jam vero quæ heredis arbitrio permittuntur, non ita ſtricte obſervanda veniunt, ut quæ fidei ejus commiſſa ſunt, ad quæ præſtanda obligatus exiſtit. Illa quoque non prætereunda, quod in optimis exemplaribus pro *ohe jam*, *ohe eia*; pro *ſubinde*, *ſubunde*; pro *illacrymare*, *inlacrimare*, ſcriptum repperi. Guil. Canterus Novar. lect. lib. 4. cap. 12. *Torrent.* *Arbitrio.*] Arbitrio tuo ſi eſt commiſſum. *Sine ſordibus extrue.*] Extrue magnifice. *Funus.*] Pompam funeralem, à te factam.

107. *Male tuſſiet.*] Graviter & periculoſe. *Huic tu.*] Huic coheredi.

108. *Ex parte tua, &c.*] Ex parte quæ tibi ex teſtamento obvenit.

109. *Gaudentem nummo.*] Dic te malentem nummum, quam fundum, addicere ei fundum pecunia. *Nummo te addicere.*] Placet de imaginaria quadam emtione locum hunc intelligi, quæ nummo fieri dicebatur, reipſa vero donatio erat. *Addicere nummo*, inquit Budæus, eſt quod noſtrates dicunt, fruſto panis vendere, quod donationis eſt inſtar, cum obtentu venditionis rem donantes, invidiam donationis vitamus, aut pudori accipientis conſulimus. *Cruq.* Turn. l. 28. c. 3. *Sed me.*] Tireſiæ umbra apud inferos hæc omnia loquitur.

 110. *Im-*

Imperioſa trahit Proſerpina: vive valeque.

110. *Imperioſa trahit Proſerpina.*] Proſerpina mortis arbitra, ut libro I. Od. XXVIII. vidimus, umbrarumque domina: cujus metu, ne Gorgonem objiceret, plura apud inferos ſcrutari deſiniit Ulyſſes in Homeri Necyomantia; quemadmodum & apud Virg. imminente aurora, Sibyllæ monitu, umbra Deiphobi Æneam relinquit. *Torr.* *Imperioſa.*] Proſerpina quæ imperium habet in mortuos.

SATYRA VI.

Se contentum iis quæ habet, vivere, ac plura non optare dicit. Deinde otii ſui, quo ruri fruitur, commoda cum incommodis negotiorum & moleſtiarum, quæ vitam urbanam comitantur, comparat.

HOc erat in votis: modus agri non ita magnus,
Hortus ubi, & tecto vicinus jugis aquæ fons,
Et paullum ſilvæ ſuper his foret. auctius atque
Dî melius fecere. benè eſt. nihil ampliùs oro,

Maja

1. *HOc erat in votis.*] *Vovere* eſt Deo aliquid ſancte promittere. quod quoniam ideo fieri ſolet, ut quod optamus, Dei beneficio facilius conſequamur, hinc *vovere* ſæpe pro optare accipitur: & ut *vovere* atque *optare*, ſic *preces* & *vota* fere conjunguntur. Nec aliud eſt *in votis eſſe*, quam optare aliquid ut fiat. Quod igitur ſemper optaverat Horat. id Mæcenatis beneficio jam adeptus, ac ſua ſorte contentus, vitæ ruſticæ laudes commoditateſque, & contra urbanæ vitæ tædia ac moleſtias recenſet, pulcerrimo tandem apologo concludens illam alteri eſſe præferendam. *Torr.* *Hoc erat in votis.*] Exorditur ab expoſitione ſui voti, quod à diis immortalibus auctius factum, quam ſperaverat, grato animo deprædicavit, in quo oſtendit ſe & virum bonum, & paucis contentum. *Cruquius.* *Hoc erat in votis.*] Hoc optabam. *Modus agri.*] Varro *agrum* ab agendo dici voluit, in quo terram agebant, fructus cauſſa: nec diſſentit Donatus. Modicum igitur agrum, hortumque, & ſilvæ aliquid una cum fonticulo, optabat Horatius: quæ omnia villula illa, quam in Sabinis habebat, ei præbuit. De qua ſic etiam libro III. Od. XVI.

Puræ rivus aquæ, ſilvaque jugerum
Paucorum, & ſegetis certa fides meæ.

Torrent. *Modus agri.*] Modicus ager. *Non ita magnus.*] Modus agrorum apud antiquiſſimos illos Romanos tam fuit exiguus, quam ipſorum continentia magna. Romulus, teſte Varrone, bina civibus jugera diviſit: accrevit paulatim menſura: ſed tamen Curius ille Dentatus, qui anno V.C. CDLXII. de Samnitibus, Lucanis, ac Sabinis triumphavit, in concione pernicioſum eſſe civem dixit cui ſeptem jugera non eſſent ſatis. auctor Plinius lib. XVIII. cap. IV. Verum optime Columella, *Modus*, inquit, *erit ſua cuique moderata voluntas facultaſque:* citans illud Virg.

—— Laudato ingentia rura,
Exiguum colito.

Torrent.

2. *Jugis aquæ fons.*] Fons aquæ perennis.

3. *Super his foret.*] Ultra hæc. *Auctius atque, &c.*] Amplius quam optabam.

4. *Dii melius fecere.*] Quo utebantur, quoties præſentibus acquieſcere ſeſe ac contentos eſſe dicere volebant. Seneca Medea:

Bene eſt. peractum eſt. plura non habui, dolor, Quæ tibi litarem.

Auctor

Majâ nate, niſi ut propria hæc mihi munèra faxis:
Si neque majorem feci ratione mala rem,
Nec ſum facturus vitio culpáve minorem:
Si veneror ſtultus nihil horum: ô ſi angulus ille
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum:
O ſi urnam argenti Fors qua mihi monſtret; ut illi,
Theſauro invento, qui mercenarius agrum

Illum

Auctor Thyeſtâ: *Bene eſt. abunde eſt. hic placet pœnæ modus*. Rutgerſ. *Nihil amplius oro, Maja nate.*] Sic ad Mæcenatem Epod. I.

Satis ſuperque me benignitas tua
Ditavit.

Gratias autem agit Mercurio: & quod in tutela ejus eſſet, & quod deus ille ditare homines crederetur, ut Sat. III. diximus: ipſe nempe dator opum. *Torr.*

5. *Maja nate.*] O Mercuri. *Propria.*] Propria dicuntur in quibus nemo alius quippiam juris habet, & quæ perpetuam adferunt domino poſſeſſionem. Vide Pet. Nannii Miſcell. lib. 4. *Propria hæc.*] Niſi ut hæc munera facias mihi perpetua & firma.

6. *Ratione mala rem.*] Injuria vel fraude.

7. *Vitio culpave minorem.*] Nequitia luxuriave.

8. *Si veneror ſtultus nihil horum.*] Si nihil horum à diis precor, quæ proxime dicam. *Veneror.*] De hoc vocabulo quantum ſatis eſt diximus in carm. Sæc. & ſupra Sat. II. *Torrent.* *O ſi angulus ille.*] Utinam angulus ille, &c.

9. *Denormat.*] Hanc ſcripturam & ego ſequor, optimorum exemplarium teſtimonio probatam: quamquam vocabulum ipſum non memini alibi me legiſſe. *Normatum* vero *ad perpendiculum* dixit Columella. Notum autem fabrorum inſtrumentum *norma*, γνώμων, ut & *regula*, ſive *linea* & *perpendiculum*, ad quæ opera exiguntur. Alii legunt *Deformat*. Torrent. *Denormat agellum.*] Qui facit agellum inæqualem.

10. *O ſi urnam.*] Talia illa apud Perſium omnibus nota Sat. II.

——— *O ſi*
Ebullit patrui præclarum funus! & ô ſi
Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro
Hercule. ——

Dextro inquit, ut *amico* Horatius. Herculem autem moriturum monuiſſe ſcribit Diodorus lib. V. bene & feliciter victuros, qui jam deo facto decimas offerrent.. hoc ergo eſt, quod vel ad minuendam invidiam, vel, quod plura adhuc largiretur, Romanorum ditiſſimi, Sulla, Craſſus, Lucullus, ut in eorum vitis legimus, decimam illi bonorum ſuorum ex voto conſecrarunt. Deque ea conſuetudine Plutarchus Prob. XVII. & Macr. lib. III. cap. XII. Facete ergo Plaut. Moſtel. de homine impenſe prodigo,

-- *Is vel Herculi conterere quæſtum poſſet.*

& iterum Bacch. de adoleſcente minime parco:

-- *Frugi eſt, Herculem fecit ex patre:*
Decumam partem ei dedit, ſibi novem abſtulit.

Quæ cum ita ſint, conſtat etiam ratio quare theſauris Herculem præfecerint antiqui. Turneb. lib. 29. cap. 35. *Torrent.* *Fors qua mihi monſtret.*] Fortuna alicubi.

11. *Agrum Illum ipſum.*] *Illum ipſum* interpretor, in quo theſaurum jam offenderat, quem ut in ſolidum ſibi acquireret, agrum mercatus eſt, antequam de theſauro ſciretur. De theſau-

ris

Illum ipſum mercatus aravit, dives amico
Hercule: ſi quod adeſt, gratum juvat: hac prece te oro;
Pingue pecus domino facias, & cetera, præter
Ingenium: utque ſoles cuſtos mihi maximus adſis.
Ergo ubi me in monteis & in arcem ex urbe removi,
Quid priùs illuſtrem Satyris, Muſaque pedeſtri?
Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus Auſter,
Autumnuſque gravis, Libitinæ quæſtus acerbæ.

Matu-

ris enim ita cautum fuit, ut ſi quis in ſuo reperiſſet, ipſe potiretur, ſi in alieno dimidium domino daret, ſi in publico æqualiter cum fiſco partiretur. *Torrent.*

12. *Dives amico.*] Dives factus favente Hercule, qui theſauris recludendis præeſſe creditur.

13. *Si quod adeſt.*] Si eo, quod poſſideo, delector.

14. *Pingue.*] Pinguis hebes & tardus dicitur. Turneb. lib. 28. cap. 26. *Domino facias.*] Mihi domino.

15. *Præter Ingenium.*] Præter pingue, id eſt, hebes ingenium. *Utque ſoles.*] Nam illum & in Philippenſi acie ſervavit, & ab arboris lapſu tutatus eſt. Od. VII. & XVII. lib. II. *Torrent.* *Cuſtos mihi.*] Sub Mercurii tutela ſunt Poëtæ. Vide Od. 17. lib. 2.

16. *Ergo ubi me in montes.*] Precatus Mercurium rerum ſuarum conſervationem, paucis edocet quid ruſtica vita, jucunda, ſimplex & nullis morbis obnoxia, differat ab urbana, plena tædii, moleſtiæ & ambitionis laborioſæ, non ſine valetudinis injuria. *Cruquius.* *In arcem.*] Sic rus ſuum appellat, vel edito loco poſitum, vel, quod malim, quia regnum ibi poſſidere ſibi videretur. *Arces* enim regum ſedes fuere: nam & alibi,

Cur valle permutem Sabina
Divitias operoſiores.

Cum tamen ibi quoque de hoc ipſo rure loquatur. *Torrent.* *In arcem ex urbe removi.*] In villam Tuſculanam, in monte poſitam.

17. *Quid prius illuſtrem, &c.*] Quid potius carmine celebrare me par eſt, quam Satyros, & Muſas agreſtes, deos deaſque campeſtres, quos penes eſt, meos tutari fines, & pecoris curam agere. *Prius* ergò *Satyris*, id eſt, potius quam Satyros, & Muſam campeſtrem. Quid enim prius fuerit ei, qui rus colit, quam diis ruſticis ſacra facere, eorumque laudes decantare. *Cruquius.* *Satyris, Muſaque.*] Satyrico carmine & verſibus, qui ſtant pedibus ſolutæ orationi ſimilibus. *Muſaque pedeſtri.*] Satis ſuperque hoc antea declaravimus. nec illos audio, qui neſcio quos Satyros & campeſtrem Muſam hic ſomniarunt. *Torrent.*

18. *Nec mala me.*] Quando in agro ſum, nulla perturbatione afficior. *Plumbeus Auſter.*] *Plumbeum* ab effectu vocat, quod Auſtro flante tardiores gravioreſque, ac proinde imbecilliores efficimur. Et ſic *plumbeos* vocamus *homines* tardos atque hebetes. Romæ autem infeſtiſſimus *Auſter*, teſte etiam Galeno, præcipue Autumni tempore, vel per ſe noxii: unde & *morbifer* & *morborum pater* dicitur. Juven. Sat. VI.

—— Metuique jubet Septembris & Auſtri
Adventum. ——

Torrent. *Plumbeus Auſter.*] Inſalubris Auſter, cujus intemperie corpora graveſcunt.

19. *Libitinæ quæſtus.*] Numa Pompilius Manes, qui præcipuam noſtri partem acciperent, religioſe coli inſtituit: quæque ad ſepulturam ſpectarent, à

ponti-

Matutine pater, ſeu Jane libentiùs audis,
Unde homines operum primos vitæque labores
Inſtituunt, ſic Dîs placitum, tu carminis eſto
Prin-

pontificibus poſcentibus præberi voluit: ejuſque rei curam Libitinæ deæ delegavit, quaſi illa, an juſta darentur mortuis, obſervaret: eamque doctiſſimi Romanorum, vel *Venerem*, vel *Proſerpinam* eſſe credidere; eidem nomini ortum obitumque imputantes: & hinc *Venus epitymbia* Græcis: quæ Latinis à libendo (ſi Varroni credimus) dicta eſt *Libentina*, vulgo *Libitina*; cujus templum commemorat Cicero lib. II. De nat. Deorum. In templo autem vendebantur funeribus neceſſaria, aut certe locabantur per eos qui *Libitinarii* inde appellati ſunt, tanto majore quæſtu, quanto plures moriebantur. *Torrentius. Libitina quæſtus acerbæ.*] Quum multi in Autumno intereunt, quæſtum faciunt ii, qui in funeribus procurandis ſunt occupati, dicti libitinarii à Libitina funerum dea.

20. *Matutine pater.*] Janum invocat actionum civilium præſidem, laborumque auctorem. Quia autem per Janum credebatur acceſſus patere ad ſuperos deos cæteros, preceſque ſupplicum per eum, tanquam per cœli portas tranſmitti, primus omnium ſemper invocabatur. *Cruquius. Matutine pater.*] A Matuta, id eſt, aurora. *Seu Jane.*] Studioſe obſervabant veteres, ut deos pluribus nominibus appellarent: uti in Carmine Sæculari oſtendimus. Ita ergo hic quoque *Janum* invocat Poëta, & veteri quidem, ut arbitror, inſtituto. Nam cum *Janum* temporibus præeſſe crederent; tempus autem ſit menſura motus; merito & nomen hoc illi accommodarunt, ab eundo dictum, ut ait Cicero lib. 2. De natur. Deorum: & tamquam principem quemdam, à quo inciperent & in quem deſinerent omnia, coluerunt: ille anni & menſium, ille diei dominus habebatur, id quod à tergo & quod à fronte eſſet adſpiciens; aperiens item, & claudens univerſa; unde & *Jani* appellati tranſitiones perviæ, ut fores ipſæ *Januæ*, ei conſecratæ. Sed & clavem geſtat, & dierum anni totius numerum manuum articulis exprimit: nunc biceps, nunc quadriceps pingitur: eademque ratione & bifrons & quadrifrons appellatur, quaqua verſus reſpiciens. Denique cum talis ſit, prima & extrema moderans, merito hanc vitæ urbanæ narrationem ab eo exorditur Horatius; *Matutinum* appellans *patrem*, ab ortu ipſo, quæ cujuſque diei pars præcipua eſt: unde & Macrobius, *Janum*, inquit, *patrem vocamus, ſolem ſub hac appellatione venerantes.* Atque ita etiam in Epiſtola ad Quinctium:

Jane Pater clarè, clarè cum dixit Apollo.

Nam & in ſupplicando & in ſacrificando antiqui Janum tanquam principem, ut dixi, præfabantur: nempe deorum antiquiſſimum, à quo omnium rerum factum eſſet initium. *Torrent. Audis.*] Libentius appellaris.

21. *Unde homines.*] À quo. *Operum primos.*] Satis ex prædictis apparet, quid hoc verſu voluerit Horatius. Referri tamen etiam poterit ad veterem Romanorum conſuetudinem, qua anni initio ipſis Kalendis Januarii auſpicabantur artes quiſque ſuas; ut toto anno agentes deum haberent propitium. Sic ergo à Jano auſpicari Poëta voluit. *Torrentius. Operum vitæ.*] Ἐν βίῳ δυσῷ, id eſt, vitæ operoſæ, moleſtæ, & difficilis, puta urbanæ. *Cruquius.*

23. *Romæ ſponſorem.*] Quum Romæ ſum, O Jane, tu cogis me eſſe fidejuſſorem, id eſt, pro altero ſpondere. *Me rapis.*] Janum (puto) alloquitur. ille enim diem moderans, cujuſque diei actiones quoque moderari ac regere videbatur. *Rapis* igitur, inquit, *me reſponſorem*, id eſt, res ipſa cui præes interpellat, ut pro

Imprimat his, cura, Mæcenas ſigna tabellis.
Dixeris, Experiar. Si vis, potes, addit, & inſtat.
Septimus octavo propior jam fugerit annus,
Ex quo Mæcenas me cœpit habere ſuorum
In numero: duntaxat ad hoc, quem tollere rheda
Vellet iter faciens, & cui concredere nugas
Hoc genus: Hora quota eſt? Thrax eſt Gallina Syro par?

Matu-

diſtinctæ magiſtratuum nominibus: alii enim *prætorii*, alii *ædilitii*, alii *quæſtorii*, alii aliter appellabantur. Quod autem additur *magna atque nova*, id magis incitat Poëtam, ut ad conſtitutum veniat. *Torrent.* *De re communi.*] De re, quæ ad rem publicam pertineat.

38. *Imprimat his, cura.*] Da operam ut Mæcenas ſubſcribat. *Mæcenas ſigna tabellis.*] An de eo tempore loquitur, quo abſentis Auguſti Urbi præerat Mæcenas? aut etiam præſente Cæſare ſignabat, ejus (ut quidam volunt) ſigilli cuſtos? Vide lib. III. Od. VIII. *Torrent.*

39. *Dixeris.*] Si dixeris, tentabo an velit ſubſcribere?

40. *Septimus octavo propior.*] Septimus annus elapſus eſt, fere octavus, ex quo, &c.

42. *Duntaxat ad hoc.*] Expoſitio cauſæ finalis familiaritatis cum Mæcenate, qua facetè utitur, non tam ut moleſtias pro aliis intercedendi apud Mæcenatem evitet; quam ut ſignificet, quo ipſo loco, ſuique ſimiles viri docti ſint apud potentes & nobiles. *Cruquius.* *Quem tollere rheda.*] Facturus iter communicat mecum, quem vellet recipere in rhedam.

44. *Hoc genus.*] Nugas hujus generis. *Hora quota eſt?*] Mæcenas me interrogat. *Thrax eſt Gallina Syro par?*] Hanc vulgatam lectionem libri noſtri omnes tuentur. At Guil. Canterus, Nov. l.4. cap. 12. *Thrax an Gallina*, in vetuſto quodam codice legi admonuit primus. Antiquiſſimi codices non *Thrax*, ſed *Threx* habent, aut *Trex*, de qua ſcriptura diximus lib. III. Ode XI.

Me nunc Treſſa Chloë regit.

Nam utroque modo recte ſcribitur. Hunc porro locum ſic interpretor, ut *Gallina*, quod fatentur etiam veteres Grammatici, quemadmodum *Columbus* & *Palumbus* apud Suetonium, nomen proprium gladiatoris fuerit armaturæ Thracum: *Syrus* vero, ut & *Cilix* apud Juven. Sat. IV. contrariæ factionis, Mirmillonum ſcilicet, qui ab armatura Gallica etiam *Galli* dicebantur; ut *Thraces* alii, non ſolum quia parmas geſtabant Thracii ſcuti genus, unde & *parmularii* dicti (quo vocabulo uſus Suetonius Domit. cap. X. ut ibi docuimus) ſed etiam gladios illius imitatione gentis. Denique Juven. Sat. VIII. utriuſque factionis arma deſcribens, cum ait:

Nec clypeo Gracchum pugnantem aut falce ſupina.

Parmam Threcidicam, ut puto, & gladium intelligit, quo falcato nunc quoque Thraces utuntur. At contra *Mirmillones* à Myrmidonum fortiſſima Græcorum gente, mutato *d* in *ll*, ut cum pro Ὀδυσσεὺς *Ulyſſes* dicimus, appellari Turnebus cenſuit. Hi vero inter alia muniti erant galeis, quibus piſcis effigies inerat. unde *Retiario*, inquit Feſtus, *pugnanti adverſus mirmillonem cantabatur*, *Non te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle?* neque negaverim, quin hi quoque gladiis ſcutiſque ornarentur, ſed Gallicis. Juſtum Lipſium in Saturnalibus vide hac de re latius diſſerentem. *Torrentius.* *Thrax eſt Gallina.*] Thrax (quem ignaviæ cauſa gallinam nomi-

Matutina parum cautos jam frigora mordent,
Et quæ rimoſa benè deponuntur in aure.
Per totum hoc tempus ſubjectior in diem & horam
Invidiæ. noſter ludos ſpectaverat unà,
Luſerat in campo, Fortunæ filius, omnes.
Frigidus à Roſtris manat per compita rumor;
Quicumque obvius eſt, me conſulit: O bone (nam te
Scire, Deos quoniam propiùs contingis, oportet)
Num quid de Dacis audiſti? Nil equidem. Ut tu
Semper

nominat) & Syrus, duo erant gladiatores.

45. *Parum cautos.*] Sunt parum cauti, qui ſub finem Autumni utuntur adhuc veſte æſtiva.

46. *Et quæ rimoſa.*] Quæ garrulis ſine periculo poſſunt committi. *Rimoſa.*] *Rimoſam* vocat *aurem*, male tutam, quæ infuſa non ſervet, ducta à vaſis rimarum plenis, quæ hac atque illac perfluunt, metaphora: atque ita lib. I. Od. XXVII.

—— *Quicquid habes, age,*
Depone tutis auribus. ——

Tuta enim *aures*, *rimoſis* oppoſitæ. Errant igitur, qui *rimoſam* hîc *aurem* pro male memori exponunt. Notandumque notari obiter à Poëta taciturnitatem Mæcenatis, qui ne familiariſſimis quidem amicis ſuis Reip. ſecreta panderet. *Deponere* autem juris verbum eſt, pro cuſtodiæ tradere: unde *depoſitum*. Torrent.

47. *Per totum hoc.*] Per totum hoc ſeptennium fui magis ac magis invidiæ expoſitus.

48. *Noſter ludos ſpectaverat.*] *Noſtros* vocamus, & qui nobis propitii ſunt, & qui noſtri loci atque ordinis. aut ergo ad Mæcenatem hæc referri poterunt, qui quod unà forte cum Horatio aut ludos in theatro ſpectaverat, aut in campo Martio luſerat, Poëtæ tamquam fortunatiſſimo omnes invidebant; aut ad vulgi ſermonem per *μίμηϲιν*, ut vocant Grammatici, hic noſtri vix ſubſellii Horatius repente Fortunæ filius effectus eſt, qui in intimam Mæcenatis amicitiam penetraverit. Vide Turnebum, lib. VI. cap. VII. *Torrent.* *Noſter ludos ſpectaverat una.*] Noſter Horatius (dicunt omnes invidi) Fortunæ filius: id eſt, homo feliciſſimus una cum Mæcenate verſatus eſt in theatro, & in campo Martio.

49. *Luſerat in Campo, Fortunæ filius omnes.*] Hoc ſenſu, Omnes inter ſe ſuſurrant ac murmurant, Noſter una ludos ſpectaverat; Noſter nuper omnes candidatos in campo eluſerat. quibus enim voluit, commendatione ſua profuit; cæteros eluſit. *Heinſius.*

50. *Frigidus à Roſtris.*] *Frigidum* vocat *rumorem* ſive nuntium, non qui frigide ac leviter divulgetur, ſed qui audientibus timorem atque horrorem adferat; moventibus ſcilicet ſeſe barbaris adverſus imperium Romanum: ſic *frigida mors*. Daci autem iidem qui & Getæ, uti lib. III. Od. VIII. notavimus. Ingenioſe etiam è Roſtris loco Urbis frequentiſſimo, veluti fonte aliquo, exortum rumorem, per vicos omnes deduci fingit. *Torrent.* *Frigidus à Roſtris.*] Si quis rumor vanus vagatur.

51. *Me conſulit.*] Me rogat. *O bone.*] Horati.

52. *Deos quoniam propius.*] Auguſtum & Mæcenatem.

53. *De Dacis audiſti?*] Cum Dacis tunc bellum gerebant Romani. *Nil equidem.*] De Dacis nihil audio, inquit Hora-

Semper eris deriſor. At omnes Di exagitent me,
Si quidquam. Quid, militibus promiſſa, Triquetra
Prædia Cæſar, an eſt Itala tellure daturus?
Jurantem me ſcire nihil, mirantur, ut unum
Scilicet egregii mortalem altique ſilenti.
Perditur hæc inter miſero lux, non ſine votis;
O rus, quando ego te adſpiciam? quandóque licebit,
Nunc veterum libris, nunc ſomno & inertibus horis,
Ducĕre ſollicitæ jucunda oblivia vitæ?
O quando faba Pythagoræ cognata, ſimulque

Uncta

Horatius. *Ut tu.*] Sunt verba percunctatoris.

54. *Exagitent me.*] Dii male me vexent.

55. *Si quicquam.*] Audivi. *Quid? militibus promiſſa.*] Quid? (inquit percunctator) utrum prædia militibus promiſſa daturus eſt Cæſar ex Sicilia, an ex Italia? *Militibus promiſſa.*] De metatione agrorum loquitur, quæ poſt bellum Philippenſe contigit, devictis Bruto & Caſſio; de qua Sat. II. hujus libri,

— Videas metato in agello.

Quamquam & ad colonias, ab Auguſto deductas lege Julia, referri poſſit. ſed illud malim. *Triquetra.*] *Triquetrum* appellamus, quod Græci τρίγωνον, ut & figuram ipſam triangularem *triquetram*. *Triquetra* autem Sicilia, ſicut & *Trinacria* dicta, tribus promontoriis (ἄκρας vocant Græci) *Pachyno*, *Peloro*, & *Lilybæo* excurrens in mare. Ovidius IIII. Faſtorum:

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor,
Trinacris à poſita nomen adepta loci.

Torrent. *Triquetra.*] Sicilia dicta eſt Triquetra à tribus promontoriis.

59. *Perditur hæc inter.*] Conſumitur dies inter hæc nugatoria. *Miſero lux.*] Mihi in miſeriis, ſed non ſine optatis.

61. *Nunc veterum libris.*] Tria enumerat vitæ ruſticæ ſtudioſis grata commoda: veterum lectionem, otium ſive lectionis intermiſſionem, & ſomnum: quibus in urbe ſine interpellatione frui non licet. *Cruquius. Et inertibus horis.*] Quæ dantur joco, & otio.

62. *Ducere ſollicita jucunda oblivia vitæ?*] *Sollicitam* cum dicit, vitam urbanam intelligo, ob continuas in urbe moleſtias; cujus litterato ruris otio ſemel obliviſci poſſe optat. *Torrent. Ducere ſollicita jucunda oblivia vitæ.*] Hujus vitæ urbanæ ſollicitudines obliviſci.

63. *O quando faba Pythagoræ cognata.*] Feſtiviſſimus ac urbaniſſimus auctorum, cum Pythagoræ de faba ſententiam traducere hic urbane vellet, qui ex eadem & origine, & eodem natam tempore cum homine eam aſſerebat; fabam, non hominis cognatam è Pythagoræ ſententia, ſed præter expectationem, Pythagoræ cognatam vocavit. Quod urbanius, & magis ſalſum. *Heinſius. Faba Pythagoræ cognata.*] Inter varias opiniones cur à fabis abſtinere præceperit Pythagoras, non poſtremo loco habetur, quod, ut inquit Plinius, mortuorum animæ ſint in eis: qua de cauſſa parentando utique faba aſſumitur. Varro etiam ab hoc Flaminem ea non veſci tradit; quoniam in flore ejus litteræ lugubres reperiuntur. Huc ergo alludit Horatius, *Pythagoræ fabam cognatam* vocans. ille enim cognatas eſſe animas ſtatuit quocumque tandem tranſmigraſſent. Poſſet etiam ad naſcendi quamdam ſimilitudinem referri. Nam

ſummus

Uncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo?
O noctes cœnæque Deûm! quibus ipſe, meique,
Ante Larem proprium veſcor, vernaſque procaces
Paſco libatis dapibus. prout cuique libido eſt,
Siccat inæquales calices conviva, ſolutus
Legibus inſanis; ſeu quis capit acria fortis
Pocula, ſeu modicis humeſcit lætiùs. ergo
Sermo oritur, non de villis domibúſve alienis,
Nec malè nécne Lepos ſaltet; ſed, quod magis ad nos
Pertinet, & neſcire malum eſt, agitamus: UTRUMNE
Divitiis homines, an ſint virtute beati;

Quid-

ſummus auctor Theophraſtus, principium germinandi in faba membri inſtar habere tradit, idque etiam in cicere & lupino cerni. *Torr.* *Faba Pythagoræ cognata, ſimulque.*] A faba Pythagoras abſtinuit, quaſi ſibi cum ea cognatio aliqua eſſet, veritus ne in fabam aliquam animus paternus immigraſſet.

64. *Ponentur.*] Apponentur.

65. *O noctes cœnæque Deûm.*] Deorum omnia læta, tranquilla, ſuavia, ſecura: tales autem, ſemota ambitione ac metu, ruſticorum & ſomni & cœnæ. Turnebus lib. XIII. cap. XVII. & lib. 17. cap. 17. *Torrent.* *O noctes cœnæque.*] O nocturnæ curæ ſuaves & jucundæ, quales erant deorum cœnæ.

66. *Ante Larem proprium.*] Ante deum domeſticum & familiarem. *Vernaſque procaces.*] Audaculos ſervos domi noſtræ natos.

67. *Libatis dapibus.*] Ingenioſe quidem Turnebus lib. VI. cap. VII. hoc ad veterum religionem refert: qui teſte Varrone apud Nonium, & Plutarcho de Fortuna Romanorum, cœnæ particulam Lari ſacram in focum mittebant; quod *in patellam dare* dicebant ac *libare dapes*. Sed tamen Lambino potius aſſentior. De vernis enim loquitur, qui herilis menſæ reliquiis paſcebantur, & feræ quidem accumbentium & manu ſumtis. *Torrent.* *Libatis dapibus, prout cuique.*] Dapibus à me prius deguſtatis & leviter tactis.

68. *Siccat inæquales calices.*] Tunc inæquales calices ſiccantur, cum, qui plus poteſt bibere, plus bibit: qui minus poteſt, non cogitur; ſed animo ſuo obſequitur, nec ſuprà vires ſuas bibit. at ubi lex eadem omnibus bibendi impoſita eſt, huic parere tenentur ex æquo, puſilli, timidique potatores cum valentiſſimis & promptiſſimis: & tunc æquales omnibus calices hauriuntur. *Siccat inæquales calices.*] Ebibit calices inæqualiter plenos, pro ſuo quiſque arbitratu. *Inæquales.*] Quantum quiſque velit, ſuo nempe, non magiſtri arbitrio. *Inſanæ* autem *bibendi leges* apud Plinium extremo lib. XIIII. *Torrent.*

69. *Inſanis: ſeu quis capit.*] Per leges præfinitum erat convivis à bibendi Magiſtro, quantum quiſque biberet. *Acria fortis.*] Grandia pocula.

70. *Seu modicis.*] Seu modico potu delectatur. *Modicis humeſcit lætius.*] Tales potatiunculæ illæ Socraticæ, ſeu Platonicæ, ſi mavis, de quibus Gellius XV. capite II. Macrobius II. cap. ult. *Torrent.*

71. *Sermo oritur.*] Sermo convivalis, in cœna ruſtica.

72. *Lepos.*] Nonnulli codices *Nepos* habent: in veteri tamen libro adſcriptum, *Lepos Cæſaris archimimi nomen.*

 placet.

Quidve ad amicitias, uſus, rectumne trahat nos;
Et quæ ſit natura boni, ſummumque quid ejus.
Cervius hæc inter vicinus garrit aniles
Ex re fabellas. nam ſi quis laudat Arelli
Sollicitas ignarus opes, ſic incipit: Olim
Ruſticus urbanum murem mus paupere fertur
Accepiſſe cavo, veterem vetus hoſpes amicum.
Aſper, & attentus quæſitis, ut tamen arctum
Solveret hoſpitiis animum. quid multa? neque illi
Sepoſiti ciceris nec longæ invidet avenæ;
Aridum & ore ferens acinum ſemeſaque lardi
Fruſta dedit, cupiens varia faſtidia cœna
Vincere tangentis malè ſingula dente ſuperbo:
Quum pater ipſe domus, palea porrectus in horna,

Eſſet

placet. *Torrent. Lepos ſaltet.*] Lepos inſignis ſaltator, Auguſti ſcurra.

75. *Uſus, rectumne.*] Utilitas, an honeſtas.

76. *Summumque quid.*] Et quid ſit ſummum bonum.

77. *Garrit aniles.*] Cervius jucunde narrat vulgares fabulas.

78. *Ex re fabellas.*] *Ex re*, id eſt, pro re nata: ut *pro loco, pro tempore* dicimus. Virg.

Pro re pauca loquar. ——

vel *ex re*, quia audientibus utiliſſimæ, atque ad perſuadendum etiam maximis in rebus efficaciſſimæ, præſertim cum ad multitudinem habetur oratio; tametſi per ſe inanes illæ ac ſtolidæ videri poſſint. *Torrent. Ex re fabellas.*] Ex uſu. *Arelli.*] An forte amicum ſuum Arellium Fuſcum nobilem oratorem oblique taxat? *Torrent. Arelli.*] Cujuſdam avari nomen Arellius.

79. *Ignarus opes.*] Non expertus, quantas ſecum curas trahunt amplæ divitiæ. *Sic incipit.*] Cervius ſic incipit. *Olim.*] Quondam.

81. *Cavo.*] Anguſto cubili.

82. *Aſper & attentus.*] Laborioſus, non delicatus. *Ut tamen arctum.*] Ita tamen, ut animum parcum laxaret hoſpitiis, id eſt, hoſpitibus accipiendis.

83. *Neque illi Sepoſiti ciceris.*] Libri non pauci legunt *ille:* ſed nihil puto mutandum. Eſt autem Helleniſmus, ut Sat. III.

Et morbi miror purgatum te illius. ——

Virgilius:

Juſtitiæne prius mirer bellive laborum?

Torrent. *Hoſpitiis.*] Hoſpitibus: abſtractum, ut ajunt Grammatici, pro concreto: ſic & vigiliæ, præſidia, &c. pro vigilibus, præſidiariis. *Cruquius.*

84. *Sepoſiti ciceris nec longæ invidit avenæ.*] Helleniſmus. Invideo cum genitivo caſu; pro quo Latini dicerent: Neque invidit illi ſepoſitum cicer, neque longam avenam, ſed liberaliter ei apppoſuit.

85. *Aridum & ore.*] Acinum deſiccatum.

86. *Cupiens varia faſtidia.*] Cupiens varietate eduliorum depellere urbani faſtidia muris, dente ſuperbo ſingula deguſtantis.

88. *Quum pater.*] Cum mus ruſticus ſtratus in palea hujus anni.

89. *Eſſet*

Eſſet ador loliumque, dapis meliora relinquens:
Tandem urbanus ad hunc, Quid te juvat, inquit, amice,
Prærupti nemoris patientem vivere dorſo?
Vis tu homines urbemque feris præponere ſilvis?
Carpe viam, mihi crede, comes terreſtria quando
Mortaleis animas vivunt ſortita, NEQUE *ulla eſt*
Aut magno aut parvo leti fuga. quo benè circa,
Dum licet, in rebus jucundus vive beatus:
VIVE *memor, quàm ſis ævi brevis. Hæc ubi dicta*
Agreſtem pepulère, domo levis exſilit. inde
Ambo propoſitum peragunt iter, urbis aventes
Mœnia nocturni ſubrepere. jamque tenebat
Nox medium cœli ſpatium, quum ponit uterque
In locuplete domo veſtigia: rubro ubi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos,

Mul-

89. *Eſſet ador.*] Nec hoc quoque otioſum. Eo enim frumenti genere, farre ſcilicet, quod *ador* & *adoream* vocabant, uſus eſt populus Romanus annis trecentis; auctor Plinius; ut l. III. Od. III. notavimus. quamquam ut hoc obiter dicam, *farris* nomen, non ador ipſum, ſed adoris pollinem ſignificare videtur Auſonio;

Mox ador atque adoris de polline pultiſicum far.

& apud veteres, ſi Varroni credimus, de omnibus frugibus dicebatur. *Torrent.* *Eſſet ador.*] Ederet ador farris genus. *Dapis meliora relinquens.*] Relinquens dapes meliores.

91. *Prærupti.*] Nemoris alti.

92. *Feris præponere.*] Deſertis regionibus.

93. *Comes.*] Comitare in me urbem. *Terreſtria quando.*] Quandoquidem terreſtria animalia mortales habent animas. Horatius: vel ex Atheorum ſententia: vel in perſona muris urbani & ceterarum animantium (homine excepto) iſta loquitur.

94. *Mortaleis animas.*] Id vetus omnis Philoſophia negavit, at recentiores plerique, præſertim poſt Ariſtotelem, impie affirmarunt, perinde ac ſi homo nihil differret à beluis. Tritum autem Poëtis argumentum, ob vitæ brevitatem atque incertitudinem, hilare ac jucunde vivendum eſſe: in quo ſæpiſſime noſter verſatur Horatius: & graviter Plinius lib. VII. *Is demum profecto vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.* Torr.

95. *Aut magno.*] Nobili aut ignobili. *Quo bene circa.*] Quocirca ô bone.

97. *Hæc ubi dicta.*] Poſtquam hæc verba muris urbani, murem ruſticum impulerunt vitæ genus commutare.

100. *Nocturni.*] Noctu.

101. *Ponit uterque In locuplete domo veſtigia.*] Lucr. initio lib. v.

——Inque tuis nunc
Fixa pedum pone preſſis veſtigia ſignis.

Virg. III. Georg.

—— Vix ſumma veſtigia ponat arena.

ductum volunt à gladiatoribus. *Torrent.*

102. *Cocco.*] Purpura.

103. *Canderet.*] Notanda verbi proprietas.

Multáque de magna ſupereſſent fercula cœna,
Quæ procul exſtructis inerant heſterna caniſtris.
Ergo ubi purpurea porrectum in veſte locavit
Agreſtem: veluti ſuccinctus curſitat hoſpes,
Continuatque dapes, nec non vernaliter ipſis
Fungitur officiis, prælambens omne quod affert.
Ille cubans gaudet mutata ſorte, boniſque
Rebus agit lætum convivam, quum ſubito ingens
Valvarum ſtrepitus lectis excuſſit utrumque.
Currere per totum pavidi conclave; magiſque
Exanimes trepidare, ſimul domus alta moloſſis
Perſonuit canibus. tum ruſticus, Haud mihi vita
Eſt opus, hac, ait, & valeas: me ſilva cavuſque
Tutus

prietas. *Candere* enim & *candeſcere* non ad colorem tantum referuntur; ſed & ad igneum illum ſplendorem, qui in accenſa quavis materia cernitur, ut *candens ferrum, carbo, favilla,* ac ſimilia. Pulcre igitur Flaccus *candentem rubro cocco veſtem* depingit, ob ardorem ſcilicet purpuræ. *Torrent. Canderet veſtis.*] Splenderet ſtragula veſtis.

105. *Extructis.*] Alte cumulatis. tam enim repoſitis epulis impleri caniſtra poterant, quam menſæ ipſæ: unde *ſtruices patinariæ* Plauto. Peculiare enim conviviis vocabulum: unde & *ſtructores* inter officia menſarum. *Torrent. Extructis inerant.*] In caniſtris ordine diſpoſitis & exornatis.

106. *Ergo ubi porrectum.*] Cura, ſedulitas & ſtudium muris urbani, ut apparatu, magnificentia & dapibus hoſpitem ſuum accipiat, ad ruris odium inducendum, & urbis amorem perſuadendum. *Cruquius. Porrectum in*] Murem ruſticum extentum vel accumbentem.

107. *Veluti ſuccinctus.*] Inſtar ſervi ad miniſtrandum expeditus. *Hoſpes.*] Mus urbanus.

108. *Continuatque dapes.*] Dapes dapibus accumulat. *Vernaliter ipſis.*] Sic quidem noſtri codices: uſus tamen obtinuit, ut Horatium ſecuta ætas, *vernilis* & *verniliter* diceret. Tacitus quoque lib. III. Hiſt. *vernile dictum* pro ſcurrili ac procaci dixit, qualia eſſe ſervulorum ſolent. *Torr. Vernaliter.*] Officioſe in morem vernarum.

109. *Prælambens.*] Non diſplicet quidem, ut prægustantis munere functum dicat: mallem tamen ligurritorem ſignificari; quales fere ſunt vernulæ. poterat & ideo prælambere, ut ſuo prius, quam convivæ palato ſatisfaceret. *Torrent. Prælambens.*] Prægustans.

110. *Ille cubans gaudet mutata ſorte.*] Mus ruſticus porrectus in ſtragula purpurea gaudet ſorte mutata. *Boniſque rebus agit lætum convivam.*] Ob res jucundas præbet ſe lætum convivam.

111. *Cum ſubito ingens.*] Hic vide momentaneæ fluxæque voluptati quam parum ſit fidendum.

112. *Lectis excuſſit.*] Lectis diſcubitoriis.

113. *Currere.*] Currebat.

114. *Exanimes trepidare.*] Metu perturbati, magis trepidabant. *Simul*] Simul atque. *Moloſſis.*] Canibus Epiroticis à Moloſſa civitate Epiri, ubi canes robuſti gignuntur.

115. *Tum ruſticus.*] Mus ruſticus.

116. *Et valeas.*] Valeat hæc vita urbana,

Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur ervo.

bana, turbulenta & timoris plena. *Caveſque.*] Caverna, ubi ante habitabat.

117. *Ervo.*] Ervum, eſt ſpecies leguminis.

SATYRA VII.

Horatius inducit ſervum vehementer dominum ſuum increpantem, quod aliter vivat, quam promiſerat aut præ ſe ferat.

JAM *dudum auſculto, & cupiens tibi dicere ſervus*
Pauca, reformido. Davúſne? Ita, Davus, amicum
Mancipium domino, & frugi, quod ſit ſatis: hoc eſt,
Ut

1. J*Amdudum auſculto.*] Exordium Comicum, ex interrupto, puta ab officio ſervi cordatioris & in herum ſuum benignioris: ait enim ſe patienter audire quid dicat, imperet, velit; ſe quoque videre quid meditetur, quid agat, non audere tamen ſe ei, quod novit, indicare. *Cruquius.* *Auſculto.*] Audio te loquentem. *Servus.*] Exiſtens in ſervitute. *Jamdudum auſculto.*] Non Davo hoc tribuo, ſed Horatio:

At cupiens tibi dicere ſervus Pauca reformido. hoc ſenſu:

Senſerat Horatius ſervulos ſuos aliquid dicturire, & attentus aliquantiſper ſederat, ut exſpectaret quidnam vellet. Sed cum videret, neminem eorum proloqui, pertæſus moræ, ipſe ſilentium abrumpit: &, Quin hoc agitis, inquit, Jam enim dudum eſt, cum auſculto. Hic Davus, cui loquendi partes à reliquis datæ fuerant: atqui quo minus loquar facit, quod ea, quæ dicenda habeo, pace tua fortaſſe dici nequeunt. Tum Horatius: Quid? Davuſne eſt, qui paucis me volebat? Ita reſpondet ſervus, ipſe Davus ille, quem tu tantopere diligis: nec id immeritò. Eſt enim frugi in tantum, quantum ſervo neceſſe eſt. Non dico, nimis. Cum enim vetus querela ſit, maximas virtutes non diurnare, metuo, ne & tu, ſi me ſuprà modum frugi dixero, verearis, ne ante diem tantis virtutibus mancipium, tibi mors erepturа ſit. Hoc enim volunt urbaniſſima illa:

—— *Et frugi quod ſit ſatis: hoc eſt, Ut vitale putes.* Rutgerſ.

2. *Reformido.*] Non ignorabat enim domino ſuo eam vitæ & morum turpitudinem auditu fore injucundam: idcirco ait ſervus, reformido: perinde ac ſi velit ſignificare libertate ei opus eſſe ad libere loquendum. *Cruquius.* *Davuſne.*] Num Davus audet hæc loqui? inquit dominus ſuus. *Ita, Davus.*] Ita eſt, ego Davus ſervus tibi utilis cupio te paucis convenire.

3. *Mancipium domino & frugi quod ſit ſatis: hoc eſt, ut vitale putes, &c.*] Hic interpretes *mancipium frugi:* quod ſatis eſſe poſſit ad perſuadendum tibi, me vita dignum eſſe. Erat enim dominorum in ſervos vitæ neciſque poteſtas. At ego hero, non ſervo, illa verba puto tribuenda.

—— *hoc eſt, Ut vitale putes: age, libertate Decembri, utere.*

Ut conſcius ſibi herus tractationis & querelæ ſervi ſui, quem jam in ſumma temporis libertate expoſtulare ſecum velle videbat; nimirum inquit, id eſt, *vitalia mihi amputare velle.* Commemoratio enim tuæ frugalitatis, quantum ſatis eſt, ut ais, beneficii loco ſervata, ut & apud Comicum ſervus ait; exprobratio quædam eſt. *Putare* autem pro amputare, ille idem poëta dixit: in ſimilibus enim more poëtico per *ἀφαίρεσιν* ſyllaba perditur, ut Maro, *Pone metum*, pro depone. *Schottus.* *Et frugi quod ſit ſatis.*] Servus, inquam, tanta fruga-

Ut vitale putes. Agè, libertate Decembrì,
Quando ita majores voluerunt, utere: narra.
Pars hominum vitiis gaudet conſtanter, & urget
Propoſitum: pars multa natat, modò recta capeſſens,
Interdum pravis obnoxia. ſæpe notatus
Cum tribus anellis, modò læva Priſcus inani
Vixit,

frugalitate præditus, ut me meo merito judicare poſſis vitalem, id eſt, meliore vita dignum, nempe libertate. *Frugi quod ſit ſatis.*] Sic frugi, ut nihil nimis, ne immodice ſe jactet: & quia vulgo creditur, inſignite probos immatura fere morte extingui; jocoſe addit, *ut vitale putes:* hoc eſt, ut ſuperſtitem ſperes, nec tali mancipio ante diem priveris. *Frugi.*] Sobrii potiſſimum ac parci, & qui opera ſua utiles ſunt, maxime cum de ſervis loquimur, eo vocabulo notantur. Talem ſe Davus iſte prædicat. Turneb. lib. 18. c. 27. *Torrent.*

4. *Age, libertate Decembri.*] Hoc menſe Decembri, cum Saturnalia celebrentur, inquit dominus, ſervis loqui licet, quicquid libet. *Libertate Decembri.*] *Saturnalia*, quod ex Macrobio aliiſque auctoribus notum eſt, in Decembrem menſem incidebant: quibus, quod ſervi pro dominis ſe gererent, & hi viciſſim ſervilibus muneribus fungerentur, ut, memores iiſdem ſeſe ortos eſſe ſeminibus, nec natura, ſed conditione diſtare, moderatius imperarent; recte Horatius, *Age*, inquit, &c. Et de *Saturnalibus* quidem multa dicere otioſi hominis ſit, adſcribam tantum Dionis locum de Narciſſo Claudii Cæſaris liberto lib. lx. Hic enim ad exercitum A. Plautii miſſus, cum aſcenſo ducis tribunali, alloqui milites aggrederetur; illi indignabundi acclamare tritum illud, *Iô Saturnalia. Moris enim*, inquit, *erat, ut Saturnalia habitu dominorum colerent ſervi.* Nec vero ſervis tantum major tunc permiſſa licentia: ſed ceteri quoque homines toto menſe Decembri feriabantur. *Torrent.*

6. *Pars hominum.*] Exorditur ab aliorum vitiis, ut tutius ſecuriuſque tandem ad herum veniat. *Torrent.* *Pars.*] Verba ſervi. *Conſtanter.*] Pertinaciter. *Et urget.*] Perſeverat in conſilio ſuſcepto.

7. *Natat.*] Inſtabilis eſt, huc illuc fluctuans. *Recte capeſſens.*] Virtutes ſequens.

8. *Pravis obnoxia.*] Vitiis obnoxia.

9. *Cum tribus anellis.*] *Annulorum* origo, teſte Plinio, è Græcia fuit, ſera tamen; ſiquidem Iliacis temporibus nulla illorum fit mentio, & ſignandi quidem cauſſa inventos fuiſſe Macrobius tradit lib. VII. cap. XIII. primum ſingulos, eoſque ferreos: quos, augeſcente luxu, qui Senatores erant aut equites, libertis reliquere, ſumtis ipſi aureis. Sed Plinius ad ornatum referre maluit: cunctanter initio ſumtos narrans, ac lævis tantum manibus quo magis occulerentur; quamquam alii, quo minus impedirent, id factum voluere: Gellius vero l. x. & cap. x. ex Appione, ideo primum ſiniſtræ manus digitum, qui minimo eſt proximus, anulo decoratum ait, quod ab anatomicis repertum ſit, nervum quemdam tenuiſſimum ab eo digito ad cor uſque pervenire. Crevit autem una cum luxuria numerus. Et tres quidem ſuo ſæculo, ut multos ponit Horatius; at Plinius, demto medio reliquos omnes digitos eis onerari ſolere ſua ætate oſtendit. Vide Alex. ab Alex. lib. II. cap. XIX. *Torrent.* *Cum tribus annellis.*] Annulos plures geſtaſſe, turpe fuit. *Modo læva Priſcus.*] Vixit aliquando ſine ullo annulo, quem in ſiniſtra manu geſtare mos erat, quia manus ſiniſtra otioſior eſt, & propterea minus

in illa

Vixit inæqualis, clavum ut mutaret in horas:
Ædibus ex magnis ſubitò ſe conderet, unde
Mundior exiret vix libertinus honeſtè.
Jam mœchus Romæ, jam mallet doctus Athenis
Vivere, Vertumnis, quotquot ſunt, natus iniquis.
Scurra Volanerius, poſtquam illi juſta chiragra
Con-

in illa annuli atteruntur, quam in dextra.

10. *Inæqualis.*] Sibi non conſtans. *Clavum mutaret.*] Nunc ſcilicet anguſtiore, nunc latiore utens: illud modeſtiæ, hoc luxus indicium: ut priore libro Sat. VI. notavimus. *Torrent.* *Clavum ut.*] Clavum, aut latum, aut anguſtum. vide Sat. 6. lib. 1.

11. *Ædibus ex magnis ſubito.*] Ex domo plena dignitatis ſubito migraret in domum abjectam.

12. *Mundior exiret.*] Unde, id eſt, ex gua exiret paulo elegantior. *Honeſte.*] Decenter.

13. *Jam mœchus Romæ.*] Inconſtantiæ nota ab inſtituto & vitæ modo, non ſine obliquo crimine luxus Romani, & commendatione Athenarum à diſciplinis liberalibus. *Cruquius.* *Doctus Athenis.*] Sic, demto uno, noſtri omnes. Turnebus *doctor* maluit, ego contra ſentio. *Doctores* enim fere Grammaticos vocabant. At Priſcus iſte, Senatorii ordinis erat: qui modo Romam præferebat, ob adulterarum copiam ipſe mœchus; modo Athenas, ubi doctrinam, quam præ ſe ferebat, diſſerendo inter eruditos probare poſſet. Turneb. l. 13. cap. 17. *Torrent.* *Doctus Athenis.*] Priſcus Orator fuiſſe dicitur.

14. *Vertumnis,*] Ex Turnebi lib. 13. c. 17. ſententia, *Vertumnis* edidit Lambinus, ut *Portumnus*, *Autumnus*. parum refert. Illud vero non recte, irato, ſive iniquo *Vertumno* natum dici, qui mobili eſſet ingenio, qui ſecum pugnaret, qui ſententiam mutaret in horas: nam Vertunno ipſo nihil varium magis aut mutabile; cum omnia in ſe vertat, ut pulcerrima quadam Elegia Propertius cecinit, ſervato ſemper decoro; in quo deficit Priſcus homo vanus ac levis. Bene itaque Tibullus:

Talis in æterio felix Vertumnus olympo
Mille habet ornatus, mille decenter habet.

Donatus in Adelphos ad ea Comici verba; *Quæ res tibi vertat male:* & rurſus ad illa: *Dii bene vertant: Quia ſæpe res aliter eveniunt, quam vel optamus vel opinamur, cujus eventus nobis ratio non conſtet; vertendi illam in utramque partem poteſtatem Vertumno tribuit; quem Priſco propitium fuiſſe negat Horatius.* Torrent. *Vertumnis.*] Vertumnus Deus eſt animum vertens, ad omnes figuras & formas opportunus, unde multiformis & mutabilis apparet. Quamobrem qui inconſtantes ſunt, & mobili ingenio, dicuntur nati iratis Vertumnis. *Quotquot ſunt.*] Quotquot ſunt Vertumni, non quod multi eſſent Vertumni, ſed quia Vertumnus varie depingebatur, modo arator, ſeminator, meſſor, modo plantator, foſſor, &c.

15. *Juſta chiragra.*] Stephanus miratur Horatium, primam in hac voce corripere auſum; imo vix hoc illi veriſimile videtur: ita ut credat illum *cheragra* ſcripſiſſe; quum Græci Poëtæ *χέρα* non minus dicant, quam *χεῖρα*. *Juſtam chiragram* Lambinus vult dictam eſſe magnam, gravem & omnibus numeris abſolutam: quemadmodum dicimus, juſtum exercitum, juſtum Poëma, &c. Sed cur *juſtam*, in ſua prima & uſitatiſſima ſignificatione non accipimus: ut quemadmodum *juſta pœna* dicuntur, ſic etiam *juſta*, quæ pœnas juſtas & meritas ſumi, appelletur. Sic Naſo, Triſt. lib. 5. eleg. 9.

 Vidi

Contudit articulos, qui pro ſe tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna
Conductum pavit. quantò conſtantior idem
In vitiis, tantò levius miſer, ac prior ille,
Qui jam contento, jam laxo fune laborat.
Non dices hodie, Quorſum hæc tam putida tendant,
Furcifer? Ad te, inquam. Quo pacto peſſime? Laudas
Fortu-

Vidi ego naufragiumque viros & in æquore mergi:
Et numquam dixi juſtior unda fuit.

Stephan. *Juſta chiragra.*] *Juſtam* vocari malim, ſcurræ mœrenti ob ingluviem immiſſam, quam ex aliorum ſententia, veram ac legitimam. De articulari autem morbo loquitur, qui ab affecta corporis parte nomen mutat, & nunc podagra, nunc chiragra eſt, Græce ἀρθρῖτις. Sed & *contigit* pro *contudit* ſcriptum repperi in veteribus membranis. *Torrentius.* *Juſta chiragra.*] Chiragra gravis & ſuis numeris abſoluta.

16. *Tolleret atque.*] Ex alveo ſumeret.

17. *In pyrgum.*] E duodus optimis codicibus noſtris: hic *fimum*, ille *phimum* habet; & adſcriptum, *id eſt, pyrgum vel fritillum, inſtrumentum ligneum, cui imponitur teſſera, ne falli poſſit cum quo luditur.* Latini ſane *turriculam* vocant, ut ex Martiale obſervavit Turnebus, lib. VI. cap. III. Ceterum quia φιμοὺς Græci inter organa, quæ κυβευτικὰ vocant, referunt, ut videre eſt apud Pollucem non uno in loco. πύργον vero ea ſignificatione non temere reperias; hic quoque hoc vocabulum adulterinum puto, & legendum *phimum*. uti & priſci legiſſe videntur interpretes. *Fritillum* autem appellat Seneca & Juven. ſed *arcam* Perſius Sat. III. Vide Guil. Canterum Novar. lect. lib. 7. c. 8. *Torrent.* *In pyrgum.*] In vaſculum ex quo ad evitandum dolum tali ab aleatoribus in alveum conjiciebantur, ne ſi manu jacerentur, luſores fraudem committerent.

18. *Quanto conſtantior.*] Quod ait Poëta, quanto quiſque aſſiduo vitæ uſu in vitiis obfirmatior eſt, tanto levius eſſe miſerum; id verum quidem opinione laborantis; vix enim ſe miſerum eſſe ſentit: reipſa tamen ut turpior, ſic & miſerior multo eſt, quam ille qui interdum ſapit & recte agit, modo ſe continens, modo remittens, neque umquam pedem firmans, ſed natanti ſimilis, ut paulo ante dixit. *Torrent.*

19. *Tanto levius miſer.*] Tanto minus miſer. *Ac prior ille.*] Mallem, *ac prior illo*. Nec ſilere poſſum in melioribus codicibus legi *acrior illo*, ut cauſſam reddat, quare *levius miſerum* dixit, nempe qui alacrior in propoſito perſiſtat. Turneb. lib. 13. cap. 17. *Torrent.* *Illo.*] Illo Priſco.

20. *Qui jam contento.*] Modo ita contendit funem, ut periculum ſit ne rumpatur, modo nimis laxat, id eſt, in omni vitiorum genere volutatur.

21. *Non dices.*] Verba ſunt heri. *Putida tendant.*] Verba rancida & auditu injucunda.

22. *Ad te.*] Reſpondet ſervus. *Quo pacto.*] Loquitur herus. *Laudas Fortunam, &c.*] Multis, inquit, laudibus efferrs divitias antiquas non amplas, ſed modicas, quæ vitæ frugaliter ſuſtentandæ ſatis eſſe poſſint. commendas antiquum vivendi modum ſimplicem, frugalem: at ſi Deus tamen aliquis tibi è malis erepto, ea quæ tantopere laudas, largiatur ultro, credo te recuſaturum. *Cruquius.* *Laudas.*] Sunt verba Davi ad herum.

23. *Anti-*

Fortunam & mores antiquæ plebis, & idem,
Si quis ad illa Deus ſubitò te agat, uſque recuſes:
Aut quia non ſentis, quod clamas, rectius eſſe;
Aut quia non firmus rectum defendis, & hæres,
Nequicquam cœno cupiens evellere plantam.
Romæ rus optas: abſentem ruſticus urbem
Tollis ad aſtra levis. ſi nuſquam es fortè vocatus
Ad cœnam, laudas ſecurum olus: ac, velut uſquam
Vinctus eas, ita te felicem dicis amaſque,
Quòd nuſquam tibi ſit potandum. juſſerit ad ſe
Mæcenas ſerum ſub lumina prima venire
Convivam: Nemon' oleum feret ocyus? ecquis
Audit? cum magno blateras clamore, fugiſque.

Mil-

23. *Antiquæ plebis.*] Mores antiquorum hominum. *Et idem.*] Et tu idem.

24. *Subito te agat.*] Si ſine tuis votis ad illa te compellat. *Uſque recuſes.*] Valde recuſes.

25. *Quod clamas.*] Quod aſſeris.

26. *Non firmus.*] Non ſtabilis. *Et hæres.*] In luto hæſitas. *Hæres Nequicquam.*] Hoc eſt, ita tecum pugnas, ita te tibi involvis, ut quid dicas, quo te vertas, ut ex his rebus te vindices, omnino tibi ſit incertum. *Cruquius.*

27. *Cœno cupiens evellere plantam.*] Notum Græcorum proverbium, ἐκ τῆς πηλῦ πόδας ἕλκειν, de his qui moleſtiam aliquam jam ſuperarunt. Turneb. lib. 13. cap. 17. *Torrent.* *Evellere plantam.*] Cupiens ex vitiorum gurgite emergere, laudas.

28. *Romæ rus optas.*] Quando Romæ es. *Ruſticus urbem.*] Quando es rure.

29. *Levis.*] Inconſtans.

30. *Laudas ſecurum.*] Victum domeſticum. *Velut uſquam.*] Quaſi, quo vocaris, eò coactus & invitus eas.

31. *Amaſque.*] Eſtque tibi jucundum.

32. *Potandum.*] Epulandum. *Juſſerit.*] Si juſſerit.

33. *Serum ſub.*] Sero, paulo ante veſperum. *Sub lumina prima.*] Idem fermè, quod *ſupremo ſole*, quodve *ad faces primas*: ac tale etiam illud Juvenalis Sat. x.

—— Pereundum eſt ante lucernas.

ſed in Repub. occupáti fere tardius accumbebant; ut hîc Mæcenas; quare *ſerum* addidit Horatius. *Torrent.*

34. *Nemon' oleum feret ocyus?*] Mira hîc ſcriptionis varietas. Sunt qui pertinaciter cum hiatu, *Nemo oleum*; & mox, *audit*, legi debere affirment. Ego abſque contentione in uno atque altero vetuſtiſſimo codice ſic ſcriptum atteſtor;

—— Nemon' oleum fert ocyus? en quis
Audit. ——

pro *etquis*, vel *ecquis*, aut *hæc quis*: quam ſcripturam veram puto. *Oleum* autem pro unguento dixit, ut *unger olivo*. Sat. 6. *Nemon' oleum.*] Verba ſunt heri ad Mæcenatem properantis. Cœnaturi oleo ungebantur.

35. *Magno blateras.*] Sed & cameli cum voces edunt, *blaterare* dicuntur. auctor Feſtus. *Torrent.* *Blateras.*] Inepte clamas. *Fugiſque.*] Placet: ſic tamen ut damnare nolim, quod in quinque libris repperi, *furiſque*. Torrent. *Fugiſque.*] Ad cœnam feſtinas.

36. *Mil-*

Milvius & ſcurræ tibi non referenda precati
Diſcedunt. etenim fateor, me dixerit ille
Duci ventre levem: naſum nidore ſupinor:
Imbecillus, iners, ſi quid vis, adde, popino.
Tu, quum ſis quod ego, & fortaſſis nequior, ultrò
Inſectere velut melior, verbiſque decoris
Obvolvas vitium? quid, ſi me ſtultior ipſe
Quingentis emto drachmis deprenderis? aufer
Me vultu terrere: manum ſtomachumque teneto,
Dum, quæ Criſpini docuit me janitor, edo.
Te conjux aliena capit, meretricula Davum.
Peccat uter noſtrûm cruce dignius? acris ubi me
Natura incendit, ſub clara nuda lucerna

Quæ-

36. *Milvius & ſcurra.*] Fieri quidem poteſt, ut *Milvius* ſcurræ nomen ſit, ab ave rapaciſſima ſumtum. Fuerant autem hi cum Horatio cœnaturi; quos à Mæcenate invitatus, mala multa imprecantes, reliquerat, ſuo tunc victuros ſucco. *Torrent.* *Et ſcurræ tibi.*] Paraſiti, qui erant apud te cœnaturi. *Referenda.*] Multa mala.

37. *Etenim fateor.*] Davi ſunt verba, non Horatii. *Dixerit ille.*] Vetus locutio, pro dixerit fortaſſe aliquis; ὁ δεῖνα, ut loquuntur Græci. *Torrent.* *Ille.*] Aliquis dixerit.

38. *Duci ventre*] Me ventri indulgere. *Naſum nidore ſupinor.*] Sic noſtri omnes, non *ſupino*: adſcriptumque in uno, *ut facere odorantes ſolent*. Torrent. *Naſum nidore ſupinor.*] Naſum habeo ſupinum ad ſuavem odorem obſonii percipiendum.

39. *Quid vis.*] Lambinus recte *ſi quidvis* edendum cenſuit. eſt enim vetus ſcriptura; & meo quidem judicio, particula *ſi*, abundat: ut Epod. I.

Quid nos quibus te vita ſit ſuperſtite.

Popinones autem, teſte Nonio, vel ipſi tabernarii ſunt, vel qui ſe totos popinis dedunt. *To. Popino.*] Popinarum amator

40. *Tu.*] Here. *Ego.*] Servus nimirum.

41. *Inſectere.*] Debeſne me inſectari? *Verbiſque decoris.*] Vocabulis virtutis, vitium tuum tegas?

42. *Stultior ipſe.*] Alii leg. *ſtultior ipſo.*

43. *Aufer.*] Noli me vultu terrere.

44. *Stomachumque teneto.*] Iram comprime.

45. *Criſpini docuit.*] Philoſophi. vide Sat. 3. lib. I.

46. *Te conjux.*] Te, qui herus meus es.

48. *Natura incendit.*] Naturalis & vehemens libido. *Sub clara nuda lucerna.*] Nihil muto; *teſte* enim *lucerna ludere*, Martialis inquit. atque ita de Meſſalina Juvenalis:

Obſcuriſque genis turpis fumoque lucernæ.

& ſane cum ſcortilla iſta fere in fornicibus agerent, unde & *fornix* pro lupanari, non mirum ſi etiam de die lucernis utebantur. neque hîc quicquam occultioris ſcientiæ. nam quod ante lenonum ædes laureatas lucernæ ſuſpendebantur, id tunc ſolenne erat, cum nova aliqua meretricula proſtituebatur, ut ex Tertulliano conſtat, & ex hoc Juvenalis loco è Sat. VI.

Ornentur poſtes & grandi janua lauro.

Lucerna tamen, quod in tribus codicibus repperi, damnare nequeo: cum ob locum illum lib. I. Sat. II.

Altera nil obſtat; Cois tibi pæne videre eſt

Ut

Quæcumque excepit turgentis verbera caudæ,
Clunibus aut agitavit equum laſciva ſupinum;
Dimittit neque famoſum, neque ſollicitum, ne
Ditior, aut formæ melioris mejat eodem.
Tu, quum projectis inſignibus, anulo equeſtri,
Romanóque habitu, prodis ex judice, Dama
Turpis, odoratum caput obſcurante lacerna,
Non es, quod ſimulas? metuens induceris, atque
Altercante libidinibus tremis oſſa pavore.
Quid refert, uri virgis ferróque necari?

Aucto-

Ut nudam. —— tum quod *togatæ* ac *palliolatæ* fere inducantur meretriculæ. atque ita Juven.

Ipſe lacernatæ cum ſe jactaret amicæ.

Torrent. *Sub clara nuda lacerna.*] Sub linea veſte tam tenui, ut meretrix quaſi nuda videretur.

49. *Caudæ*] Mentulæ tumentis.

50. *Clunibus aut agitavit.*] Aut ſuperincubando me clunibus agitavit, velut equo inſidens.

51. *Dimittit neque.*] Me miſſum facit illæſa fama.

52. *Mejat eodem.*] Cum eadem coëat.

53. *Tu cum projectis inſignibus, &c.* —— *Caput obſcurante lacerna.*] Ut lateret ille, inſignia dignitatis, nempe annulum depoſuerat; & libertatis, nempe togam, quæ *Romanus habitus* Poëtæ dicitur, & tunc in uſu erat ſaltem apud digniores: & ſic in ſervili habitu: nempe ſine toga, quæ ingenuorum. præterea caput lacerna involutus ut lateret, quod expreſſit, per *caput obſcurante lacerna*, non quod ſervorum lacerna atra eſſet. *Ferrarius.* *Tu, quum.*] Tu here. *Projectis inſignibus.*] Inſignia civis Romani toga, ſenatoris latus clavus, equitis anulus, quem ob hoc *equeſtrem* vocat Poëta. Quam autem flagitioſum fuerit ſine his in publico conſpici, inter alios docet Gellius lib. XIII. cap. XX. *Projectis inſignibus.*] Ornamentis equeſtribus depoſitis. Non ſunt autem hæc ita accipienda, quaſi Horatius ſignificet, ſe equitem eſſe Romanum; ſed eo dicuntur tantum, ut intelligamus pleroſque dominos ſervis ſuis eſſe deteriores & nequiores; utpote qui turpiſſimis libidinibus ſervientes, multa ſe indigna, ſuæque perſonæ indecora, perpetiantur & perferent. *Lambin.*

54. *Romanoque.*] In toga. *Prodis, ex judice, Dama.*] Quum tu veſtitum ſervilem ſumis (ne ab aliis agnoſcaris) & & ex Judice factus es Dama, ſervus infamis. Non es, &c. *Ex judice Dama Turpis, &c.*] Hoc eſt, cum tu, vel eques, vel unus ex ſelectis judicibus, comeſſabundus, quo turpitudinem celes, ſervili habitu prodis, an aliud quam ſervus es? *Torrent.*

55. *Odoratum caput.*] Caput odoribus delibutum. *Lacerna.*] Pallio obſoleto.

56. *Induceris.*] Induceris in ædeis mulieris.

57. *Altercante libidinibus.*] Pugnante metu cum libidine. *Tremis oſſa.*] Habes oſſa trementia.

58. *Quid refert.*] Quid intereſt utrum eas gladiator auctoratus (id eſt, obligatus pretio) virgis uri, (id eſt, verberandus & gladio necandus) an mœchus ſis clauſus in arca turpi. Quaſi diceret, quid intereſt inter gladiatorem & adulterum?

95. *Au-*

Auctoratus eas; an turpi clauſus in arca,
Quò te dimiſit peccati conſcia herilis
Contractum, genibus tangas caput? éſtne marito
Matronæ peccantis in ambos juſta poteſtas?
In corruptorem vel juſtior? illa tamen ſe
Non habitu, mutátve loco, peccátve supernè,

Quum

59. *Auctoratus eas.*] Hunc locum priore editione Lambinus nec bene diſtinxerat, nec, ut decuit, explicaverat. Melius multo Turnebus lib. I I. cap. xx. Sed & nos quoque ſymbolam demus. Qui igitur neque vires oſtentandi cauſſa, neque pœnæ nomine in arenam deſcendebant, ſed accepta mercede ſe laniſtæ ad ferrum dabant, inſtar militum, proprie *auctorati* dicebantur: & *auctoramentum* tam ipſe actus ille, quam inde nata obligatio, ac merces etiam que conducti tenebantur. varie etenim hoc vocabulo uſi ſunt auctores; non de gladiatoribus tantum, ſed quavis etiam alia ſimili pactione. Erant autem leges duriſſimæ, ut non ex hoc tantum Poëtæ noſtri, ſed & Petronii Arbitri loco perſimili apparet, *uri, vinciri, verberari, ferro necari*, & ſiquid aliud adjiceretur. Hinc Juven. Sat. x I.

Scripturus leges & regia verba laniſtæ.

Nec mirum repertos fuiſſe, qui in tantam ſervitutem ſe venderent. ingenti enim pretio ſæpe conducebantur: præſertim notiores, & qui jam rude donati fuerant; uti & milites, ſi emeriti forte repoſcebantur. *Torrent.*

60. *Quò te.*] In quam arcam. *Conſcia.*] Ancilla.

61. *Contractum.*] Demiſit te contractum, propter arcæ anguſtias. *Eſtne marito Matronæ peccantis in ambos.*] Meliores libri *in ambo*, ut Sat. I I I. *Jurejurando obſtringam ambo.* Totus autem hic locus mihi ſane difficilis eſt. Et de mariti quidem in deprehenſos adulteros poteſtate lib. I. Sat. I I. diximus: verum ea qualiſcumque fuerit narrato jam periculo, in quo ſuperveniente marito adulter fuerat, rogat, anne hoc ſaltem ipſe fateatur, æqualem aut etiam majorem (quanto ſcilicet deterius peccat corruptor) irrogari ſibi poſſe legibus pœnam? quo veluti confeſſo; Et tamen mulier, inquit, quamvis facilius veniam ſperare poſſit, non ultro te ambit: non, quo occultius tuis potiatur amplexibus, aut matronalem mutat habitum, aut ab ædibus diſcedit, aut veluti in ſublimi poſita palam etiam & in conſpectu peccat; cum te metuat potius, nec fingenti forte amorem optime fidat: at tu, illa inſipientior, ſciens videnſque ſervili te ſupplicio exponis, & furenti domino, hoc eſt, marito (invicem enim *dominos* ſe appellant conjuges) & rem, & vitam, &, quod graviſſimum eſt, famam quoque committis; & quoties forte evaſeris, toties iterum diſcrimen incurres. *Torrent.*

62. *In ambos.*] In adulterum & adulteram.

63. *In corruptorem vel juſtior?*] In adulterum.

64. *Non habitu.*] Illa non mutat matronæ habitum. *Mutatve loco.*] Nec ſe mutat, ut ad domum tuam veniat. *Peccatve ſuperne.*] *Supernè peccare*, quæ haud dubie germana lectio eſt, (neque enim aſſentior viro erudito Pet. Nannio *ſupine* pro *ſuperne* conjicienti) ex Turnebi ſententia interpretor lib. 2. c. 18. ut *ſuperne* partem locumve ſuperiorem ſignificet: vocabulum, inter alios auctores, Vitruvio frequens. Atque ita lib. I I. Od. ult.

—— *Album mutor in alitem*
Superne. ——

Et, *Supernum Tuſculum*, loco edito ſitum.

Quum te formidet mulier, neque credat amanti.
Ibis ſub furcam prudens, dominóque furenti
Committes rem omnem, & vitam, & cum corpore famam.
Evaſti? credo metues, doctúſque cavebis.
Quæres, quando iterùm paveas, iterumque perire
Poſſis. ô toties ſervus. quæ bellua ruptis,
Quum ſemel effugit, reddit ſe prava catenis?
Non ſum mœchus, ais. neque ego herculè fur, ubi vaſa
Prætereo ſapiens argentea. tolle periclum,
Jam vaga proſiliet frenis natura remotis.
Túne mihi dominus, rerum imperiis hominúmque
Tot tantíſque minor, quem ter vindicta quaterque
Impo-

tum. *Terrent.* *Peccatve ſuperne.*] Non vult incubare tibi ſubjacenti. . vel non palam peccabit, ut vult Eraſ. *Superne.*] Quaſi levius. Eraſmus putat *ſupernè* pro externè poſitum, quaſi dicat, non peccat palam. Et ſanè Poëta conatur oſtendere mulierem imbecillitate, non dedita opera peccare. *Glareanus.* *Peccatne ſuperne.*] Accipio pro inverecunda, nec vultu erubeſcente, ut inverecundia ſolet: quæ res bonæ indolis eſt ſignum. *Schottus.*

65. *Amanti.*] Neque credat tibi dicenti, te eam amare.

66. *Ibis ſub furcam.*] Conſulto dabis te in miſeram & deteſtandam ſervitutem, quod nemo ſervorum facit, imò ne gladiatorum quidem quiſquam, qui non dato, ſed accepto pretio, ſe operamque ſuam addicit emptori. *Cruquius.* *Ibis ſub furcam.*] Feres furcam in collo, ut ſervus: unde dictus eſt furcifer, qui talem furcam circumtulit. *Prudens.*] Sciens. *Dominoque furenti.*] Libidini furioſæ, quæ tibi imperat, concredes te, tuaque omnia.

68. *Evaſti?*] Evaſiſti periculum? *Metues.*] Ironice, id eſt, non metues. *Doctuſque cavebis.*] Doctus periculo tuo cavebis.

69. *Quæres, quando.*] Imo cogitabis quo tempore illa te iterum admittat, ut paveas, & pereas.

70. *O.*] Exclamatio in indignitatem libidinis, quæ toties ex homine libero ſervum facit. *Cruquius.* *O toties ſervus.*] Quoties in adulterio deprehenderis.

73. *Sapiens, &c.*] Cautus, vel mihi ſapiens. *Tolle periclum.*] Tolle metum pœnæ.

74. *Vaga proſiliet.*] Proclivis ad vitium.

75. *Tune mihi dominus.*] Tune te mihi dominum eſſe dicis, qui me nequior es, & duriorem ſervis ſervitutem? *Rerum imperiis.*] Pecuniæ, libidinis, gloriæ, metus, &c.

76. *Minor.*] Inferior. *Quem ter vindicta.*] Tribus modis ſervos ex juſta ſervitute manumitti ſolere, *cenſu*, *vindicta*, *teſtamento*, ex M. Tullii Topicis, in eumque librum Boëtii Severini commentariis, omnibus notum eſt. His ergo modis plenam libertatem aſſequebantur. *Vindicta* autem ratio vel præcipua erat, à Vindice quodam P. Poplicolæ, aut ut alii volunt Vitelliorum ſervo, ob conjurationis indicium primo publice manumiſſo, originem, &, ut graviſſimi auctores tradunt, etiam nomen

Impoſita haud umquam miſera formidine privet?
Adde ſupra dictis, quod non levius valeat. nam
Sive vicarius eſt, qui ſervo paret, uti mos
Veſter ait, ſeu conſervus: tibi quid ſum ego? nempe
Tu mihi qui imperitas, aliis ſervis miſer, atque
Duceris, ut nervis alienis mobile lignum.
Quiſnam igitur liber? Sapiens, ſibique imperioſus:
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent:

Reſpon-

men adeptæ. Erudite igitur Horatius hunc præcipue modum expreſſit, ob Prætoris præſentiam ceteris efficaciorem. Verum de ipſa *manumittendi per vindictam* forma, nonnihil ambigitur. Nam præter domini voluntatem, qui ſervi caput raſo vertice manu tangens, eumque in orbem vertens ſive circumagens, HUNC HOMINEM, inquit, LIBERUM ESSE VOLO; ad prætoris aſſenſum, cum diceret, AIO TE LIBERUM MORE QUIRITIUM; accedebat etiam lictoris opera, qui accepta à Prætore vindicta, quam plerique *virgulam*, Perſius etiam *feſtucam* vocat, ea caput ſervi pulſabat, aut & faciem ac tergum manu. Quo facto, ac relato in acta manumiſſi nomine, liber factus, accepto pileo diſceſſit. *Torrent.* *Vindicta.*] Virga, qua prætor ſervum liberabat.

77. *Impoſita haud umquam.*] Capiti ſæpius impoſita. *Privet.*] Poſſit liberare.

78. *Quod non levius.*] Quod ſuperioribus par eſt.

79. *Sive vicarius.*] In magnis familiis alii aliis honeſtius ſerviunt, omnes tamen ſervi habentur. Lepide igitur Davus, poſtquam herum etiam ſuum ſervire demonſtravit, rogat eum quo nomine ſibi appellandus: an *conſervus*, ut ſe mutuo appellare ordinariam præſtantes operam ſolent: an *vicarius* magis, ſic enim alteri ſervo ſervire ac ſubeſſe juſſus vocabatur, ὁ τοῦ οἰκέτου οἰκέτης, ut recte vertit Theophilus Juſtiniani Inſtitutionum interpres lib. IV. *Torrent.* *Si vicarius eſt, &c.*] Soletis vos diſputare, utrum ſervus ſervi ſit dicendus vicarius, an conſervus? cum tu igitur mihi imperites & aliis ſervias, (id eſt, vitiis, & furioſæ libidini) quid? conſervus ne ſum ego tuus, an vicarius? *Uti mos Veſter ait.*] Duo codices, *ut eſt mos.* Male. mori enim perſonam tribuit. nec diſplicet, quod ex ſuis exemplaribus aſſeruit Cruquius,

—*Uti mos*
Veſter agit.

pro obſervat. *Torrent.*

82. *Duceris ut nervis.*] Traheris alia poteſtate velut imagunculæ quæ ex ligno factæ certis nervis ſua ſponte moventur. *Ut nervis alienis mobile lignum.*] Recte Muretus, & Lambinus (nam aliam lectionem qui ex ſe comminiſcuntur fruſtra ſunt, & doctiſſimo Poëtæ injuriam faciunt) non ad turbinem ſcutica impulſum hoc referunt: ſed ad ea opera, quæ occultis fidiculis intenſa, per ſe moveri videntur, quæ νευρόσπαστα & αὐτόματα & αὐτοκίνητα vocant Græci. Gellius etiam lib. XIV. cap. I. νευρόσπαστα inventa à Cteſibio quodam, ut Vitruvius tradit. Turneb. lib. 2. cap. 18. *Torrent.*

83. *Quiſnam igitur, &c.*] Concludit ex Stoïcorum ſententia. *Sapiens, ſibique imperioſus.*] Vetus lectio, pro *ſibi qui imp.* ut ante vulgo legebatur. *Sapientis* autem vocabulum, ut à Criſpini janitore

Reſponſare cupidinibus, contemnere honores
Fortis & in ſeipſo totus teres atque rotundus,
Externi ne quid valeat per leve morari:
In quem manca ruit ſemper fortuna. potéſne
Ex his ut proprium quid noſcere? quinque talenta
Poſcit te mulier, vexat, foribuſque repulſum
Perfundit gelida: rurſus vocat. eripe turpi
Colla jugo. Liber, liber ſum, dic age. non quis:
Urget enim dominus mentem non lenis, & acreis
Subjectat laſſo ſtimulos, verſatque negantem.
Vel quum Pauſiaca torpes inſane tabella,

Qui

janitore audiverat, Stoïcorum more uſurpat Divus, aliter vero ex ſua perſona paulo ante,

—— *Ubi vaſa*
Præterea ſapiens argentea;

pro vafro ſcilicet, & non incauto, quique callide omnia obſervet. Notum παράδοξον: *Solus ſapiens liber.* Gul. Canterus Nov. lect. lib. 4. cap. 12. *Torrent. Sibique.*] Qui ſibi ſuiſque affectibus imperat.

85. *Reſponſare fortis.*] Helleniſmus. Hæc autem prolixior expoſitio Stoicæ ſententiæ, paucis hoc modo reddi poteſt: liber eſt, qui neque dejicitur adverſis; neque proſperis effertur, &c. *Cruquius. Reſponſare cupidinibus.*] Fortis ad reſpondendum, id eſt, ad obſiſtendum cupidinibus.

86. *In ſeipſo totus.*] Eſt totus in ſe converſus, & ex ſe pendens, non è fortuna, nec foras ſpectans & vergens. nam figura rotunda in ſe tota collecta eſt, nihilque in ea angulis eminet, quod fortunæ & injuriæ ſit obnoxium, & in quo quidquam externum hærere poſſit; in levi & conglobata convexitate. Vide Turneb. lib. 2. cap. 18. *In ſeipſo.*] Tale illud Perſii:

Nec te quæſiveris extra.

Notandaque in primis tam expreſſa Virgilii imitatio:

Securus mundi inſtar habens, teres atque rotundus,
Externa ne quid labis per devia ſidat.

Torrent. *Teres atque rotundus.*] Totus æquabilis & perfectus, ut rotunda figura.

87. *Externi ne quid valeat.*] Ne quid externum eum commoveat. *Per læve morari.*] Ne quid poſſit quaſi per læve lignum, ſive marmor hærere. eſt Metaph.

88. *Manca ruit.*] Debilis fortuna.

89. *Ex his.*] Ex his quæ dixi. *Ut proprium quid noſcere?*] Quod poſſis vere fateri tuum eſſe?

91. *Perfundit.*] Per riſum ſcilicet aut contemtum. *Torrent. Perfundit gelida.*] Perfuſum aqua gelida repellit à foribus.

92. *Non quis.*] Non potes dicere te eſſe liberum, qui ſervis libidini.

93. *Dominus menteni.*] Libido, dominus crudelis.

94. *Laſſo ſtimulos.*] Tibi laſſo. Eſt Allegoria ab equis ducta. *Negantem.*] Libido vexat te negantem ſervire.

95. *Vel quum.*] Quum admiraris tabulam à Pauſia pictam. *Pauſiaca torpes inſane tabella.*] Talia & illa:

—— *Stupet Albius ære.*
Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus. —

Quodque huic loco ſimillimum eſt,

Qui peccas minùs, atque ego, quum Fulvî Rutubæque
Aut Placidejani contento poplite miror
Prælia, rubrica picta aut carbone; velut ſi
Re-vera pugnent, feriant, viténtque moventes
Arma viri. nequam & ceſſator Davus: at ipſe
Subtilis veterum judex & callidus audis.
Nil ego, ſi ducor libo fumante: tibi ingens
Virtus atque animus cœnis reſponſat opimis.

Obſe-

Suſpendit vultum picta mentemque tabella.

Epiſt. ad Auguſtum. De *Pauſia* autem pictore nobili præter Varronem Plin. XXI. cap. I. & XXX. cap. XI. *Torrent.*

96. *Atque ego.*] Quomodo peccas minus, quam ego? *Quum Fulvî Rutubæque.*] Quum gladiatorum prælia contemplor picta in pariete. *Fulvî Rutubæque Aut Placidejani.*] Nihil dubitandum, quin hæc trium gladiatorum ſint nomina. præſertim cum ex Lucilii verſibus, non uno in loco, & à Cicerone & à Nonio relatis, de Placidejano hoc conſtet, aut Pacidiano potius; nam utroque modo in vetuſtis quoque membranis ſcriptum repperi. Eraſmus tamen in Chiliadibus tres rudiores pictores his nominibus notari exiſtimat. male. vide ſi lubet Turnebum lib. VIII. cap. XIII. Lambino autem non aſſentior ſic diſtinguenti:

Qui peccas minus? atque ego cum, &c.

ut *atque* pro *atqui* poſitum ſit. hæc enim mutatio evitari poterit, ſi, ſervata veteri lectione, particula *cum C* majuſcula ſcribatur, aut (quod malim) interrogatio poſt verbum *viri* ponatur. *Torrentius.*

97. *Contento poplite.*] Μίμησίς eſt. nam ad decertantium geſtus refero. & Virgilius X.

—— Projecto dum pede lævo
Aptat ſe pugnæ. ——

Projecto enim *pede*, idem ferme quod *contento poplite*, ſeu *extento*. ut III. Georg. Virg. &c.

Contenta cervice ferunt. ——

pro alta atque erecta. Vetuſti codices fere *contemto* habent; male. *Torrent.* *Contento poplite miror.*] Gladiatores pugnant altero poplite contento, altero leviter inflexo.

98. *Rubrica picta aut carbone, &c.*] Rubrica eſt terra rubei coloris & minio proxima.

99. *Feriant, vitentque.*] Cum feriunt, proprie *petere* dicuntur: cum vitant, *declinare* aut declinatione defugere. unde & *petitiones*. Pingi autem gladiatoria munera ſolere atque proponi publice, docet nos Plinius lib. XXXV. cap. VII. *Torrent.*

100. *Nequam & ceſſator.*] Dicor à te ſervus nequam & piger.

101. *Audis.*] Callidus diceris.

102. *Nil ego, ſi ducor.*] Non dubito, quin huc reſpexerit Juvenalis initio Sat. XI.

Atticus eximie ſi cœnat, Lautus habetur:
Si Rutulus, demens. ——

Nulla igitur hîc ironia, ſed ex vulgi ſententia loquitur: & *reſponſare* idem erit, quod *reſpondere*. Horatius tamen hoc verbo aliter ſemper utitur; ut *reſponſare cupidinibus, palato, fortunæ*. Lector cogitet. *Torrent.* *Nil ego, ſi ducor, &c.*] Si libi vel placentæ vapore delector, hominem nihili, (id eſt, nullius pretii) me dicis eſſe. *Tibi ingens.*] Tu ſapiens & magnanimus haberis, ſi cœnas opiparas contemnas. Eſt Ironia. Nam herus ſuus tam imbecillus & nullius virtutis

fuit,

Obſequium ventris mihi pernitioſius eſt. cur?
Tergo plector enim. qui tu impunitior, illa,
Quæ parvo ſumi nequeunt, quum opſonia captas?
Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ,
Illuſique pedes vitioſum ferre recuſant
Corpus. an hic peccat, ſub noctem qui puer uvam
Furtiva mutat ſtrigili? qui prædia vendit,
Nil ſervile gulæ parens habet? adde, quod idem
Non horam tecum eſſe potes, non otia recte
Ponere, teque ipſum vitas fugitivus & erro,
Jam vino quærens, jam ſomno fallere curam;
Fruſtrà. nam comes atra premit, ſequitúrque fugacem.

fuit, ut cœnas opimas contemnere non potuerit.

104. *Obſequium ventris.*] Luxuria. *Perniciosius eſt.*] Mihi quam tibi perniciósius.

105. *Tergo plector enim.*] Vapulo. *Quî tu impunitior.*] Sic libri noſtri M.S. omnes nulla mutatione; niſi quod in duobus, verſus ſequens ſic legitur,

Quæ parvo ſumi nequeunt obſonia captas?

In uno præterea, *Quæ pro auro*, non *Quæ parvo*. Torrent.

106. *Quæ parvo ſumi nequeunt.*] Quæ magno conſtant.

107. *Inamareſcunt epulæ.*] Epulæ non ſapiunt, vel ructum acidum generant. *Sine fine petitæ.*] Quæ immoderate appetuntur.

108. *Illuſique pedes.*] *Illiſique* legendum eſſe, contendit Guil. Canterus l.6. cap.30. *Illuſique pedes.*] Pedes fraudati bono alimento propter incontinentiam in victu recuſant, &c. *Vitioſum.*] Corpus morboſum.

109. *Sub noctem qui, &c.*] Peccatne puer, qui ſub noctem data ſtrigili furtiva uvam accipit?

111. *Gulæ parens.*] Gulæ ſerviens.

112. *Non horam tecum.*] Oſtendit herum, ſe multo puniri acerbius, ut qui non corpore modo, ſed etiam laboret animo. Cruquius. *Non horam tecum.*] Adeo es inconſtans, & in varia diſtractus. *Recte, &c.*] In re ſeria & honeſta.

Non horam tecum eſſe potes, non otia rectè
Ponere: teque ipſum vitas fugitivus & erro, &c.]

Fugitivus is eſt, qui animo non revertendi fugerit: Erro autem *qui non quidem fugit*, Ulpiani verba ſunt, *ſed frequenter ſine cauſſa vagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius domum redit.* Quum ergo dicit Horatius, *Non horam tecum eſſe potes*, de fugitivo, qui animo non revertendi à ſe exierat: *Non otia rectè ponere*, de Errone dixit. Rutgerſ.

113. *Teque ipſum.*] Tu teipſum fugis, tecum pugnas, es præſens abſens. *Fugitivus & erro.*] Vetus haud dubie ſcriptura, quam ſequor. Differunt enim *fugitivus* & *erro*, ita inter ſervos comparati, ut inter milites *deſertor* & *emanſor*. Quomodo autem quis ſeipſum fugiat, lib. II. Od. XVI. annotavimus. Torrent. *Ut erro.*] Ut ſervus vagabundus, aliquando ad Dominum revertens.

114. *Fallere curam.*] Lenire curam.

115. *Comes.*] Ipſa cura.

Unde mihi lapidem? Quorſum eſt opus? Unde ſagittas?
Aut inſanit homo, aut verſus facit. Ocyùs hinc te
Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.

116. *Unde mihi lapidem?*] Unde mihi ſumam lapidem? inquit herus iraſcens propter ſervi orationem nimis liberam. *Quorſum eſt.*] Sunt verba ſervi. *Unde ſagittas.*] Herus ira incenſus ſagittas etiam petit.

117. *Aut inſanit homo.*] Verba ſunt ſervi. *Aut verſus facit.*] Aut Poëtarum more furit. *Ocyus hinc te.*] Herus minatur ſervo, ſe illum miſſurum in Sabinos, ſic ut ex ſervo urbano efficiatur ſervus ruſticus & abjectus.

118. *Accedes.*] Accedes nonus ad octo ſervos operarios, quos miſi in agrum Sabinum. *Opera agro.*] Cum familiæ aut urbanæ eſſent aut ruſticæ, deterior habebatur ruri ſervientium conditio; quod fere vincti opus facerent. Hinc facetiſſima illa Tranionis & Grunionis apud Plautum altercatio, initio Moſtellariæ; ille enim urbanus, hic ruſticus. *Torrent. Opera agro nona Sabino.*] Opera in hoc loco, ut ſæpe apud Ciceronem, hominem ſignificat ſordidum, & vilis conditionis.

SATYRA VIII.

Horatius Fundanium amicum ſuum interrogat, qualis Naſidieni fuiret cœna, cui ipſe interfuerat.

UT *Naſidieni juvit te cæna beati?*
Nam mihi quærenti convivam, dictus here illic
De medio potare die. Sic, ut mihi nunquam

In

1. UT *Naſidieni.*] Notum *Naſidii* bellis civilibus, etiam ex veteri nummo, nomen; de quo Appianus. ſed quis *Naſidienus* hic fuerit ignoro. ſunt qui *Catii* cognomen fuiſſe velint. non recte. putidum & ineptum cœnarum oſtentatorem fuiſſe, Sermo hic cum Fundanio (de quo lib. 1. Sat. x.) habitus, lepidiſſime demonſtrat. Illis non aſſentior qui primum verſum aliter edidere,

Ut te Naſidieni juvit cæna beati? vel,
Naſidieni qui juvit te cæna beati?

Reclamant enim exemplaria: & ſecundo loco Anapæſto uti potuit Horatius; ut primo Georg. Virgilius:

Fluviorum rex Eridanus. ——

Niſi quadriſyllabum hic eſſe malis, nempe duos Spondæos, ut alibi, *vindemiatur.* quod verius eſt. Turneb. lib. 3. cap. 3. & lib. 20. cap. 34. *Torrent. Ut Naſidieni.*] Quomodo te cœna divitis Naſidieni delectavit. *Beati.*] *Bona* inde dicta ajunt JCti quod beant, id eſt, beatos faciunt: & *beatus*, ut inquit Varro, qui multa bona poſſidet. Vel *Beati* εἰρωνικῶς, quaſi infelicis & miſeri, ut qui neſciat rebus ſuis uti; ſed eas corrumpi potius & perire, quam frui velit. *Cruquius.*

2. *Dictus here illic De medio potare die.*] *Here* pro *heri* citatur à Priſciano, atque ita Juvenalis Sat. III.

Res hodie minor eſt here quam fuit.

Solemnia autem convivia maturius auſpicabantur, ut lib. 1. Od. 1. notavimus. Accedat Juven. Sat. XI.

-- *Ad has epulas ſolito maturius ibat.*

Torrent. *Dictus here illic.*] Dictus es mihi heri illic apud Naſidienum à medie potare.

3. *Sic, ut mihi nunquam.*] Sic me juvit (inquit Fundanius) ut nunquam libentius cœnarim.

4. Da.]

In vita fuerit melius. Da, ſi grave non eſt,
Quæ prima iratum ventrem placaverit eſca.
In primis Lucanus aper leni fuit Auſtro
Captus, ut ajebat cœnæ pater. acria circum
Rapula, lactucæ, radices, qualia laſſum
Pervellunt ſtomachum, ſiſer, alec, fæcula Coa.
His ubi ſublatis, puer alte cinctus, acernam
Gauſape purpureo menſam perterſit, & alter
Suble-

4. *Da.*] *Dic* habent manuſcripti omnes. *Da* ſubſtituit aliquis cui Virgilianum illud elegantius viſum eſt,

Sed tamen iſte deus qui ſit, da Tityre nobis.

Torrent. *Da (ſi grave non eſt.*] Dicô Fundani.

5. *Iratum.*] Tale illud è Sat. II.

Latrantem ſtomachum bene leniet.

Notumque illud Plautinum:

Fames & mora bilem in nares concinnt.

Torrent. *Iratum ventrem.*] Famelicum ventrem.

6. *Lucanus aper.*] *Umbrum* laudat Catius, *Laurentem* damnat fortaſſis Naſidienus nimio Auſtro jam corruptum, ac pæne putidum excuſat; ob eamque cauſſam tot cinctum rebus apponit quæ non cœnæ initio, ſed laſſato jam ventriculo præberi conſueviſſent: ut hujus libri Sat. II. vidimus. Turneb. lib. 20. cap. 34. *Torrent. Leni fuit Auſtro.*] Lucanus aper captus fuit Auſtro leniter flante, ex quo carnes putreſcunt & teneriores redduntur.

7. *Cœnæ pater.*] Præfectus & rex convivii, Naſidienus. *Acria circum.*] Rapula aceto condita. Turneb. lib. 20. cap. 34.

9. *Pervellunt ſtomachum.*] Provocant ſtomachum languentem. *Siſer, alec, fæcula Coa.*] *Siſer* eſſe vult Andreas Matthiolus id quod Græci σίσαρον, Galli *cherny*, Germani *girlim*. Belg. *Suycker wortelkens*, appellant. cujus radix, ut auctor eſt Plinius, ſtomachum excitat, faſtidium abſterget: & lib. XIX. cap. V. *Inter medica*, inquit, *dicendum ſiſer, idipſum Tiberius nobilitavit, flagitans omnibus annis à Germania. Gelduba appellatur caſtellum Rheno impoſitum, ubi generoſitas præcipua.* De *alece* autem copioſe item Sat. IV. ubi Catius *fæcem* vocat, quæ hic *fæcula* nominatur. *Torrent. Siſer.*] Genus paſtinacæ, Anglis *Skirwoort*. *Fæcula Coa.*] Fæcula eſt genus condimenti, quod purum profluit ex craſſiori ſedimento vini Coi.

10. *Puer alte cinctus.*] Servus ad miniſtrandum bene expeditus. *Acernam.*] Acernis autem menſis prima, poſt citrias gloria. de quibus Plinius lib. XVI. cap. XV. ut de citriis lib. XIII. cap. XVI. *Torrent. Acernam.*] Terſit menſam, ex acere arbore factam.

11. *Gauſape purpureo.*] Similis Lucilii verſus:

Purpureo terſit tunc latas gauſape menſas.

Antiquiſſimi autem teſte Priſciano lib. VII. hic *gauſapes*, hæc *gauſapa*, hoc *gauſape* & *gauſapum*, unde plurale *gauſapa*, dixere. Petronius etiam *gauſapia*. auctor eſt Plinius lib. VIII. cap. XLVIII. tunicam etiam lati clavi ſua ætate in modum gauſapæ texi cœpiſſe; caloris ut credo cauſſa; quare & in caſtris non amiciendi tantum, ſed & tegendi gratia illa utebantur: hic vero tergendis, apud Martialem etiam tegendis menſis ſervit lib. XIV.

Nobilius villoſa tegant tibi gauſapa citrum.

Citrum enim pro menſa citrea dixit. *Torrent. Gauſape purpureo, &c.*] Panno villoſo.

Sublegit quodcumque jaceret inutile, quodque
Poſſet cœnanteis offendere: ut Attica virgo
Cum ſacris Cereris, procedit fuſcus Hydaſpes,
Cæcuba vina ferens: Alcon, Chium maris expers.
Heic herus: Albanum, Mæcenas, ſive Falernum
Te magis appoſitis delectat, habemus utrumque.
Divitias miſeras! ſed queis cœnantibus una,
Fundani, pulcre fuerit tibi, noſſe laboro.
Summus ego, & prope me Viſcus Turinus, & infra,
Si

villoſo: *Gauſape purpureo menſam perterſit.*] An *præterſit* legend. Hinc apparet, menſam illam non fuiſſe gauſape inſtratam. Quid enim opus fuiſſet detergere? Cæterum mantilia, ſeu mappas villoſas in uſu fuiſſe apud veteres docet Servius ad illud, *Tonſiſque ferunt mantilia villis.*

12. *Sublegit.*] Collegit. *Inutile.*] Sordidum.

13. *Ut Attica virgo.*] Velut caniſtrifera virgo. *Attica virgo.*] Videnda quæ notavimus lib. I. Sat. III.

—— *Ut qui Junonis ſacra ferret.*

Torrent.

14. *Hydaſpes.*] Puer formoſus.

15. *Cæcuba vina.*] Vina generoſa. *Alcon, Chium.*] Alter ſervus vinum ferens Chium non ex Chio inſula advectum, ſed in Italia factum, ſimulatum igitur. *Chium maris expers.*] Hunc locum ſic explicat Turnebus & Lambinus, ut vel jocoſe *maris expers* dicat Poëta, quod mare nunquam viderit, ſed natum in Italia ac plane vernaculum pro Græco ſeu tranſmarino venditetur; vel quod vere quidem Chium fuerit, ſed aquæ marinæ non admixtum. Nam cetera quidem vina Græca mari condiri ſolere, Chium vero minime, id Plauti auctoritate fulcit Turnebus in Gurgul.

Nomen ei eſt lena, Multibiba atque Merobiba.
PA. *Quaſi tu lagenas dicas, ubi vinum ſolet*
Chium eſſe. ——

Ego verum eumdem Comicum in Rudente ſic ſcripſiſſe memini, & Plinium lib. XIV. cap. VII. de Græcis vinis ita loqui, ut alia quidem plus, alia minus aquæ habuerint, nulla tamen fere ſine aqua fuerint. Quare locum hunc ſic explicandum ſentio, ut Naſidienus tamquam rem magnam, Chium purum exhibuerit, ut multo ſalubrius, præſertim opinione Romanorum. *Torrent.*

16. *Hîc herus.*] Naſidienus ait, ô Mæcenas, ſi vinum Albanum, &c.

17. *Appoſitis delectat, habemus utrumque.*] Si vinum Albanum vel Falernum te magis delectat, quam vina quæ ſunt appoſita.

18. *Divitias miſeras.*] Miſeras enim vocat Naſidieni divitias, ut ego quidem arbitror, quas tunc anxie & ſollicite, non dicam ſervare, ſed & prodigere conſpiciebatur. *Torrent.* *Divitias miſeras.*] Si quid Horatium intelligo, & ejus naſum, ſcripſit, *Divitias miras!* Et hoc verum eſt. *Heinſius.* *Divitias miſeras.*] O miſeras divitias, inquit Horatius. *Sed queis cœnantibus una.*] Sed quibus aliis convivis.

19. *Pulchre fuerit tibi.*] Quam jucunde cœnaris.

20. *Summus ego, & prope me Viſcus Turinus.*] De triclinio, tribuſque in eo lectis, quibus terni aut quaterni, ac ſi neceſſe eſſet, etiam quini accumbebant, diligentiſſime ſingulari de Tricliniis edito Commentario Pet. Ciacconius, & in Appendice Ful. Urſinus; ac nos lib. I. Sat. III.

Si memini, Varius: cum Servilio Balatrone.
Vibidius: quos Mæcenas adduxerat umbras.
Nomentanus erat ſuper ipſum, Porcius infra,
Ridiculus totas ſimul abſorbere placentas.
Nomentanus ad hoc, qui, ſi quid forte lateret,
Indice monſtraret digito. nam cetera turba,
Nos, inquam, cœnamus aveis, conchylia, piſceis,
Longe diſſimilem noto celantia ſuccum:

Ut

Sat. III. quantum ſatis eſt, diximus. & hic quidem convivæ una cum hoſpite novem, tribus excepti lectis: ſed his ſi duos demas, quos Mæcenas umbras adduxerat; & ſolus ipſe medium occupaſſet lectum, & locus fuiſſet proverbio *ſeptem facere convivium.* Sit igitur in conſeſſo, ut in triclinio, lectum; ſic in unoquoque lecto, ſinum ſeu pulvinum, qui medius erat, honeſtiorem fuiſſe. atque ita Virg. I.

—— Aulais jam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda, mediamque locavit.

Torrent. *Summus ego.*] Summus ego fui in primo lecto, inquit Fundanius. *Viſcus Turinus.*] Libri duo *Turrinus*, optimus *Thurinus*, quod probo: à *Thurio* oppido, aut *Thuriis* populis, pagove *Thurino*, de quo Suetonii Auguſto c. VII. Duos autem *Viſcos* amicos ſuos commemorat Horatius lib. I. Sat. X. *Torr.*

21. *Cum Servilio Balatrone, &c.*] Hos Mæcenatis umbras fuiſſe arbitror: ac proinde ita diſtingui oportere, ut hi in Mæcenatis lecto accubuiſſe intelligantur. *Servilio* autem triſſyllabum eſt: nam ſecunda producitur & SERVEILIVS fere in antiquis numiſmatibus ſcribitur. Pro *Vibidius* quoque *Ubidius* uno in cod. ſcriptum repperi. utrumque Romanum eſt. ſed nihil hic muto. *Torr.*

22. *Umbras.*] Umbras appellat convivas à convivatore non invitatos.

23. *Nomentanus erat ſuper ipſum.*] *Ipſum* cum dicit, cœnæ patrem ac dominum ſignificat: qui quo lautitias ſuas Mæcenati magis probaret, Nomentanum tamquam judicem adhibuit, qui ſaporibus veluti pretium diceret; notiſſimus tunc nepos; uti & Porcius Catulli carmine perſtrictus,

Quod convivia ſumptuoſa largus
De die faceret.

Obſorbere etiam pro *abſorbere* in duobus M. S. legitur: illud vero *ſuper ipſum*, germana lectio eſt. atque ita Salluſtius ac Tacitus, ut modo vidimus, & Suetonius Auguſto cap. XLIII. *Superque ſe ſubſellio ſecundo collocavit.* Torrent. *Super ipſum.*] Supra Naſidienum.

24. *Ridiculus totas, &c.*] Porcius ideo fuit ridiculus, quod uno hauſtu totas obſorberet placentas.

25. *Nomentanus ad hoc, qui, ſi quid forte lateret.*] Scribe, *quo ſi quid forte lateret.* Nihil erat Mæcenate feſtivius, qui cum veniſſet, ut Naſidienum lepidiſſime, quemadmodum indicat Poëta, exerceret, Nomentanum ſupra ſe, Porcium infra collocaverat. Quare Nomentanum? Quo ſingula quæ apponerentur, *Indice monſtraret digito*: eorumque miram ſuavitatem mimice deprædicaret. Porcius vero integras placentas, præſente ac vidente parocho, feſtive abſorbebat. Mæcenas ergo in medio eorum, ut affatim rideret, locum delegerat. *Heinſius. Nomentanus ad hoc.*] Nomentanus inſignis helluo ad hoc fuit à Mæcenate ductus, ut, &c. *Si quid lateret.*] Si quid aliis erat incognitum.

28. *Celantia ſuccum.*] Intra ſe continentia ſuccum longe meliorem ſucco noto, id eſt, ſucco uſitato.

Ut vel continuo patuit, cum paſſeris atque
Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi.
Poſt hoc me docuit, melimela rubere, minorem
Ad Lunam delecta. quid hoc interſit, ab ipſo
Audieris melius. tum Vibidius Balatroni;
Nos, niſi damnosè bibimus, moriemur inulti:
Et calices poſcit majores. vertere pallor
Tum parochi faciem nil ſic metuentis, ut acres
Potores: vel, quod maledicunt liberius: vel
Fervida quod ſubtile exſurdant vina palatum.
Invertunt Aliphanis vinaria tota
Vibidius Balatroque, ſecutis omnibus imis.

Con-

29. *Paſſeris.*] Piſcis plani,

30. *Porrexerit.*] Quum Naſidienus porrexerit, &c.

31. *Melimela.*] Antea à celeritate miteſcendi *muſtea* dicebantur. Plinius xv, cap. xiv. de iiſdem Varro II. Rei ruſticæ. *Torrent. Melimela rubere.*] Mala mellei ſaporis.

32. *Ad lunam delecta.*] Creſcente luna. *Quid hoc interſit.*] Quæ ſit differentia inter melimela collecta, creſcente, vel decreſcente luna. *Ab ipſo.*] Ab ipſo Naſidieno, qui me docuit.

34. *Nos niſi.*] Nos obſoniorum fœtore propemodum enecati moriemur inulti. *Damnosè bibimus.*] Niſi large bibimus cum damno convivatoris.

35. *Calices poſcit majores.*] Sic quidem multo plures M.S. non diſplicet tamen mutatio numeri *poſcunt*, ut habet editio Mureti. Nota autem Græcorum invitatio: de quibus mirari ſe ajebat Anacharſis, quod initio convivii parvis uterentur poculis; cum vero ſaturati eſſent, majoribus. at morem illum vetuſtiſſimum fuiſſe Virg. demonſtrat;

Poſtquam prima quies epulis, menſæque remota,
Crateras magnos ſtatuunt.

Notum & illud; quo plus biberint, plus ſitire Parthos, *Torrent. Vertere pallor.*] Oderunt enim & execrantur avari potores egregios, ſuo vino malè formidantes. *Cruquius. Vertere pallor.*] Pallor vertebat.

36. *Parochi faciem.*] Naſidieni convivatoris faciem. *Ut acres.*] Strenuos potores.

38. *Exſurdant.*] Recte Lambinus. *Tranſlatio*, inquit, *ab aurium ſenſu ad guſtatum.* & erudite Virgilius de malo citrio loquens;

Media fert triſtes ſuccos tardumq; ſaporem
Felicis mali.

Tardum enim *ſaporem* vocat, cujus aſperitate palatum quodammodo obſtupeſcat. Turneb. lib. 20. cap. 34. *Torrent. Exſurdant vina palatum.*] Hoc eſt, offendunt, ſive parum grata accidunt: ut aſpera vox clamantis aures audientium lædit atque exſurdat, etiam Græcis ἐκκωφεῖν pro βλάπτειν. *Exſurdant vina palatum.*] Hebetant palatum, unde palatum ad bibendum redditur impotentius.

39. *Invertunt Aliphanis.*] Tres codices *Alliphanis*. Oppidum enim *Alliſæ* agro & fictilibus nobile, ut reliqua Campania; unde *Campana ſupellex*. Torrent. *Invertunt Alliphanis.*] Vibidius & Balatro evacuant totos vini cados poculis Aliphanis, id eſt, poculis majoribus factis in Aliphe oppido Samnii.

40. *Secutis omnibus imis.*] Hæc vulgata

Convivæ lecti nihilum nocuere lagenis.
Affertur ſquillas inter muræna natanteis,
In patina porrecta. ſub hoc herus, Hæc gravida, inquit,
Capta eſt, deterior poſt partum carne futura.
His miſtum jus eſt oleo, quod prima Venafri
Preſſit cella: garo de ſuccis piſcis Ibéri,

Vino

gata lectio, ſcriptis quoque exemplaribus magna ex parte confirmatur: unum tantum vidi codicem, qui pro Cruquio ſtaret,

—— *Secutis omnibus, imi*
Convivæ lecti.

Neque ſane negaverim hanc ſcripturam facile defendi poſſe. ceteris enim acriter potantibus, ideo imi lecti convivæ Nomentanus & Porcius abſtinuere, quod Naſidienum timebant offendere: maxime cum Nomentanus, ut ſaporum judex advocatus accumberet, quo munere ebrius non recte fungeretur; alter vero ciborum magis ingluvie, quam vini ingurgitatione caperetur: ſic ergo lagenis nihil nocuere. Magis tamen placet, cœpta per Balatronem & Vibidium invitatione, nullos ſecutos fuiſſe alios, quam eos qui non in lectis accumberent, ſed ad lectorum pedes in ſubſelliis de more ſeſſitarent: quos non tam convivarum loco habebant, quam ut convivas jocis ludiſque reficerent; quales paraſiti & ridiculi omnes, quos idcirco *imi ſubſellii viros* appellat Plautus Captivis, ſicut & in Sticho, his lepidiſſimis verbis:

Haud poſtulo equidem ſummo in lecto accumbere,
Scis tu me dudum eſſe imi ſubſellii virum.

Aliud igitur *lecti*, aliud *ſubſellia*, quæ ad lectorum pedes collocata; ὑποπόδια à Græcis appellantur. eadem ferme ratione, ni fallor, qua nobilium pueri, in aſpectu parentum, propria & parciore menſa ad fulcra lectorum, ſive imo lecto, veſcebantur. *Torrent. Imi.*] Convivæ qui accumbebant in imis lectorum partibus.

41. *Convivæ lecti nihilum.*] Convivæ electi & honoratiores, id eſt, Mæcenas, Varius, &c. à temperantia non recedebant.

42. *Natantes.*] In juſculo.

43. *Sub hoc herus, &c.*] Hoc ipſo tempore Naſidienus convivii dominus inquit, &c.

44. *Deterior poſt partum carne futura.*] Vide exemplar M. S: in quo pro *futura*, legebatur *ſoluta*. Sunt qui *murænam* non gravidam ideo deteriorem exiſtimant, quod coïre cum ſerpentibus credatur: ſed hoc periculum potius adferat, quam ſapori aliquid detrahat. Plinius ſcribit *murænam* quocumque tempore parere, cum ceteri piſces ſtato pariant. *Torrentius. Poſt partum.*] Deterior futura ſi capta eſſet poſtquam peperiſſet.

45. *His miſtum jus eſt.*] Squillis ſcilicet: quamquam incertum eſt an una eademque in patina muræna cum ſquillis appoſita fuerit, an ſecus. Sequitur autem juris deſcriptio à Naſidieno excogitata, quemadmodum & Catius jus ſuum ante deſcripſit, Sat. IV. *Torrent. His miſtum jus.*] Ex his jus eſt temperatum, nempe oleo, garo, vino quinquenni, pipere albo & aceto. *Quod prima Venafri.*] Quod ex olivis Venafranis primum eſt expreſſum.

46. *Garo de ſuccis piſcis Iberi.*] De garo ſic Plinius lib. XXXI. cap. VII. & VIII. *Aliud liquoris exquiſiti genus, quod garum vocavere; inteſtinis piſcium, ceteriſque quæ abjicienda eſſent, ſale maceratis, ut ſit illa putreſcentium ſanies: olim quidem ex piſce, quem Græci garon vocabant, nunc è ſcombo. laudatiſſimum in Carthaginis Spartariæ cetariis, quod ſociorum appellatur.* Sed & *aphyæ* piſciculi, qui ex

 maris

Vino quinquenni, verum citra mare nato;
Dum coquitur; coɛto Chium ſic convenit, ut non
Hoc magis ullum aliud: pipere albo, non ſine aceto,
Quod Methymnæam vitio mutaverat uvam.
Erucas virideis, inulas ego primus amaras
Monſtravi incoquere, illutos Curtillus echinos,
Ut melius muria, quem teſta marina remittat.

Inter-

maris ſpuma incaleſcente oriuntur, unde & nomen habent tamquam, *ἀφυεῖς*, huic liquamini conveniunt, pluresque alii: *thynni* maxime, ſed puſili adhuc, diverſis appellati nominibus; ceterum omnium optimus *ſcomber*, quem piſcem *Iberum* nominat Horatius, quod in Hiſpania ad novam Carthaginem frequens; inſulæ etiam non procul inde poſitæ *Scombraria* nomen dedit. auctor Strabo. *Torrent. Garo de ſuccis.*] Garum eſt genus muriæ ex ſcombris confectum.

47. *Citra mare nato.*] Dum coquitur juſculum vino Italico.

48. *Coɛto Chium.*] Juri coɛto vinum Chium eſt aptiſſimum.

50. *Quod Methymnæam.*] Quod ſuo acore corruperat vinum factum in Methymna Lesbi oppido. *Methymnæam vitio mutaverat uvam.*] Plures libri *mutaverit.* ſupra Sat. II.

Ac niſi mutatum parcit defundere vinum.

Pro vino jam mutato pæne atque acido. *Torrent.*

51. *Erucas virideis.*] *Erucam* autem ſatis omnibus cognitam, neque gratam palato, neque ſtomacho utilem eſſe conſtat, capiti etiam exceſſu caloris noxiam, præſertim ſi ſola edatur: ideoque lactucas addebant veteres, ut Plinii & Galeni teſtimoniis cognovimus. Idem ferme de *inula*, quam nunc *enulam* dicimus, Græci *ἑλένιον*, Plinius XIX. c. v. nam præter auſteritatem, ob quam Horat. alibi *acidas*, hic *amaras* vocat *inulas*, ut *triſtes* Columella, ait etiam *ſtomacho inimicam* eſſe: pluribus tamen modis miteſcere, & gratiam invenire. Quæ cum ita ſint, artem herbas haſce incoquendi ſe monſtraſſe affirmat Naſidienus: non una ut coquerentur; (quid enim abſurdius?) ſed vel in jure illo, cujus deſcriptionem ante tradidit, vel in muria, de qua ſequitur; qua nempe Curtillus, & ipſe gulæ doctor eximius, echinos incoquere docuerat. Lector eruditus utrum volet ſequatur. ego, ut verum fatear, quomodo muria vel erucis vel inulis conveniat, non video. *Teſtam* vero *marinam* dixit, ut *orcam Byzantiam*, Sat. IV. aut *Græcam & peregrinam*, ut habent interpretes. quamquam nonnulli ita interpretantur, ut *marinam*, non fluviali aut fontali aqua dilutam dicat. *Torrent.*

52. *Incoquere, illutos.*] Monſtravi incoquere herbas in illo jure, quod deſcripſi. *Illutos Curtillus echinos.*] Curtillus monſtravit incoquere echinos illutos, hoc eſt, è vaſis ubi ſale conditi & repoſiti fuerant, cum ſua ſalſugine exemptos in hoc jure coquere. *ut melius*, helleniſmus *ὡς κρεῖττον ὄν*, id eſt, tamquam hoc ſit ſapidius, quam cum ea muria, quam *teſta marina*, id eſt, orca Byzantia ad nos remittit: perinde ac ſi echinus illutus in eo coctus, non tantum ſuppleret vicem muriæ ſeu gari ex ſuccis piſcis Iberi, ſed id etiam ſapidius redderet, ex ſententia Curtilli. Alii aliter interpretantur. *Cruquius. Curtillus echinos.*] Curtillus unus ex hoc genere Epicureorum, docuit incoquere echinos non maceratos, (id eſt, non muriam ex eis factam) ſed echinos integros.

53. *Ut melius muria.*] Tanquam ſapidius

Interea ſuſpenſa graveis aulæa ruinas
In patinam fecere, trahentia pulveris atri,
Quantum non Aquilo Campanus excitat agris.
Nos majus veriti, poſtquam nihil eſſe pericli
Senſimus, erigimur. Rufus, poſito capite, ut ſi
Filius immaturus obiſſet, flere. quis eſſet
Finis, ni ſapiens ſic Nomentanus amicum
Tolleret? Heu Fortuna, quis eſt crudelior in nos
Te Deus? ut ſemper gaudes illudere rebus
Humanis! Varius mappa compeſcere riſum
Vix poterat. Balatro ſuſpendens omnia naſo:
Hæc eſt conditio vivendi, ajebat, eoque
Reſponſura tuo numquam eſt par fama labori.
Téne, ut ego accipiar laute, torquerier omni
Sollicitudine diſtrictum? ne panis aduſtus,
Ne male conditum jus apponatur? ut omnes
Præcincti recte pueri comtique miniſtrent?
Adde hos præterea caſus: aulæa ruant ſi,
Ut modo: ſi patinam pede lapſus frangat agaſo.
Sed convivatoris, uti ducis, ingenium res
Adverſæ nudare ſolent, celare ſecundæ.
Naſidienus ad hæc: Tibi Dî, quæcumque preceris,
Commoda dent: ita vir bonus es, convivaque comis.

Et

pidius cum ea muria, quam quod teſta. *Teſta marina remittat.*] Græca ad nos remittat.

54. *Aulæa.*] Hæc veteres ſupra menſam ſuſpenſam habebant, qui nunc principum virorum mos eſt. *Torrent.*

55. *Pulveris atri.*] Tantum pulveris.

57. *Nos majus veriti.*] Nos domus ruinam veriti.

58. *Erigimur.*] Liberamur à metu. *Rufus, poſito.*] Naſidienus capite demiſſo flebat.

60. *Amicum tollere.*] Mœſtum ſolaretur.

62. *Ut ſemper gaudes.*] Quam gaudes.

64. *Suſpendens omnia naſo.*] Omnia deridens.

65. *Hæc eſt conditio.*] Ut mala ſint vicina bonis. *Eoque.*] Ideoque.

66. *Labori.*] In cœna apparatu.

67. *Tene, ut ego, &c.*] Tene æquum eſt cruciari?

68. *Ne panis aduſtus.*] Ridicula eſt totius apparatus enumeratio.

72. *Agaſo.*] Qui jumenta curat, quales erant Naſidieni miniſtri.

73. *Uti ducis.*] Quemadmodum Imperatoris.

75. *Quæcumque preceris.*] Quæcumque optes.

77. *Et*

Et ſoleas poſcit. tum in lecto quoque videres
Stridere ſecreta diviſos aure ſuſurros.
Nullos his mallem ludos ſpectaſſe: ſed illa
Redde age, quæ deinceps riſiſti. Vibidius dum
Quærit de pueris, num ſit quoque fracta lagena,
Quòd ſibi poſcenti non dentur pocula, dumque
Ridetur fictus rerum Balatrone ſecundo:
Naſidiene redis mutatæ frontis, ut arte
Emendaturus fortunam. deinde ſecuti
Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes
Membra gruis, ſparſi ſale multo, non ſine farre,
Pinguibus & ficis paſtum jecur anſeris albi,

Et

77. *Et ſoleas poſcit.*] Soleas veterum more depoſuerat, antequam accumberet. *Soleas poſcit.*] *Solea*, quod pedis ſolo ſubjicitur, ut ajunt Grammatici, ſic dicta, id omne calceamenti genus ſignificat, quo plantarum calces tantum infimæ teguntur: quales ferme Græcorum crepidæ, & quæ Gallica olim appellabantur. De quo, præter Feſtum, egregie Gellius lib. XIII. cap. XX. Auctores ita utuntur, ut fere mulieribus tribuant, ſicut & *ſocculum*: aut viris etiam, ſed in domeſtico calceatu tantum; ſocculatum enim aut ſoleatum exire turpe erat. Atque idem fortaſſe ſocculus quod ſolea. Fuerunt ergo *ſoleæ* domeſticæ; quas tamen accubituri in convivio deponere, & à menſa diſceſſuri iterum ſumere ſolebant, idque munditiæ cauſſa: nam ut in Epiſt. ad Vinium videbimus, ſolebant convivæ familiares cum pileolis ſoleas ſecum ferre, quas ingreſſi domum induerent, quamquam ne has quidem in lectis retenturi. Turneb. lib. 24. cap. 17. & lib. 30. cap. 38. *Torrent. Tum in lecto quoque.*] Tum in ſingulis lectis videre licebat convivas conſuſurrantes.

79. *His mallem ludos.*] Quam hos, inquit Horatius.

80. *Redde.*] Declara.

81. *Fracta lag., &c.*] Aulæorum caſu.

83. *Ridetur fictis rerum.*] Sic hoc ipſo lib. Sat. II. *Corruptus vanis rerum.* Fictus autem Vibidii jocus de fracta lagena; cui egregie & ipſe jocum movens, tamquam cui ſecundas ageret, ſubſervit Balatro. hoc ut puto vult Horatius. *Torr. Ridetur fictis rerum Balatrone ſecundo.*] *Secundus* eſt, ὁ μῖμος, ὁ ὑποκριτὴς, *hiſtrio*, *mimus*. is qui riſus cauſa geſtum alicujus exprimit & verba. Talis erat iſte Balatro. Etiam infra, partes ſecundas vocat, non τοῖς τῶν δευτερολόγων aut δευτεραγωνιστῶν, quæ proprie ita in ſcena dicuntur, ſed ipſius mimi, cum alicujus exprimit verba:

Ut puerum ſævo credas dictata magiſtro
Reddere, vel partes mimum tractare ſecundas.

Tum omnis Poëſis in imitatione conſiſtit. Qui imitatur autem, ſecundus eſt ab eo quem imitatur. Ergo Poëtæ ſunt ſecundi à rebus. *Heinſius. Fictis rerum.*] Ob res confictas. *Secundo.*] Balatrone applaudente.

84. *Redis mutatæ frontis.*] Redis hilarior.

85. *Fortunam.*] Fortuitum aulæorum caſum.

86. *Mazonomo magno.*] In lance prægrandi.

88. *Pinguibus & ficis paſtum jecur anſeris albi.*] Anſeris jecur in deliciis fuiſſe oſten-

Et leporum avulſos, ut multo ſuavius, armos,
Quam ſi cum lumbis quis edit. tum pectore aduſto
Vidimus & merulas poni, & ſine clune palumbes:
Suaveis res, ſi non cauſſas narraret earum, &
Naturas dominus: quem nos ſic fugimus ulti,
Ut nihil omnino guſtaremus: velut illis
Canidia afflaſſet, pejor ſerpentibus Afris.

Q. HO-

ſe oſtendit etiam Juvenalis, Satyr. v.

Anſeris ante ipſum magni jecur, anſeribus par
Altilis. ———

Adde ſi lubet Turnebum, lib. XIII. cap. XVII. & lib. 20. cap. 34. Martialem, lib. XIII. Epig. LVIII. Plin. lib. X. cap. XXII. *Torrent.* *Paſtum jecur.*] Saginatum.

89. *Ut multo ſuavius.*] Tanquam multo delicatius.

90. *Pectore aduſto.*] Videndus in hunc locum Gellius, lib. XV. cap. VIII. Negabant enim gulæ magiſtri ullam avem præter ficedulam totam comeſſe oportere. Sed optime Varro apud Nonium, DOMINUM CONVIVII, VINUM, ALIUDVE QUID, NI LAUDATO. At in hoc convivio omnia præter dominum laudantur. *Torrent.*

91. *Vidimus & merulas.*] Poſtea etiam merulas nobis apponi vidimus, non aſſas, ſed aduſto pectore, & ſylveſtres palumbes, quibus clunes ademti erant. Certe res ſuaves & lautitias non contemnendas, ſi convivii dominus Naſidienus earum rerum cauſſas non narraret, ſuaque garrulitate nauſeam nobis concitaret, & ferculorum naturas prolixè nobis expoſuiſſet. Certè quem Naſidienum, nos convivæ ejus garrulitatem ulti, ſurgentes & abeuntes ſic fugimus, ut cibos ejus faſtidiremus, & cum nos odioſa ſua verboſitate vexaret, nihil omnino guſtaremus, veluti ſi cibis Canidia venefica & atris Africanis ſerpentibus pejor, venenato ſuo ſpiritu, afflaſſet, illoſque cibos venenatos & mortiferos reddidiſſet. *Lubinus.*

Poni.] Apponi.

92. *Suaves res.*] Exiſtentes res ſuaves. Hunc etiam in modum de Anate ſcripſit Martialis: *Tota tibi ponetur anas, ſed pectore tantum Et cervice ſapit; cætera redde coquo.* Quaſi in particulis majores ſint delitiæ, quam in totis aut feris aut avibus. Verum quod Horatius nihil quam rideat, vel hinc manifeſtum eſt, quod dicit: *Niſi cauſſas narraret earum & naturas dominus:* hoc eſt, per τὸ διότι, cauſſas naturales, cur partes eſſent totis ſæpe & integris corporibus, aut aliæ aliis præferendæ. Quid? an non hoc conſentiat ſignis Catianis, quibus nova ſua præcepta ὀψοποιΐας ſtabilienda, cunctiſque aliorum præceptis præponenda judicat? Vide Plin. lib. 10. cap. 50. & Agellium lib. 15. cap. 8. Ejuſmodi autem delitiæ ciborum, Græcis ἀκροκώλια propriè nominantur ex particulis reciſis avium, quaſi truncatis. Vide Athenæum lib. 3. περὶ ἑφθοπωλίου & 11. numerantur inter ἀκροκώλια apud Celſum lib. 2. c. 19. quos *trunculos.* vocat à truncando, & cap. 22. ubi trunculi ſuum & petioli, &c. *Cauſas narraret earum.*] Si nobis non recitaſſet cauſas naturales, ob quas aliæ aliis partibus ſint præferendæ.

94. *Illis.*] Illis cibis.

95. *Canidia afflaſſet.*] Mulier venefica. *Serpentibus Afris.*] Pejor ſerpentibus, quorum afflatu cibi ſalutares redduntur venenati & mortiferi. Turneb. lib. 18. cap. 12.

HOC

Q. HORATII FLACCI
EPISTOLARUM
LIBER PRIMUS.

Epistola Prima.
Ad MÆCENATEM.

Se ludicra ſua ſtudia miſſa facere dicit, & ea, quæ ad virtutem ducunt amplecti: ſic tamen ut in nullius Magiſtri verba juret. Hujuſmodi autem eſſe hæc ſtudia, ut nemo ſit, qui non illis excoli poſſit, ſi modò patientem aurem commodet. Tandem pravum hominum judicium, virtutem opibus & honoribus poſtponentium, & quæ corporis ſunt, non quæ ſunt animi, curantium, reprehendit.

Prima dicte mihi, ſumma dicende Camœna,
Spectatum ſatis, & donatum jam rude, quæris
Mæcenas, iterùm antiquo me includere ludo.

Non

Hoc Horatii opus, pars altera Sermonum *ejus eſt. Sed, ut antea me dixiſſe memini, merito vel ob id tantum* Epistolarum *titulo publicata, quod ea, quæ partim de moribus, partim de Poëſi dicere inſtituerat, per literas ad abſentes amicos, & quidem diverſis temporibus atque occaſionibus datas, tractat. Nec vero ideo minus vocandæ* Epiſtolæ, *quod eas carmine ſcripſerit. id enim ante ipſum alii quoque viri magni factitarunt. Prima eſt autem ad Mæcenatem, pari verborum ac ſententiarum gravitate conſcripta: ut facile appareat Poëtam jam tum omiſſis ludicris ſerio philoſophatum fuiſſe. Et alioqui fateri cogimur, cum, quacumque ætate, modo Sermones, modo Odas ſcripſiſſe. Neque illud ſilendum in vetuſtiſſimo codice ſic inſcribi hanc Epiſtolam,* Ad Maecenatem allocutio. *Torrentius.*

1. *Prima dicte mihi.*] Quod plerique Græcorum de Jove ceteriſque diis, id de Mæcenate ſuo tamquam numine aliquo, ob tot recepta beneficia, agit Horatius: quemadmodum de Auguſto etiam Virgilius Ecl. VIII.

A te principium, tibi deſinet. ——— Turnebus libro 6. capite 17. *Torrentius. Prima dicte mihi.*] O Mæcenas, mihi in principio carminis lyrici celebrate. *Summa dicende Camœna.*] In ultimis meis ſcriptis.

2. *Spectatum ſatis.*] Satis à populo cognitum. *Donatum jam rude.*] Pulcerrima ab arena metaphora oſtendit, ſibi quoque ab amoris palæſtra quieſcendum eſſe: daturus jam operam Philoſophiæ. Et *rudis* virga dicitur impolita ad quoſcumque uſus: ſed præcipue ſcipio ſeu baculus ille quem laniſta liberandis gladiatoribus gerit. ſic enim Cariſius: & poſt finitam gladiaturam donari rudem ſolere ſcribit; ſignum quippe exauctorationis, ne ultra ad ferrum ea donati cogerentur. Unde & *rudiarii* dicti. *Torrent. Rude, quæris.*] Quem ætas à ſcribendi munere liberavit. Rudis virga eſt, qua gladiatores donati, à gladiatura ceſſabant.

3. *Antiquo me includere ludo.*] Perſiſtit in metaphora. nam *ludum* cum dicit, gladiatorium intelligit; ut de Arte,

Æmilium

Non eadem eſt ætas, non mens. Vejanius, armis
Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro,
Ne populum extrema toties exoret arena.
Eſt mihi purgatam crebrò qui perſonet aurem:
Solve ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne

Peccet

Æmilium circa ludum. Unum hoc addam, hinc *deluſiſſe gladiatores* dici apud Plinium extremo libro XXXVI. qui tamquam cauſſaria miſſione milites, & ipſi fracti ac debilitati ludo abierunt. *Torrent.* *Ludo.*] Ut verſus lyricos atque amatorios iterum faciam.

4. *Non eadem eſt ætas.*] Non eadem eſt ætas, ſed alia, quæ alios mores poſtulat. *Vejanius.*] Nomen Italicum magis, quam Romanum. in uno cod. *Vebianius* legitur. *Torrent.* *Vejanius.*] Vejanius gladiator.

5. *Herculis ad poſtem.*] Recte Turnebus, *Qui artem*, inquit, *aliquam deſinebant, ejus inſtrumenta diis ſuſpendebant; ſacrabant autem iis maxime, qui artis præſides haberentur.* citatque illud Maronis:

Hîc arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.

Nos eodem referemus illud Perſianum omnibus notum:

——*Veneri donata à virgine pupa.*

An vero Herculem præcipua religione coluerint gladiatores, neſcio. Satis ſit Herculem deorum omnium, quos virtus in cœlum ex hominibus vexerit, fortiſſimum fuiſſe; qui toties ſingulari cum monſtris certamine victor evaſerit: illud tamen obiter repetendum, quod alibi monuimus ex Iſidoro, gladiatorum factiones partim Neptuno, partim Vulcano ſacras fuiſſe. Turneb. lib.6. cap.9. & lib.26. cap.26. *Torrent.* *Herculis ad poſtem fixis.*] Armis Herculi dedicatis, & in ejus templo poſti affixis. *Latet abditus agro.*] Deliteſcit in agro.

6. *Ne populum.*] Ne à pari ſuo victus & jam jam enecandus, à populo in theatro ſedente ſupplex ſalutem petat. *Extrema toties exoret arena.*] Bene *extrema*, ut decebat ſupplicem; qui, quantum in eo erat, pugna cederet locumque deſereret, petens ne iterum produceretur: vel *extrema*, pro peracto jam certamine. Vel *extrema arena*, id eſt, in extremo vitæ curſu, ne peccet, ad extremum ridendus. Hæc ergo in Vejanii laudem dicuntur, qui nempe ſpectatæ virtutis, quamquam nunc rudiarius & ætate impar, ſæpius à populo poſtularetur; latere tamen maluit, quam quoties prodiret in arenam, toties exorare, ne iterum peteretur. Nota enim conſuetudo poſtulandi etiam rude donatos, uti & veteranos in militiam, quod ingenti ſæpe pretio factitabant. Turneb. lib.26. cap.26. *Torrent.* *Arena.*] Ab extrema parte arenæ, in qua decertabant.

7. *Eſt mihi purgatam, &c.*] Monitorem autem qui ſonat per aurem Horatio, accipio ἡγεμονικὸν, animæ diviniorem partem, mentem ipſam vel rationem, humanorum affectuum in capite, veluti præfectum, Platone autore: vel ipſum animum ὃς ἐν ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκέει, id eſt, qui in auribus hominum habitare dicitur Herodoto. *Cruquius.* *Eſt mihi purgatam.*] Eſt mihi monitor, ratio nimirum, vel, conſcientiæ ſtimulus. *Perſonet aurem.*] His verbis ſcilicet, quæ ſequuntur, *Solve ſen.* atque ita Virgilius:

——*Cava dum perſonat æquora concha.*

Torrent. *Perſonet aurem.*] Qui ſonet per aurem docilem & attentam.

8. *Solve ſeneſcentem.*] Alia ſumta à circo metaphora. De equis autem Circenſibus alibi diximus: neque dubito, quin ad hos Ennii verſus reſpexerit Poëta;

Sicut

Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.
Nunc itaque & verſus & cætera ludicra pono:
Quid verum atque decens, curo & rogo, & omnis in hoc ſum:
Condo & compono, quæ mox depromere poſſim.
Ac ne fortè roges, quo me duce, quo Lare tuter:
Nullius addictus jurare in verba magiſtri,

Quo

Sicut fortis equus ſpatio qui ſæpe ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectus quieſcit.

Summa autem erat non agitatorum modo, ſed & equorum, qui ad metas decurrebant, gloria. Hinc *Volucer*, hinc *Incitatus*, hinc *Aquilon*, & *Hirpinus*, nobilia equorum nomina; quorum etiam palmæ in vetuſtis marmoribus enumerantur. Bene igitur exemplo generoſi equi, ut à juvenili amoris ſtudio mature quieſcat, monetur Horatius, ne peccando tandem rideatur. *Torrent.* *Solve ſeneſcentem.*] Sejunge equum à curru. *Mature.*] Opportune.

9. *Ad extremum ridendus.*] Ridendus ſub finem curulis certaminis. *Et ilia ducat.*] Et ſpiritus difficultate ne laboret. *Ilia ducat.*] *Ilia appellantur*, inquit Plinius, lib. x. cap. XXXVII. *inter veſicam & alvum arteria ad pubem tendentes.* nec aliter Celſus, cum inter coxas & pubem in imo ventre poſita eſſe ait. Hæ vero arteriæ ſuſpirioſis & anhelantibus præcipue agitantur, ſive hominibus, ſive jumentis; quod in longiore curſu, qualis per Circi ſpatia erat, maxime apparet. Hinc *ilioſi*, qui ea parte laborant, atque ægre anhelitum ducunt; iidem ferme qui & *ſuſpirioſi*. Lucanus:

—— Nec jam integer illis
Impetus, & longi ſuſpendunt ilia flatus. Torrent.

10. *Verſus & cætera ludicra.*] *Verſus* cum dicit, univerſam ni fallor Poëticam intelligit. *Torrent.* *Verſus.*] Verſus amatorios. *Cætera ludicra pono.*] Depono jocos, nugas, convivia, & id genus alia, quæ me ludicrum faciunt & ridiculum.

11. *Verum atque decens.*] *Verum* quærere ad eam Philoſophiæ partem ſpectat, quæ in contemplatione ac rerum cognitione conſiſtit: *decens* vero ad eam, quæ de motibus eſt, & de officiis tractat, ac tota in actione verſatur. Turneb. lib. 26. cap. 26. *Torrent.* *Et omnis in hoc ſum.*] Totus in hoc ſum.

12. *Condo & compono.*] *Condere & componere* dicimus verſus; condere etiam & componere ea, quæ ad communis vitæ utilitatem ac rerum ſcientiam tradita, & in unum collecta, memoriæ commendamus. Non parva igitur in hac ambiguitate elegantia eſt. *Torrent.* *Condo & compono.*] In animo recondo & in ordinem digero. *Depromere poſſim.*] Quæ ſuo tempore depromam ad uſum meum, tam dicto, quam facto.

13. *Quo me duce, quo Lare.*] Sic lib. I. Od. XXIX. *Socraticam domum* dixit: nam ad Philoſophorum, quas vocabant familias, id referendum eſt. M. Tullius III. de Orat. *Familiæ Philoſophorum multæ, à Socrate proſeminatæ.* Torrent. *Quo me duce.*] Quo Philoſopho auctore, & qua familia Philoſophica me tutum præſtem.

14. *Nullius addictus.*] Philoſophari ſe velle dicens, ac proinde rogari fingens, quem igitur ſecutus ducem, cui ſe familiæ tradiderit; aptiſſime reſpondet, neque ita ſe affectum eſſe, ut in alicujus magiſtri, veluti militiæ ducis, verba juret; & adeo nullam certam elegiſſe familiam; ut naviganti quodammodo ſimilis videri poſſet, eo appellens

quo

Quo me cumque rapit tempeſtas, deferor hoſpes.
Nunc agilis fio & merſor civilibus undis,
Virtutis veræ cuſtos rigiduſque ſatelles,
Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor;
Et mihi res, non me rebus, ſubjungere conor.
Ut nox longa, quibus mentitur amica, dieſque
Longa videtur opus debentibus; ut piger annus
Pupil-

quo animi impetu, tamquam tempeſtate quadam, delatus fuerit. *Addictus* igitur *jurare*, id eſt, addictus ut juret. Nec male Nonius *addictum* exponit pro devotum ſive obnoxium, non ſolum judicis ſententia, ſed & ſuapte voluntate. Cicero pro Cælio: *Hunc addictum, deditum, obſtrictum tibi habebis.* & quod huc propius ſpectat. II. Tuſc. *Qui certis quibuſdam deſtinatiſque ſententiis quaſi addicti & conſecrati ſunt.* Denique his verbis oſtendit Horatius, ex eorum numero eſſe, qui, nullum certum ſecuti auctorem, undique quod optimum videbatur, eligerent, ἐκλεκτικοὶ dicebantur à Græcis. Turneb. lib. 30. c. 19. *Nullius addictus, &c.*] Ego obligatus nullius magiſtri dictatis aſſentiri, deferor, &c.

15. *Quo me cunque.*] Pro ventorum arbitratu, id eſt, pro ratione temporum.

16. *Nunc agilis fio.*] Practicus aliquando fio, ut Peripateticus. *Et merſor.*] In Reipubl. adminiſtratione exerceor. *Merſor civilibus undis.*] Atque ita l. IIII *Merſes profundo.* & Epiſt. proxima,

—— Adverſis rerum immerſabilis undis.

Jam vero non levis inter veteres Philoſophos fuit dubitatio, an ſapienti attingenda eſſet reſpublica: recte vel hoc exemplo demonſtrat Horatius, veluti deſultorie ſe philoſophari, qui in quibuſdam rebus otium, in aliis negotium quæreret. Nec abs re eſt, quod *furtim in Ariſtippi præcepta relabi* ſe dicit, cum in aperto virtutis tamquam ſatelles quidam incederet; Stoïcorum enim, qui omnia in virtute ponunt, diſciplina lucem amat; voluptas quærit, quo ſe abſcondat: conſulendum autem publicæ honeſtati. *Torrent.*

17. *Virtutis veræ cuſtos.*] Aliquando fio Stoïcus, ſummum bonum in virtute ponens. *Rigiduſque ſatelles.*] Æqualiter omnia peccata puniens: rigidus ergo, id eſt, durus & inexorabilis.

18. *Ariſtippi furtim.*] A Cyreneo Ariſtippo (qui omne bonum in voluptate poſuit) Cyrenaica manavit diſciplina.

19. *Subjungere.*] Verbum elegans, pro quo antea *ſummittere* legebatur. apte quidem, ſed metaphoram malo à bobus ſumtam; quos *ſubjungere* dicimus, cum jugo alligamus, *disjungere* vero cùm jugo ſolvimus: unde *ſubjuges* & *injuges* boves, quæ ſub jugo vel fuerint vel non fuerint. & Virg. lib. VIII.

Nulli fas Italo tantum ſubjungere gentem.

Submittere ergo ex gloſſemate irrepſerat. *Torrent. Conor.*] Academicus ergo.

20. *Ut nox longa.*] Perinde ac ſi omne tempus ſibi perire crederet, quod Philoſophiæ in omni ætate & fortuna profuturæ ſtudiis non impartiretur; pulcerrimis comparationibus oſtendit, quam moleſta ſit mora: nec referre quod tardius inceperit, ut ad ſummum progredi poſſit; nam aliquò ſaltem perventurum: & interim vel qualiacumque principia prodeſſe. *Torrent. Quibus mentitur.*] Quibus promiſſa non ſervat.

21. *Opus debentibus.*] Operariis conductis.

Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum:
Sic mihi tarda fluunt, ingrataque tempora, quæ ſpem
Conſiliumque morantur agendi gnaviter id, quod
Æquè pauperibus prodeſt, locupletibus æquè;
Æquè neglectum pueris ſenibuſque nocebit.
Reſtat, ut his ego me ipſe regam, ſolerque elementis.
Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen iccirco contemnas lippus inungi:
Nec, quia deſperes invicti membra Glyconis,
Nodoſa corpus nolis probibere chiragra.
EST *quodam prodire tenus, ſi non datur ultrà.*
Fervet avaritia miſeróque Cupidine pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſis,

22. *Matrum.*] Cuſtodia novercarum.

24. *Conſiliumque.*] Quæ propoſitum meum conſcribendi vulgandique præcepta ad bonos mores conducentia retardant.

27. *Elementis.*] Philoſophiæ primordiis.

28. *Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus.*] Lambinus Paſſeratii conjecturam ſecutus, edendum cenſuit:

Non poſſis oculos quantum contendere Lynceus.

Et ſane ut *tendere*, ſic *contendere* etiam & *intendere oculos* recte dicimus; ſed contendere poſſunt oculos etiam hi, qui minus acute videnr, cum in re aliqua eos veluti defigunt: aliud vero eſt *oculo contendere*, pro videndi acie certare, quantum vel Lynceus ille inter Argonautas nobilis. Item *contendere animo, voce, labore*, pro vehementer anniti, dicimus. *Inungui* autem pro *inungi* in omnibus ferme Codd. legitur. *Torrent. Non poſſis oculo.*] Si non poſſis in rebus ipſis perſpiciendis tanta vi oculorum niti, quanta Lynceus. *Lynceus.*] Lynceus acutiſſima oculorum perſpicacitate præditus, ea, quæ apud inferos agerentur, dicitur vidiſſe.

30. *Invicti membra Glyconis.*] Lambinus candide fatetur, nihil de Glycone iſto ſibi obſervatum. & interpretes tacent. Atqui meminiſſe debent viri docti, non alium, de quo hoc agit, à Glycone Philoſopho fuiſſe, qui invictum ſibi robur corporis ac virium ſtudio gymnaſticæ aſſiduo ac indefeſſo comparaverat. Ita ut ἀθλητὴς, τήν τε πᾶσαν χροιὰν ἀθλητικὴν ἐπιφαίνων, à Laërtio, hoc eſt, *firmo corpore & plane habitu athletico*, dicatur. Item ὠτοθλαδίας. Quam vocem interpres non cepit. Recte Suidas interpretatur, & pueris notum eſt, de antiquis athletis dici, quorum aures multis ictibus contuſæ erant. *Heinſius. Glyconis.*] Pugilis robuſti.

31. *Nolis prohibere.*] Nec nolis, id eſt, velle debes.

32. *Eſt quodam.*] Sic antiqui libri omnes. quod cur Lambino diſpliceat, ignoro. *Torrent. Eſt quodam prodire.*] Licet ad aliquantum doctrinæ progredi, ſi non licet tranſgredi.

33. *Fervet avaritia.*] Enumeratio vitiorum, quibus implicitus animus humanus, dicitur ſolari ſe, quando legendis Philoſophis audiendiſque ſedulo enititur ad virtutem. *Cruquius. Fervet.*] Æſtuat.

34. *Sunt verba & voces.*] Ingenioſe vocabu-

Pòſſis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te
Ter purè lecto poterunt recreare libello.
Invidus, iracundus, iners, vinoſus, amator;
Nemo adeò ferus eſt, ut non miteſcere poſſit,
Si modò culturæ patientem commodet aurem.
VIRTUS eſt, vitium fugere; & ſapientia prima,
Stultitia caruiſſe. vides, quæ maxima credis

vocabulis uſus eſt Poëta, quæ pariter tam ad magicam quam ad philoſophicam medendi rationem referri poſſunt. *Torrent. Sunt verba.*] Sunt ſermones philoſophici. *Dolorem.*] Animi, qui curis augendæ quidem rei plurimis, amittendæ vero metu maximo conficitur. *Cruquius.*

35. *Magnam.*] Quare magnam morbi partem & non omnem potius morbum dicit? an quia humana ope fieri nequit, ut vitia penitus excidantur? Sic enim lib. I. Sat. III. *Torrent.*

36. *Laudis amore tumes*] Sic lib. II. Sat. III. *tibi cum tumidum eſt cor.* unde & *inflati* pro ſuperbis, ut in ejuſdem lib. Sat. V. monuimus,

Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem. Idem.

Laudis amore tumes?] Ambitione laboras? *Certa piacula.*] Hoc quoque ἀλληγορικῶς dictum, & à veteri expiationum ſuperſtitione, utputa cæſo pro inſaniente Laribus porco, ad vim Philoſophiæ transferendum. *Torrent. Piacula.*] Sunt ſacrificia, vel medicamenta purgantia, id eſt, philoſophica præcepta.

37. *Ter purè lecto.*] *Ter* dicit, ut in artis magicæ alluſio perſeveret; nota enim ternarii numeri vis. unde & Tibullus:

Ter cane, ter dictis deſpue carminibus.

notum & illud, neque magica, neque cetera ſacra, illotis (quod ajunt) manibus tractanda. idem Tibullus:

Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite;
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Hinc *puri* oppoſiti profanis, teſte Feſto. hoc ergo voluit Horatius. Turneb. lib. 26. cap. 26. & lib. 24. cap. 25. *Torrent. Purè lecto.*] Animo puro.

39. *Nemo adeo ferus eſt, ut non miteſcere poſſit.*] Alia rurſus tranſlatio ab agricultura ad Philoſophiam, quæ vera animi cultura eſt. *Ferum* igitur pro agreſti exponamus, qui cultura mitis evadat, atque ita Virg. II. Georg.

— *Fructuſque feros mollite colendo.*

Addam & illud Attii Poëtæ apud Gellium: *Quod in pomis eſt, idem eſſe ajunt in ingeniis; quæ dura & acerba gignuntur, poſt fiunt mitia & jucunda.* Torrent. *Ferus eſt, ut non.*] Nemo tam eſt immanis, & ab humanitate alienus. *Miteſcere.*] Manſuefieri.

40. *Cultura.*] Philoſophiæ.

41. *Virtus eſt, vitium fugere.*] Honeſtatis præcepta traditurus, ne quis errore in delectu rerum admiſſo ſe excuſet, hoc veluti fundamentum adipiſcendæ virtutis ac ſapientiæ ſtatuit; ut vitia fugias, & ſtultitiam exuas: qua primum adhibita cautione, quæ vera bona ſunt appetas, viteſque contraria. At nunc, inquit, aliter facis: nam ſummo quidem labore ea fugis, quæ mala eſſe credis; ſed, quod facile erat, ante docendum te præbere debueras, quæ vera bona aut mala cenſenda ſint, ne in eligendo aberrares: quod cum non feceris, ſtultitia peccas, & inania pro ſolidis conſectaris. Turneb. l. 26. c. 26. *Torrent. Virtus eſt.*] Principium virtutis, eſt vitiorum fuga.

42. *Stultitia caruiſſe.*] Vitiis carere,

Eſſe mala, exiguum cenſum turpemque repulſam,
Quanto devites animi capitiſque labore.
Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per igneis:
Ne cures ea quæ ſtultè miraris & optas,
Diſcere, & audire, & meliori credere non vis?
Quis circum pagos & circum compita pugnax,
Magna coronari contemnat Olympia, cui ſpes,
Cui ſit conditio dulcis ſine pulvere palmæ?
VILIUS *argentum eſt auro, virtutibus aurum.*
O cives, cives, quærenda pecunia primùm eſt,

Virtus

quæ à ſtultitia proveniunt.

43. *Cenſum.*] Cenſus ſignificat totam rei familiaris æſtimationem. *Turpemque repulſam.*] Repulſam in magiſtratu petendo, & non obtinendo.

44. *Capitiſque labore.*] Corporis labore, per ſynecdochen.

45. *Impiger extremos curris mercator, &c.*] Si ad vitandam pauperiem mercaturam facere in animum induxiſti, vel ad Indos uſque impigre curris, mercatorii lucri cauſſa. *Steph. Impiger extremos.*] Impigre navigas ad Indos longe remotos.

46. *Per ignes.*] Per ardentes circulos: vel, per graviſſima pericula.

47. *Ne cures.*] Ut ne cures, id eſt, ut contemnas ea, quæ, &c. *Et optas.*] Scilicet divitias, honores, &c.

48. *Meliori credere non vis?*] Hæc enim vérba ſunt Philoſophi, docentis contemptum divitiarum, magiſtratuum, honorum, &c. præ virtutis excellentia; quæ cætera omnia ſua bonitate longe ſuperat. *Cruquius. Meliori credere.*] Prudentiori.

49. *Quis circum pagos, &c.*] Quis homo fortis & pugnax in vilioribus certaminibus pugnabit, & contemnet, &c,

50. *Olympia, cui ſpes.*] Coronari Olympiorum nomine.

51. *Sine pulvere.*] *Sine pulvere, ἀκονιτὶ* dicunt Græci, eodemque ſenſu *ἀνιδρωτὶ, ſine ſudore.* Atque ita Græci quoque, *ἀναιμωτὶ νικᾶν, ἀναίμακτον τρόπαιον, ἀδάκρυον* & item *ἀσίδηρον*, hoc eſt, *ſine ſanguine vincere, incruentum trophæum,* ac *ſine lacrymis* & *ferro* bellum dixere. ut autem Plinius *vincere Olympia,* ſic Horatius *coronari* dixit; uterque imitatione Græcorum, *νικᾶν καὶ στεφανοῦσθαι ὀλύμπια.* & Turneb. lib. 26. cap. 26. *Torrent. Sine pulvere.*] Sine labore.

52. *Vilius argentum eſt auro.*] Meliores codices, *Vilius eſt argentum auro.* oſtendit autem exemplo verum eſſe, quod ante docuit, ſtultitia fere peccari, dum non ad rationis normam, ſed ad vulgi opinionem vivitur. Per *μίμησιν* enim ſapientum dicta, quale hoc ipſum,

Vilius eſt argentum auro, virtutibus aurum;

cum popularibus comparat; quale eſt quod ſequitur;

O cives, cives, quærenda pecunia primum eſt,
Virtus poſt nummos.

Quam tamen ſententiam Plato lib. III. de Repub. Phocylidi tribuit: tunc nempe virtutem coli & exerceri oportere, cum vivendi facultates ſuppetunt, cujus loci nos etiam Lambinus admonuit. & ſane perpauci fuere, qui virtutem infortunatam amplexi ſunt. *Torrent.*

54. *Vir-*

Virtus poſt nummos. hæc Janus ſummus ab imo
Perdocet, hæc recinunt juvenes dictata ſeneſque,
Lævo ſuſpenſi loculos tabulamque lacerto.
Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt,
Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua, fideſque;
Plebs eris. at pueri ludentes, Rex eris, ajunt,
Si recte facies. HIC *murus aëneus eſto:*

NIL

54. *Virtus poſt.*] Sed ſtulte id facitis. *Hæc Janus ſummus ab imo Perdocet.*] P. Victor, regionis Urbis VIII. *Jani*, inquit, *duo, celebris mercatorum locus.* Quod ergo l. II. Sat. III. dixit Horat.

—— Poſtquam omnis res mea Janum
: Ad medium fracta eſt.

Quod item Cicero II. de officiis, *Ad medium Janum ſedere.* id non ita intelligi oportet, ut tres Jani fuerint: ſed quod loci inter duos Janos erat, id *Janus medius*, & *ad medium Janum*, & abſolute *Janus* vocabatur. Sic enim Ovid.

Qui puteal Janumque times celereſque Kalendas.

Tum *prodocet*, non *perdocet* edi curavit Lambinus. *Perdocet* tamen magis placet, non ſolum quia uſitatius; nam alterum illud novum plane & mihi inauditum; ſed quia efficacius quoque, & Jano tanquam deo docente dignum: ut quod docuerit, imbutis ſemel auribus numquam effluat. *Torrent. Hæc Janus ſummus ab imo.*] Omnes fœneratores (qui habitabant in foro Romano, ubi templum eſt Jani) hæc publice docent.

55. *Dictata ſeneſque.*] Hæc præcepta ſæpius inculcata.

56. *Lævo ſuſpenſi loculos.*] Turneb. lib. 26. cap. 26. Vide Sat. 6. lib. 1. verſ. 74. *Suſpenſi loculos.*] Habentes loculos ſuſpenſos ad fœnus reponendum. *Tabulamque lacerto.*] Et habentes tabulam ad ſcribenda debitorum nomina.

57. *Si quadringentis.*] Multo plures & meliores libri:

Sed quadringentis ſex ſeptem millia deſunt.

Quæ ſcriptura recta eſt, ut verba ſint pecuniæ ſtudium excuſantis. Nam cur ni, inquit, properem diteſcere? qui in plebe manſurus ſim, ſi equeſtri ſummæ quadringentorum millium vel minimum aliquid deſit. Simile illud:

At bona pars hominum decepta Cupidine falſo:
Nil ſatis eſt, inquit, quia tanti quantum habeas ſis.

De lege autem Roſcia theatrali in Epodis diximus. *Torrent. Si quadringentis.*] Quadringentis millibus ſeſtertium. *Septem millia.*] Si ſex aut ſeptem millia deſunt ad cenſum equeſtrem.

58. *Eſt animus tibi.*] Hic verſus in cod. Buſlid. vetuſtiſſimo præponitur huic, *Si quadringentis, &c.* Cruquius.

59. *Plebs eris.*] Eris plebejus. *At pueri ludentes.*] Reſponſio Poëtæ ad præcedentem objectionem, pervenuſta ſane comparatione legis Roſciæ & puerorum næniæ. ait illa; *Plebs eris*, ſi præſcriptam ſummam non adimpleris: hæc vero; *Rex eris*, ſi recte facias, hoc eſt, fortunatiſſimus, beatiſſimus, maximus: vulgus enim nihil regno ſublimius agnoſcit. At Poëta noſter, quod pueri æqualibus ſuis & dicere & ſervare ſolent, ut regnum ei promittant deferantque, qui quod agit recte agendo ceteris ſe ſuperiorem eſſe oſtenderit: id & ipſe ex perfectæ Philoſophiæ aſſertionibus, ſub hac imagine pollicetur ei, qui nullam culpam contraxerit, cujus conſcientia expalleſcat, quo regnum nullum firmius ſtabiliuſque. Turneb. lib. 24. c. 29. *Torrent.*

60. *Hic murus.*] Sit hæc ars tua: Nullius

Nil conſcire ſibi, nulla pallеſcere culpa.
Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum
Nænia, quæ regnum rectè facientibus offert,
Et maribus Curiis & decantata Camillis?
Iſne tibi meliùs ſuadet, qui, ut rem facias, rem
Si poſſis rectè; ſi non, quocumque modo rem,
Ut propiùs ſpectes lacrymoſa poëmata Puppî.
An qui fortunæ te reſponſare ſuperbæ
Liberum & erectum præſens hortatur & optat?
Quòd ſi me populus Romanus fortè roget, cur
Non ut porticibus, ſic judiciis fruar iiſdem;
Nec ſequar aut fugiam, quæ diligit ipſe, vel odit:
Olim

lius ſceleris tibi eſſe conſcium. *Murus aëneus.*] Veteres membranæ, *ahenеus.* Eſt aut proverbii loco, pro re invicta & inexpugnabili, ut *Solidoque adamante columna.* Torrent.

62. *Roſcia.*] Lex à Roſcio Othone lata. Vide Epod. 4. *Puerorum Nænia.*] *Næniam* quidem proprie cantum eſſe lugubrem, ſed transferri etiam ad alia lib. II. Od. I. oſtendimus. hoc vero loco pro vulgari puerorum dicto accipitur, quod talia nimirum, veluti accinendo pronuntientur. Pet. Nannius Miſcell. lib. 4.

63. *Nænia.*] Cantilena puerilis.

64. *Et maribus Curiis.*] Decantata à fortiſſimis illis Romanis, & maſcula virtute præditis. *Maribus Curiis.*] Sic Horat. de Arte:

— Poſt hos inſignis Homerus
Tyrtæuſque mares animos in Martia bella
Verſibus exacuit.

Et alibi,

Maſcula Sappho. Torrent.

65. *Iſne tibi melius.*] Roſciæ legis auctor. *Qui ut rem.*] Qui ſuadet, ut lucrum facias.

66, *Quocumque modo.*] Jure vel injuria.

67. *Ut propius ſpectes.*] Ludos theatrales proximi proſcenio ſpectabant ſenatores ex Orcheſtra: inde equites lege Roſcia in XIV. ordinibus, qui locus etiam *equeſtria* dicebatur: poſtremo plebeji ex cavea. *Torr.* *Ut propius ſpectes.*] Ut inter equites Romanos ſedeas in theatro. *Puppî.*] *Pupî*, habent meliores codices. *Pupia* enim gens Romana, & quidem conſularis; à pupus, unde & pupillus: quis tamen iſte *Pupius* fuerit, ignoro. Tragicum fuiſſe Poëtam oſtendit, cum *lacbrymoſa* ejus *Poëmata* appellat Horatius. *Puppî.*] Tragici Poëtæ.

68. *Reſponſare ſuperbæ.*] Obſiſtere.

69. *Liberum.*] Purgatum à vitiis. *Et erectum.*] Erectum ad virtutes. *Hortatur & optat.*] *Aptat* in IX. exemplaribus M.S. repperi, quam ſcripturam probo; itaque Turneb. lib. XXVI. cap. XXVI. ut monitor ille etiam præceptoris munere fungatur, aptans animos Philoſophiæ. qui tamen *optat* retinere velit, is *optare* non ſolum pro cupere aut è pluribus unum eligere, ſed etiam pro precibus poſtulare, à Grammaticis exponi dicat. Terent. Eunucho: *Quodvis donum & præmium à me optato, id optatum feres.* Guil. Canterus lib. 4. cap. 12. *Torrent.*

70. *Cur Non ut porticibus.*] Mihi illud Horatianum à populi ſermone ductum profectumque videtur. Vide Turneb. lib. 30. cap. 12.

71. *Ut porticibus.*] In quibus cum populo

Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Reſpondit, referam: Quia me veſtigia terrent,
Omnia te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum.
Bellua multorum es capitum. nam quid ſequar, aut
quem?
Pars hominum geſtit conducere publica: ſunt qui
Cruſtis & pomis viduas venentur avaras;
Excipiantque ſenes, quos in vivaria mittant.
Multis occulto creſcit res fenore. verùm
Eſto, aliis alios rebus ſtudiiſque teneri:
Iidem eadem poſſunt horam durare probantes?
Nullus in orbe ſinus Bajis prælucet amœnis,

populo ſedeo. *Sic judiciis fruar iiſdem.*] Sic, ſuam ſententiam cur non ſequar.

73. *Cauta.*] Vulpes aſtuta.

74. *Referam.*] Reſpondebo. *Quia me veſtigia terrent.*] Non dabitur mihi à viriis reditus, ſi ad illa ſemel ingreſſus fuero.

75. *Omnia te adverſum.*] Liber vetuſtiſſimus *omnia advorſum*, ſine *te*. Locum autem hunc ex Lucilio ſumtum indicat Muretus; cujus hi apud Nonium verſus, in verbo *Spectare*:

Quid ſibi vult, quare fit ut introverſus & ad te
Spectent atque ferant veſtigia, & omnia prorſus.

Turneb. lib. 30. cap. 9. *Torrent.*

76. *Bellua multorum.*] Eſt populi deſcriptio.

77. *Conducere publica.*] Vectigalia populi conducere, unde publicani appellabantur.

78. *Fruſtis & pomis.*] Mallem *Cruſtis*. ut in editione Mureti, & in uno atque altero, quem viderim, manuſcripto: cruſtula enim ad hamos aptiora. Fuit autem is quæſtus Romæ uberrimus. Cruquius legendum eſſe cenſet *fructis*, docet *fructum* olim fuiſſe ſecundæ inflexionis: ut in Adelphis; *Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero, odium.* Torrent. *Fruſtis & pomis.*] Donis nullius pretii. *Avaras.*] Viduas, munerum cupidas.

79. *Excipiantque ſenes.*] Inſidioſe capiant ſenes. *Quos in vivaria mittant.*] Quos tandem devorent veluti piſces aut feras in vivariis detentas. *In vivaria.*] Simile illud,

Plures annabunt thunni & cetaria creſcent.

De verbo autem *excipere* inſidiatoribus accommodato, Od. XII. lib. III. *Torrentius.*

81. *Eſto, aliis alios rebus, &c.*] Concedo quod diverſi homines diverſa ſectantur. At iidem perſæpe mutantur.

82. *Iidem eadem poſſunt.*] Ad oſtendendam majorem inconſtantiam, ſciſcitatur an in propoſito aliquis conſtet, & non potius in horas ſingulas id variet? quo argumento demonſtrat hoc donari poſſe, non omnes idem ſentire, ſed ſibi non conſtare, ſecumque pugnare, nulla eſſe venia dignum. *Cruquius. Poſſunt.*] *Ne* particulam, quam huic verbo ſubjunxit Lambinus, nullo in codice repperi: nec video quare tantopere Lambino placuerit. *Torr.*

83. *Bajis prælucet amœnis.*] *Prælucere* dixit, ut lib. I. Od. XXXIII.

Læſa præniteat fide.

Interim vide ſi lubet Senecam Epiſt. LI. Item illud:

Si dixit dives: lacus & mare ſentit amorem
Feſtinantis heri: cui ſi vitioſa libido
Fecerit auſpicium: cras ferramenta Teanum
Tolletis fabri. lectus genialis in aula eſt?
Nil ait eſſe prius, melius nil cælibe vita:
Si non eſt, jurat bene ſolis eſſe maritis.
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
Quid pauper? ride. mutat cœnacula, lectos,
Balnea,

Ut mille laudem Flacce verſibus Bajas,
Laudabo dignè non ſatis tamen Bajas.

Torrent. *Bajis prælucet amœnis.*] Urbs Campaniæ.

84. *Lacus.*] *Lucrinum* intellige. erat enim in ſinu Bajano contra Puteolos divitum prætoriis nobilis, quemadmodum & *Avernus* ei vicinus: uterque deliciis affluens, ut eo loci vel caſtiſſimi mores corrumperentur. *Torrent. Lacus & mare.*] Lacus marinus, id eſt, Lucrinus in Bajano.

85. *Feſtinantis heri.*] Heri eo feſtinantis ad ædificandum. *Libido Fecerit auſpicium.*] Præclarè de divite otioſo, & qui medio in luxu ſemper ſe fugeret, nec præſentibus umquam acquieſceret; ideoque libidinem auſpicii loco ſequebatur. Turneb. lib. 26. cap. 26. *Torrentius.*

86. *Fecerit auſpicium, cras ferramenta.*] Si vitioſa libido, tanquam avis cantu aut volatu, auſpicium fecerit ratum, id eſt, impulerit divitem, ut ædificet, ſtatim animum mutat & jubet fabros & ferramenta Teanum tranſportare. *Ferramenta Teanum.*] *Ferramenta* pro quibuſvis inſtrumentis fabrilibus dixit. *Teanum* autem Græce Τέανον Stephano & Straboni, mediterraneæ Campaniæ oppidum olim maximum; cognomine *Sedicinum*, ad differentiam ejus, quod in Apulia erat. Utriuſque meminit Plinius. *Torrent. Theanum.*] Campaniæ oppidum.

87. *Tolletis fabri.*] Tranſportabitis. *Lectus genialis.*] Quaſi genitalis, inquit Servius, nubentibus enim puellis ſternebatur, dictus à generandis liberis, ac proinde Genio ſacer, qui Naturæ Deus credebatur; idem qui & natalis. Virg.

—— Lucent genialibus altis.

Et Iuven. Sat. IX. abſolute:

—— Tyrius genialis in hortis
Sternitur. ——

Erat etiam genus lecti maritalis, quem *adverſum* appellabant, ſtratum in atrio ante januam: boni ominis cauſſa, ut opinor, ſic dictus. Proper. Elegia ultima lib. IIII.

Si tamen adverſum mutarit janua lectum,
Sederit & noſtro cauta noverca toro.

Aulam vero appellat Horatius divitis domum: aut aulam certe pro atrio poſuit, ſi quis de lecto, quem vocamus *adverſum*, locum hunc intelligi malit. nec ſane diſplicet, ut idem ſit, qui genialis. *Torrent. Lectus genialis in aula eſt?*] Uxorem habet? Lectus genialis eſt qui ſternitur nuptiis in honorem Genii; in aula, id eſt, domo.

88. *Cælibe vita.*] *Cælebs* per *æ* auctore Feſto, quod dignam cælo vitam agat. Alii Græcum eſſe volunt κοίλιψ, carens concubitu; & per *æ* ſcribi. Ego in antiquiſſimis exemplaribus *celebs* ſine diphthongo ſcriptum reperio. *Torrentius.*

89. *Si non eſt.*] Si non eſt ei lectus genialis, id eſt, uxor.

90. *Quo teneam vultus mutantem.*] Quomodo teneam Protea in quamvis formam ſe tranſmutantem?

91. *Quid pauper?*] Quid agit pauper?

Balnea, tonſores: conducto navigio æquè
Nauſeat ac locuples, quem ducit priva triremis.
Si curtatus inæquali tonſore capillos
Occurri, rides: ſi fortè ſubucula pexæ
Trita ſubeſt tunicæ, vel ſi toga diſſidet impar,
Rides. quid, mea quum pugnat ſententia ſecum?
Quod petiit, ſpernit: repetit, quod nuper omiſit:
Æſtuat, & vitæ diſconvenit ordine toto:
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis:

Inſani-

per? *Ride: mutat.*] Ride (inquit Horatius) ejus etiam inconſtantiam. *Cænacula.*] Notum JCtis vocabulum, pro ſuperiore ædium contignatione, quo ſcalis aſcendere neceſſe erat: ibi enim tenuiores mercede annua, diſtinctis manſionibus, habitabant. unde *cænacularium* ipſa penſio ſive merces, quæ locatori ſolvebatur: & *cænaculariam exercere*, pro quæſtum inde facere: & *cænacularius* qui ita habitat. Qua de re Budæus lib. XIII. Sed & Juvenalis Sat. X. cum ait:

——*Rarus venit in cænacula miles.*

Pauperum ſecuritatem ſignificat. Turneb. lib. 13. cap. 11. *Torrent.*

92. *Conducto navigio.*] Non habens proprium navigium.

93. *Nauſeat ac locuples.*] Æque faſtidio afficitur ac dives. *Priva.*] *Privum conducto* opponit. De quo vocabulo Sat. V. lib. II. diximus. *Torrent. Priva.*] Sua, & propria.

94. *Si curtatus, &c.*] Si occurrit capillos curtatos habens à tonſore, (id eſt, qui inæqualiter tondet) rides. *Curtatus inæquali tonſore.*] Hypallage pro tonſura; ut,

Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem,

pro textura. Quod autem in nonnullis exemplaribus *curatus* pro *curtatus* legitur, mihi ſane non diſplicet. quamquam enim tonſorum nullus Romæ uſus ante annum ab Urbe condita CDLIIII. ſi Varroni & Plinio credimus; poſtea tamen ingens, etiam virorum, de capillis cura: quam arguto Epigrammate notat Martialis lib. VIII. ad Cæditianum; & egregie poſt alia multa Seneca De brevitate vitæ: *Quis eſt iſtorum qui non malit remp. ſuam turbari, quam comam? qui non ſollicitior ſit de capitis ſui decore, quam de ſalute? qui non comptior eſſe malit, quam honeſtior? hos tu otioſos vocas, inter pectinem ſpeculumque occupatos?* Receptam tamen lectionem ſervo. At mox pro *occurri*, *occurro* legitur in duobus codicibus. nec male. Similia etiam rideri à divitibus conqueritur Juvenalis Sat. III.

—*Si fœda & ſciſſa lacerna eſt,*
Si coma ſordidula eſt.

Torrentius.

95. *Subucula pexæ Trita ſubeſt tunicæ.*] *Subucula* viris feminiſque communis, inde dicta quod ſubtus geſtaretur. *Pexam* autem opponit *tritæ*. de quo Turnebus lib. V. cap. XIV. *Torrent. Pexæ.*] Tunicæ lanoſæ & à ſordibus mundatæ.

96. *Si toga, &c.*] Si toga non ſedet æqualis in humeris.

97. *Secum.*] *Mecum* habent tres libri manuſcripti. *Torrent.*

99. *Æſtuat.*] Commovetur. *Diſconvenit.*] Sic in Epiſt. ad Villicum ſuum:

Non eadem miramur: eo diſconvenit inter
Meque & te. ——

Torrent.

101. *Inſanire putas ſolemnia.*] Non ri-

Inſanire putas ſollennia me, neque rides,
Nec medici credis, nec curatoris egere
A prætore dati; rerum tutela mearum
Quum ſis, & pravè ſectum ſtomacheris ob unguem
De te pendentis, te reſpicientis amici.
Ad ſummam, ſapiens uno minor eſt Jove, dives,
Liber, honoratus, pulcer; rex denique regum;
Præcipue ſanus, niſi quum pituita moleſta eſt.

EPIST.

des me quando mecum diſſentio. cur? quia me inſanire putas ſolennia, hoc eſt, per enallagen, *συνήθεις* Græco more putas ſolemne, conſuetum, familiare; ut qui ſim ὀξύθυμος, iraſci facilis, iræ impatiens, cerebroſus, quod de ſe fateri videtur Sat. 5. lib. 1. *Cruquius*. *Sollennia.*] *Sullenne* proprie, quod certis anni temporibus fieri conſuevit; ut *ſollennes ludi*, *ſollennia ſacra*, apud Feſtum. Hinc factum, ut pro ſolito ac conſueto dicatur. Recte igitur in hunc locum vetus Scholiaſtes: *Inſanire putas ſollennia, id eſt, communi omnium vitio laborare, communem errorem pati; & ideo negligis nec reprehendis.* Turneb. lib. 30. cap. 3. *Torrent. Solennia me.*] Solenniter, more omnium hominum.

102. *Nec medici.*] Qui me ſanet.

103. *A Prætore dati, &c.*] Qui ſolet à prætore inſanis dari, ſi deeſſent agnati.

104. *Quum ſis.*] Quum ſis tutor mearum rerum, ô Mæcenas. *Stomacheris ob unguem.*] Quum iraſcaris, ob unguem amici, &c. id eſt, ob levia amicorum incommoda.

106. *Ad ſummam, ſapiens.*] Cum tota Epiſtola philoſophandum eſſe docuerit; recolligens ante dicta, ac ſimul utilitatem Philoſophiæ demonſtrans, Stoïcorum ſapientem ante oculos ponit. Quod vero eundem deriſerit Satyra III. lib. I. id ut Epicureum feciſſe dicemus, cum inſanientis illius ſapientiæ conſultus adhuc aberraret. Illud tamen quod ſequitur:

Præcipue ſanus niſi cum pituita moleſta eſt, ſi ridicule dictum eſſe credimus, ad ingenium redierit Horatius: ſin minus, ad animum referemus; ut excepto ſapiente ceteri quidem inſaniant, ille ſolus vero ſanus ſit; non ita tamen, quin & ipſe vitioſi humoris, nempe bilis aut pituitæ redundantia, inſanire poſſit. Sunt qui aliter diſtinguendo, *ad ſummam ſapiens*, interpretentur, pro eo qui ad rem ſuam ſapiat, ut *ad genium ſapere* dixit Plautus, pro in iis ſapere, quæ ad genium ſpectent; ut ad vulgi ſcilicet ſapientem ea detorqueat, quæ de ſuo Stoïci tradidere: ſed an eo ſenſu *ad ſummam ſapere* idoneus aliquis auctor dixerit, neſcio. *Ad ſummam* autem pro denique, vel poſtremo, ut recollectio ſit, non uno in loco ipſe Cicero. Idem ergo ſit *ad ſummam*, quod *in ſumma*. Turneb. lib. 26. cap. 26. *Torrentius*. *Uno minor eſt Jove, dives.*] Uno Jove inferior.

108. *Præcipue ſanus.*] Solus ſanus & animo & corpore. *Niſi quum pituita, &c.*] Id eſt, niſi cum emungitur pecunia & pro lucro damnum facit; ut enim defluxus è capite per nares, ita defluxus pecuniæ è loculis avari, ſine quæſtu tam gravis eſt, ut eum nec dies nec noctes ſinat interquieſcere. *Cruquius*. Vel, *Niſi quum, &c.* Si infirmitate corporis non detineatur, aut pituita aliuſve morbus ipſi moleſtus non ſit, tunc præcipue & præ aliis ſanus eſt, & animo pariter & corpore valet. *Lubinus*. Turneb. lib. 26. cap. 26. *Niſi quum pituita.*] Stoïcos irridet qui dicunt, ſapientem eſſe ſanum, etiamſi ægrotet.

1. *Scripto-*

EPISTOLA II.

Ad LOLLIUM.

Homerum in ſuis poëmatis pleniùs ac meliùs quam quoſdam Philoſophos, quid honeſtum ſit, docere dicit: amborum afferens argumenta. In Iliade quidem quales ſunt in ſtultis regibus & populis animi motus deſcribi: in Odyſſea autem, Ulyſſis exemplo, quid virtus & ſapientia poſſint, oſtendi. Deinde ad ſtudium ſapientiæ hortatur, utpote quos recenſet animi morbos, ſanaturæ. Sed à teneris aſſueſcendum hujuſmodi præceptis eſſe docet.

TRoiani belli ſcriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romæ, Præneſte relegi:
Qui, quid ſit pulcrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius ac melius Chryſippo & Crantore dicit.
Cur ita crediderim, niſi quid te detinet, audi.

Fabu-

1. *SCriptorem.*] Homerum. *Maxime Lolli.*] Ut hic *maximum*, ſic *liberrimum* vocat Lollium Epiſt. XVIII. ob animi præſtantiam: non quod *Maximi* cognomen tulerit, ut ſenſiſſe videntur hi, qui hanc Epiſtolam ad *Maximum Lollium* inſcribunt; cum, ut arbitror, *M. Lollius Palicanus* appellatus fuerit. De quo prolixe lib. IV. Od. IX. & quidem inter alia, Cajo Cæſari Auguſti filio proficiſcenti in Armeniam moderatorem eum datum fuiſſe declaravimus; qui cum natura ferocior eſſet, quæ tali juveni præcepta optime convenirent, ad futurum ejus rectorem hic Poëta perſcripſit. *Torrent.*

2. *Dum tu declamas Romæ.*] Faciebant id Romæ ſummi quoque viri, ut ex Annæi Senecæ declamationibus apparet. Poſſet etiam ad recitandi morem referri, æſtivis præcipue menſibus Romæ celebrem, cum æſtus vitandi cauſſa Præneſte tunc Flaccus ageret. *Torr.* *Declamas Romæ.*] Dum tu de virtute, tamquam Orator exercitii cauſa diſputas. *Præneſte relegi.*] Quo ſine dubio, menſe Auguſto ſeceſſerat: quo menſe Poëtæ & declamatores ſe exercebant. Hoc eſt, quod dixerat, *Dum tu declamas Romæ.* Heinſius. *Præneſte relegi.*] Præneſte nomen urbis in Latio.

3. *Quid ſit pulcrum.*] Univerſam de moribus atque officiis diſciplinam complecti Homerum oſtendit, quæ tota in quæſtionibus de honeſto & utili conſiſtit. *Torrent.* *Pulchrum.*] Honeſtum. *Quid non.*] Quid non ſit utile.

4. *Plenius.*] *Planius* habent libb. M.S. noſtri quinque: & ſane, ſi non plenius uberiuſque, at ſaltem planius & apertius nos docuit Homerus, per exempla omnibus nota: exempla autem verbis manifeſtiora habentur. *Torr.* *Plenius ac melius.*] Copioſius & perfectius. *Chryſippo & Crantore.*] Ille porticum Stoïcorum fulcire creditus eſt: hic inter veteres Academiæ principes enumeratur à M. Tullio lib. v. de Finibus. At Horatius jam ſenior horum præcipue Philoſophiam ſequutus eſt. Crantoris autem præſtantiam, quod de eo in Academicis quæſtionibus ſcribitur, oſtendit. *Legimus omnes*, inquit ibi Cicero, *Crantoris veteris Academici de luctu. eſt enim non magnus, verum aureolus, & ad verbum ediſcendus libellus.* Torrent. *Chryſippo & Crantore.*] Chryſippus erat Stoïcus & Crantor Academicus.

5. *Niſi quid te.*] Niſi aliud te detinet. *Detinet.*] Libri noſtri omnes *deſtinet*, vel *diſtinet*: adſcriptumque in uno, *Diſtineo, id eſt, occupo vel ſeparo.* *Diſtinet* ergo reſtituen-

Fabula, quæ Paridis propter narratur amorem,
Græcia Barbariæ lento colliſa duello,
Stultorum regum & populorum continet æſtus.
Antenor cenſet belli præcidere cauſſam.
Quid Paris? ut ſalvus regnet, vivatque beatus,
Cogi poſſe negat. Neſtor componere liteis
Inter Peleiden feſtinat & inter Atreiden:
Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.
QUIDQUID *delirant reges, plectuntur Achivi.*
Seditione, dolis, ſcelere, atque libidine, & ira,
Iliacos

ſtituendum puto, vocabulum Ciceroni frequens: unde *diſtentus* & *diſtentiſſimus*. Torrent.

7. *Græcia Barbariæ.*] Sic libro II. Od. III.

Barbaræ poſtquam cecidere turmæ,

pro Trojanis. Qua de re plura Epod. IX. quamquam hîc *Barbariam* pro univerſa Aſia, non pro Phrygia tantum, libens expoſuero. qui enim magnifice de bello Trojano locuti ſunt Poëtæ, eo non modò Græciam, ſed Europam totam cum Aſia committunt. *Torrent.* *Barbariæ.*] Phrygiæ. *Lento colliſa duello.*] Bene *lento*, *decimum quod diſtulit Hector in annum.* *Duellum* autem veteres dicebant, quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicaretur: unde & *perduellis*; auctor Feſtus; ut *duis* pro *bis*, & *duidens beſtia* pro *bidens*. *duonum* etiam pro *bonum*. Nunc *duelli* nomine fere de ſingulari certamine utimur. *Torrent.* *Lento colliſa duello.*] Contrita bello decennali.

8. *Stultorum regum, &c.*] Continet Agamemnonis & Achillis perturbationes.

9. *Belli præcidere.*] Præcidendam eſſe belli cauſſam, Helenamque cum ſuis bonis, Atridis reddendam. *Cruquius.* *Præcidere cauſam.*] Id eſt, Helenam Græcis reddere. *Cauſſam.*] Belli cauſſa fuit Helena, tunc ſaltem, ut videtur, reddenda, cum invicem dimicaturis Paride & Menelao, ſic fieri convenîſſet, ſi ille vinceretur. Et inferior quidem Paris, ſed Veneris præſidio evaſit incolumis. unde orta controverſia an eam juſte repeteret Menelaus; ipſe quidem illa in pugna fortior, aut felicior ſaltem; ſed incertum an victor, cui hoſtis ſic elapſus eſſet. Nec vero reddendam Helenam ſolus Antenor cenſuit, ſed ſenes fere Trojani omnes. Vide Pet. Nannii Miſcell. lib. 4. *Torrent.*

10. *Quid Paris?*] Quid facit Paris? *Ut ſalvus regnet.*] Sunt qui legendum eſſe contendant, *ut ſolus regnet*; eo ſenſu, ut ſi vel ſoli Paridi regnum Aſiæ deferretur, ne tali quidem conditione Helenam dimitteret. Verum libri noſtri M. S. omnes receptam ſcripturam ſervant; & *regnare* hîc, ni fallor, non tam imperare ſignificat, quam feliciter agere: ut,

— *Vivo & regno, ſimul iſta reliqui.*

Eſt enim hîc inſignis ſtultitiæ exemplum Paris. *Torrent.*

11. *Cogi poſſe negat.*] Ad reddendam Helenam.

12. *Inter Peleiden feſtinat.*] Inter Achillem Pelei filium, & Agamemnonem filium Atrei.

13. *Hunc amor.*] Agamemnonem Briſeidis amor incendit. *Utrumque.*] Agamemnonem & Achillem.

14. *Delirant.*] Peccant. *Plectuntur Achivi.*] Plebei luunt pœnas.

18. *Exem-*

Iliacos intra muros peccatur & extra.
Rurſus quid virtus & quid ſapientia poſſit,
Utile propoſuit nobis exemplar Ulyſſem:
Qui domitor Trojæ, multorum providus urbeis,
Et morès hominum inſpexit; latumque per æquor,
Dum ſibi, dum ſociis reditum parat, aſpera multa
Pertulit, adverſis rerum immerſabilis undis.
Seirenum voces, & Circæ pocula noſti:
Quæ ſi cum ſociis ſtultus cupiduſque bibiſſet,
Sub domina meretrice fuiſſet turpis & excors:
Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.
Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati,

Sponſi

18. *Exemplar Ulyſſem.*] Exemplar ad imitandum.

19. *Qui domitor Trojæ.*] Ubi Trojam domuit. *Domitor Trojæ.*] Plus Ulyſſi tribuit, quam Achilli. *Torrent.* *Providus.*] Prudens.

22. *Immerſabilis undis.*] Fortunæ tempeſtatibus immerſus.

23. *Seirenum voces.*] Sic Græci, Σειρήνιον ϗ Σειρηναῖον μέλος. Acheloi fluminis & Muſarum unius filiæ *Sirenes* perhibentur. Nec deſunt, qui èas perfectæ eloquentiæ ac ſuadelæ ſymbolum eſſe velint. Illorum tamen potior ſententia eſt, qui *Sirenes* à *Muſis* ita diſtinxere, ut hæ prorſus cæleſtes ſint, & rebus ſublimibus ad humanæ vitæ uſum ac naturæ cognitionem pertinentibus intentæ; his quoque qui eadem tractant ſtudia, & illam ipſam indolem, qua ducuntur, inſpirent, & verba ſuppeditent, quibus ea quæ cognoverint, apte atque ex dignitate etiam aliis tradant. Itaque Poëtis præeſſe credebantur; quorum ars nihil aliud quam numeroſa quædam & perfecta eloquentia eſt. *Sirenes* ergò, eandem, quam illæ feriis, ipſæ inutilibus ac nugacibus rebus ſermonis elegantiæ curam impendunt; tantum à *Muſis* diſcrepantes, quantum à veritate mendacium, aut umbra à corpore. Canoris igitur nugis dediti homines Sirenum, capti vocibus earumque appulſi ſcopulis recte dicentur. *Torrent.* *Sirenum voces.*] Voluptatum illecebras. *Et Circes pocula noſti.*] Circe ſuis veneficiis homines in feras mutabat. *Circæ pocula.*] Sic & noſtri codices. & ſane *Circam* ſemper dixiſſe Horatium auctor eſt Caper Grammaticus. *Circes* autem fabula omnibus nota meretricem fuiſſe aperte oſtendit Horatius, quemadmodum & *Sirenes*. Torrent.

24. *Quæ ſi cum.*] Quæ pocula venefica. *Cum ſociis ſtultus cupiduſque.*] Id eſt, quod tam ſtultus & cupidus fuiſſet, ut ea cum ſociis biberet, vixiſſet canis, &c. *Steph.*

25. *Turpis.*] In formam belluæ verſus fuiſſet. *Et excors.*] Amens. *Excors.*] Mentem quidem retinebant Ulyſſis ſocii, ſed uſum perdiderant, ut voluptatibus corrupti ſolent: cum animus ſervit, corpus imperat: parum autem differt non eſſe & non apparere. Quamquam etiam *excordem* vocare potuit, in quo nihil virilis animi futurum erat, ſi Circæ obtemperaſſet. *Torrent.*

26. *Vel amica luto ſus.*] Ut ſus luto gaudens.

27. *Nos numerus ſumus.*] Nos turba ſumus ſine virtute, numerum duntaxat explentes. *Numerus ſumus.*] Id eſt, turba ſumus, &, ut inquit Virgilius, *ſine*

nomine

Sponſi Penelopes, nebulones, Alcinoïque,
In cute curanda plus æquo operata juventus:
Cui pulcrum fuit in medios dormire dies, &
Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.
Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones:

Ut

nomine vulgus., nullius claſſis, loci, aut ordinis viri, atque eo ipſo tantum, quod ſumus, hoc eſt, numero cenſendi. At contra, *prima*, *ſecunda*, *tertia nota*, aut *palmæ* etiam, dicuntur ea, quæ ceteris præſtant: & quia pauci præſtantes, inde fit, ut *paucorum* nomine inſignes tantum intelligantur; *multorum* vero plebs mera, tunicatique ac pullati & imperiti omnes, ut ad illum lib. I. Sat. VII. locum diximus:

—— Sum paulo infirmior, unus
Multorum.

Torrent. *Fruges conſumere nati.*] Viventes ut edamus.

28. *Sponſi Penelopes.*] Sponſos vocat; qui non reipſa, ſed voto ſponſi erant: uti & Catullus:

Ut miſſum ſponſi furtivo munere malum.

Et ita Homerus *μνηστῆρας* eos nominat. Torrent. *Sponſi Penelopes.*] Proci luxurioſi. *Alcinoïque.*] *Alcinoï* autem *juventus* merito ex Homeri hiſtoria, quemadmodum & *Alcinoï menſa* proverbio celebratur, ob Phæacum, quibus præfuit Alcinous, intemperantiam. Torrent. *Alcinoïque.*] Nos ſumus juventus Alcinoï Phæacum regis, id eſt, molles ſumus, & voluptatibus dediti.

29. *In cute curanda.*] Cum autem cutem dicit, & corpus intelligit. Turneb. lib. 26. c 27. *Operata juventus.*] Virg. III. Æneid.

Connubiis arviſque novis operata juventus.

Torrent. *Operata.*] Occupata.

30. *In medios dies.*] In meridiem.

31. *Ad ſtrepitum citharæ.*] Sic lib. IV. Od. III.

O teſtudinis aureæ
Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas.

Ibi vide. *Ceſſatum* quoque habent omnia noſtra exemplaria; non *ceſſantem*, ut quidam legunt. Sententia autem eſt, Phæacas ſomno, conviviis ac choreis, tempus omne traducere ſolitos. Joſephus Scaliger ita interpretatur, ut citharæ ceſſent ſeu vacent; ſic enim & Propertius lib. I.

Nam tua non ætas umquam ceſſavit amori.

Id eſt, vacavit. ego pro ſopire curas ad citharam exponere malim. Torrent. *Ceſſatum ducere curam.*] Vir illuſtris Joſephus Scaliger malebat, *ceſſatam ducere curam*; ſicut in illo Ovid. Faſt. 4.

Largaque provenit ceſſatis meſſis in herbis.

Ut *ceſſata cura*, ſoluta. Mihi lectio recepta diſplicere nondum poteſt. *Heinſius.* *Ceſſatum ducere.*] Ceſſare facere, id eſt, abjicere curas.

32. *Ut jugulent homines.*] Hæc nullum hic habere locum, facile videbit, qui Poëtæ inſtitutum finemque in tota hac Epiſtola conſideraverit. In qua Iliada & Ulyſſeam, earumque utilitatem, ex diviſione utriuſque operis, expendit atque examinat. Ac de Iliade prius: deinde & de Ulyſſea. In qua primo Ulyſſem, à quo inſcriptio. Secundo partim procos, partim & Phæacas, quos virtutibus illius ac prudentiæ opponit. Quæ ſequuntur ab hoc verſu,

Ut jugulent homines,

uſque ad illum,

Fingit equum,

prorſus aliena ſunt; ex diſputatione alia petita. Quod & ex ſcriptoris vitio, qui paginas tranſpoſuit, aut peſſime continuavit, eveniſſe, nulli dubitamus. Totus ergo locus, qui hic peſſime infarctus eſt, ad primam pertinet Epiſtolam, & ſic

Ut te ipſum ſerves, non expergiſceris? atqui
Si noles ſanus, curres hydropicus: &, ni
Poſces ante diem librum cum lumine, ſi non

Inten-

ſic manifeſte connectendus fuit:

Fervet avaritia miſeraque cupidine pectus?
Sunt verba & voces, &c.
Laudis amore tumes? Sunt certa piacula, quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Invidus, iracundus, iners, vinoſus, amator,
Nemo adeo ferus eſt, ut non mitiſcere poſſit,
Si modo culturæ patientem præbeat aurem.
Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima,
Stultitia caruiſſe. vides, quæ maxima credis
Eſſe mala, exiguum cenſum turpemque repulſam,
Quanto devites animi capitiſque labore.
Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes:
Ne cures ea quæ ſtulte miraris & optas,
Diſcere, & audire, & meliori credere non vis?
Quis circum pagos & circum compita pugnax
Magna coronari contemnat Olympia; cui ſpes
Cui ſit conditio dulcis ſine pulvere palmæ?
Ut jugulent homines ſurgunt de nocte latrones:
Ut te ipſum ſerves non expergiſceris? atqui
Si non is ſanus, curres hydropicus. & ni
Poſces ante diem librum cum lumine, ſi non
Intendes animum, &c.

Heinſius. *Ut jugulent.*] Criminatur juventutem tam ſupinam, ſuæque ſalutis ita immemorem, ut etiamſi poſſit ab imminenti malo, ſeque ſuaque ſervare, nolit tamen expergiſci, ſeque periculis eripere. *Cruquius.* *Ut jugulent homines.*] *Hominem* habent libb. IV. meliores. *Torrent.* *De nocte latrones.*] Per noctem.

34. *Si nolis ſanus, curres hydropicus.*] Si dum ſanus es, expergiſci & vigilare nolis, ut te adverſus inſidias ac vim tuearis; id ſero tibi curæ erit, cum jam veterno iſto in hydropem incideris. Et *currendi* vocabulum ſtudium illud exprimit, quo omni conatu liberari cupimus. Suadent autem medici, ut, quod facilius tutiuſque eſt, à morbo nos præſervemus potius, quam ut ſpe curationis negligentius agamus. notum illud:

—— Venienti occurrite morbo.

Pet. Nannius Miſcell. lib. 4. Turneb. lib. 26. cap. 27. *Torrent.* *Si noles ſanus, curres hydropicus.*] Plerique legunt *nolis*, non *noles*. Ex quo facillime vera lectio eruitur: *Si non is ſanis, curres hydropicus.* Si ſanus ad medicum non is, ut morbum antevertas, poſt, in morbum delapſus, non ibis tantum, ſed curres. Animi morbum nemo curat, quia ne ſentit quidem: corporis, curant omnes, & in iſto feſtinant. *Heinſius.* *Sanus.*] Si noles dum ſanus es. *Curres hydropicus.*] Curres ad medicum, cum factus eris hydropicus.

35. *Librum cum lumine.*] Hæc nimirum illa *piacula, quæ te,*

Ter pure lecto poterunt recreare libello.

Graviores autem periculoſioreſque ſunt animi, quam corporis morbi: tanto ergo diligentius evitandi. At contra evenire poſtea oſtendit. ac ſcitum illud Diogenis Cynici: cum enim ſerio loquentem in turba nemo auſcultaret, muſicam occœpit; atque ita intentis omnibus, exprobravit quod ad res ineptas magno ſtudio concurrerent, ad utilia atque honeſta tardi admodum ac negligentes. *Torrent.*

36. *Stu-*

Intendes animum ſtudiis & rebus honeſtis,
Invidia vel amore vigil torquebere. nam cur,
Quæ lædunt oculos, feſtinas demere: ſiquid
Eſt animum, differs curandi tempus in annum?
DIMIDIUM *facti, qui cœpit, habet. ſapere aude:*
Incipe. vivendi qui recte prorogat horam,
Ruſticus exſpectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis ævum.
Quæritur argentum, pueriſque beata creandis
Uxor, & incultæ pacantur vomere ſilvæ.
Quod ſatis eſt, cui contingit, nihil amplius optet.
Non domus & fundus, non æris acervus & auri,
Ægroto domini deduxit corpore febreis,
Non animo curas. valeat poſſeſſor oportet,

Si

36. *Studiis, & rebus honeſtis.*] Philoſophiæ præceptis.

37. *Vigil torquebere.*] Sciens ac prudens.

38. *Lædunt oculos.*] *Oculum* legitur in melioribus quatuor manuſcriptis. *Si quid Eſt animum.*] Nonnulli codices *ſi quod* habent, utraque lectio idonea eſt. *Eſſe* autem *animum* dixit, pro abſumere ac tabefacere. *Torrent.*

39. *Eſt animum.*] Si quod conſumit & corrumpit animum.

40. *Dimidium facti.*] Quia principium eſt dimidium totius. Heſiod. *Sapere aude, Incipe.* Notum omnibus, quod ante propoſuit proverbium ex Heſiodo, ἀρχὴ ἥμισυ παντός: *principium dimidium totius.* Id igitur præcipue in capeſſenda Philoſophia conſpici Poëta demonſtrans, audere & obfirmato ſemel animo incipere præcipit: neque in annum differre, quod quacumque & ætate & tempore proſit.

42. *Ruſticus.*] Inſigne exemplar ignaviæ, expectans ruſticus dum amnis defluat, cum vel vado, vel ponte, vel navigio tranſire, vel etiam tranſnatare poſſit. *Torrent.* *Ruſticus expectat dum.*] Ruſtice, vel tanquam ruſticus (volens flumen tranſire) expectat, &c. *Defluat amnis.*] Donec tota aqua elapſa, alveus areſcat.

44. *Pueriſque beata creandis.*] Uxor pecunioſa, vel felix in pariendo.

45. *Pacantur.*] Excoluntur.

46. *Quod ſatis eſt cui contingit, nihil amplius optet.*] Vetus hæc ſcriptura eſt, pro eo quod non libidini, ſed naturæ ſufficiat. Qua de re præclare iterum Epicurus; *Si ad naturam vives, numquam eris pauper; ſi ad opiniones, numquam eris dives.* ac vetus Poëta Comicus:

Non eſt beatus eſſe qui ſe non putat.

Torrent. *Optet.*] Optare debet.

47. *Non domus & fundus.*] Nam tantum abeſt, ut fortuita bona ſublevent animi morbos & ægritudines, ne eas magis augmentent cupiditate & metu. *Cruquius.* *Non æris acervus.*] Non ingens pecunia.

48. *Deduxit corpore febreis.*] Plures codd. *febrem.* Unus etiam *deducunt* & alius *deducet.* Sed pulcerrime Lucretius lib. I.

Non calidæ citius decedunt corpore febres,
Textilibus ſi in picturis oſtroque rubenti
Jacteris. —— Torrent.

49. *Valeat poſſeſſor.*] Animo valere poſſeſ-

Si comportatis rebus bene cogitat uti.
Qui cupit aut metuit, juvat illum ſic domus aut res,
Ut lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,
Auriculas citharæ collecta ſorde dolenteis.
SINCERUM *eſt niſi vas, quodcumque infundis, aceſcit.*
SPERNE *voluptates: nocet empta dolore voluptas.*
SEMPER *avarus eget: certum voto pete finem.*
INVIDUS *alterius macreſcit rebus opimis:*
Invidia Siculi non invenêre tyranni
Majus tormentum. QUI *non moderabitur iræ,*
Infectum volet eſſe; dolor quod ſuaſerit, & mens,
Dum

poſſeſſorem oportere ait; qui paratis recte utatur. Sic enim & libro I. Od. XXXI.

Frui paratis & valido mibi
Latoë dones: at precor integra
Cum mente.

Extat etiam Menandri verſus:

Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει.

Turneb. lib. 26. cap. 27. *Torrent. Valeat poſſeſſor.*] Oportet ut ſit animo & corpore ſanus.

50. *Comportatis rebus:*] Rebus hereditariis vel acquiſitis.

51. *Qui cupit.*] Confirmat poſſeſſorem, qui divitiis recte utatur, ab animo valere debere. nam niſi animus rite purgatus fuerit; nulla opulentia proderit; non opibus igitur, ſed animi virtute ac tranquillitate (*εὐθυμίαν* vocant Græci) felices efficimur. *Torrent. Aut res.*] Res familiaris, vel pecunia.

52. *Fomenta podagram.*] Hoc eſt, eum qui podagricus ſit. innuit enim, quomodocumque dolor mitigetur, manere tamen morbum, qui radicitus evelli nequeat. *Torrent. Fomenta podagram.*] Fomenta podagræ dolorem ad tempus minuunt, ſed cauſam morbi funditus non extirpant.

54. *Sincerum eſt.*] Niſi ſit animus purus. Eſt Allegoria.

55. *Nocet empta dolore voluptas.*] De inhoneſta voluptate hoc dictum accipio. Appoſite vero Cynicus voluptatem illam Veneream letali mulſo comparabat. *Torrent. Dolore voluptas*] Dolore ſubſequente.

56. *Semper avarus eget.*] Nec mirum: cum nihil ei ſatis ſit, qui divitias, non ut inſtrumenta vivendi, ſed ut finem appetit, ut præclarè Ariſtoteles lib. I. Politic. lepidum ergo illud Mimographi:

Avaro tam deeſt quod habet, quam quod non habet.

Torrent. *Certum voto pete finem.*] Quia avaritia infinita eſt & inſatiabilis, quia nec augetur copia, nec minuitur inopia; conſulit itaque ut certam ſibi copiam præſcribat, in qua poſſit acquieſcere. *Cruq. Certum voto pete finem.*] Definitam pecuniæ ſummam expete.

57. *Rebus opimis.*] Rebus ſecundis & fortunatis.

58. *Siculi tyran.*] Phalaris & Dionyſius. Turneb. lib. 26. cap. 27.

59. *Qui non moderabitur iræ.*] Qui frænum non injiciet iræ.

60. *Dolor quod ſuaſerit & mens.*] Id eſt, mens dolore provocata, ac proinde illatæ ſibi injuriæ aut cujuſcumque mali pœnam flagitans, nec ante acquieſcens, quam ſumſerit. A læſione igitur dolor, à dolore ira, odiumque in auctorem atque ultionis cupiditas; quæ animi needum expurgati ſumma voluptas

eſt.

Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.
IRA *furor brevis eſt. animum rege: qui niſi paret,*
Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena.
Fingit equum tenera docilem cervice magiſter
Ire viam, quam monſtrat eques. venaticus, ex quo
Tempore cervinam pellem latravit in aula,
Militat in ſylvis catulus. nunc adbibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
QUO *ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem*
Teſta

eſt. unde ſub læſi hominis perſona Juven. Sat. XIII.

At vindicta bonum vita jucundius ipſa.

Quam tamen opinionem egregie refellit ipſe, & ne eò progrediamur à ſapientia conſilium ac remedium petendum monſtrat. *Torrent.* *Dolor quod ſuaſerit & mens.*] Stephanus, ex conjectura ſua, legendum eſſe credit, *exmens*; & Græcorum illud ἔκφρων Horatium exprimere voluiſſe: quum & *exlex* & *exſpes* dicamus. *Et mens.*] Mens dolore affecta, id eſt, mens irata.

61. *Odio.*] Odio provectus.

62. *Animum rege.*] Appetitum rege.

63. *Hunc frenis.*] Tanquam equum indomitum.

64. *Fingit.*] Format. *Magiſter.*] Equorum domitor.

65. *Quam monſtrat.*] *Qua monſtrat eques*, habent ſex noſtri codices. *Torrent.* *Venaticus ex quo.*] Catulus venaticus.

66. *Cervinam pellem.*] Quæ cervi ſimilitudinem gerit. *Pellem latravit.*] Ita loquitur Epod. V.

Senem, quod omnes rideant, adulterum
Latrent Suburanæ canes.

aliquid Turnebus lib. XXVI. cap. XXVII. *Torrentius.*

67. *Militat.*] Feras ſectatur. *Nunc adbibe, &c.*] Percipe Philophiæ præcepta. *Adbibe puro Pectore verba puer.*] Pro hauri, præcipe, animo infige. Ad juventutem orationem convertit. à teneris enim aſſueſcere multum eſt. *Adbibere* autem pro *imbibere* dixit, metaphoricōs à corpore ad animum, ut *imbutum arte, litteris, ſapientia, præceptis* dicimus; cum tamen *imbuere* proprie inficere ſignificet, ut infici fucarique lanæ ſolent. Audacior autem Horatius. quum *aure bibere* dixit, ut hîc *pectore*, Od. XIII. lib. II. Monet ergo ab infantia præceptis optimis imbuendum puerum, ut in iis ſeſe exerceat, ubi ad ætatem maturam pervenerit. *Torrent.* Verum *adbibe* non metrum modo reſpuit, ſed & ſententia. *Adbibe* doctiſſimi viri recte reſtituerunt. Vox ipſa ſignificat largiter haurire. quo illud Terentian. I. Heautont. 2. *ubi adbibit plus paulo.* & Dido amorem bibens, I. Æneidos. Xylander. *Puro Pectore.*] Nondum imbuto pravis opinionibus, nondum occupato malis præceptis & exemplis, ſed ab illis vacuo. *Piſcator.*

68. *Puer, nunc te.*] Dum puer es. *Melioribus offer, &c.*] Philoſophiæ magiſtris, vel honeſtis, & ſalutaribus diſciplinis.

69. *Quo ſemel eſt.*] Non poſſum non adſcribere divi Hieronymi verba ad Lætam de inſtitutione filiæ: *Difficulter eraditur quod rudes animi perbiberunt. conchylia quis in priſtinum candorem revocet? recens teſta diu & ſaporem retinet & odorem quo primum imbuta eſt.* Torrentius. *Recens, &c.*] Recens teſta, in quam nihil adhuc fuit infuſum.

70. Quod

Teſta diu. quod ſi ceſſas, aut ſtrenuus anteis;
Nec tardum opperior, nec præcedentibus inſto.

70. *Quod ſi ceſſas, &c.*] Si in Philoſophia ſtudioſis ignavior, aut ſi promovearis alacrius.

71. *Nec tardum.*] Animi ſui ſinceritatem oſtendit; qui Philoſophiæ ſpatia decurrens, neque præcedentibus invidia noceat, neque ſequentium tarditatis exemplo remiſſior exiſtat. Similis à Circenſi decurſione tranſlatio, lib. I. Sat. I. *Torrent. Nec tardum opperior, &c.*] Nec te expecto, qui me perſequi non potes, nec conor eos antevertere, qui me præcedunt.

EPISTOLA III.

Ad JULIUM FLORUM.

Julium Florum de Claudio Nerone, ubi militet, & de quorumdam amicorum ſcriptis interrogat. Deinde ipſum Florum ad ſapientiæ ſtudium, & ad redeundum in gratiam cum fratre hortatur.

JULI *Flore, quibus terrarum militet oris*
Claudius Auguſti privignus, ſcire laboro.
Thracáne vos, Hebruſque nivali compede vinctus,
An freta vicinas inter currentia turres,

An

HUnc Julium Florum *altera etiam lib. II. Epiſtola celebrat Horatius. & illa quidem tota ſeria eſt, & accurate perſcripta; hæc vero familiaris: in qua tamen Philoſophiam obiter attingit, cum ejus ſtudium commendans, etiam uſum exigit, ſervata in fratrem pietate.* Et Florus *quidem olim Aquilliorum & Valeriorum ſatis celebre cognomen fuit: hunc vero* Julium Florum *è provincia potius fuiſſe crediderim.* Torrentius.

1. *Quibus terrarum, &c.*] In quibus regionibus; Oræ ſignificant extremas partes terrarum.

2. *Claudius Auguſti privignus.*] *Titus Claudius Nero* Auguſti privignus, ac gener etiam, ducta Julia ejus filia. Quod autem militarem eum dicit, qui dux belli fuerit; vel κατάχρησις eſt, vel ad belli auſpicia referendum, quæ penes Auguſtum erant, ut lib. IV. Od. IV. oſtendimus;

—— Te conſilium & tuos
Præbente divos.

puto autem ſcriptam hanc Epiſtolam eo tempore, quo Tiberius vel Pannonicum bellum geſſit, vel in Armeniam profectus eſt, regnum Tigrani reſtituturus. *Torrent. Claudius Auguſti privignus.*] Tiberius Nero, Auguſti privignus ex Livia Druſilla.

3. *Thraca.*] Θρῄκη Græce. Atque ita Virg. XII.

—— Gemit ultima pulſu
Thraca pedum. ——

Vide quæ notavi lib. III. Od. IX. *Torrent. Thracane vos.*] Thraciane. *Hebruſque nivali compede vinctus.*] *Hebro* epithetum tribuit, quod ipſi terræ Thracum melius conveniret: ut alibi *nivalem* appellat *Armeniam*, Θρῄκην χιονώδη Græci. At flumina glacie quidem conſiſtunt, nivibus vero augentur potius, & impetuoſiora fiunt. Sed ad gelidæ regionis naturam reſpexit. & glacie igitur & nive deſuper vinctus erat Hebrus. *Torrent. Nivali compede vinctus.*] Glacie vinctus.

4. *An freta vicinas.*] An Helleſpontus inter Seſtum & Abydum currens?

An pingues Aſiæ campi colleſque morantur?
Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit? hæc quoque curo.
Quis ſibi res geſtas Auguſti ſcribere ſumit?
Bella quis, & paces longum diffundit in ævum?
Quid Titius, Romana brevi venturus in ora,
Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus,
Faſtidire lacus & rivos auſus apertos,
Ut valet? ut meminit noſtri? fidibuſne Latinis
Thebanos aptare modos ſtudet, auſpice Muſa,
An Tragica deſævit & ampullatur in arte?

Quid

Vicinas inter currentia turres.] *Turres* vocat, vel urbes ipſas Seſton & Abydon, Helleſponti anguſtiis diviſas, Erus & Leandri amore nobiles, ut πύργυς Græci; quod Petrus Nannius Miſcell. lib.4. annotavit: vel ipſa urbium propugnacula: vel eo denique reſpicit, quod Ero incluſa turri ſervabatur. Cruquius dicit Blandinium cod. vetuſtiſſimum habere *terras*, pro turres: & interpretatur regiones Europam & Aſiam, quas Helleſpontiacum mare dividit.

5. *Morantur?*] Detinent?

6. *Quid ſtudioſa cohors.*] Hactenus de caſtris Claudii Neronis, quo loco ſita ſint; nunc de commilitonum ſtudiis, exercitiiſque, dum ſint in ſtatione. *Cruquius.* *Quid ſtudioſa cohors.*] Quid faciat literata Druſi cohors? *Studioſa cohors.*] Cohortem amicorum Tiberii ſignificat. *Torrent.*

8. *Longum diffundit in ævum.*] Scriptis mandat ad memoriam ſempiternam.

9. *Quid Titius.*] Hunc *Titium* veteris libri gloſſematium, poëtam Lyricum fuiſſe teſtatur, cognomine *Septiminum*, aut *Septiminum* potius, ut ego arbitror; quamquam ne ſic quidem hominem noverim. *Titia* tamen gens Romana. *Torrent.* *Titius Romana brevi.*] Titius Poëta, qui brevi ob ſua ſcripta celebrabitur à populo Romano.

10. *Pindarici fontis.*] Sic Lucretius:
—— *Juvat integros accedere fontes,*
Atque haurire.
Sententia autem eſt, Titium vulgaria contemnentem, non de lacu aut obvio omnibus flumine aquam petere, ſed fontem ipſum ac veluti caput Lyrici Poëmatis Pindarum æmulari; quem aſſequi difficillimum ſit, ut in Odis vidimus. Turneb. lib.26. cap.27. *Torrent.* *Pindarici fontis.*] Qui non dubitavit fluidam Pindari eloquentiam Latinis verſibus imitari. *Hauſtus.*] Liquores.

11. *Lacus & rivos.*] Scripta vulgaria & inventu facilia.

12. *Fidibuſne Latinis.*] Rogat, an in propoſito ſibi ſtudio perſiſtat, ut Thebanum Pindarum Latino carmine imitetur; an potius Tragœdiæ ſcribendæ ſe dederit. *Torrent.* *Fidibuſne Latinis.*] Num ſtudet Latinis verſibus lyricis Pindaricos verſus modulari?

13. *Auſpice Muſa?*] Muſarum auſpicio?

14. *Tragica deſævit.*] Imitationis vim oſtendit, qua excellens Poëta ſævire ipſe videatur, hoc eſt, acer, vehemens, animoſus eſſe, qui tales perſonas in theatrum adducat. Poëtæ namque eſt, quam velit perſonam inducere, eamque ante oculos ponere. *Torrentius.* *Deſævit.*] An valde ſævit crudeles & ſævos principum mores exprimendo? *Et ampullatur.*] Ampullis verborum uti-

tur

Quid mihi Celſus agit? monitus, multumque monendus,
Privatus ut quærat opes, & tangere vitet
Scripta, Palatinus quæcumque recepit Apollo:
Ne, ſi forte ſuas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula riſum,
Furtivis nudata coloribus. ipſe quid audes?
Quæ circumvolitas agilis thyma? non tibi parvum
Ingenium, non incultum eſt, nec turpiter hirtum.
Seu linguam cauſſis acuis, ſeu civica jura

Reſpon-

tur? *Ampullatur.*] Suo more feliciter audax. Sic expreſſit quod Græci ληκυθίζειν dicunt. idem enim illis λήκυθος, quod nobis *ampulla*, vaſculum rotundum ac veluti inflato ventre; varii cum in balneis, tum in menſis ad oleum atque unguentum uſus. Quamquam, ut ego quidem arbitror, ληκυθίζειν ſæpius ad amœnitatem potius jucunditatemque atque ornatum orationis pertinet; cum veluti ex arculis quibuſdam pictoriis vaſculiſque unguentariis verborum illæ deliciæ depromuntur. *Ampullari* vero magis ſeveritatem & atrocitatem quandam ſtyli & robuſtum neſcio quid ſignificat, ut in Tragœdia utimur, cum ipſas res natura ſævas pari ſeveritate enarramus: ut in Epiſt. ad Piſones:

Projicit ampullas & ſeſquipedalia verba.

Græci itaque ad ea, quæ arculis illis pigmentariis ampulliſque ſervantur, reſpexerint: Flaccus vero noſter ad ampullæ, quam dixi, formam; cui tumida & inflata Tragicorum oratio merito comparatur. unde & τραγῳδεῖν Græci dicunt, pro vociferari atque atrociter agere, ut miſeri atque irati ſolent. his adde, ſi lubet, Turnebum IX. cap. III. & XXVI. cap. XXVII. *Torrent.*

15. *Celſus.*] *Celſum* intelligo *Albinovanum*: de quo mox, Epiſtola ei inſcripta aliquid dicemus. *Torrent. Celſus agit?*] Celſus Poëta qui alienos verſus pro ſuis recitaret.

16. *Privatas ut.*] Ut ſuam inventionem, non alienam quærat.

17. *Palatinus quæcunque recepit Apollo.*] Pro quibuſvis veterum ſcriptis hoc dictum intelligo: quibus nempe bibliotheca Palatina ab Auguſto Apollini ac Muſis dedicata, ut lib. I. Od. XXXI. diximus, referta erat. *Torrent. Apollo.*] Apollinis templo adjunctam bibliothecam Auguſtus extruxerat in monte Palatino.

19. *Cornicula.*] Græci κολοιὸν, hoc eſt, *graculum*, appellant. Eraſmus Chiliadibus Αἰσώπειος κολοιὸς; quod dicitur in eum, qui aliena pro ſuis uſurpat, aliorumque bonis ſe venditat. Turneb. lib. 26. cap. 27. *Torrent.*

20. *Ipſe quid audes?*] Tu Juli Flore, quod ſequeris Auctores?

21. *Quæ circum volitas agilis thyma?*] Celſum à plagio cavere monet: Florum vero ob imitationem, qua dextre uſus ſit, commendat; niſi dici mavis materiam ipſam in qua tum verſabatur Florus. *Torrent. Quæ circumvolitas, &c.*] Circum quæ volitas thyma velut apis, ex variis doctorum virorum ſcriptis varia decerpens.

23. *Nec turpiter hirtum.*] Plures libri *non turpiter*, vel, *& turpiter hirtum*. Alludit autem ad hoc, quod *hirti* ſive *hirſutis* audaces magis habentur, quam ingenioſi: niſi in metaphora ab agro ſumta perſiſtere cum malis; *hirta* enim quæ & inculta. *Torrent. Nec turpiter.*] Nec rude & impolitum.

24. *Seu linguam.*] Sive Oratorem, Juriſ-

Reſpondere paras, ſeu condis amabile carmen;
Prima feres ederæ victricis præmia. quod ſi
Frigida curarum fomenta relinquere poſſes;
Quò te cæleſtis ſapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc ſtudium, parvi properemus, & ampli;
Si patriæ volumus, ſi nobis vivere cari.
Debes hoc etiam reſcribere, ſi tibi curæ,
Quantæ conveniat, Munatius. an male ſarta
Gratia nequicquam coit, & reſcinditur? at vos
Seu calidus ſanguis, ſeu rerum inſcitia vexat,
Indomita cervice feros: ubicumque locorum

Vivi-

Juriſconſultum, vel Poëtam agis.

25. *Feres ederæ v.p.*] Auferes præmia. *Ederæ victricis.*] *Edera* Bacchi eſt, ut Apollinis *laurus*; utriuſque autem dei clientes ſunt Poëtæ, ut alibi docuimus: & non minus edera, quam lauro coronabantur. quamquam hunc locum ad commiſſiones Rhetorum Poëtarumque referre malim; ut Floro, ſi certare velit, tam inter Rhetores, quam inter Poëtas coronam polliceatur. quin & in Philoſophia excellere eum poſſe affirmet, ſi res omnes, quæ inutiles curas nutriant, ab ſe abdicare queat, quod ſtudium unice commendat. *Torrent.* *Victricis præmia.*] Ederæ victoriam tuam indicantis.

26. *Fomenta relinquere poſſes.*] Curarum nutrimenta, nempe divitias, ambitionem & ſimilia, quæ, ut frigus, gravant & tardant feſtinantem.

28. *Hoc opus.*] Properemus ſapientiæ ſtudiis incumbere. *Parvi, & ampli.*] Cujuſcunque fortunæ ſumus.

29. *Si patriæ volumus.*] Ea namque ſapientia docet, quid patriæ debemus, quid nobis, quid propinquis & amicis, ut *περὶ καθηκόντων* libri docent. *Cruquius.*

30. *Si tibi curæ.*] Plures libri *ſit tibi curæ*. Non placet. ſic enim ſcripſere qui de particula *ſi* pro *an* dubitabant; cum id ſæpius fecerit Horatius, & alii paſſim. *Torrent.* *Si tibi curæ.*] An Numatius frater tuus ſit tibi tantæ curæ, quantæ conveniat, necne?

31. *Quantæ conveniat Munatius.*] Muretus legendum cenſet; *Quam te conveniat Munatius, &c.* Eoque ſignificat, cupere ſe ſcire, ſerione Munatius cum ipſo in gratiam redierit, & ecquid eum, ut amicorum mos eſt, alloquatur. *Munatius.*] Recte, non *Numatius*. Alius vero hic *Munatius* quam ille, de quo lib. I. Od. VIII. hujus fortaſſe pater: & fratrem quidem habere potuit Julium Florum, ſed uterinum tantum: quamquam fœdere potius, quam natura fratres fuiſſe crediderim; ut cum alter alterum germani loco dilexiſſent, poſtea in diſſidium venerint. *Torrentius.* *An male ſarta.*] Gratia conjuncta & perfide inſtaurata.

32. *Nequicquam coit.*] Non durat.

33. *Seu calidus ſanguis, ſeu rerum inſcitia.*] In quinque exemplaribus manuſcriptis:

Heu calidus ſanguis, heu rerum inſcitia. ——

ſcriptum reppeti. mutatum fortaſſis ab aliquo, qui ſecundam verbi *ſanguis* ſyllabam produci noluerit. de quo extrema Od. XV. lib. I. *Torrent.* *Seu calidus.*] Sanguis calidus in juvenibus iram excitat.

34. *Indomita cervice feros.*] Cervice

dura

Vivitis, indigni fraternum rumpere fœdus,
Paſcitur in veſtrum reditum votiva juvenca.

dura & rerum experientia nondum emollita.

35. *Indigni fraternum, &c.*] Per vitia indigni, qui rumparis fraternam amicitiam.

36. *In veſtrum reditum votiva juvenca.*] Vide lib. 1. Od. XXXVI. ubi pro Numidæ reditu vitulum ſolvit. *Torrent.* *Votiva juvenca.*] Juvenca quam immolabo vobis reducibus.

EPISTOLA IV.

Ad ALBIUM TIBULLUM.

Albium Tibullum compellat, cui ſtudium Philoſophiæ laudare videtur, atque id facere ut ejus amore illum accendat. Recenſet quibus dotibus illum dii ornaverint: deinde ita vivendum illi eſſe dicit, ut unumquemque diem, extremum ſibi fore putet.

ALBI, *noſtrorum Sermonum candide judex,*
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
Scribere quod Caſsi Parmenſis opuſcula vincat:
An tacitum ſilvas inter reptare ſalubreis,

Curan-

1. *Albi.*] Nolim quemquam dubitare, quin hic *Albius* ille *Tibullus* ſit Elegorum ſcriptor elegantiſſimus, cui etiam lib. 1. Od. XXXIII. inſcribitur. quamquam enim uti divitem hîc deſcribit Horatius, cum ipſemet operis ſui initio, paupertatem accuſare videatur; paupertas illa non inopia fuit, ſed optanda mediocritas, ut id quod ſequitur manifeſte demonſtrat. *Torrentius.* *Candide judex.*] Qui noſtros ſermones non malevole vel interpretaris, vel accipis, fortaſſe propter filium, inopiæ poſt prodigalitatem notatum Satyr. 4. lib. 1. idque ut arbitror nimia patris indulgentia; quo factum credo, ut pater ipſe Tibullus nunc indigentior, coactus ſit in villa vivere anguſtius. *Cruquius.* *Candide judex.*] Sincere judex Satyrarum noſtrarum.

2. *In regione Pedana.*] Prædium ibi habebat Tibullus; in quo cum forte ſe contineret, hujus Epiſtolii cauſſam dedit. Fuit autem *Pedum* olim Latii oppidum: cujus incolæ *Pedani*, ager etiam *Pedanus* dictus. Plinius lib. III. c. V. Sed & vetuſtiſſimi codicis margini adſcriptum repperi, *regionem Pedanam* inter Tibur & Præneſte fuiſſe, à monumento *Pedanii* cujuſdam cognominatam. *Torrent.* *Pedana.*] Sic dicta à Pedo Italiæ oppido.

3. *Scribere quod.*] An dicam te ſcribere? *Caſsi Parmenſis.*] An idem *Caſsius Parmenſis*, qui & *Etruſcus*, lib. 1. Sat. X. vidimus. Valerius lib. 1. cap. VII. *Torrent.* *Caſsi Parmenſis, &c.*] Qui multas Tragœdias ſcripſit, dictus Parmenſis ab urbe Parmo.

4. *Silvas inter.*] Turnebus Adverſar. lib. 1. cap. XXII. occulte ſignificari à Poëta ait Tibullum Epicureum fuiſſe. & Epicurum quidem annos natum XIV. philoſophari cœpiſſe, atque in hortis docere ſolitum. Sed quare non æque aut Academicum aut Peripateticum fuiſſe Albium fingere liceat; cum iſtarum quoque ſectarum principes in hortis docuiſſe, & quidem Ariſtotelem inter ambulandum, conſtet? inde enim ſectæ nomen. Nullus itaque hîc occultior ſenſus latet: ſed dubitet Poëta, cui

 potiſſi-

Curantem quidquid dignum ſapiente bonoque eſt?
Non tu corpus eras ſine pectore. Dî tibi formam,
Dî tibi divitias dederunt, artemque fruendi.
Quid voveat dulci nutricula majus alumno,
Quam ſapere, & fari poſſit quæ ſentiat, & cui
Gratia, fama, valetudo contingat abunde,
Et mundus victus, non deficiente crumena?
Inter ſpem curamque timores inter & iras,

Omnem

potiſſimum ſtudio in Pedano ſuo incumbat Tibullus, Poëtico an Philoſophico; cui adeo intentus ſit, ut ne valetudinis quidem cauſſa in umbra reptans, quid verum honeſtumve ſit, inquirere deſinat. *Torrent.* *Reptare.*] Lentius ambulare.

5. *Sapiente bonoque.*] Sæpe hæc conjungit Horatius. & merito ſane. neque enim alios bonos, alios ſapientes eſſe exiſtimare, aut alios beatos eſſe, quam qui boni ſimul & ſapientes ſint, credere ſine pernicie poſſumus. Atqui ita in Epiſt. ad Quinctium:

Neve putes alium ſapiente bonoque beatum.

Turneb. lib. 1. cap. 18. *Torrent.*

6. *Corpus eras ſine pectore.*] Vel enallage temporis eſt, Poëtis frequens; vel ſubintelligendum, ante iſtum ſeceſſum tuum: perinde ac ſi dicat: ſi dum in turba eras, cordatus atque intelligens habebaris; quid non in iſta ſolitudine præſtes. *Formam.*] Formam humanam.

7. *Dederant.*] *Dederunt* in duobus antiquiſſimis exemplaribus legitur, nec quemquam deterreat ſyllaba. ſic enim Virg.

Obſtupui ſteteruntque comæ.

Torrent. *Sine pectore.*] Sine mente, excors.

7. *Artemque fruendi.*] Qua ſine, ne divitiæ quidem vocandæ ſunt, aut in bonis numerandæ, quæ non beent poſſeſſorem; ſed, ſive avarus, ſive prodigus fuerit, infelicem efficiant. *Torrentius.* *Artemque.*] Formam humanam.

8. *Quid voveat?*] Quid poſſit nutricula optare majus alumno?

9. *Quam ſapere.*] Neque libri, neque viri docti, vel in legendo, vel in exponendo hoc verſu conſentiunt. noſtra exemplaria quinque ſic habent:

Quid ſapere & fari poſſit quæ ſentiat, & cui
Gratia, fama, valetudo.

Quod cum ita ſit, una amota littera lego, *Qui ſapere*, poſita interrogationis nota in fine verſus præcedentis poſt verbum *alumno*, in hanc ſententiam: Dii tibi & animi, & corporis, & fortunæ bona contulere; & quid obſecro amplius alumno ſuo nutricula aliqua optare poſſit? votorum enim ſumma, ut ſapere & fari poſſit. Verba igitur iſta, *Qui ſapere & fari*, quæque ſequuntur, μιμητικῶς ita quodammodo accipienda ſunt, ut ſi à nutricula proferantur: alioqui bis idem dixerit. quid enim aliud eſt *pectus habere*, quam hominem eſſe; quod ſermone & ratione efficitur? quidve aliud *divitiæ & ars fruendi*, quam *mundus victus non deficiente crumena?* nam *mundus victus* idem qui & temperatus, atque in neutram partem cultus miſer, ut lib. II. Sat. II. vidimus. *Gratia* autem & *valetudo* ad formam ſpectant. ſolum itaque *famæ* votum adjicitur. ſed ea fere bonorum, quæ diximus, comes, omitti poterat. *Torrent.* *Et fari poſſit.*] Et eloqui ſua ſenſa.

10. *Gratia, fama.*] Benevolentia apud principes viros, fama ex bene factis.

11. *Et mundus victus.*] Victus non ſordidus, neque nimis exquiſitus.

12. *Inter ſpem.*] Epiſtolium pulcer-

rima

Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.
GRATA *ſuperveniet, quæ non ſperabitur, hora.*
Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes,
Quum ridere voles Epicuri de grege porcum.

rima ex Epicuri inſtituto ſententia concludit, Tibullum monens, ut inter varias mortalium curas, quæ ex animorum perturbationibus exiſtant, ſic ipſe ſe gerat, ut quotidie moriturus. *Torr.*

13. *Omnem crede.*] Omnem diem putato eſſe poſtremum.

14. *Grata ſuperveniet.*] Ita fiet ut grata, &c.

15. *Me pinguem*] Exemplo ſuo, quam dixerat, ſententiam confirmat: ideo nitidus & pinguis, quod ſine craſtini ſollicitudine in diem viveret. *Torrent.* *Et nitidum bene.*] Porcum elegantem & ſucci plenum.

16. *Cum ridere voles.*] Hoc ſeverioris diſciplinæ ſectatorem fuiſſe Albium adverſus Turnebi opinionem oſtendit. male enim apud alios audiebat Epicurus, ut, magiſter voluptatis. *Torrent.* *Epicuri de grege.*] Summum bonum in voluptate poſuit Epicurus.

EPISTOLA V.
Ad TORQUATUM.

Torquatum ad cœnam invitat, quam frugalem fore dicit. Hortatur ut curis & cupiditati divitiarum valedicens, hilaritati ſe tradat, & laudes ebrietatis addit. Tria eſſe dicit, quorum ſtudioſus ſit in apparatu convivii; primum autem ponit munditiem.

SI POTES *Archaïcis conviva recumbere lectis,*
Nec modica cœnare times olus omne patella,

Supre-

IDem *opinor hic* Manlius Torquatus, *cum illo cui Oda* VII. *lib.* IV. *inſcribitur.*

1. *Archaicis conviva recumbere lectis.*] *Lecti* duorum generum fuêre. quorum partim in cubiculo, partim in triclinio uſus. illi *cubiculares*; hi *diſcubitorii* & *tricliniares* dicti. Lampridius Elagabalo: *Solido argento habuit lectos & tricliniares & cubiculares.* Hic igitur de *tricliniaribus* agitur. Et *Archaicis* quidem habent tres optimi noſtri codices: plures tamen *Archiacis* legunt. quæ ſcriptura Turnebo lib. I. cap. II. vel 18. placet; ut ab Archia quodam non optimo artifice ſic dicti ſint, rudes & impoliti, quemadmodum & *Sotherici* apud Senecam, & Gellium lib XII. capp. II. Prior tamen lectio magis placet, ut Græco vocabulo Poëta uſus ſit. Græci autem ἀρχαϊκὸν vocant, quicquid veterum ſimplicitatem, ab omni fuco & aſſentatione alienam, præ ſe fert, ſive de moribus, ſive de ſermone, ſive etiam de operibus agatur. Pet. Nannius Miſc. lib. 4. Franc. Luiſinus Parergon lib. 3. cap. I. *Torrent.* *Archaicis lectis.*] Lectis ligneis & parum elegantibus antiquo more fabricatis. Angl. *Beds of the old faſhion.* *Recumbere lectis.*] Accumbere.

2. *Nec times olus.*] Nec abhorres, ſed gaudes. *Patella.*] Et quod *patella* dicit, & quod *modica*, & quod *olus omne*, eleganter admodum cœnæ tenuitatem exprimit; ut contrà luxum, cum ait:

Porrectum magno magnum ſpectare catino
Vellem, ait, harpyiis gula digna rapacibus.

Supremo te Sole domi Torquate manebo.
Vina bibes iterum Tauro diffuſa, paluſtreis
Inter Minturnas, Sinueſſanumque Petrinum.
Sin melius quid habes, arceſſe, vel imperium fer.

Jam

Patella igitur hic nihil occultum ſignificat; vocabulum alioqui in ſacrificiis libationibuſque uſurpatum; unde *in patellam dare*, *de patella ſumere*, & *dii patellarii* apud Plautum. Turneb. lib. I. cap. 18. *Torrent.*

3. *Supremo te Sole.*] Idem dicit quod Sat. VII. lib. II.

—— Serum ſub lumina prima venire
Convivam.

his quoque verbis cœnam minime ſolennem ſignificans. *Torrent.* *Supremo Sole.*] Sub veſperam. *Manebo.*] Te exſpectabo.

4. *Vina bibes iterum Tauro diffuſa.*] Non, *iterum diffuſa*, quod Lambinus vult. ſed, *diffuſa*, *Tauro iterum*, nimirum, *conſule*. Hoc eſt: *Vina bibes quæ diffuſa ſunt ſecundo Tauri conſulatu:* aut, *Tauro ſecundum conſule* Heinſius. *Iterum Tauro diffuſa.*] *T. Statilius Taurus* homo novus, uti & Agrippa, ſed Auguſti amicitia, victoque in Sicilia Lepido, rebuſque mox in Africa geſtis, unde triumphum meruit, clariſſimus; iterum Conſul fuit A. V. C. DCCXXVII. quo tempore annum agebat Horatius circiter quadrageſimum. non optimam itaque vini notam dicit. *Statilii* autem famam auxit ejus amphitheatrum, & abneptis *Statilia Meſſallina* Neronis principis uxor. *Diffuſa* autem *vina* dicit, quemadmodum & Juven. Sat. V.

Ipſe capillato diffuſum Conſule potat.

& Sat. XI.

Hic tibi vina dabit diffuſa in montibus illis:

hoc eſt, non ita multo poſt vindemiam è dolio in cados amphoraſque, ad aſſervandum in apothecis, diſtributa. Turneb. lib. I. cap. I. *Torrent.* *Diffuſa paluſtres.*] Bibes vina è torculari in cados fuſa, Statilio Tauro iterum Conſule. vini ætas notabatur Conſulum nominibus. vide Od. 3. lib. 2. *Paluſtres Inter Minturnas.*] Juven. Sat. X.

Exilium & carcer, Minturnarumque paludes.

Loquitur autem de C. Mario, qui in paludibus illis latuit, Minturnenſium auxilio incolumis. de *Senueſſa* quoque antiqui Latii oppido, olim *Sinope* appellato, Plinius lib. III. cap. V. *Petrinum* vero agri Sinueſſani vicum fuiſſe in Campaniæ finibus volunt. Cumque nec Minturnenſium nec Sinueſſanorum vina, niſi forte ob copiam, laudentur; hac quoque parte non nimis accuratum aut ſumptuoſum fore convivium demonſtrat. Libere interim, ipſe tenuior, potentem amicum monet id quod ſequitur, ut ſi talem faſtidit, ipſe meliorem cœnam præbeat. *Torrent.*

5. *Inter Minturnas.*] Minturnæ oppidum erat Sinueſſæ oppido propinquum.

6. *Arceſſe.*] Sic noſtri omnes M. S. atque ita ſcribi debere vult Priſcianus lib. I. quo loco *ar* ſæpe pro *ad* in compoſitione dixiſſe veteres demonſtrat: addens *arceſſo* ab *arcio* venire, pro quo (inquit) nunc *accio* dicimus. Sed quæ obſecro ratio eſt, cur non *accerſire* etiam, ut *accire* poſteri dixerint: præſertim cum *arcerſere*, littera *r* toties repetita, durum & inſuave ſit. Ego utroque modo in vetuſtiſſimis membranis ſcribi reperio, *arceſſere* & *accerſere*, nuſquam vero *arcerſere*, mollioris ſoni cauſſa. *Torrent.* *Arceſſe.*] Jube tecum afferri ad me, vel, ſine regem eſſe convivii, & tibi imperare, ut illo vino utare, quod tibi apponam. Alii exponunt; Morem mihi gere. *Imperium fer.*] Familiare imperium, pro eo quod dici ſolet, ſine te exorem, morem gere, legem accipe

Jam dudum ſplendet focus & tibi munda ſupellex.
Mitte leveis ſpes, & certamina divitiarum,
Et Moſchi cauſſam. cras nato Cæſare feſtus
Dat veniam ſomnumque dies: impunè licebit
Æſtivam ſermone benigno tendere noctem.
QUO *mihi fortuna, ſi non conceditur uti?*
Parcus ob heredis curam, nimiumque ſeverus,
Aſſidet inſano. potare & ſpargere flores
Incipiam, patiarque vel inconſultus haberi.

Quid

accipe. *Cruquius* Turneb. lib. 1. cap. 18. *Imperium fer.*] Imperium convivatoris dicit; unde & rex, & dominus, & cœnæ pater appellatur. *Torrent.*

7. *Splendet focus.*] Hactenus cœnæ modum explicuit, nunc munditiem pollicetur. Atque adeo ſi rem omnem recte conſideremus, convivium ſuum ad Epicuri formulam inſtituit, venuſtate magis, quam ſumtu laudandum. *Sed cur ſplendere focum* dicit, ſi, ut ſequitur, æſtas erat? an forte ſplendorem non ad luculenti ignis copiam, ſed ad deorum Penatium in foco cultum ornatumque referemus? an magis ad culinæ focum? *Torrent.*

8. *Mitte leves ſpes.*] Omitte ſpes rerum levium, id eſt, divitiarum. *Et certamina divitiarum.*] Omitte lites & diſſidia in divitiis comparandis. *Certamina divitiarum.*] Præcipuum vitæ ſtudium:

Noctes atque dies niti præſtante labore
Ad ſummas emergere opes.

Eam duram deponere vult Torquatum. *Torrent.*

9. *Moſchi cauſſam.*] *Moſchum* Rhetorem, patria Pergamenum, tunc veneficii reum fuiſſe tradunt interpretes, & à Torquato defenſum. *Torrent. Moſchi cauſam.*] Clientis tui. *Cras nato Cæſare feſtus.*] Si Auguſti Cæſaris natalem indicat, qui Suetonio teſte IX. Kal. Octobris fuit, poſt æquinoctium autumnale; non male focum inſtruxerit: ſed quomodo æſtivam eam noctem vocat? Ego, cum hæc ſcripſit Horatius, ob natum forte in familia Cæſarum Auguſto nepotem aliquem, ferias indictas fuiſſe crediderim. *Tendere* autem *noctem* habent noſtri M. S. omnes. vulgati ante Lambinum *extendere*, cujus verbi uſus frequentior eſt: ut *extendere ætatem* Plautus, *virtutem extendere factis* Virgilius. *Torrent. Cras nato Cæſare feſtus.*] Idibus Julii.

10. *Somnumque dies.*] Ut non ſit neceſſe mane ſurgere.

11. *Sermone benigno.*] Faceto ſermone & largo noctem extendere.

12. *Quo mihi fortuna.*] Mureto & Lambino placuit *fortunas*, contra veterum exemplarium fidem; in quibus conſtantiſſime legitur *fortuna*: & *fortunam* pro divitiis dixit etiam Ovidius lib. V. Triſtium:

Nec mea conceſſa eſt aliis fortuna, nec exul
Edicti verbis nominor ipſe tui.

Torrent. *Quo mihi fortuna.*] Quorſum divitias expetam.

13. *Ob heredis curam.*] Ut hæres diteſcat. *Severus.*] Durus, immitis, tetricus, qui nihil ſibi indulgeat, dum heredi plerumque indigno, ut alibi ait Horatius, pecuniam properat. *Torrent. Severus.*] Nimium triſtis vel aſper.

14. *Aſſidet.*] Contrarium *diſſidere*: ut, *diſſidens plebi virtus*, lib. II. Od. II. *Aſſidet inſano.*] Sedet proximus inſano, eique eſt ſimilis. *Et ſpargere flores.*] In apparatu ſplendido ſecundæ menſæ floribus inſpergi ſolebant.

15. *Inconſultus haberi.*] Stultus haberi.

16. *Quid*

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit:
Spes jubet eſſe ratas: in prælia trudit inermem:
Sollicitis animis onus eximit, addocet arteis.
FECUNDI *calices, quem non fecere diſertum?*
Contracta quem non in paupertate ſolutum?
Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non
Invitus: ne turpe toral, ne ſordida mappa
Corruget nareis: ne non & cantharus & lanx
Oſtendat tibi te: ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet: ut coëat par,

Junga-

16. *Quid non ebrietas deſignat?*] Talia igitur & illa,

Dulce eſt deſipere in loco.

---- Recepto Dulce mihi furere eſt amico.

Deſignare autem, inquit Nonius, proprie eſt cum nota & ignominia facere. Ter. Adelphis; *Illa quæ ante facta ſunt omitto. modo quid deſignavit?* ubi tamen Donatus, *Deſignare*, ait, *eſt rem novam facere, in utramque partem, bonam & malam.* atque ita uſus eſt hic Horatius. *Torr. Quid non ebrietas.*] Enumerat ebrietatis effecta, quæ plus ad ejus laudem faciunt, quam vituperium, ut Torquato, diſcuſſa morum ſeveritate, perſuadeat, lætioribus poculis, latioribuſque nunc eſſe agendum. *Cruquius. Deſignat.*] Quid non ebrietas efficit, perpetrat? *Recludit.*] Aperit.

17. *Spes jubet eſſe ratas.*] Sic lib. III. Od. XXI. de amphora:

Tu ſpem reducis mentibus anxiis.

Et lib. IIII. Od. XII. de cado:

Spes donare novas largus, amaraque.
Curarum eluere efficax.

Quamquam hic multo plus dicit, ut quod ſperes tam confeciſſe tibi videatur ebrietas; cum ſpe nihil ſit vanius, ut paulo ante, *Mitte leves ſpes.* & Tullius pro Milone: *O ſpes fallaces, ô cogitationes inanes noſtras!* Mox autem pro *inermem*, *inertem* legunt libri v. M. S. *Torrent. Ratas.*] Spes firmas. *In prælia.*] Quia ſpiritibus vini calore accenſis, pellitur timor.

18. *Onus eximit.*] Eximit curarum onus. *Addocet artes.*] Ebrii jactitant ſe multarum artium eſſe peritos.

19. *Fœcundi calices.*] Calices pleni & copioſi.

20. *Contracta in paupertate.*] In anguſta paupertate. *Solutum.*] Solutum à curis.

21. *Et idoneus imperor.*] A ratione jubeor tanquam idoneus ad hanc procurationem.

22. *Ne Turpe toral.*] Illotum toral. *Turpe toral.*] Lib. II. Sat. IIII. *Mappa.*] Inter edendum manus mappa abſterguntur.

23. *Corruget nareis.*] Quod in nauſea ac faſtido contingere ſolet. contrarium *explicare frontem*, lib. III. Od. XXIX. *Torrent. Corruget nares.*] Sic offendat, ut inde conviva nares contrahat.

24. *Oſtendat tibi te.*] Ita ſplendeant, ut in illis tuam imaginem contempleris, velut in ſpeculo.

25. *Eliminet.*] Eliminare vetus vocabulum, pro extra limen ejicere. Notus autem Lacedæmoniorum mos ex Plutarcho, publica enim intrantibus convivia, quæ phiditia appellabant, aliquis natu grandior fores oſtendens, *Per has*, inquit, *verbum nullum egreditur*, Διὰ τούτων ἔξω λόγος οὐκ ἐκπορεύεται). Et, *Odi*, ut dici ſolet, *memorem compotorem.* Torrent. *Eliminet.*] Divulget. *Ut coëat par.*] Ut convivæ pares congregentur.

26. *Brutum*

Jungaturque pari: Brutum tibi, Septimiumque,
Et niſi cœna prior, potiorque puella Sabinum
Detinet, aſſumam. locus eſt & pluribus umbris:
Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ.
Tu, quotus eſſe velis, reſcribe; & rebus omiſſis,
Atria ſervantem poſtico falle clientem.

26. *Brutum tibi, Septimiumque.*] Merito illos damnat Lambinus, qui *Brutam Sepilmiamque* legunt. quid enim, ſi Torquatus venire recuſaſſet, & Sabinus quoque meliorem ſecutus conditionem abfuiſſet? an ſolus inter mulierculas accubiturus erat Horatius? neque negaverim Phyllidem aliquam, aut Megillam, aut Damalim interfuiſſe: ſed nihil opus erat exprimere; cum meretriculæ in eodem fere quo amatores ſinu recumberent. Antiquiſſimi & optimi codices *Butram* pro *Bruto* legunt: & *Septiminium*, non *Septitium*. & Septimii quidem non uno tantum loco fit mentio. At *Butra* viri cognomen fuit, unde *Brutam* fecere imperiti. *Torrent.* *Brutum tibi.*] Aſſumam tibi ſodaleis Brutum, Septimium, Sabinum, &c.

28. *Locus eſt.*] Menſa noſtra capax eſt plurium, quos te ſequi voles, ne incomitatus venias. non invitatos enim *umbras* nominare ſolemus. *Cruquius.* *Umbris.*] Convivis non invitatis.

29. *Nimis arcta premunt.*] Ubi multitudo eſt convivarum arcte ſedentium, ibi alarum odor gravis exiſtit. *Capræ.*] *Hircum* vocat Epod. XII.

— Gravis hirſutis cubet hircus in alis.

Ideo autem Ariſtoteles alas corporis partem maxime abſtruſam fœtere dicit, quod ſpiritu ventoque non agitentur. Pereruditе igitur Catullus, ſub alarum valle habitantem illum caprum, peſtem naſorum fingit. *Capræ.*] Fœtor ſub axillis.

30. *Quotus eſſe velis.*] Ita Martialis in Diſtichis;

Dic quotus & quanti cupias cœnare.

Erat cœnæ genus, quæ honoris cauſſa uni tantum, ſed adductis quot vellet umbris, præbebatur. *Torrent.* *Quotus eſſe velis.*] Quos ſodaleis velis vocari. *Rebus omiſſis.*] Cauſſis & negotiis tuis relictis.

31. *Poſtico.*] ψευδόθυρον Græci vocant. At Plautus *poſticulum* dixit, *poſticulam* vero Petronius. Atque ita intelligendum illud Virgilii:

Limen erat, cacæque fores & pervius uſus
Tectorum inter ſe Priami.

Torrent. *Poſtico falle.*] Per poſticum egredere, & clientem tuum late, qui in domus tuæ atrio te expectat & obſervat. *Clientem.*] Falle Moſchum (de quo ſupra) vel quemvis alium.

EPISTOLA VI.
Ad NUMICIUM.

Nihil admirari rem eſſe dicit, quæ propemodum ſola ad vitæ beatitudinem conferat, quum homines non ea tantùm quæ cupiunt, ſed etiam quæ timent illis contraria, eodem ferè modo mirentur: verum ex iis, quibus admiratio cupiditatem incitat, alios aliud expetere: omnes autem fruſtrà in eo felicitatem, quæ à ſola virtute pendet, collocare.

NIL admirari, propè res eſt una, Numici,
Solaque quæ poſſit facere & ſervare beatum.
Hunc Solem & ſtellas, & decedentia certis
Tempora momentis, ſunt qui formidine nulla
Imbuti ſpectent. quid cenſes munera terræ?

Quid

QUis *Auguſti tempore* Numicius *iſte fuerit, ad quem tam eruditam ſcripſit Epiſtolam Horatius, non facile dixerim. Nota gens* Numicia, *& quidem patricia, non plebeia, ut quidam volunt, è qua nempe Conſul* T. Numicius Priſcus *cum A. Virginio A. V. C.* CCXXCIIII. *dicta à* Numico *ſeu* Numicio *Latii fluvio, Ænea & Anna Perenna indigitatione nobili, unde & aquam Veſtæ libandam petere neceſſe erat. Virgil.* VII. *Æneid.*

—Hæc fontis ſtagna Numici.

Neque illud omiſero in vetuſtiſſimo codice ſcriptum reperiri hunc titulum: AD NUMICIUM DE CUPIDITATE. *nec male equidem, ut mox videbimus.* Torrent.

1. *Nil admirari.*] Quod vitæ humanæ felicitatem in admirationis vacuitate, quam *ἀθαυμασίαν* vocant Græci, conſtituit; non de quacumque rerum admiratione intelligi debere exiſtimandum eſt. Sed cum alia in nobis ſita ſint, alia vero extra nos poſita; hæc ſi ita admiramur, ut optemus etiam & cupiamus, aut eis contraria metuamus, elati gaudio ſi conſequimur, dejecti dolore ſi fruſtramur; quoniam hinc graves exiſtunt animorum motus, ex ſingulorum hominum perturbatione lædi communis vitæ ſocietatem ac convelli Rempublicam neceſſe eſt. Fons igitur malorum non tam admiratio eſt, quam inde nata cupiditas ejus rei, quæ, cùm in tua non ſit poteſtate, ne leviter quidem te afficere debuerat; tantum abeſt, ut affligat ac maceret. Hæc igitur illa Democriti *ἀθαυμασία*, quam preſſius declarat Horatii verſus ex Epiſt. 1.

Ne cures ea quæ ſtulte miraris & optas.

Non omnem enim admirationem culpat, ſed eam quæ ſtulta ſit, & ad vota procedat; cujus vacuitas nulli facile, niſi perfecto jam Philoſopho contingit. Lege Pet. Victorii Var. lect. lib. 35. c. 6. *Torrent. Nil admirari.*] Nullis animi perturbationibus affici. *Res eſt una.*] Res eſt præcipua & ſola.

3. *Hunc Solem.*] Si res, inquit, cæleſtes, quibus nihil admirabilius eſt, quidam ſic contemplentur, ut nullam inde perturbationem ſentiant; quid de humanis ſentiendum. *Torrent.*

4. *Sunt qui formidine.*] Quanto minus admirabuntur terrena, quæ cœleſtibus ſunt inferiora?

5. *Quid cenſes munera terræ.*] *Terræ munera* ſunt, unde alimur, unde vivimus, quare & *almam* vocamus. Verum non iſta ſignificantur à Poëta: ſed aurum, & lapides, ad quæ ſub terram avaritia penetravit. *Torr. Munera terræ.*]

Aurum,

Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos?
Ludicra quid, plauſus & amici dona Quiritis?
Quo ſpectanda modo, quo ſenſu credis & ore?
Qui timet his adverſa, ferè miratur eodem,
Quo cupiens, pacto: pavor eſt utrique moleſtus,
Improviſa ſimul ſpecies exterret utrumque.
Gaudeat, an doleat: cupiat, metuátne, quid ad rem?

Si,

Aurum, argentum, marmor, & quæ ex ſe terra profert.

6. *Quid maris.*] Multa quidem etiam maris munera: ſed cum addit;

— *Extremos Arabas ditantis & Indos.* Ut purpuras & conchylia omittamus, nulli dubium quin margaritas intelligat. Turneb. lib. 22. c.8. *Torrent.* *Quid maris.*] Munera maris, uniones, margaritas, & hujuſmodi.

7. *Ludicra.*] Aut ita appellat populi Romani plauſus ac munera Philoſopho ridenda, aut ludos illos, qui in Circo & theatro edebantur ſumma plebeculæ admiratione; unde ambitioſis hominibus nata occaſio, qua delenita plebe Rempubl. peſſundarent. *Torr.* *Ludicra quid.*] Ludos inanes, & plauſus in theatris. *Plauſus & amici dona Quiritis.*] *Plauſus* cum dicit, omnem læti animi ſignificationem intellige, ſive applaudendo, ſive acclamando, ſive conſalutando aſſurgendoque, vel in Circo, vel in theatro, vel in foro à populo fieret: in qua cum populi voluntas & judicium contineri videretur, pervenuſte M. Tullius pro Sextio, *Ei*, inquit, *qui tali rumore tenetur ac ducitur, plauſum immortalitatem, ſibilum mortem videri neceſſe eſt.* His adde quæ notavi lib. I. Od. XX.

— *Datus in theatro*
Cum tibi plauſus.

Amici autem *dona Quiritis* non Mæcenatis interpretor cum Lambino. quid enim ad Numicium aut alios ſpectant munera, quæ à potenti amico Horatius acceperat? ſed pop. Romani Quiritium,

— *Qui dabat olim*
Imperium, faſces, legiones, omnia;

ut quodam in loco ait Juvenalis. *Torrent.* *Et amici dona.*] Dona populi Romani te amantis, id eſt, honores populi ſuffragio ad te delatos. *Quiritis.*] Quiritum, id eſt, Romanorum.

8. *Quo ſenſu.*] Quo judicio, & quo vultu? certe non alio, quam nulla cupiditate, nulla formidine.

9. *Qui timet his adverſa.*] Præclare magnus ille Cato teſte Seneca Epiſt. V. *Deſines*, inquit, *timere, ſi ſperare deſieris. ſpem enim cum ſequatur timor; niſi ſublata ſpe timoris remedium non invenies.* Turneb. lib. 22. cap. 8. *Torrent.* *His adverſa.*] Pauperiem, contemptum, ſibilos, ignominiam, quæ his bonis expetitis adverſantur. *Fere miratur eodem.*] Nam qui miratur appetendo, pavet ut ne aſſequatur; qui miratur metuendo, pavet ne eveniant: ita utrobique pavor eſt moleſtus: hinc ne aſſequatur cupita; illinc ne fugiat adverſa. *Cruquius.*

10. *Pavor eſt utrique.*] Vetuſtiſſimi quique codices *utrobique* pro *utrique*: parum refert. Turnebus lib. XXII. cap. VIII. *Torrent.* *Utrobique moleſtus.*] Pauper eſt in cupiendo & metuendo.

11. *Improviſa ſimul.*] Inſperata & non præmeditata mali & boni ſpecies. *Utrumque.*] Exterret tam cupidum, quam timidum.

12. *Gaudeat.*] Et quid, inquit, refert, quo affectu vel opinatis bonis, vel contra ex opinatis malis, quatiaris; cum ſive melius, ſive pejus quam ſperes evenerit, mente pariter ac corpore deficias? Eſt autem *ſpes* opinio cujuſcumque rei futuræ: ſperamus igitur etiam mala, ut Dido apud Virgilium:

Hunc

Si, quidquid vidit melius pejúſve ſua ſpe,
Defixis oculis, animóque & corpore torpet?
Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Ultrà, quàm ſatis eſt, virtutem ſi petat ipſam.
I nunc: argentum, & marmor vetus, æraque & arteis
Suſpice: cum gemmis Tyrios mirare colores:
Gaude, quòd ſpectant oculi te mille loquentem:
Gnavus manè forum, & veſpertinus pete tectum:
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris

Mucius;

Hunc ego ſi tantum potui ſperare dolorem;

pro ſi expectare, ſi opinari. Quod ergo ait Horatius *melius pejuſve ſua ſpe*, perinde eſt ac ſi præter opinionem diceret, idque in utramque fortunæ partem. quinimo, ſi re deſperata, grande aliquod malum opinanti ingens repente bonum evenerit, gravior multo ac nocentior inde orta lætitia exiſtit, quam ſi bonum ſperanti malum acciderit. quod repentinæ quorumdam ex inopinato gladio mortes teſtantur. *Torrent.* *Quid ad rem?*] Quid facit ad hanc rem quam nos agimus, ſcilicet ad beatitudinem?

13. *Quidquid vidit melius.*] Quicquid defixis oculis vidit, id eſt, attentiſſime.

14. *Defixis oculis.*] Pro demiſſis dejectiſque accipio. Vel ut Cruquius vult, Attente, oculis immotis. *Torpet.*] Si hebet, ſtupeſcit, deficit.

15. *Inſani ſapiens.*] Hæc Poëtæ ſententia non ita accipienda eſt, quaſi aliquid in virtute nimium eſſe poſſit: nullum namque periculum, ne quis nimis aut juſtus, aut fortis, aut liberalis, aut temperans evadat: quin virtus eſſe deſinit, illico ubi modus abeſt. *Torr.*

16. *Virtutem ſi petat.*] Virtus poſita eſt in mediocritate, cujus re vera, nimium eſſe non poteſt.

17. *I nunc: argentum.*] Ironica conceſſio. *Marmor vetus.*] Ductos de marmore vultus, ſeu majorum effigies intelligo. inde enim marmori dignitas ac pretium. *Torrent.* *Æraque & artes.*] Æreas artes, id eſt, ſtatuas æreas, vel vaſa ærea multo artificio fabricata.

18. *Suſpice.*] Cum admiratione aſpice. *Tyrios.*] Plinius lib. IX. cap. XXXVI. *Torrent.* *Tyrios mirare colores.*] Colores purpureos.

20. *Gnavus manè forum.*] Scribe:

Gnavus mane forum, & veſpertinus pete tectum:
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mucius.

Omnem curam ac ſtudium impende, ne opibus te antecedat Mucius. Illum æmulare, illum mirare potius poſſeſſionum cauſa, quam ut ille virtutis aut aliarum rerum cauſa, (quod indignum fuerit, cum deterioribus ſit ortus) te miretur. Argumentum ab abſurdo. *Heinſius.* *Gnavus manè forum, &c.*] Tu gnavus & induſtrius prima luce confer te in forum, & veſperi domum redito, ne Mucius, &c.

21. *Ne plus frumenti.*] Pendent hæc à ſuperioribus, in hanc ſententiam: Gaude ob partam eloquentiam, quam multitudo omnis in te admiratur: ſed ingentes ut inde opes componere poſſis, dies totos foro invigilans, cauſſas agens; ne ſi ceſſes, mutus aliquis atque elinguis, & (quod indignum ſit) multo te ignobilior, ſola matrimonii ſorte, plus frumenti congerat, quam tu tanta tua induſtria. Lego igitur quemadmodum in omnibus vetuſtis exemplaribus ſcriptum reperi;

Mucius,

Mucius; indignum, quòd ſit pejoribus ortus:
Hic tibi ſit potiùs, quàm tu mirabilis illi.
Quidquid ſub terra eſt, in apricum proferet ætas,
Defodiet, condétque nitentia. quum benè notum
Porticus Agrippæ, & via te conſpexerit Appî;
Ire tamen reſtat, Numa quò devenit & Ancus.
Si latus aut renes morbo tentantur acuto,
Quære fugam morbi. vis rectè vivere? quis non?
Si virtus hoc una poteſt dare, fortis omiſſis

Hoc

Mutus, & indignum quod ſit, pejoribus ortus.

Deinde per interrogationem:

Hic tibi ſit potius quam tu mirabilis illi?

Scire enim debent nullum Romæ quæſtum cauſſis illis forenſibus uberiorem fuiſſe, præſertim ſi dicenti ſuffragabatur familiæ dignitas. Atque ita Mart.

Dives eris Romæ ſi cauſſas egeris, inquis. ..Torrent.

Dotalibus emetat agris.] Ne metat & excipiat ex agris, quos ab uxore in dotem accepit, plus frumenti, quam tu.

22. *Indignum quod ſit.*] Indignum exiſtens.

23. *Hic tibi.*] Mucius.

24. *Quidquid ſub terra.*] *Sub terra, eſſe* pro occultum atque obſcurum eſſe accipio. Ex Sacris litteris docemur, nihil ſub ſole novum; neque aliquid eſſe, quod aut non fuerit, aut non poſtea etiam futurum ſit. *Torrent.* *Quicquid ſub terra eſt.*] Virtus ſola eſt immortalis, cætera pereunt. *In apricum proferet.*] In lucem.

25. *Condetque nitentia.*] Abſcondet. *Cum bene notum.*] Sic alibi *bene nummatum.* augendi enim vim habet dictio *bene.* Torrent. *Quum bene notum.*] Quum porticus ab Agrippa conſtructa (ubi cauſas agas) & quum via Appia ab Appio conſtructa conſpexerit te bene notum, id eſt, fama celebrem, ire tamen, &c.

26. *Porticus Agrippæ.*] Multa quidem & egregia Agrippæ opera: ſed reliqua ſuperavit templum, quod Jovi & diis omnibus conſecratum, ipſe *Pantheon* appellavit, ante quod porticus, & area, & juxta thermæ. Areæ meminit etiam Gellius l. XIII. cap. V. *In Agrippæ campo deambulabam.* Operis autem novitas ac magnificentia locum Horatii tempore fecit celebriorem. *Torrent.*

27. *Ire tamen reſtat.*] Ad mortem. *Numa quo devenit & Ancus.*] Spectant huc nonnulla, quæ notavi l. I. Od. XXVIII. & lib. IV. Od. VII.

Quo pius Æneas, quo Tullus dives & Ancus.

Et efficax ſane conſolatio eſt, cum præſtantium virorum mortis exemplo omnibus ſemel moriendum eſſe oſtendimus. Turneb. l. 6. c. 18. *Torrent.* *Numa quò.*] Numa & Ancus Romanorum reges.

28. *Si latus.*] Quod jam ſæpius monui, trita morborum corporis & animi apud Philoſophos comparatio eſt. Atque equidem ut corpori laboranti, ſic animo quoque pari cura, aut majore etiam, quanto ſcilicet gravior ejus ægritudo eſt, opem adferre deberemus: ſed in eo plerumque peccatur. Bene igitur Horatius finem ac formulam aliquam conſtitui oportere demonſtrat, ad quam vivamus, & propoſitum urgeamus. *Torrent.* *Si latus.*] Pleuritide. *Aut renes.*] Nephritide.

30. *Si virtus hoc una poteſt dare.*] Nempe recte vivere. *Fortis omiſſis.*] Fortiter huic uni rei ſtude.

Hoc age deliciis. virtutem verba putas, ut
Lucum ligna? cave ne portus occupet alter,
Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas.
Mille talenta rotundentur, totidem altera: porrò
Tertia ſuccedant, & quæ pars quadret acervum.
SCILICET *uxorem cum dote, fidemque & amicos,*
Et genus & formam regina pecunia donat:
Ac benè nummatum decorat Suadela, Venuſque.

Man-

31. *Virtutem verba putas, ut Lucum ligna?*] Optimi codices habent, *& Lucum ligna.* atque ita omnino legendum eſt. nam retenta vulgari lectione, videri poſſit Horatius de luco id ſentire, quod alterum rogat. & ſenſiſſe quidem credo: ſed ita ſentire videri hoc loco noluit. Notum autem omnibus, *lucum*, ſive diis ſive heroum animis conſecratum, non tam materia, quam religione cenſeri. *Virtutem* vero *verba putant, qui* (ut inquit Satyricus) *Curios ſimulant & Bacchanalia vivunt:* quive de *virtute locuti Clunem agitant*, moreſque & emolumenta Philoſophiæ in linguæ verborumque artes convertunt; & vitia facundiſſime accuſantes, occultis ipſi vitiis madent. P. Victorius Variarum lect. lib. XXIII. cap. II. cui accedat L. Florus: *Sed quanto efficacior eſt fortuna quam virtus? & quam verum eſt, quod ille moriens efflavit, non in re, ſed in verbo eſſe virtutem.* Torrent. *Verba puta.*] Num putas virtutem in verbis, non in actione conſiſtere?

32. *Lucum ligna?*] Lucus non ex ſolis arboribus conſtat ut ſylva, ſed alicui numini ſacer eſt. *Cave ne portus, &c.*] Si in ea es ſententia, cave Mercator ne alter, &c.

33. *Ne Cybiratica.*] *Cybira*, vel ut melius ſcribunt alii *Cibyra*, Phrygiæ urbs, XXV. civitatum conventu nobilis. Non temere ergo *Cibyratica negotia*, ut magna, commemorat Horatius. *Torrent. Ne Cibyratica.*] Negotia Cibyratica dicuntur à Cibyris urbe Ciliciæ populoſa & ingenti. *Ne Bithyna.*] Bithynia eſt in Ponto.

34. *Mille talenta rotundentur.*] *Rotundandi* vocabulo utitur, ob millenarii numeri perfectionem; quod enim rotundum, undique perfectum eſt: ut mox quoque, *& quæ pars quadret acervum.* Nam & quaternario ſua perfectio eſt. *Torrent. Rotundentur.*] Coacerventur, cumulentur, Angl. *laid round to an heape.* *Totidem altera.*] Alia mille talenta.

35. *Tertia.*] Mille. *Quadret acervum.*] Etiam quæ pars perficiat, vel acervum in quadrum redigat, id eſt, quarta mille, quæ quatuor millia efficiunt.

36. *Scilicet uxorem.*] Enumerat divitiarum commoda, ut lib. II. Sat. III.

— Omnes enim res,
Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris
Divitiis parent.

Merito igitur regina pecunia, quæ omnia temperat, omnibus imperat. *Torrentius.*

37. *Et genus.*] Nobilitatem. *Regina pecunia.*] Pecunia in rebus humanis regnum obtinens.

38. *Suadela, Venuſque.*] *Suada* quidem ſive *Suadela*, Græcis Πειθὼ dicta, una cum Venere, & Jove, & Junone, & Diana, inter nuptiales deos à Plutarcho in Rom. quæſtionibus enumeratur: neque eorum opinionem damnare auſim, qui Poëtam ſic interpretantur, ut in conciliandis nuptiis, ubi nummi adſint, Suadelam quoque & Venerem, duas potentiſſimas deas præſto eſſe dicat; quoniam

Mancipiis locuples, eget æris Cappadocum rex.
Ne fueris hic tu. chlamydes Lucullus, ut ajunt,
Si poſſet centum ſcenæ præbere rogatus,
Quî poſſum tot? ait: tamen & quæram, & quot habebo,
Mittam. poſt paullò ſcribit, ſibi millia quinque
Eſſe domi chlamydum: partem, vel tolleret omneis.
Exilis domus eſt, ubi non & multa ſuperſunt,

Et

niam ante tamen ſpeciatim de uxore dixit, hæc de Suadela & Venere verba generatim exponi malim: ut quiſquis ſcilicet nummatus eſt, ita quamcumque rem aggrediatur, deas haſce habere propitias, ac proinde ſe felicem credat: ut olim Sulla eo nomine Venerem præcipue coluit; & ut *Felix* Romæ, ſic inter Græcos Ἀφροδίσιος appellatus eſt. Vide Turneb. lib. 9. cap. 30. & lib. 19. cap. 16. & lib. 22. cap. 8. *Suadela, Venuſque.*] Eloquentia & venuſtas.

39. *Mancipiis locuples.*] Eſto nummatus & locuples, non ſervorum & clientum modo, qualis eſt Cappadox, ſed pecuniæ quoque; non enim ſervorum multitudo te ditabit regemque faciet, quæ oneri potius eſt, quam honori, ſed pecunia & ampla rerum poſſeſſio, qualem habuit Lucullus. *Cruquius. Cappadocum rex.*] Neque hoc etiam loco viris doctiſſimis aſſentior, qui *Cappadocum regem* pro mangone aut venalitiario exponunt. Meo itaque judicio divitias, avaro blandiens, ſic extollit Horatius; ut ne regnum quidem expetendum eſſe affirmet, ſi, ut Cappadocum ſeu reguli ſeu primates ſolent, in ſervos quidem quotquot velis imperium habeas, ſed nummis careas, ut nunc quoque in barbaris quibuſdam nationibus uſu venit. Cappadoces autem, non minus quam *Sardi venales*, celebrari etiam proverbio poſſint. Turneb. lib. 22. cap. 8. & lib. 16. cap. 16. & lib. 30. cap. 7. *Torrent.*

40. *Fueris hic tu.*] Nolo ego ut tu ſis talis, qualis fuit rex Cappadociæ, qui una re abundans cæteris egebat, ſed Philoſophiam ſequere, cui nihil deeſſe poteſt, & talis eſto, qualis fuit Lucullus. *Chlamydes Lucullus.*] Hic ille Lucullus *Xerxes togatus* appellatus ob occupatum ædificiis mare, & complanatos montes. Hunc igitur potius æmulandum proponit Horatius: adeo opulentum, ut *cùm omnibus modis* (quod Catilinæ verbis ait Salluſtius) *pecuniam traheret vexaretque, ſumma tamen libidine divitias ſuas vincere nequiret.* Ejus igitur effluentiæ exemplum hic cernimus. *Clamides* autem & *Clamidum* habent duo vetuſtiſſimi libri. *Torrent.*

41. *Præbere.*] Commodata dare. *Rogatus.*] Rogatus à Prætore ad ſpectaculum celebrandum.

42. *Quî poſſum tot?*] Non credo me tot habere, inquit Lucullus.

44. *Tolleret omneis.*] Sumeret.

45. *Exilis domus eſt.*] Domus eſt inanis, & bonis non referta, ubi, &c. *Multa ſuperſunt.*] Hæc nimirum in tanta copia divitum libido eſt, ut miſeri ſibi videantur, niſi multa pereant; in ſola illa exſuperantia beatitudinem collocantes. Quod cum vere ſic abuti, perinde deteſtabile eſt, ac prorſus non uti, nam non utenti divitiæ quidem neque proſunt, neque ornamento ſunt: abutentem vero etiam lædunt & ignominia afficiunt. ut præclare Plutarchus lib. Περὶ φιλοπλουτίας, *Atqui*, inquit, *non his equidem indigemus: ſed quibus ſuperfluimus, his felices ac beati efficimur.* perinde ac ſi ad pompam tantum ac ſpectaculum, non ad vitæ uſum divitiæ expetendæ ſint. *Torrent.*

 46. Et

Et dominum fallunt; & proſunt furibus. ergo
Si res ſola poteſt facere & ſervare beatum;
Hoc primus repetas opus, hoc poſtremus omittas.
Si fortunatum ſpecies & gratia præſtat,
Mercemur ſervum qui dictet nomina: lævum
Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram
Porri-

46. *Et dominum fallunt.*] Ignorantur à domino.

47. *Si res.*] Si pecunia.

48. *Hoc primus repetas opus.*] Ut divitias congreges.

49. *Species & gratia.*] Tali morbo laborabat Burrus ille, de quo in Satyris;

—— *haberi Ut cuperet formoſus.*

Sed ille puellis ſe jactabat, hic de populo ineſcando agitur. Eſt autem *ſpecies* cujuſque rei forma atque habitudo: ſed fere in bonam partem pro decore accipitur: unde & *ſpecioſus* vocabulum Horatio frequens. *Gratia* vero ab hominum magis opinione dependet, Veneris ac Charitum donum. Pet. Nannius Miſcell. lib. 4. *Torrent.* *Species & gratia præſtat.*] Decus externum, honores & magiſtratus. *Species, &c.*] *Species*, hîc non formam ſignificat, ſed ſplendorem & magnificentiam: ſic dicta à ſpectabilitate, quod magnificentia honoris, & cultus omnium oculos in ſe convertat. *Nannius.*

50. *Servum, qui dictet nomina.*] Mercemur ſervum nomenclatorem. A nomenclatore ille, qui magiſtratum peteret, monebatur, quo nomine quiſque civis, qui in ſuffragiis aliquid valeret, appellaretur, & ſuo quemque nomine compellare, benevolentiam conciliat. *Lævum.*] Ita quidem Lambinus; ſed quotquod vidi codices M. S. *ſævum* legunt: quod pro *durum* exponere licebit; ut non unius Scholiaſtæ verbis adſcriptum obſervavi. Accedat *cogendi* verbum, quo mox utitur. ſævus enim ac lentus eſt, qui ad prenſandum pæne compelli debeat. Nec mirum, cum etiam illos, quos oderant (non dico ignotos tantum) & ex infima fæce quoſdam ſalutare deberent candidati; ni facerent, certi repulſæ: atque adeo adepti magiſtratum, vix aſpectu eos dignabantur, quos tam blande interpellaverant. *Torrent.* *Lævum.*] Qui domino aſtans lævo ipſius latere extrema manu impulſo admoneat, ut illum & illum ſalutet.

51. *Qui fodiat latus & cogat trans pondera dextram Porrigere.*] Mirum quantopere hic locus torſerit interpretes. *Mittere* autem *dextram trans pondera*, nihil aliud fuit, quam toga brachium exerere; hoc eſt dextram trans togam brachio atque humero obductam porrigere, quæ quoniam brachium premeret & oneraret, ideo poëtice *pondera* appellat. Monet enim Horatius, emendum eſſe ſervum Nomenclatorem, qui quoties quis in aliqua tribu gratioſus occurreret, dominum moneat lævum latus fodiendo, ut brachium veſte cohibitum exerat, ſive extra togæ pondera mittat, ad civem eum prenſandum. *Ferrarius.* *Fodiat latus.*] Ut admonendi cauſſa, digitis, tamquam ſtimulis quibuſdam aculeiſque, fieri ſolet. Terentius Hecyra, *Dic juſſiſſe te.* Phil. *Noli fodere. juſſi.* Nihil igitur hîc immutare auſim. *fodicet* tamen in tribus exemplaribus ſine ulla litura legitur; adſcriptumque in uno, *Fodicare, eſt leviter ac ſuperficie tenus fodere.* & mihi ſane magis arridet. Turneb. lib. 11. cap. 12. & lib. 28. cap. 38. *Torrent.* *Et cogat trans.*] Et cogat herum trans ſaxa aut trabes magni ponderis dextram porrigere, vel benevolentiæ ineundæ vel auxilii cauſa. *Trans pondera dextram Porrigere.*] Quamquam hunc locum varie interpretantur viri

Porrigere. hic multum in Fabia valet, ille Velina:
Cuilibet hic faſceis dabit, eripietque curule,
Cui volet, importunus ebur. frater, pater; adde,
Ut cuique eſt ætas, ita quemque facetus adopta.
Si benè qui cœnat, benè vivit: lucet; eamus,
Quò ducit gula: piſcemur, venemur; ut olim
Gargilius, qui manè plagas, venabula, ſervos,
Differtum tranſire forum, populumque jubebat,
Unus ut è multis populo ſpectante referret

Emtum

viri eruditi; nolim tamen quemquam dubitare, quin ad prenſantis geſtum referre debeat: non ut auxilium in turba laboranti ferat, aut ut lapſum erigat; ſed ut ea humanitate petitor ſuffragatorem ſibi devinciat. Quod vero ait *trans pondera*, prementis populi, ut in tanta multitudine fieri ſolet, onus atque moleſtiam ſignificare voluit: atque adeo quicquid accedere & prenſare volenti obſtet, ut id omne propulſare eum compellat nomenclator, ne quovis pacto is, qui apud tribus gratioſus ſit, à candidato negligi & præteriri videatur. Atque ita Sat. VI. lib. II. *Luctandum in turba.* & mox, *Tu pulſes omne quod obſtet.* Quam interpretationem ideo libentius amplector, quod in campo Martio ubi comitia fiebant, quæ vel moles, vel machinæ, vel ſarraca aut plauſtra prenſationi impedimento eſſe potuerint ignoro. Nec Franciſco Florido aſſentior, qui *pondera* pro lecticis interpretatus eſt Lect. ſuccifivarum lib I. cap. IX. Vide & Turneb. lib. 22. cap. 8. Franc. Luiſini Parergon lib. 3. cap. 41. *Torrent.*

Pondera.] Vel pondera hic nominat. ſaxa ponderoſa, trabes & ejuſmodi, quæ nominat Heſychius *αὐήλωνες*, pontis loco in hieme præſertim itineribus projectos lapides ingenteis, *αὐήλωνες*, inquiens, *οἱ πεζοὶ τῇ βαίον λίθοι*. Unde illud quoque eſt Virg. Georg. 4. de apibus, *Et grandia conjice ſaxa, Pontibus ut crebris poßint conſiſtere.* Cruquius.

52. *Porrigere.*] Gratioſo apud aliquam tribum civi. *Hic multum in Fabia valet, ille Velina.*] Notum nunc omnibus tribus fuiſſe Romæ XXXV. in quas diviſus populus Romanus ſuffragia ferebat. Inter eas *Fabia*, à Fabiorum geint dicta: & *Velina*, non à Velia urbe olem Lucaniæ, ut quidam voluere, ſed à lacu Velino in Sabinis ſic appellata; ac noviſſime una cum *Quirina* prioribus XXXIII. adjecta A.V.C. DXIII. à Manlio II. & Q. Lutatio Coſſ. *Torrent.* *Hic multum.*] Verba ſunt nomenclatoris. *In Fabia valet.*] Hic in tribu Fabia, ille in tribu Velina valet.

53. *Cuilibet hic faſces dabit.*] Hic, cui ſuffragatus fuerit, conſulatum dabit, tot ſecum trahit ſuffragatores. *Eripietque curule.*] Eripiet curule ebur, id eſt, curulem eburneum, cui volet importunus, (id eſt, irrequietus) dum voti compos fiat.

54. *Frater, pater.*] Blandientium verba, ut lib. II. Sat. I.

——— *Cupidum pater optime.* Torr.

55. *Facetus adopta.*] Blandiſſime ſaluta unumquemque & facete tibi adjunge.

56. *Bene vivit.*] Si ſit fœlix. *Lucet, eamus.*] Dies eſt, ſurgamus, conquiramus obſonia palato gratiſſima.

58. *Plagas.*] Retia.

59. *Differtum tranſire.*] Forum hominibus plenum.

60. *Unus ut è multis.*] Ut inſignis mulus & præaltus.

Emtum mulus aprum. crudi, tumidique lavemur,
Quid deceat, quid non, obliti; Cerite cera
Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſeî:
Cui potior patria fuit interdicta voluptas.
Si, Mimnermus uti cenſet, ſine amore, jociſque
Nil eſt jucundum; vivas in amore jociſque.
Vive: vale. ſi quid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti: ſi non, his utere mecum.

61. *Emtum mulus aprum.*] Aprum emptum, non à ſe venante captum. *Crudi tumidique lavemur.*] Perſius Satyra III.

Turgidus hic epulis atque albo ventre lavatur.

Id autem factitabant, quò novam ſibi famem comparent; quamquam Laconica ad hoc magis laudabantur. *Torrent.* *Tumidique lavemur.*] Saturitate inflati deſcendamus in balneas.

62. *Cærite cera digni.*] Digni qui ignominia notentur; proverbiali ſchemate dictum. *Cære* enim ſive *Cærete* Straboni l. v. *Καιρέα*, Stephano *Καίρη*, ante *Agylla* à conditoribus ſuis Pelaſgis appellata, nobiliſſimum olim Etruriæ oppidum fuit, non procul à Tarquiniis. Cujus incolæ Cærites, aut à Cærete Cæretani, quod bello Gallico Virgines Veſtales una cum ſacris benigne recepiſſent cuſtodiſſentque, municipes omnium primi effecti ſunt: jus quidem civitatis populo Rom. beneficio adepti; ſic tamen ut negotiis & honoribus vacarent. longo enim tempore municipia non plus juris habuere. Unde factum poſtea, ut tabulæ Cærites appellarentur, in quas vice verſa referebantur, non qui beneficii loco, ut ante Cærites; ſed qui ignominiæ cauſſa moti tribu, ſuffragiis privabantur. Gellius lib. XVI. cap. XIII. & Pet. Crinitus de honeſta diſciplina lib. 7. cap. 6. Turneb. lib. 21. cap. 11. *Torrent.* *Cerite cera.*] Tabula Ceritum digni, id eſt, ſine lege viventes. Ceritibus enim à populo Romano devictis negatum fuit ſuffragiorum ferendorum jus.

63. *Remigium vitioſum.*] Quum ſimus quaſi remiges, & ſocii Ulyſſis, vitiis & libidinibus addicti.

64. *Cui potior.*] Quibus remigibus. *Interdicta voluptas.*] Ab Ulyſſe interdicta.

65. *Mimnermus.*] Mentio ejuſdem præſtantiſſimi ac vetuſtiſſimi Poëtæ in Epiſt. ad Florum lib. II. & apud Propertium. Philologus ex Suida: Mimnermus elegiarum ſcriptor fuit, qui ſectam Epicuream ſecutus, eam vitam beatam putat, quæ in amoribus & jocis tranſigitur. Vide Pet. Nannii Miſcell. lib 4. *Mimnermus uti cenſet.*] Poëta venereus.

66. *Vivas in amore jociſque.*] Licet ut vivas.

67. *Iſtis.*] Quæ dixi de ſummo bono.

68. *Candidus imperti.*] Benignus imperti. *Si non.*] Si non rectius noſti, utere jam à me dictis.

EPISTOLA VII.
Ad MÆCENATEM

Mæcenati ſe excuſat quòd promiſſis non ſteterit, ejus in ſe liberalitatem commemorat & laudat, ſed libertatem & animi tranquillitatem omnibus amicorum donis & quibuſlibet divitiis anteponendam eſſe, atque adeo eum qui paucis contentus vivere didicit, incommoda quæ vitam ambitioſam comitantur, non poſſe ferre innuit.

QUINQUE *dies tibi pollicitus me rure futurum,*
Sextilem totum mendax deſideror. atqui
Si me vivere vis ſanum rectéque valentem,
Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti,
Mæcenas: veniam, dum ficus prima, calorque
Deſignatorem decorat lictoribus atris:
Dum pueris omnis pater & matercula pallet:

Officio-

1. QUinque dies.] Exorditur à remotione culpæ in morbi timorem, propter æſtum canicularem. *Cruquius.* *Rure futurum.*] In Sabina regione, ubi villam habuit Horatius amœniſſimam.

2. *Sextilem totum.*] Hic menſis ſextus à Martio, qui annum apud veteres inchoabat, *Auguſtus* poſtea dictus eſt; ut Quintilis *Julius*. Et Horatius quidem vitandi æſtus cauſſa, eo menſe ab Urbe abeſſe voluit: at Cæſar ipſe Auguſtus hieme magis infeſtam valetudini ſuæ Urbem expertus eſt: Suet. c. LXXXI. *Torrent.* *Sextilem totum.*] Totum menſem Auguſtum abſum. *Atqui Si me vivere.*] Optimi codices numero quinque legunt *atque*. Torrent.

4. *Quam mihi das ægro.*] Dabis illam veniam, quam mihi dares ægro.

5. *Dum ficus prima.*] Donec fervet Canicula, quo tempore ficus primum matureſcunt. *Ficus prima.*] *Ficum biferam* eſſe diximus lib. II. Sat. II. *Cum duplice ficu.* Torrent.

6. *Deſignatorem.*] Duo codices *diſſignatores:* adſcriptumque in altero, *Diſſignatores dicuntur funerum mancipes & ordinatores. nam diſſignare eſt ordinare. unde & qui locos in theatris ſpectatoribus diſtribuunt, diſſignatores dicebantur. Praeterea diſſignare eſt confundere, ipſe alibi,*
Quid non ebrietas diſſignat?
Sic ille, quiſquis fuerit. Sed receptam ſervo, auctore Donato, in illud Terentii Adelphis; *Modo quid deſignavit.* ait enim *deſignare* eſſe rem novam facere: & quia in funebribus pompis multa fiebant nova ac ſpectanda ad retinendum populum, dictos inde *deſignatores* qui præerant. &, ut ego quidem arbitror, ſuum cuique locum atque ordinem præſcribebant. Vide Pet. Nannii Miſcell. lib. 4. *Torrent.* *Deſignatorem.*] Deſignator eſt, qui conſtituendæ funebri pompæ præeſt. *Lictoribus atris.*] Facete libitinarium ſuum, tamquam curulem honorem gereret, lictoribus ornat, qui in funebri miniſterio fuere veſpillones, ſandapilarii, uſtores, pollinctores, præficæ, & alii id genus homines; atri omnes, & veſtis cauſſa & ominis. *Torrent.* *Lictoribus atris.*] Miniſtris libitinariis pullatis.

7. *Dum pueris.*] Dum mater liberis ſuis metuit.

Fortè latus, nigros anguſta fronte capillos:
Reddes dulce loqui: reddes ridere decorum, &
Inter vina fugam Cynaræ mærere protervæ.
Fortè per anguſtam tenuis vulpecula rimam
Repſerat in cumeram frumenti, paſtaque, rurſus
Ire foras pleno tendebat corpore fruſtrà.
Cui muſtela procul, Si vis, ait effugere iſtinc:
Macra cavum repetes arctum, quem macra ſubiſti.
Hac ego ſi compellar imagine, cuncta reſigno:
Nec ſomnum plebis laudo, ſatur altilium, nec
Otia divitiis Arabum liberrima muto.
Sæpe verecundum laudaſti: rexque, paterque
Audiſti

26. *Nigros anguſta fronte capillos.*] Capillos nunc canos in fronte, lata propter calvitiem. *Anguſta fronte.*] Nulla nempe calvitie deformi: ſenibus enim creſcit frons cadentibus capillis. Lib. vero I. Od. XXXIII. quod ait:

Inſignem tenui fronte Lycorida;

non brevem atque anguſtam frontem intelligo, ſed teneram ac levem, nec rugis nævisque aſperam, ut *ἁπαλὸν μέτωπον* puero ſuo pingi poſcit Anacreon. *Torrent.*

28. *Inter vina.*] Reddes ætatem ad levitates amatorias aptam. *Mærere protervæ.*] Iniquo animo ferre, quod juvenem, non ſenem decet.

29. *Tenuis.*] Inani ventre.

30. *Repſerat in cumeram frumenti.*] Introierat in vas vimineum frumentarium. *Cumeram frumenti.*] Quid *cumera* ſit, lib. I. Sat. I. diximus. Turneb. l. 5. cap. 13. *Paſtaque.*] Bene ſaginata.

31. *Tendebat.*] Conabatur.

33. *Cavum.*] Locum excavatum. *Quem macra.*] Quem gracilis intraſti.

34. *Hac ego ſi compellar.*] Ego Horatius ſi hac vulpeculæ imagine, ſimilitudine & conditione à te, ô Mæcenas, compellar, quod ſc. alia ratione ab hac ſervitute mihi diſcedere non liceat, niſi vulpis exemplo, accepta munera reſtituam, & tum demum mihi reſtituar, utque mei juris ſim, malo pauper & liber, quam dives & ſervus eſſe; & ſic cuncta reſigno. *Lubinus.* *Hac ego.*] Hac ſimilitudine. *Cuncta reſigno.*] *Reſignare* hîc non pro reſtituere accipio; id enim neque Mæcenati neque Horatio honeſtum fuiſſet; ſed pro quomodocunque relinquere. ut honeſtam, quod ait alibi, paupertatem ſine dote potius amplectatur, quam imminutæ libertatis tædium ac moleſtiam Romæ ferat. *Reſignare* eſt irritum facere quod convenerat. *Torrent.* *Cuncta reſigno.*] Omnia quæ mihi dediſti; reſtituo.

35. *Nec ſomnum plebis.*] Non, ut plerique ſolent, privatæ tenuiorum vitæ ſecuritatem otiumque ſe laudare dicit, poſtquam ipſe jam ſatur ac dives effectus ſit; uti & vulgo dici ſolet:

Qui ſatur eſt, pleno laudat jejunia ventre.

ſed vere atque ex animo, ut hominem verecundum decet. *Torrent.* *Nec ſomnum plebis laudo.*] Nec quietem plebejorum hominum laudo, eo quod ſumptuoſis epulis ſim plenus, aliter ſenſurus, ſi egerem. *Altilium.*] Satur avium domi ſaginatarum.

36. *Arabum liberrima.*] Vide Od. 29. lib. I.

37. *Verecundum.*] Me paucis contentum.

38. *Audi-*

Audiſti corām, nec verbo parciùs abſens:
Inſpice, ſi poſſum donata reponere lætus.
Haud malè Telemachus proles patientis Ulyſſeî:
Non eſt aptus equis Ithacæ locus: ut neque planis
Porrectus ſpatiis, nec multæ prodigus herbæ:
Atreide, magis apta tibi tua dona relinquam.
PARVUM *parva decent: mihi jam non regia Roma,*
Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.
Strenuus & fortis, cauſſiſque Philippus agendis
Clarus, ab officiis octavam circiter horam
Dum redit, atque foro nimium diſtare Carinas
Jam grandis natu queritur; conſpexit, ut ajunt,
Adraſum quemdam vacua tonſoris in umbra,

Cultel-

38. *Audiſti coram.*] Appellatus es à me rex, propter munificentiam, pater vero propter tuum erga me amorem, ſive præſens tecum ſum, ſive abſens.

39. *Inſpice.*] Tecum conſidera. *Donata reponere.*] Reddere quæ mihi donaſti.

40. *Haud male Telemachus.*] Hoc exemplo Menelai & Telemachi, dilucide docet, fuiſſe honeſtius, nec Mæcenatem dare, nec ſe munera accipere, quam nunc reddere. *Cruquius. Haud male Telemachus.*] Locus ex Odyſſ. l. IIII. *Torr. Proles patientis Ulyſſeî.*] Menelao reſpondet.

41. *Non eſt aptus.*] Verba Telemachi ad Menelaum.

42. *Porrectus ſpatiis.*] Non extenſus in longum. *Nec multæ prodigus herbæ.*] Nec herbæ ferax.

43. *Atreide.*] O Menelae, Atrei fili.

44. *Regia Roma.*] Roma magnifica.

45. *Sed vacuum Tibur placet.*] Sed Tibur non populoſum placet. *Aut imbelle Tarentum.*] Tarentum voluptuarium.

46. *Philippus.*] Hic ille *L. Marcius Philippus* Conſularis & Cenſorius, qui duobus ſummis oratoribus Craſſo & Antonio proximus eloquentia, opibus & gravitate florentiſſimus fuit civitatis. magno vir ingenio, in primiſque clarus; &, quod ait Cicero lib. II. de Officiis, gloriari ſolitus, ſe ſine ullo munere adeptum eſſe, quæ haberentur ampliſſima. *Torrent. Philippus.*] Orator, in altercando nobilis.

47. *Ab officiis.*] A forenſibus. *Horam.*] Horam diei.

48. *Foro nimium diſtare Carinas.*] Atqui Virgilius lib. VIII. hæc conjunxit:

—— Paſſimque armenta videbant,
Romanoque foro & lautis mugire carinis.

nec ſane multum diſtabant. & alioqui, cum magnus eſſet vicus, remotior forte à foro, Philippi domus fuit. Mira autem vici illius celebritas; in quo & Pompeji & Cicerones & plures alii viri principes habitarunt: qua de cauſſa, ob ædificiorum ſpeciem, atque amplitudinem *lautas* Virg. appellavit. *Torrentius. Carinas.*] Viam Romæ ſic dictam ab ædificiis factis in ſimilitudinem carinarum, in qua via, domus erat Philippi.

50. *Adraſum quemdam.*] Ita ut è tonſtrina venerat. quamquam hoc ipſum ad nitorem ſpectat, crebro radi & in tonſoris ſive pergula ſive porticu (quo vacui & otioſi homines convenire ſolent) ſeſſitare.

Cultello proprios purgantem leniter ungueis.
Demetri (puer hic non lævè juſſa Philippi
Accipiebat) abi, quære, & refer: Unde domo, quis,
Cujus fortunæ, quo ſit patre, quóve patrono.
It, redit, & narrat, Vultejum nomine Menam,
Præconem, tenui cenſu, ſine crimine notum,
Et properare loco, & ceſſare, & quærere, & uti,
Gaudentem parviſque ſodalibus, & Lare certo,
Et ludis, & poſt deciſa negotia, campo.
Scitari libet ex ipſo, quodcumque refers. dic,
Ad cœnam veniat. non ſanè credere Mena:
Mirari ſecum tacitus. quid multa? benignè,
Reſpondet. Negat ille mihi? Negat improbus, & te
Negligit, aut horret. Vultejum manè Philippus

Vilis

ſeſſitare. *vacuam* etiam vocare poſſis, quod hora diei octava jam ad cœnam omnes diſceſſiſſent. *Torrent.* *In umbra.*] In tonſtrina.

52. *Demetri.*] Philippus ſervum ſuum Demetrium alloquitur. *Non lævè.*] Non ſtultè.

53. *Et refer.*] Mihi renuntia. *Unde domo.*] Ut *domo Carthaginienſis*; Plautus Pœnulo. *Quis genus, unde domo*; & iterum, *Qui Cærete domo*, Virg. lib. VII. *Torrent.* *Unde domo.*] Ex qua familia.

54. *Cujus fortunæ.*] Pauper an dives. *Quóve patrono.*] In cujus clientela.

55. *It.*] It puer. *Vultejum nomine Menam.*] *Mænam* ſcribendum arbitror: ut à vili piſciculo, qui Græce μαινὶς dicitur, Plinius *Mænam* vocat, cognomen traxerit. *Torrent.*

56. *Tenui cenſu.*] Pauperem eſſe.

57. *Et properare loco.*] Id eſt, in loco. Ut,

—— *Dum reſque locuſque ſinebant.*

Torrent. *Et properare loco.*] Et viatorem, vel mercatorem agere lucri cauſa. *Et ceſſare.*] Interdum otiari. *Et quærere & uti.*] Divitias acquirere, iiſque uti, quod non facit avarus.

58. *Parviſque ſodalibus.*] Gaudentem uxore, & liberis, & domicilio ſtabili, non vita vaga. *Et Lare certo.*] Cruquius legendum putat, *Et Lare curto*; nam pauperiores in pergulis habitabant, ut & meretrices. *Lare certo, &c.*] Non ita ut ille,

Scurra vagus, qui non certum præſepe teneret. Torrent.

59. *Deciſa negotia.*] Poſt negotia confecta. *Campo.*] Campo Martio, ubi valetudinis cauſa corpus exercebat.

60. *Scitari licet.*] Verba ſunt Philippi.

61. *Credere.*] Credebat.

62. *Mirari.*] Mirabatur. *Benigne, Reſpondet.*] Senſus apertus & facilis. quare Lambino in priore editione aſſentior. Aliter tamen Muretus & Turnebus V. cap. XIII. & ſane nolim contentioſus eſſe. Quod vero ſequitur (*negat ille mihi.*) artificioſe admodum divitis à paupere contemti geſtum exprimit; uti & ſervuli, hero obſequentis, *negat improbus*. Torrent. *Benigne.*] Gratias agit tibi ingentes.

63. *Negat ille.*] Verba ſunt Philippi. *Negat improbus.*] Negat improbe, inquit Demetrius.

64. *Negligit.*] Te non curat aut formidat.

65. *Tuni-*

Vilia vendentem tunicato ſcruta popello
Occupat, & ſalvere jubet prior. ille Philippo
Excuſare laborem & mercenaria vincla,
Quòd non manè domum veniſſet: denique quòd non
Providiſſet eum. ſic ignoviſſe putato
Me tibi, ſi cœnas hodie mecum. ut libet. ergo
Poſt nonam venies. nunc i: rem ſtrenuus auge.
Ut ventum ad cœnam eſt: dicenda, tacenda locutus,
Tandem dormitum dimittitur. heic ubi ſæpe

Occul-

65. *Tunicato ſcruta popello.*] Digna emtore merx. non contentus enim *popellum* dixiſſe, addit *tunicatum*, ut infimæ plebis fæcem ſignificet: ſine toga enim honeſtiorem aliquem in publicum prodire probroſum erat. *Scruta* vero quæ ſint ex Lucilio diſcimus, apud Gellium lib. III. cap. XIIII. cùm proverbiali ſchemate ſic dixit:

Qui mi? & ſcruta quidem & vendit ſcrutarius, laudat
Præfractam ſtrigilem, oleam improbus dimidiatam.

Scruta igitur idem quod *frivola* apud Juvenalem Sat. III.

——— *Dum frivola transfert,*

& iterum Sat. V.

——— *Romanorum omnia regum*
Frivola. ———

perlepide enim ſic veterum regum ſupellectilem appellat: Feſtus quoque vaſa fictilia quaſſa proprie ait ſignificare id vocabulum: & ideo non male Sidonius lib. VII. Epiſt. utrumque conjunxit: *Nunc quædam frivola, nunc ludo apta virgineo ſcruta donabat.* Hinc porro *ſcrutarius*, eademque ratione *frivolarius* dici poſſet. Plura Cælius lib. X. cap. LVI. & Turnebus lib. V. cap. XIII. Quidquid ſit, quia Vultejum præconem paulo ante fecit; non tam ſcrutarium fuiſſe exiſtimo, quam præconis operam locaſſe, cum præteriens Philippus eum ad cœnam invitabat. unde interpretamur id quod ſequitur, *mercenaria vincula.* Torr. *Scruta.*] Merces viles. *Popello.*] Plebeculæ, tunicis, non togis utenti.

66. *Occupat.*] De hoc vocabulo non male Nonius: ſignificat autem prævenire, præcipere, antevertere, aggredi quoque & detinere. Virgilius quoque VI. Æneid.

Occupat Æneas aditum cuſtode ſepulto.

Torrent. *Occupat.*] Antevertit.

67. *Excuſare.*] Excuſabat. *Mercenaria vincula.*] Occupationes mercenarias.

69. *Providiſſet.*] Sic namque Terent. Andr. *Herus eſt, neque provideram.* Excuſat autem Mæna quod ſe occupari permiſerat. Lambinus legit *proviſiſſet.* Torrent. *Providiſſet.*] Ante vidiſſet. *Sic ignoſſet.*] Verba ſunt Philippi.

70. *Ut libet.*] Sit, ita, inquit Mena. *Ergo.*] Poſt horam nonam (inquit Philippus) venies, id eſt, tribus horis ante ſolis occaſum. Quando Romani è balneis egreſſi cibum capiebant.

71. *Nunc i: rem ſtrenuus auge.*] Id eſt, ſtrenue rem auge. Vel in re augenda ſtrenuum te oſtende. *Steph. Rem ſtrenuus auge.*] Rem familiarem auge.

72. *Ut ventum.*] Poſtquam. *Dicenda, tacenda.*] Ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα, fanda nefanda. cui concinit hoc proverbium, *Quicquid in buccam venit.* hæc autem accipienda ſunt in eum ſenſum, nimirum Vultejum ſua negotia inconſiderate effutiviſſe. Turneb. lib. 5. c. 13. *Cruq. Dicenda tacenda.*] Libere quidvis locutus.

73. *Tandem dormitum.*] Jubetur ire domum.

74. *Viſus.*]

Occultum viſus decurrere piſcis ad hamum.
Manè cliens, etiam certus conviva, jubetur
Rura ſuburbana indictis comes ire Latinis.
Impoſitus mannis, arvum cœlumque Sabinum
Non ceſſat laudare. videt ridetque Philippus,
Et, ſibi dum requiem, dum riſus undique quærit,
Dum ſeptem donat ſeſtertia, mutua ſeptem
Promittit: perſuadet uti mercetur agellum.
Mercatur. ne te longis ambagibus ultrà,
Quam ſatis eſt, morer: ex nitido fit ruſticus: atque
Sulcos & vineta crepat mera: præparat ulmos,
Immoritur ſtudiis, & amore ſeneſcit habendi.
Verùm ubi oves furto, morbo periêre capellæ:
Spem mentita ſeges: bos eſt enectus arando:

Offen-

74. *Viſus.*] Viſus eſt.

75. *Mane cliens.*] Ut & ſalutandi & comitandi (ſi opus eſſet) officium perageret. ut lib. III. Od. I. *Illi turba clientum ſit major.* Torrent. *Mane.*] Poſtridie. *Certus conviva.*] Qui etiam non vocatus adeſſe poſſet: non qualis ille apud Juven. Sat. V.

—— Ergo duos poſt
Si libuit menſes neglectum adhibere clientem, &c. Torrent.

Certus conviva.] Quotidianus conviva.

76. *Indictis comes ire Latinis.*] Decorum obſervat. Philippum enim, quem fortem ac ſtrenuum agendiſque cauſſis clarum eſſe dixerat, non niſi ferialibus diebus abeſſe conveniebat. ſiquidem, *Feriarum ratio* (ut lib. II. de Legibus inquit Cicero) *in liberis requietem habet litium & jurgiorum, in ſervis operum & laborum.* Id vero Latinis feriis vel maxime ſervabatur. *Torrent.* *Indictis comes ire Latinis.*] Feriis Latinis à Conſule imperatis. In quibus non licebat aliquid agi in urbe.

77. *Impoſitus mannis.*] Hoc quoque Mænæ commoditati datum, ut manniculo veheretur, uti dives ille Mæna libertus, Epod. IIII. *Appiam mannis terit.* Torrent. *Mannis.*] Equis puſillis. *Cœlumque Sabinum.*] Aërem Sabinum.

78. *Non ceſſat laudare.*] Vultejus.

79. *Quærit.*] Philippus.

82. *Mercatur.*] Vultejus agellum mercatur.

83. *Ex nitido fit ruſticus.*] Ut *nitidum* ante deſcripſit, adraſum, curtantem leniter ungues; ita nunc *ruſticum* ſcabrum intonſumque. *Torrentius.* *Ex nitido fit.*] Ex urbano fit incultus & obſoletus.

84. *Et vineta.*] Loca vitibus conſita ſolum habet in ore.

85. *Et amore.*] Lucri ſtudio tabeſcit. *Seneſcit.*] Ut *ſenium* veteres pro odio, tædio, ac moleſtia dixere; ſic etiam *ſeneſcere* pro cruciari ac macerari. *Torrentius.*

87. *Spem mentita ſeges.*] Simile illud Tibulli lib. II.

Nec ſeges illudat meſſis fallacibus herbis.

At contra alibi:

—— Segetis certa fides meæ.

Seges autem à ſerendo dicta, & fructus ipſos, & terram fundumque unde naſcuntur, ſignificat. Atque ita *ſtimulorum ſeges* apud Plaut. Aulul. convitium eſt in ſervulum; cujus tergo non aliter

ſtimuli

Offenſus damnis, media de nocte caballum
Arripit, iratuſque Philippi tendit ad ædeis.
Quem ſimul adſpexit ſcabrum intonſumque Philippus,
Durus, ait, Vultei nimis attentúſque videris
Eſſe mihi. Pol, me miſerum patrone vocares,
Si velles, inquit, verum mihi ponere nomen.
Quod te per Genium, dextrámque, Deóſque Penateis,
Obſecro & obteſtor: vitæ me redde priori.
Qui ſimul aſpexit, quantùm dimiſſa petitis
Præſtent; maturè redeat, repetátque relicta.
METIRI *ſe quemque ſuo modulo ac pede, verum eſt.*

ſtimuli inhæreant, quam agro fruges. *Torrent. Spem mentita.*] Poſtquam ager ſatus, minus reddidit, quam ſperaverat agricola.

88. *Media de nocte.*] Paulo poſt mediam noctem.

90. *Scabrum intonſumque.*] Squalidum, & impexum.

91. *Durus.*] Homo ferreus & laborioſus. *Attentuſque.*] Attentus ad rem, id eſt, avarus.

92. *Pol.*] Verba ſunt Vulteii.

93. *Ponere nomen.*] Nomen imponere. Alii *dicere.*

94. *Quod te per.*] Propter quod te obſecro, vel, quam rem te obſecro. *Per Genium.*] Ita de colono quodam ſuo etiam Seneca Epiſt. XII. ad Lucium: *Per Genium meum ſe omnia facere, in nulla re ceſſare curam ſuam.* Atque ita fere ſervi per heri Genium jurare ſoliti, ut per heræ Junonem, ancillæ. *Torrent.*

96. *Qui ſimul aſpexit, quantum dimiſſa petitis.*] Qui Philippus poſteaquam conſideravit, quantum dimiſſa, id eſt, relicta diſtent à petitis, dixit hæc verba: Redeat Vultejus in urbem quamprimum & vitam urbanam, quam reliquit, repetat.

98. *Metiri ſe.*] Monemur omnes, ut noſtra ſorte contenti, ne acquiramus aliena. Tale eſt illud Perſii:

Tecum habita, & noris quam ſit tibi curta ſupellex. Cruquius.

Suo modulo.] Sua formula & menſura. *Verum eſt.*] Æquum eſt.

EPISTOLA VIII.

Ad CELSUM ALBINOVANUM.

Ad Celſum ſcribens, ſe minùs animo, quàm corpore valere dicit, in ſe ipſo cùm alia quædam vitia, tum inconſtantiam reprehendens: ſed ita ut illum in perſona ſua taxare videri poſſit. A Muſa autem de non ferenda immoderatè & inſolenter fortuna eum vult admoneri.

CELSO *gaudere & benè rem gerere Albinovano Muſa*

1. *Celſo.*] *Celſus* Corneliorum & Papiorum cognomen fuit, ut ex veteribus nummis apparet; *Albinus* vero Poſtumiorum, apud Appianum lib. I. Belli civilis. Sed & *P. Albinovanus* commemoratur in nobili illa

Muſa rogata refer, comiti ſcribæque Neronis.
Si quæret, quid agam: dic, multa & pulcra minantem,
Vivere nec rectè, nec ſuaviter: haud quia grando
Contuderit viteis, oleamque momorderit æſtus;
Nec quia longinquis armentum ægrotet in arvis;
Sed quia mente minùs validus, quàm corpore toto,
Nil audire velim, nil diſcere, quod levet ægrum:

Fidis

Lentuli apud Macrobium cœna l. III. c. IV. uti & *M. Tullius Albinovanus* l. II. ad Q. Fratrem Epiſt. III. *Celſus* igitur iſte duo cognomina habuit. *Torrentius.* *Celſo.*] Hac Epiſtola fere per antiphraſin intelligenda, ſuo more depingit Horatius Celſum ſuis coloribus, idque ſub ſua perſona liberius, quem arguit arrogantiæ & nimiæ levitatis, ut qui quovis vento mobilior, in nulla certa firmaque vitæ ratione ſibi conſtet, nec recte conſulentibus, morem gerat. *Cruquius.* *Gaudere, & bene rem gerere.*] Ordo eſt, ô Muſa à me rogata, refer, id eſt, renuntia Celſo Albinovano χαίρειν καὶ εὐπραγεῖν, ut gaudeat & bene rem gerat.

2. *Comiti ſcribæque.*] *Comites* & apud JCtos noſtros & apud optimos quoſque auctores nominantur, qui una cum magiſtratibus in provincias proficiſcebantur. & hi quidem *Comites* vel certo aliquo officio fungebantur (inter quos Cicero Verr. IIII. *præfectos, ſcribas, medicos, accenſos, aruſpices, præcones* enumerat) vel ſine certo officio erant, & *amici* potius appellabantur; unde *amicorum cohors* dicta. Quod autem *cohors* dicitur, id, ni fallor, inde factum, quod prætorianorum inſtar eſſe viderentur. Et ſane *comites* illos, ſive *amicos*, pro cujuſque auctoritate ac potentia ita diſtingui ſolere, ut alii primæ, alii ſecundæ, alii tertiæ etiam admiſſionis dicerentur. *Torr.* *Comiti.*] Qui tanquam inferior amicus Neronem comitatur. *Scribæque Neronis.*] Notario, Angl. *a Secretary.*

3. *Si quæret.*] Variant hic antiqua ſcripta; in aliis eſt *quærit*: alia habent, *quærat*: ſed plura, *quæret.* Cruquius. *Minantem.*] Superbe promittentem.

4. *Nec recte, nec ſuaviter.*] *Recte vivere,* eſt cum virtute vivere, qua ſine jucunde vivi poſſe Epicurus ipſe negabat. *Torrent.*

5. *Contuderit.*] Fregerit. *Oleamque momorderit æſtus.*] Tale illud lib. III. Od. I.

Fundusque mendax, arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sidera, nunc hiemes iniquas.

cauſſas enim ſterilitatis recenſet. Eaque de re aliquid P. Victorius Var. lect. XXXII. *Momorderit.*] Siccitate affecerit & læſerit.

6. *Longinquis armentum ægrotet in agris.*] Sic noſtri codices ſeptem, pro *arvis*, ut ante legebatur. Quod autem *longinquis* addit, eo opinor referendum, quod plurimi Romanorum, qui publica conducebant vectigalia, ingentem & ex arationibus & ex re pecuniaria etiam provinciis quæſtum faciebant. *Torrentius.*

7. *Sed quia mente.*] Quia animo ægrotus magis quam corpore, velim nil, &c. *Mente minus validus.*] Quæſitum à Plutarcho & aliis Philoſophis, *Utri periculoſiores, animi an corporis morbi?* Atque equidem animo nos gravius ægrotare vel ſola illa ratio oſtendit, quod nec morbum agnoſcimus, nec medicum toleramus, ut Epiſt. II. vidimus. *Torr.*

8. *Quod levet ægrum.*] Quod relevet ægrum.

9. Fidis

Fidis offendar medicis, iraſcar amicis,
Cur me funeſto properent arcere veterno:
Quæ nocuère ſequar: fugiam, quæ profore credam:
Romæ Tibur amem ventoſus, Tibure Romam.
Poſt hæc, ut valeat: quo pacto rem gerat & ſe:
Ut placeat juveni percunctare, utque cohorti.
Si dicet, Rectè: primùm gaudere. ſubinde
Præceptum auriculis hoc inſtillare memento;
Ut tu fortunam, ſic nos tè Celſe feremus.

9. *Fidis offendar.*] Satis acerbè ex ſua perſona, docet Horatius, Celſum eſſe incurabilem, & animi prope deploratı, cujus malum, nimirum arrogantiam, jactantiam, inconſtantiam, nominat metaphoricè *funeſtum veternum*; in propoſito ſc. pertinaciam. *Cruq. Fidis offendar.*] Quia fidis offendar.

10. *Cur me funeſto.*] Propterea quod. *Funeſto properent arcere veterno.*] Rectè animi ſui morbum *veternum* appellat. ſigna enim manifeſta cum alia, tum illud maxime, quod mente torpens, excitari ſe non patiatur;

Nil audire velis, nil diſcere quod levet ægrum.

Quare *ſtolidum* appellat *veternum* Catullus Epigr. ad Coloniam, & Latini *marcorem*, ut ab oblivione *lethargum* Græci. Provenit autem fere ab intemperantia & immodica potatione, ſæpe in hydropem ac tabem deſinens. *Torrent. Veterno.*] Lethargo, qui inexpugnabilis eſt dormiendi neceſſitas. Metaphoricè hic ponitur pro arrogantia, levitate, inconſtantia.

11. *Sequar.*] Quia ſequar quæ, &c.

12. *Romæ Tibur amem.*] Quia ubi ſum Romæ, amem Tibur, *ventoſus*, id eſt, inconſtans & vento popularis auræ plenus. *Ventoſus.*] Et alibi *ventoſa plebs*, ut *mobile vulgus*. Torrent. *Tibure Romam.*] Quia exiſtens Tiburi; Romam amem.

13. *Poſt hæc.*] Poſt hæc omnia, rogato. *Et ſe.*] Quomodo ſe gerat.

14. *Juveni.*] Neroni. *Utque cohorti.*] Guil. Canterus lib. 5. cap. 20. legit, *atque cohorti*. *Utque cohorti.*] Et quomodo cohorti placeat.

15. *Primum gaudere.*] Primum dicito me gaudere, deinde; &c.

16. *Auriculis hoc.*] Ejus auriculis; ſc. Celſi.

17. *Ut tu fortunam.*] Quemadmodum tu ſecundam fortunam feres, ita ut non ſuperbias, ſic nos tuam amicitiam feremus; & ſervabimus continuo.

EPISTOLA IX.

Ad CLAUDIUM NERONEM.

Claudio Neroni Septimium commendat, & rogat ut in amicitiam ſuam eum recipiat. Sed hoc verecundè facit & ita, ut ab ipſo Nerone id tanquam pro ſuo jure petere videri non poſſit.

SEPTIMIUS, *Claudi, nimirum intelligit unus,*
Quanti

1. SEptimius.] Hunc credo *Septimium* inter futuros cum Torquato convivas enumerat, & eximiam ejus in ſe caritatem Od. VII. lib. II. demonſtrat

 Septimii

Quanti me facias. nam quum rogat, & prece cogit
Scilicet, ut tibi ſe laudare & tradere coner,
Dignum mente domoque legentis honeſta Neronis;
Munere quum fungi propioris cenſet amici,
Quid poſſim videt ac novit me valdius ipſo.
Multa quidem dixi, cur excuſatus abirem:
Sed timui, mea ne finxiſſe minora putarer,
Diſſimulator opis propriæ; mihi commodus uni.

Sic

Septimii etiam cujuſdam & Acmes puellæ amores ſuaviſſimo Epigrammate Catullus celebrat. Referuntur & *Septimii* verſus, non hercule illepidi, apud Terentianum, libro quem De metris ſcripſit; an hujus, ignoro. Ut autem *Quinctii* & *Sextii*, ſic & *Septimii*, à numeris nomen traxêre. *Torrent. Septimius.*] De quo Od. 6. lib. 2. *Claudi, nimirum.*] O Nero Augusti privigne.

2. *Quanti me facias.*] Qua æſtimatione ſim apud te. *Nam cum rogat.*] Hanc ſcripturam P. Victorii lib. 20. cap. 9. teſtimonio comprobatam, noſtri quoque codices ſervant: ac niſi ita legamus, illud alterum *cum*, quod quarto adhuc verſu reperitur, quo referri poſſit, aut quid ſignificet, non invenies. Nunc vero aſyndeton eſt, *cum rogat*, cum ex intimis amicis eſſe me cenſet. *Rogat & prece cogit.*] *Cogit* propter inſignem amicitiam, cui nihil negari debeat; cum talem erga Horatium ſe gereret *Septimius*, ut nullum ejus cauſa periculum fugeret. *Torrent. Et prece cogit.*] Et rogando cogit.

3. *Laudare.*] Commendare.

4. *Dignum mente domoque.*] Dignum amicitia, & contubernio Neronis legentis, id eſt, eligentis res honeſtas & honeſtos viros. *Legentis honeſta.*] Magna viri principis laus, eos ſibi comites deligentis, pro quibus tuto ſpondeat. *Torrent.*

5. *Munere cum fungi propioris cenſet amici, Quid poſſim videt.*] Cum, inquit Poëta, Septimius petit, ut ſe commendem, & in eo familiaris apud te amici fungar munere; videre ſe oſtendit, quid apud te poſſim, melius quam ipſe ego. Senſus eſt quem dixi: *Cum cenſet fungi*, cum me vult fungi. Nihil eſt ſimplicius. *Heinſius. Munere quum.*] Officio interioris amici. *Propioris cenſet amici.*] Sic Sat. VI. lib. II.

Namque Deos propius contingit. Torr.

6. *Quid poſſim videt, &c.*] Quid apud te poſſim intelligit ac magis novit quam ego ipſe. *Me valdius ipſo.*] Id eſt, quam ego ipſe. *Valdius* comparativus rarus à valdè, id eſt, magis, melius. Ita modeſtè ſuam apud Neronem gratiam extenuat. *Piſcator.*

7. *Multa quidem, &c.*] Alteram partem ſuperiori annectit per Prolepſin. Si dubitas an ſatis apud Neronem gratia valeas: cur ergò Septimio in commendando gratificaris? Reſpondet: Excuſavi me quidem Septimio: ſed tandem perſuaderi mihi paſſus ſum. Sic transfert culpam commendationis, ſi qua eſt, in Septimium. *Excuſatus abirem.*] Non cogerer commendatitiam epiſtolam ſcribere. *Piſcator.*

8. *Sed timui.*] Sed tandem petitioni Septimii locum dedi, & eum commendare inſtitui, quia timui. *Mea ne.*] Meam apud te gratiam minorem eſſe quam ſit. *Ne putarer.*] Judicarer à Septimio & aliis qui hoc intellecturi eſſent. *Finxiſſe mea.*] Gratiam meam apud te & facultatem meam commendandi. *Minora.*] Quàm revera ſint.

9. *Opis propriæ.*] Facultatis meæ. *Mihi commodus.*] Meam rem agere judicaret, nulla amici cura. is autem, qui

uni

Sic ego majoris fugiens opprobria culpæ,
Frontis ad urbanæ deſcendi præmia. quòd ſi
Depoſitum laudas ob amici juſſa pudorem;
Scribe tui gregis hunc, & fortem crede, bonumque.

uni ſibi ſtudet; Græcè ſignificantius *ἰδιοπράγμων* nominatur. *Cruquius. Mihi commodus uni*] Mihi ſoli ſtudens.

10. *Culpæ.*] Diſſimulationis. *Culpa majoris.*] Videlicet invidiæ erga amicum: quæ magis culpanda eſt, quam importuna commendatio. *Piſcator.*

11. *Frontis ad urbanæ deſcendi præmia.*] Fruſtra hic eſt Scholiaſtes, & cæteri, quos vidi. *Frons urbana* eſt quam dicimus infirmam. Præmium infirmæ frontis eſt, ut qui negare, id quod petitur, non audet, ei cui alium commendat parum verecundus videatur. Ego igitur, dum ex altera parte, inquit, metuo, ne ſi amico negem id quod petit, hoc eſt, ut commendem ſe, parum illi videar amicus; ex altera, ne dum illi indulgeo quod petit, tibi impudens fortaſſe videar; hoc prætuli. qui tibi parum pudens videri malui, quàm illi parum amicus. quod levius exiſtimavi crimen. Vide quid ſequatur,

Quid ſi
Depoſitum laudas ob amici juſſa pudorem, &c. Heinſius.

Frontis ad urbanæ deſcendi præmia.] Quaſi nempe hæc in Urbe converſanti tamquam merces quædam ac præmium accedat, quod inverecundiores evadunt, ſalva tamen modeſtia aliqua. nam nimius ille pudor, (*δυσωπίαν* vocant Græci) ruſticus & incivilis eſt. *Torrent. Frontis ad urbanæ deſcendi.*] Deſcendi ad impudentiam ſeu inverecundiam, quæ frontis perfrictæ eſt præmium. Urbani enim perfrictioris oris eſſe ſolent quam ruſtici.

12. *Depoſitum laudas.*] Depoſitus pudor eſt impudentia. *Ob amici juſſa.*] Ob Septimii rogatum.

13. *Tui gregis hunc.*] De tuo grege eſſe & amicorum numero. *Bonumque.*] Et virum eſſe bonum.

EPISTOLA X.

Ad FUSCUM ARISTIUM.

Fuſco Ariſtio urbis amatori vitam ruſticam, qua ipſe delectabatur, laudat, & varia ejus commoda recenſet. Simul autem ab ambitione (quæ vitam urbanam, non ruſticam comitatur) eum deterret.

URBIS *amatorem Fuſcum ſalvere jubemus*
Ruris

Fuſcus *& Marcelliorum & Ariſtiorum pariter cognomen fuit.* Arellii *duo, pater & filius, Auguſti ætate floruere eloquentia clari; ut ex Annæi Seneca Controverſiarum libris conſtat. De patre fortaſſe Horatius lib. 1. Sat. VI.*

—Quod ſi quis laudet Arelli
Sollicitas ignarus opes.

Hanc vero Epiſtolam ad Ariſtium Fuſcum *ſcriptam eſſe conſtat, ut & Odam* XXII. *libri 1. cum ejuſdem etiam in Satyris meminerit:*

Fuſcus Ariſtius occurrit mihi carus.—

Salſum & urbanum fuiſſe Sat. IX. demonſtrat. Torrent.

1. *Urbis amatorem.*] Hic agitur de urbano ſtrepitu & pompa, de ſalutationibus, aſſentationibus & ejuſmodi officiis pluſquam ſervilibus, quæ ut nec litteras, nec literatos decent, ita Fuſcum re-

Ruris amatores: hac in re ſcilicet una
Multum diſſimiles, ad cetera pænè gemelli:
Fraternis animis, quidquid negat alter & alter,
Annuimus pariter. Vetuli notique columbi.
Tu nidum ſervas, ego laudo ruris amœni
Rivos, & muſco circumlita ſaxa nemuſque.
Quid quæris? vivo & regno, ſimul iſta reliqui,
Quæ vos ad cœlum effertis rumore ſecundo.
Utque ſacerdotis fugitivus, liba recuſo:

Pane

bus his urbanis plus ſatis fortaſſe deditum ſtudet abducere ad ruris opes, hoc eſt, ad vitam tenuem quidem & frugalem, ſed naturæ convenientem. *Cruq.* *Fuſcum ſalvere.*] Grammaticum, in urbe commorantem.

2. *Ruris amatores.*] Nos.

3. *Ad cetera.*] Quanto hoc melius quam cum Lambino legere, *Pariter vetulis notiſque columbis*, aut cum aliis dicere deeſſe aliquid, ut puta *tamquam*, aut quid ſimile. *Torrent.* *Gemelli.*] Simillimi.

4. *Fraternis animis quicquid negat.*] Tanquam fratres, idem nolumus, idem volumus.

5. *Notique columbi.*] Hic vide quanto artificio conatur eripere Fuſco ſtudium rerum urbanarum, non ſine avaritiæ & ambitionis nota, quod vera non conſtet inter eos amicitia, ubi aliqua in re eſt animorum diſſenſio. *Cruquius.* *Notique columbi.*] Quorum magnus & mutuus amor notus eſt.

6. *Tu nidum.*] Urbem Romam per contemptum *nidum* nominat, præ ruris amplitudine. *Cruquius.* *Tu nidum ſervas.*] Tu Romæ manes.

7. *Circumlita ſaxa.*] Saxa muſco obducta.

8. *Quid quæris?*] Quid multis? *Vivo & regno.*] Tam beate vivo, ut me regnare putem, ſimul ac, &c.

9. *Ad cælum effertis.*] *Fertis* habent manuſcripti fere omnes: idque reſtitui velim, ut mollius multo. *Rumore ſecundo.*] Virg. VIII.

Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo.

Et Ennius apud Nonium:

Mox auferte domos populi rumore ſecundo.

pro lætis fauſtiſque acclamationibus eorum, qui ludicra, qui plauſus & amici dona Quiritis (nam hæc ſignificat Horatius) ſuſpiciunt atque admirantur. *Tor.* *Rumore ſecundo.*] Vulgo approbante.

10. *Utque ſacerdotis fugitivus.*] Sententia ſatis aperta, ſi liba urbanis deliciis, panem ruſticæ ſimplicitati comparemus. Illas enim ſe faſtidire, hanc appetere ſignificat Horatius: ut nutriti in ſacerdotum domibus ſervi ſolent, cum votivis illis dulciariis, diis de more poſitis, aſſiduo ſaturi, panem malunt; præſertim ſi male frugi ſint, & in fugam parati. ſic enim hoc loco *fugitivi* nomen accipio, ab animi propoſito potius quam ab effectu. Terentius Eunucho:

Exi foras ſceleſte; at etiam reſtitas
Fugitive? prodi,

Jam vero notum eſt, libum vel à Græco verbo λείβω deduci, quod diis libaretur; vel, ut quidam volunt, à Libero patre; de quo III. Faſt. Ovid.

Liba diis fiunt, ſuccis quia dulcibus idem
Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt,

quod

Pane egeo, jam mellitis potiore placentis.
Vivere naturæ ſi convenienter oportet,
Ponendæque domo quærenda eſt area primùm:
Noviſtíne locum potiorem rure beato?
Eſt ubi plus tepeant hiemes? ubi gratior aura
Leniat & rabiem Canis & momenta Leonis,
Quum ſemel accepit Solem furibundus acutum?
Eſt ubi divellat ſomnos minùs invida cura?
Deteriùs Libycis olet aut nitet herba lapillis?

Purior

quod obiter addidi, ut ſacerdotum domos liborum plenas fuiſſe oſtenderem. *Torrent. Utque ſacerdotis fugitivus.*] Ut improbus ſacerdotis ſervus, qui liba edere conſuevit, tandem deſiderat panem: ſic ego, urbem faſtidiens, rure dèlector.

11. *Pane egeo.*] Ut naturæ ſatisfaciam, ſimplicem tenuemque victum cum ſummo otio & tranquillitate deſidero. *Cruquius. Placentis.*] Libis ſacrificiorum.

12. *Vivere naturæ ſi convenienter.*] *Convenienter naturæ vivere* dixit, non quomodo Stoïci & Academici, cum (ut M. Tullii utar verbis) *congruenter naturæ convenienterque vivere finem bonorum eſſe concludunt*; ſed more Romano, ut vulgo dicere ſolemus naturam arti præferendam. de habitatione enim hîc agitur, quæ campo aperto & libero, ut olim aureo illo ſæculo, multo melius commodiuſque ruri, quam in concluſis anguſtiſque urbium vicis inſtituitur. *Torrent. Si convenienter oportet.*] Quoniam vivere oportet ſecundum naturam, id eſt, virtute adhibita donis frui à natura datis.

13. *Ponendæque domo.*] *Domui* dicerent Grammatici: ſed aliter etiam Cato de Re ruſt. cap. CXLI. *Paſtores pecuaque ſalva ſervaſſis, duiſque bonam ſalutem valetudinemque mihi domo familiæque noſtræ.* Torrent. *Ponendæque domo.*] Et quoniam area, id eſt, ſolum primum quærendum eſt ad domum exſtruendam.

14. *Beato.*] Rure opulento.

15. *Eſt ubi plus.*] Eſtne locus ullus ubi, &c.

16. *Rabiem Canis.*] Sideris cœleſtis immoderatum æſtum. *Momenta leonis.*] *Momenta* vocare videtur tempora illa, quæ inter cujuſque ſideris ortum & occaſum intercedunt; ut Epiſt. ad Numicium. *Torrent. Momenta Leonis.*] Tempora leonis circiter Idus Quinctiles.

17. *Accepit Solem.*] Ingreditur Sol leonem: itaque à leone accipitur pridie Idus Julias, aut circiter. *Cruquius. Furibundus.*] Cum leo veſanus ingreditur ſolem vehementem.

18. *Eſt ubi divellat.*] Eſtne locus ullus ubi, &c. *Divellat ſomnos.*] Multo quidem plures libb. M. S. *depellat*, ut *pellere ſomnum* dixit lib. II. Od. XI. *Divellat* tamen non minus arridet: non enim tam de inſomnia agitur, quam de interrupto ſæpius ac divexato quodammodo ſomno. *Invida cura.*] Invidiæ periphraſis; ſunt enim & ruſticis ſuæ curæ: ſed invidia fere in urbibus habitat. *Torrent. Invida cura.*] Cura, quæ hominibus animi tranquillitatem videtur invidere.

19. *Deterius Libycis.*] Magna veterum in pavimentis elaborata arte pingendis cura; donec illam lithoſtrata, ut inquit Plinius, expulere, quæ parvis è teſtulis in varios colores tinctis Ro-

Purior in vicis aqua tendet rumpere plumbum,
Quam quæ per pronum trepidat cum murmure rivum?
Nempe inter varias nutritur ſilva columnas,
Laudaturque domus, longos quæ proſpicit agros.
NATURAM *expellas furca, tamen uſque recurret,*
Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix.

Non,

mæ ſub Sulla fieri cœpere. ſed & ſola integra marmorea habuiſſe divites, eaque ad conviviorum luxum odoribus & unguentis ſpargi ſolita, ex auctoribus manifeſtum eſt. Sed ea omnia viridantis herbæ & nitore & odore vinci hoc verſu ſignificat Horatius. *Torrent.* *Deterius Libycis.*] Nunquid herba deterius aut olet, aut nitet, quam lapilli, id eſt, marmora ex Numidia advecta, ex quibus Romæ fiunt pavimenta.

20. *Purior in vicis.*] Vicos urbium dicit, Romæ præſertim: ingenti enim ſumtu extructis aquæductibus è tubulis fiſtuliſque plumbeis, civium neceſſitati vicatim ſubveniebatur. unde jus aquæ etiam domatim ducendæ non niſi auctoritate publica concedi ſolitum: idque certa menſura, digitis videlicet, unciiſque ac modulis. *Torrent.* *Tendit rumpere plumbum.*] Vi magna contendit, quaſi tubulos plumbeos ruptura.

21. *Per pronum.*] Placet equidem hæc ſcriptura, ut lib. I. Od. XXIX.

——— *Quis neget arduis*
Pronos relabi poſſe rivos
Montibus? ———

Sed diſſimulare nequeo in duobus optimis codicibus legi *per planum:* ut *planum* rivi quidem epitheton ſit, ſed quod *ſublimi* opponatur. Aquæductus enim Romæ, ut nunc quoque cernere eſt, editi ac ſublimes erant: in agris vero rivi æquo fere loco, ac per planiciem ducuntur. Atque ita apud JCtos *de plano cognoſcere*, & *è tribunali*; *de plano opus facere*, & *è machina operari*, contraria ſunt. *Torrent.* *Trepidat cum.*] Labitur per declivem rivum.

22. *Nempe inter varias.*] Comparat ea quæ ſuæ naturæ, cum iis quæ ſunt artis, eaque mirabiliter à natura ſuperari docet. *Cruquius.* *Nempe inter varias.*] Apparet enim vitam ruſticam ſuaviorem eſſe, quam urbanam, quia divites quaſi natura duce in ſuis ædificiis urbem ruri ſimilem reddere ſtudent. Nam arbores in hortis ſpatioſis conſerunt, &c. *Inter varias nutritur ſylva columnas.*] Hoc nimirum eſt in urbe rus quærere. Repetenda autem hîc quæ notavimus lib. III. Od. X. *Nemus intra pulcra ſitum tecta.* *Varias* quoque *columnas* cum dicit, nemo dubitet, quin verſicolores intelligendæ ſint, quales Phrygiæ: nam *Parias* nullo umquam in codice ſcriptum repperi, & Lambini ſomnium eſt. *Torrent.* *Columnas.*] Inter columnas ex marmore verſicolori factas.

24. *Naturam expellas furca.*] Octo libri miro conſenſu *expelles* pro *expellas.* Senſus eſt, haud facile dediſci, quæ nobis natura penitus indidit atque inſevit. *Furca* autem *expellere*, pro vi maxima ejicere, à ruſticorum, ut puto, armatura ſumtum eſt, cum furcis illis ferreis (quas *bicornes* vocat Virg. varii in re Ruſtica uſus) armati, ſe defendunt. Plura Turnebus lib. XIII. cap. III. *Torrent.* *Naturam expellas furca.*] Cum naturam uti ignominioſam ejicias. *Uſque recurret.*] Semper.

25. *Et mala perrumpet.*] Et natura vincens, per contraria ſibi ſtudia furtim erumpet. *Faſtidia.*] Res ſane miranda, in omnibus expertæ fidei exemplaribus legi *faſtigia*; ſed fere adſcribi, & quidem ſæpe eadem manu, *faſtidia.* Idque Lambinus ſilentio tranſiit. ideo, credo, quod *faſtidia* ſi legeris, plana & aperta ſententia eſt; faſtidioſam divitum luxuriam nulla arte efficere poſſe,

ut

Non, qui Sidonio contendere callidus oſtro
Neſcit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum propiúſve medullis,
Quàm qui non poterit vero diſtinguere falſum.
Quem res plus nimio delectavêre ſecundæ,
Mutatæ quatient. ſi quid mirabere, pones

Invi-

ut naturam ſuperet: ſin aliter, vix occurret quo te expedias. Memini me in Suetonii Cæſarem annotaſſe ex Plutarcho, quo loco Calpurniæ ſomnium narrat, viſum ſibi collabi *faſtigium domus*, non ædificii ſummitatem eo ibi vocabulo ſignificari; ſed quod Græcus ſcriptor ἀκρωτήριον vocat, ornatus majeſtatiſque cauſſa Cæſaris impoſitum domo. Quid ergo ſi hoc ſentire dicamus Horatium à naturam, quomodocunque à foribus arceatur, tamen recurrere; & vel, perrupto faſtigio, hoc eſt, contemta quavis dignitate ac copia, ſi non vi at certe clam aditum patefacere. Quod vero *malam* vocat *naturam*, ut in re præſenti, pro pervicace, aſtuta & callida exponendum eſt. *Torrent.* *Faſtidia victrix.*] Iſtam faſtidioſam divitum luxuriem.

26. *Non qui Sidonio.*] De vi naturæ ante dixit: quod ne quis parvi æſtimet; nullum mercatori imperito damnum tam grave exiſtere affirmat, ut non multo gravius ferat, qui ignoratione naturæ verum à falſo diſtinguere non poſſit. Nota enim *Tyriæ purpuræ* præſtantia, quæ, teſte Plinio, in libras vix mille denariis emi poterat: at in Italia nullæ laudantur, excepta forte *Tarentina*. De *Aquinate* ſane nihil invenio: viliorem cæteris fuiſſe ex Horatio manifeſtum eſt. nam quod ita locum hunc interpretatur Lambinus, ut *Aquinatis ſucci purpura* cum *Tyria* contendat, ita ut parvum inter eas diſcrimen fuerit; quamquam & Acro ſentiat, mihi non perinde placet. Similes quidem videri poterant, ut non peritiſſimi ejus artis facile deciperentur, præſertim ſi altera citra alteram cernerentur; ſed ejuſdem eſſe præſtantiæ, minime gentium, poſtquam tanti intererat non falli mercatorem. Extrinſecus igitur ſpecie non diſſimiles, intrinſeca bonitate differebant: ita ut callide inter ſe conferri ac comparari neceſſe eſſet, quo internoſcerentur. quod proprie eſt *contendere*. Atque ita veteres *contendere aliqua inter ſe*, & *contendere aliquid alicui*, & *cum aliquo*, & *ad aliquid*, dixere. *Torrentius.* *Non qui Sidonio.*] Hactenus ab adjunctis commodis, nullum rure locum naturæ magis convenientem eſſe declaravit: nunc contrà, ab incommodis damniſque certiſſimis indicat urbem, reſque urbanas eſſe naturæ peſtilentiſſimas; ubi pro libertate ſervitus; pro ſecuritate ſolicitudo; pro tranquillitate dominatur perturbatio. *Cruquius.* *Non qui.*] Is non accipiet certius damnum, qui neſcit diſcernere purpuras, quam qui, &c. *Sidonio contendere callidus oſtro.*] Cum purpura Sidonia comparare lanas ſucco Aquinati tinctas.

28. *Propiuſve medullis.*] Quod propius attingat.

29. *Vero.*] A vero.

30. *Quem res plus nimio delectavere ſecundæ.*] Hoc quoque ad laudem rei Ruſticæ referendum. quod enim dicere poterat Ariſtius, in urbe dari fortunæ locum; qua aſpirante facile quis poſſet emergere; id pulcerrimis verſibus refellit Horatius, tutiorem oſtendens eſſe honeſtam ac liberam ruri paupertatem, ſummis in ſervitute divitiis. *Torrent.*

31. *Quatient.*] Commovebunt. *Quid mirabere.*] Si quid magni facias. *Pones.*] Depones.

33. *Præ-*

Invitus. fuge magna: licet ſub paupere tecto
Reges & regum vita præcurrere amicos.
Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, frenumque recepit:
Sed poſtquam victor violens diſceſſit ab hoſte,
Non equitem dorſo, non frenum depulit ore.
SIC, *qui pauperiem veritus, potiore metallis*
Libertate caret: dominum vehet improbus, atque
Serviet æternùm: quia parvo neſciet uti.
Cui non conveniet ſua res, ut calceus olim,
Si pede major erit, ſubvertet; ſi minor, uret.
LÆTUS *ſorte tua vives ſapienter, Ariſti:*
Nec me dimittes incaſtigatum, ubi plura
Cogere, quàm ſatis eſt, ac non ceſſare videbor.

IMPE-

33. *Præcurrere.*] Anteire.

34. *Melior communibus herbis.*] Superior in pugna, è compaſcuis pellebat equum.

35. *Minor.*] Inferior.

36. *Imploravit opes.*] *Opes* antiqui non tam pro divitiis, quam pro potentia, quæ modo in pecunia, ſed in amicorum quoque, ſociorum & ſervorum copia conſiſteret, poſuere. Lucr. initio lib. II.

Ad ſummas emergere opes, rerumque potiri.

Virg. quoque lib. X.

— *Tarchon*
Jungit opes, fœduſque ferit.

Atque ita *opulentos*, dicimus homines potentes ac factioſos. *Torrent.* *Frenumque recepit.*] Homini parêre incepit.

37. *Victor violens.*] Duo codices inverſo ordine:

Sed poſtquam violens victor diſceſſit ab hoſte.

Nec ſane diſplicet, violentum enim homo effecerat tergo inſidens, & tela emittens. *Torrent.* *Victor.*] Equus. *Ab hoſte.*] A cervo.

39. *Metallis.*] Auro, & argento.

40. *Dominum vehet.*] Pecuniæ cupiditatem, cui ſerviet perpetuo.

41. *Quia parvo neſcirt uti.*] Sic libri noſtri; demtis duobus, qui habent:

— *Qui parvo neſciet uti.*

Unus etiam:

— *Quia parvum neſciet uti.*

Torrent.

42. *Cui non conveniet ſua res.*] Sed ſua res amplior, vel anguſtior erit, quam ſatis eſt. *Ut calceus olim.*] Recte. Lambinus, & calceum pedi & veſtem corpori aptandam. Poterat addi Græcorum proverbium, Μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα, *Ne ſupra pedem calceus.* & interdum abſolute, Μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα. *Torrent.*

43. *Subvertet: ſi minor.*] Subvertet pedem. *Uret.*] Pedem lædet.

44. *Lætus ſorte tua.*] Hortatur Fuſcum ad mediocritatem, & amicè requirit ab eo caſtigari, ſi in congerendo ipſe modum excedat. *Cruquius.*

45. *Nec me dimittes.*] Sed me acerbe reprehendes.

46. *Cogere.*] Coacervare.

47. *Impe-*

IMPERAT *aut ſervit collecta pecunia cuique,*
Tortum digna ſequi potius quàm ducere funem.
Hæc tibi dictabam poſt fanum putre Vacunæ,
Excepto, quòd non ſimul eſſes, cetera lætus.

EPISTO-

47. *Imperat aut ſervit.*] *Imperat* his pecunia, quibus nihil ſatis eſt: *ſervit* his, qui non majorem appetunt, quam uſus poſtulet. Atque ita Seneca lib. De vita beata: *Divitiæ apud ſapientem virum in ſervitio ſunt, apud ſtultum in imperio.* Torrent.

48. *Tortum digna ſequi.*] Quæ debet potius trahi, quam imperare, id eſt, ſervire potius, quam imperare: eſt Allegoria ducta ab iis, qui reſtim ductant. *Ducere funem.*] Terentius Adelphis;

Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis.

Ubi non ſatis appoſite, meo judicio, Donatus, vel luſum eſſe exiſtimat, natum ab eo fune, quo introductus equus ille Durius in Troiam; vel, quod magis probat, puellorum puellarumque cantantium conſertis manibus chorum, ita ut reſtim ducere viderentur. Potior eorum ſententia eſt, qui referendum putant ad illud ſaltationis Comicæ genus, quod Græcis κόρδαξ (unde κορδακίζειν & κορδακισμὸς) dicitur, de quo interpres Ariſtoph. in Nebulis, & plura Pollux & Athenæus. Nannius Miſc. lib. 4. *Torrent.* *Ducere funem.*] Non vult Horatius pecuniam eſſe præſultorem, funemque ductando cæteros poſt ſe trahere, & imperare ad ea, quæ minus ſunt honeſta; ſed contrà eam ductari trahique. *Cruquius.*

49. *Dictabam.*] Hæc dictabam puero meo ſcribenti, ut ad te mitterem. *Poſt fanum putre.*] Pone carioſam ædem Vacunæ, quæ Dea eſt vacationis. *Vacuna.*] Quæ de ridicula hac veterum dea Lambinus hic trahit, Turnebi ſunt lib. II. cap. XXIII. Ego vero veteris Scholiaſtæ verba ex antiquiſſimo codice Laurentiano adſcribam: *Vacunam apud Sabinos plurimum cultam, alii Minervam, alii Dianam putaverunt, nonnulli etiam Venerem dixerunt: ſed Varro lib. I. rerum divinarum Victoriam eſſe ait, quod ea maxime gaudeant qui ſapientiæ vacant.* Aliter: *Vacunam alii Cererem, alii deam Vacationis dicunt, alii Victoriam qua faciente curis vacamus.* Sic ille. Fuere autem & feſta *Vacunalia* menſe Decembri, à ruſticis jam vacuis operum poſt perceptos fructus celebrata. De quibus Ovidius VI. Faſtorum:

Nunc quoque cum fiunt antiquæ ſacra Vacunæ,
Ante Vacunales ſtantque ſedentque focos.

Quicquid ſit, *Vacunam* vetuſtiſſimam Sabinorum deam fuiſſe conſtat, unde & putre ejus fanum vocat. Ingenioſe igitur ibi rus ſuum collocat Poëta faceriſſimus, ut qui otioſus hæc, occupato Romæ Ariſtio, ſcripſerit. *Torrent.*

50. *Cætera lætus.*] Cæteris rebus lætus, eo tantum excepto, quod mihi non adeſſes.

EPISTOLA XI.

Ad BULLATIUM reverſum ex Aſia.

Ad vitæ beatitudinem nihil intereſſe dicit, quo quiſque loco habitet. quum hæc ab animi tranquillitate pendeat. Docet etiam, de quopiam loco aut aliquo vitæ genere non debere à nobis judicium fieri ex commodis aut incommodis, quæ in eis ſenſerimus.

QUID tibi viſa Chios, Bullati, notaque Lesbos?
Quid concinna Samos? quid Crœſi regia Sardis?
Smyrna quid & Colophon? majora minoráne famâ?
Cunctáne præ campo & Tiberino flumine ſordent?
An venit in votum Attalicis ex urbibus una?
An Lebedum laudas, odio maris atque viarum?

Scis,

BUllatius *iſte quis fuerit ignoro. hominem minime malum fuiſſe crediderim, qui cum, ut moroſi ſolent homines, forte moleſtiæ alicujus vitandæ cauſſa, quodve alibi melius ſibi futurum ſperaret, in Aſiam pulcerrima quæque loca viſendi ſtudio abiiſſet; ſumta inde occaſione, monet eum Horatius, nihil referre quo quis loco agat, cum in animi æquitate & tranquillitate beatitudo conſiſtat.* Torrent.

1. *Quid tibi viſa.*] Hæc enumeratio locorum variorum, indicio eſt, Bullatium fuiſſe πολύτροπον, id eſt, hominem verſatilis ingenii, ad omnia perluſtranda. *Cruquius. Quid tibi viſa Chios.*] Quid tibi viſa eſt Chios, inſula in mari Jonio? *Lesbos.*] Inſula in mari Ægæo nota, id eſt, nobilis propter Alcæum & Sappho Poëtas celebratiſſimos.

2. *Concinna Samos.*] *Samum* intellige inſulam, quæ è regione Epheſi Joniæ adjacet, Pythagoræ patria, ac vaſis olim fictilibus, quæ *Samia* dicebantur, celebrata, & Junoni ſacra; quæ ibi & nata & educata, & Jovi nupta ſcribitur. Quam *concinnam* vocat Poëta; cum ob loci totius elegantiam, tum ad diſcrimen alterius ejuſdem nominis inſulæ, quæ ad Epirum eſt, non longe ab Actio, dicta etiam *Cephalenia*. De utraque Strabo lib. XII. Sed de prima agit Horatius; inter quam & *Lesbum* media eſt *Chios*, quæ hic quoque junguntur. *Torrentius. Samos.*] Samos non longe diſtat à Chio, concinna & amœna, propter pulchra ædificia. *Sardis.*] Urbs Lydiæ, in qua rex Crœſus conſidebat.

3. *Smyrna.*] Civitas Joniæ. *Colophon.*] Colophon eſt urbs in Jonia, non longe à Sardibus. *Majora minorane fama.*] Nunquid majora, vel minora ſunt, quam fama divulgavit? *Minorane.*] Libri noſtri omnes *minorave*. & in verſu ſequenti multo plures, *Cunctáque* pro *Cunctáne*.

4. *Cunctane præ campo.*] An cuncta illa videntur vilia, comparatione facta cum campo Martio & Romæ?

5. *An venit in votum.*] An tibi optabilis eſt una ex urbibus, quæ ſub Attalo Pergami rege fuerunt. *Attalicis ex urbibus.*] Inter quas *Trallis*, ſeu *Tralles* multitudinis numero, Attali olim regia, teſte Plinio. Vide quæ notavi lib. II. Od. XVIII. *Attali ignotus heres.* Torrent.

6. *An Lebedum laudas.*] Id quoque oppidum Strabo, & Mela Joniæ attribuunt, diſtans à Colophone ſtadiis CXX. At Horatius fortaſſe, comparatione aliarum ejus provinciæ urbium, *vicum* appellavit, & quidem Fidenis Gabiiſque deſertiorem. *Gabii* autem, unde *via Gabina*, *cinctuſque Gabinus*, Volſcorum,

Fidenæ

Scis, Lebedus quam ſit Gabiis deſertior atque
Fidenis vicus: tamen illic vivere vellem,
Oblitúſque meorum, obliviſcendus & illis,
Neptunum procul è terra ſpectare furentem.
Sed neque, qui Capua Romam petit imbre lutóque
Adſperſus, volet in caupona vivere; nec, qui
Frigus collegit, furnos & balnea laudet,
Ut fortunatam plenè præſtantia vitam.
Nec, ſi te validus jactaverit Auſter in alto,
Iccircó navem trans Ægæum mare vendas.
Incolumi Rhodos & Mitylene pulcra facit, quod
Pænula

Fidenæ ad Tiberim Latinorum, olim oppida fuere: additque nonnullam huic loco gratiam, ſi his locis (quod quidam arfſimarunt Grammatici) vicina fuit Horatii villa. *Lebedum* autem conventu ludiſque ſcenicorum in honorem Liberi patris quotannis celebrari ſolere auctores tradunt, ſed Poëta majorem anni partem reſpexit. Quod vero ſequitur, *odio maris atque viarum*; non aliud, opinor, ſignificat; quam *Bullatium* illic diutius commoratum fuiſſe, quod cum infelix forte terra marique in Aſiam iter habuiſſet, eamdem in reditu fortunam metuebat: unde viæ illi mariſque faſtidium. *Torrent. An Lebedum laudas.*] Lebedus eſt Joniæ oppidum deſertum juxta mare, unde nullus incola audet mare tranſire.

7. *Scis, Lebedus quam ſit.*] Ita quidem Lambinus: ſed vetuſti libri omnes, *Scis Lebedus quid ſit?* ut *Bullatium* per dialogiſmum id percontari fingat Poëta. cui mox ipſe reſpondet, *Gabiis deſertior.* Quod tamen quamquám ita ſit; ne forte ipſe ægre ferat contemni Lebedum, addit ſe quoque ibi non invite victurum: ſed multum referre oſtendit, qua cauſſa, quave intentione certo aliquis ſe loco alliget; ne inconſtanter ac leviter agat. *Torrent. Gabiis deſertior.*] Gabii & Fidenæ ſunt civitates Sabinorum.

8. *Vivere vellem.*] Vivere non recuſarem.

9. *Meorum.*] Oblitus propinquorum & patriæ.

10. *Neptunum procul è terra.*] Indicat autem Poëta maritimam fuiſſe Lebedum, è qua proſpectus eſſet in mare. *Torrent. Neptunum.*] Mare. *Spectare.*] Ut proſpiciam.

11. *Sed neque qui Capua.*] Verba ſunt Horatii confutantis Bullatii ſententiam à ſimili, perinde ac ſi dicat; ſi vitam metiaris felicem aut infelicem, ex commodis loci vel incommodis, ergo in itinere Capua Romam, cauponam delige defatigatus lutove aſperſus, ubi perpetuo vivas. *Cruquius.*

12. *Vivere.*] Vivere perpetuo.

13. *Frigus collegit.*] Frigus contraxit. *Furnos & balnea.*] Focum vel caſam furnariam.

14. *Ut fortunatam.*] Veluti ea, quæ omnino præſtant vitam beatam.

15. *In alto.*] In mari disjecerit.

16. *Trans Ægæum mare.*] Vide lib. II Od. XX. *Vendas.*] Vendere debeas.

17. *Incolumi.*] Homini ſanæ mentis. *Mitylene pulcra.*] Inter octo urbes Leſbi inſulæ, fuit hæc nobiliſſima, de qua lib. I. Od. VII. Magnifice quidem atque eleganter admodum ædificata, ſed minus prudenter poſita. ubi nempe Au-

ſtro

Pænula ſolſtitio, campeſtre nivalibus auris,
Per brumam Tiberis, Sextili menſe caminus.
Dum licet, & vultum ſervat fortuna benignum;
Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.
Tu, quamcumque Deus tibi fortunaverit horam,
Grata ſume manu: nec dulcia differ in annum:
Ut, quocunque loco fueris, vixiſſe libenter
Te dicas. nam ſi ratio & prudentia curas,
Non locus effuſi latè maris arbiter, aufert;
COELUM, *non animum mutant, qui trans mare currunt.*
Strenua

ſtro ſtante ægrotarent homines, Coro tuſſirent, Septentrione demum reſtituerentur. Vitruvius. *Torrent. Pulchra facit.*] Rhodus eſt inſula, ſic etiam Mitylene rebus omnibus pulchrè inſtructa.

18. *Pænula ſolſtitio.*] *Pænulæ* adverſus imbrem & frigora comparabantur. Juven. Sat. v.

——— Cum pænula multo
Stillaret nimbo. ———

neque illis in urbe uti fas erat. *Torrent. Pænula ſolſtitio.*] Veſtis denſa ſolſtitio æſtivo, id eſt, æſtate inutilis. *Campeſtre.*] Quo, ut inquit Acro, inguina tantum tegebantur. Turneb. lib. 27. cap. 22. *Torrent. Campeſtre nivalibus.*] Veſtis tenuis, qua juvenes, in campo Martio ſe exercentes, utebantur. *Auris.*] Ventis hybernis.

19. *Per brumam Tiberis.*] Quod facit natatio in Tiberi per hyemem. Quis enim tunc nataret? *Sextili menſe.*] Quod facit ignis menſe Auguſto.

20. *Dum licet & vultum*] Dum res integræ ſunt, dum per valetudinem ac fortunam licet. Et ſane in ſapientis poteſtate non eſt quovis loco corpore valere, aut interdum exilium etiam evitare, ſed ſi evenerit, patienter ferre. *Torr.*

21. *Romæ laudetur.*] Suadet ut Romam redeat; quo fortaſſis eum res domeſticæ revocabant. multa enim nunc ignoramus, quæ ad Poëtæ mentem faciant. legendumque *laudetur*, non *laudatur*, ut quidam volunt. Neque *laudare* ea ſignificatione hîc accipio, qua apud Virg. *laudato ingentia rura*: ſed vera ſententia eſt, ut rebus ita ferentibus in urbem redeat, atque ibi quantum velit urbes illas laudibus efferat. Lego etiam, ut in antiquiſſimis membranis, *Samus, & Chius & Rhodus*, per *u* Latinorum more. *Torrent. Romæ laudetur Samos.*] At te Romæ habitante laudetur Samos abſens, &c. Sed in illas inſulas ne proficiſcitor.

22. *Tu quamcunque.*] Cruquius credit hunc verſum cum ſequenti eſſe ſuppoſititium, quoniam de loci tantummodo, non etiam temporis mutatione hic agatur: vel huic poſtponendos, *Cælum, non animum mutant, &c.* Torrent.

23. *Nec dulcia.*] Videri poterit Seneca extrema Epiſtola XII. *Nec dulcia differ in annum.*] Statim utere.

24. *Vixiſſe libenter.*] Quia ubique licet bene vivere.

26. *Non locus effuſi late maris arbiter.*] Non urbs, neque tota terra (quæ ſuo ſitu & arbitrio maris undas arcet) ſed ſola animi tranquillitas beatum efficit.

27. *Cælum non animum.*] Verſus proverbialis adverſus eos, qui mutatis ſedibus vitam moreſque ſubito ſe mutaturos credunt. Et eleganter in Demoſthenem Æſchines, *Οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξας.*

Quem

Strenua nos exercet inertia: navibus atque
Quadrigis petimus benè vivere. quòd petis, heic eſt:
Eſt Ulubris, animus ſi te non deficit æquus.

Quem locum cum Horatiano hoc comparans diligenter expendit P. Victorius, lib. XVIII. cap. XIII. Nec diſſimile illud Poëtæ:

——— *Patriæ quis exul,*
Se quoque fugit?

Torrent.

Cælum non animum mutant, &c.] Clima cœli, non mores mutant, qui, &c.

28. *Strenua nos exercet inertia.*] Eodem modo *inquietam inertiam* dixit, & quænam illa eſſet oſtendit Seneca lib. De tranquillitate vitæ c. XII. qua nempe laborant omnes, quibus neque otii, neque negotii ratio conſtat. Eaque de re extant verſus aliquot Enniani perpetua digni memoria apud Gellium lib. XIX. cap. X.

Otio qui neſcit uti plus negotii habet
Quam cum eſt negotium in negotio. Torr.

Strenua nos.] Vehemens ſtultitia. *Navibus atque Quadrigis.*] Hoc eſt, ſumma feſtinatione ſummoque ſtudio, ſi quid in patria ægre eſt, alio migramus & fugimus, quaſi bene ibi victuri, ſed non fugimus nos ipſos, hoc eſt, affectus animi cupiditateſque. *Cruquius.* Simile illud Juvenalis Sat. X.

——— *Undique ad illos*
Conveniunt & carpentis & navibus omnes.

Adde quod *equis viriſque* dicebant veteres. *Torr.* *Navibus atque Quadrigis.*] Terra marique.

29. *Quadrigis.*] Equis. *Quod petis.*] Bene beateque vivere, domi eſt patria.

30. *Eſt Ulubris.*] Alludit eo Cicero non ſemel ad Trebatium, & Juvenalis Sat. X.

——— *Vaſa minora*
Frangere pannoſus vacuis ædilis Ulubris.

Incolæ *Ulubrani* & *Ulubrenſes.* Torrent. *Eſt Ulubris.*] Eſt quovis in loco, etiam obſcuro, ut Ulubris vico deſerto in Campania. *Æquum.*] Animus tranquillus ſine perturbatione.

EPISTOLA XII.

Ad ICCIUM.

Iccio eas eſſe facultates dicit, quibus ſi recte fruatur, ne ab ipſo quidem Jove ditiorem effici poſſe: innuens, nimirum, tantum eſſe divitem unumquemque, quantum rebus utitur. Ejus exemplo mirum debere videri quod de Democrito narratur. Suadet illi, ut Groſphum in familiaritatem ſuam recipiat. Quo in ſtatu ſint res Romanæ, certiorem facit.

FRUCTIBUS *Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci,*

Si

Viri hujus, quiſquis ille fuerit, nomen varie ſcribitur: quemadmodum & libro I. Od. XXIX. nam eundem eſſe vel ex eo conſtat, quod eum ſtudio quidem Philoſophiæ deditum fuiſſe, & hic & illic narret Horatius; ſed qui propoſitum non urgeret. Inter alias igitur ſcripturas, cum etiam Itiium *repererim; rejectis ceteris nihil dubito quin* Itius *appellandus ſit, ob veterem* L. ITI *denarium, unde Itiam gentem Romanam fuiſſe manifeſtum eſt.* Torrent.

1. *Fructibus Agrippæ Siculis.*] Itium M. Agrippæ in Sicilia procuratorem fuiſſe volunt interpretes; & ſane tale aliquid excogitandum eſt, niſi quis for-

ro

Si rectè frueris, non eſt ut copia major
Ab Jove donari poſſit tibi. tolle querelas.
PAUPER *enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.*
Si ventri benè, ſi lateri eſt, pedibuſque tuis: nil
Divitiæ poterunt regales addere majus.
Si fortè in medio poſitorum abſtemius herbis

Vivis,

te coactorem vocare malit, aut conductorem potius: nam mancipis & publicani nomen ad res populi Romani tantum pertinet. *Torrent. Quos colligis.*] Quos ut coactor ab Agrippa conſtitutus ex agris fructuariis in Sicilia colligis.

2. *Si rectè frueris.*] Hoc eſt, ſi vere, ſi large. nam conſideranda verbi proprietas eſt. Plus enim eſt *frui* quam *uti*, ut ex Juriſconſultorum ſcriptis notum eſt: qui *fructum* ab *uſu* diſtinguunt, quandoquidem fructui & uſus ineſt, uſui vero fructus deeſt. Et ceteri quidem auctores his vocabulis fere promiſcue utuntur; hoc tamen loco admonitum eſſe Lectorem oportuit, ut, quod nunc ait Horatius, differat ab eo, quod mox ſequitur, *Si forte in medio.* Meo enim judicio totius loci ſententia eſt: Si ſorte iſta, quæ Agrippæ beneficio obvenit, vere frueris, ut appoſitis paratiſque frui liceat; vix majorem copiam à diis immortalibus optare poſſis. quare ne audire quidem te de paupertate conquerentem velim: pauper enim dici nequit, qui nulla re neceſſaria careat. Quod ſi etiam firma corporis conſtitutio accedat, ne Regum quidem divitiæ potiores habendæ ſint. Sin vero in tanta copia ita abſtines, ut ſine vini uſu, herbis, & quidem his quoque quibus pro alimento vix quiſquam utitur, contentus ſis; ſic deinceps quoque perges vivere, tametſi totus aureus efficiaris, ſive quod illa vitæ auſteritas tibi indita eſt ipſa natura, quam pecunia non facile immutat; ſive quod ita ex Stoïcorum diſciplina te jam comparaſti, ut dempta ſola virtute, cetera negligas atque contemnas. Ex quibus omnibus infertur nullum Itio relinqui querelæ locum, & habenti quod ſatis eſt, & æque frugaliter victuro, quamvis multa plura aſſequatur. *Torrent. Non eſt ut.*] Fieri nullo modo poteſt ut, &c.

3. *Tolle querelas.*] Omitte querelas paupertatis.

4. *Pauper enim non eſt.*] Paupertatem dici volunt Philoſophi κατ' στέρησιν, ſive *per privationem*, ut nos loquimur: non qui habet igitur, ſed qui non habet, *pauper* appellandus eſt, quinimo optimus divitiarum modus primum habere quod neceſſe eſt, ſecundo quod ſatis eſt. *Torrent. Cui rerum ſuppetit uſus.*] Cui nihil ad vitam deeſt.

5. *Si ventri bene.*] Si cibum & potum habeas, ſi non deſint ſtramina dormienti, ſi bene ſit pedibus, ut neque calceamenta deſint, nec equus quo veharis.

7. *In medio poſitorum.*] In medio poſita dicuntur, fortunæ bona, quibus ſine diſcrimine licet omnibus uti. *Cruquius. Poſitorum abſtemius herbis.*] Si tu in medio appoſitorum eduliorum abſtinens & ſobrius vivas herbis & urtica, id eſt, tenui & parco victu. *Abſtemius.*] Non placet hic aliarum etiam rerum, quam vini abſtinentem, *abſtemium* dici, per κατάχρησιν, ut ajunt Grammatici: proprie enim uſus eſt, ſignificans Iriuum aqua & oluſculis victitaſſe. Eſt autem *abſtemius*, teſte Quinctiliano, vox compoſita, ab abſtinentia & temeto dicta. *Herbis Vivis & urtica.*] Satis erat *herbis* dixiſſe; *urticam* addit, ut majorem victus vilitatem notet, herbam nominans agreſtem, medicis quam coquis notiorem. Mira autem

quarum-

Viвis, & urtica: ſic vives protinus, ut te
Confeſtim liquidus Fortunæ rivus inauret:
Vel quia naturam mutare pecunia neſcit,
Vel quia cuncta putas una virtute minora.
Miramur, ſi Democriti pecus edit agellos,
Cultaque, dum peregrè eſt animus ſine corpore velox;
Quum tu inter ſcabiem tantam & contagia lucri
Nil parvum ſapias, & adhuc ſublimia cures:
Quæ mare compeſcant cauſſæ: quid temperet annum:
Stellæ ſponte ſua, juſſæne vagentur & errent:
Quid premat obſcurum Lunæ, quid proferat orbem:

Quid

quorundam veterum Philoſophorum abſtinentia, ita ut *dipondii* vocarentur, qui vix duos in diem aſſes abſumerent. *Torrent.*

8. *Sic vives protinus.*] Dictio *protinus*, pro quo etiam *protinis* & *protinam* antiqui dixere, idem quod *porro*, *inſequenter*, ac *ſine intermiſſione*. Vult igitur Horatius Itium, cui tam parum ſufficiat, & alioqui jam nihil deſit, plura appetere non debere. *Torrent. Protinus.*] Deinceps.

9. *Inauret.*] Ut te divitem faciat. Alludit fortaſſe ad Midæ fabulam.

10. *Vel quia naturam.*] Natura pecuniæ in uſu eſt, eaque non prius interit, quam in uſu eſſe & fœnore deſiit; idcirco mutare ſuam naturam neſcit, ſed majori ſemper major accedit, non minus quam unda ſupervenit undæ. Quare ſi pergat Iccius frugaliter vivere, quia putat cætera virtute minora, fore dicit, ut ex eo vel invito & inſcio majoris continenter ex fructibus acceſſione pecuniæ, totus fiat aureus. Hæc nimirum Cruquii opinio eſt, nimirum ut ſupra τὸ *naturam* intelligamus, tuam, quod non fieri poteſt ſine nota avaritiæ, quam ſapientis eſt fugere in amici commendatione, vel multa ironicῶs accipienda erunt. *Naturam mutare pecunia neſcit.*] Sic in Epodis:

Licet ſuperbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus. Torrent.

11. *Minora.*] Inferiora.

12. *Miramur ſi Democriti.*] Negat tantopere in Democrito admirandum eſſe ardens illud Philoſophiæ ſtudium; cui liberius vacaret, & oculis ſe privavit, & patrimonium neglexit, & agros incultos deſeruit; poſtquam repertus ſit Itius, qui, quod multo præclarius eſt, nec rei familiaris curam abjiciat, & pari tamen ardore Philoſophiam capeſſat. quo equidem rideri Itium crediderim. *Torrentius. Miramur.*] Nunquid miramur?

13. *Cultaque.*] Rura illius. *Dum peregre.*] In rerum magnarum contemplatione occupatus. *Velox.*] Nihil eſt cogitatione velocius.

14. *Inter ſcabiem tantam.*] Inter pecuniæ ſtudium, cujus contactus non minus quam ſcabies mordet ac ſerpit.

15. *Sublimia.*] Res arduas.

16. *Mare compeſcant.*] Ne effundatur latius & terras obruat. *Quid temperet annum.*] Quæ res annum gubernet, ut per quatuor temporum commutationes certo fluat.

17. *Juſſane.*] Alicujus juſſu.

18. *Quid premat.*] Quæ cauſa Lunam condat, vel claram faciat, & plenam.

19. *Rerum concordia diſcors.*] Simili figura dictum in Epiſt. ad Piſones:

Ut

Quid velit & poſſit rerum concordia diſcors:
Empedocles an Stertinium deliret acumen?
Verùm, ſeu piſceis, ſeu porrum, & cepe trucidas,
Utere Pompejo Groſpho, &, ſi quid petet, ultrò
Defer. nil Groſphus, niſi verum, orabit, & æquum.
VILIS *amicorum eſt annona, bonis ubi quid deeſt.*
Ne tamen ignores, quo ſit Romana loco res:
Cantaber Agrippæ, Claudî virtute Neronis
Armenius cecidit. jus imperiumque Phraates
Cæſaris

Ut gratas inter menſas ſymphonia diſcors. Torrent.

Concordia diſcors.] Mundus inferior, qui conſtat ex quatuor elementis inter ſe pugnantibus.

20. *Empedocles.*] Quum tu ſcire cures utrum Empedocles an Stertinius deliret. *Stertinium deliret acumen.*] Ita & noſtri codices, non *Stertinii*, ut ante legebatur. Hic autem ille *Stertinius* ſapientum octavus, de quo l. II. Sat. III. De Empedocle vero nihil attinet dicere, niſi quod eum Stertinio comparans Horatius, non eruditionem ejus atque ingenium, quæ in illo viro ſumma fuere, ſed exitum deridet. nam cum *ardentem frigidus Ætnam inſiluit*, vel hac ſola inſania Stertinium, quem ubique notat Horatius, longe ſuperavit. *Torrent.*

21. *Verùm ſeu.*] Sive ſumptuoſe, ſive tenuiter vivis. *Seu piſceis, ſeu porrum.*] *Piſces* delicatorum menſis conveniunt, eorumque qui opibus fruuntur: *porrum* & *cepe* pauperum epulæ ſunt, ut eorum qui exercendæ abſtinentiæ cauſſa paupertatem æmulantur. Eleganter etiam *trucidandi* vocabulo, non minus de porro & cepe, quam de piſcibus uſus; tamquam in illis quoque, ut in Pythagoræ faba, majorum animæ continerentur. *Torr.* *Piſces.*] Obſonium cariſſimum. *Seu porrum & cæpe.*] Seu nihil aliud occidis in cœnam, niſi porrum & cæpe. Impropria eſt vel Ironica locutio.

22. *Pompejo Groſpho.*] Ad hunc extat Oda XVI. lib. II. *Pompejo Groſpho.*] Qui fuit Horatii amicus. *Ultro.*] Non rogatus offer.

23. *Niſi verum.*] Niſi juſtum.

24. *Vilis amicorum.*] Facile, inquit, ac nullo pæne impendio comparantur amici, ubi bonis viris deeſſe aliquid cernitur. nam tales fere verecundi ſunt ac minime peraces; & (quod de Groſpho dixit) nil niſi æquum poſtulant. *Torrent.* *Vilis amicorum eſt annona.*] Parvo conſtant amici, cum viris bonis aliquid deeſt.

25. *Ne tamen ignores.*] Epilogus epiſtolæ, de ſtatu Romano, quem ſcribit indies amplificari, adjectis imperio hinc Cantabris, Agrippæ virtute, quod dicit in gratiam Icci, illinc fortitudine Claudii Neronis Auguſti privigni, Armenio Phraate ſubjugato. *Cruquius.* *Quo ſit loco.*] In quo ſtatu.

26. *Cantaber Agrippæ.*] Hanc Epiſtolam ſcripſit Flaccus: cum abſente Auguſto rebellantes à L. Æmilio iterum victi, ne ſic quidem conquieſcerent; tandem bello repetitos A.V.C. DCCXXIII. Agrippa perdomuit: eodem tempore, quo in Armeniam profectus Tiberius, regnum Tigrani reſtituit; cujus fama moti Parthi, reſtitutis ſignis, Cæſaris amicitiam ultro petivere; ac Phraates in regnum reſtitutus eſt, ut lib. II. Od. II. vidimus. *Phrahates* etiam legunt optimi codices. *Torrent.* *Cantaber Agrippæ.*] Gens Hiſpaniæ Agrippæ virtute cecidit, id eſt, devicta eſt.

27. *Jus imperiumque.*] Phraates rex

Perſa-

Cæſaris accepit genibus minor: aurea fruges
Italiæ pleno diffudit copia cornu.

Perſarum ſe parere velle dixit populi Romani legibus & imperio.

28. *Genibus minor.*] Nempe qui genibus advolutus ſupplex fieret. Recte igitus Plinius lib. XI. cap. XLV. *Hominis genibus quædam & religio ineſt obſervatione gentium. Hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, fortaſſis quia ineſt iis vitalitas* & Servius in illud Virgilii III. Æneid.

—— *Genua amplexus genibuſque volutans*
Hærebat. ——

Genua, inquit, *miſericordiæ conſecrata, ſicut frons genio, dextra fidei.* Torrent. *Genibus minor.*] Supplex & ad genua Cæſaris devolutus. *Aurea fruges Italiæ pleno.*] Similis frugum abundantia lib. IIII. Od. V. *Nutrit rura Ceres.* De *Copia cornu* vero, quo ubertas & affluentia ſignificatur, duplex extat hiſtoria; nam utrumque, & illud quod Acheloi fronte detractum ab Hercule nymphæ omni genere florum atque frugum replevere; & illud quod capræ Amaltheæ Jovis nutricis fuiſſe fertur, unde nectar profluebat, pariter proverbio convenit, de quo vide præter alios Zenobium Parœmiographum. *Torrent. Aurea fruges.*] Benigna copia, ubertatis dea.

29. *Diffudit copia cornu.*] Fruges fudit de cornu pleno. Vide Oden 17. lib. I.

EPISTOLA XIII.

Ad VINNIUM ASELLAM.

A Vinnio petit, ut in offerendis Auguſto ſuis libris, & temporis & decoris rationem habeat.

UT proficiſcentem docui te ſæpe, diuque,
Auguſto reddes ſignata volumina, Vinni,
Si validus, ſi lætus erit, ſi denique poſcet:
Ne ſtudio noſtri pecces, odiumque libellis
Sedulus importes, opera vehemente miniſter.
Si te fortè meæ gravis uret ſarcina chartæ;

Abjicito

AD VINNIUM *ſcribo.* Vinia *enim gens Romana Prætoria: è qua* T. Vinius *imperante Galba, etiam ad Conſulatum provectus eſt. Cognomen autem* Vindex; *& hîc* Aſina: *quod etiam Corneliorum fuit, ut* Aſellio *Semproniorum, &* Aſellus *Claudiorum. Quanquam hunc Vinium ruſticum aliquem, & quidem Poëtæ in Sabinis vicinum fuiſſe crediderim: cujus nempe in mandatis ad amicos Romam deferendis opera uti conſueverat.* Torrentius.

1. *Ut proficiſcentem.*] Quemadmodum.

2. *Auguſto reddes.*] Ita reddes Auguſto mea volumina conſignata & ſigillo impreſſa.

4. *Ne ſtudio noſtri.*] Moderata ſit opera tua in nobis & libellis Auguſto tradendis. *Cruquius. Ne ſtudio.*] Ne nimio in nos ſtudio pecces.

5. *Sedulus importes.*] Nimiam diligentiam adhibens. *Opera vehemente.*] Quæ modum non ſervet. Terent. Heautont.

—— *Vehemens in utramque partem*
Menedeme es nimis.

quales qui ſunt, non tam agere id quod agunt, quam ſatagere videntur. *Torrent. Miniſter.*] Quaſi miniſter.

6. *Sarcina chartæ.*] Librorum ſarcina.

Abjicito potius, quàm quò perferre juberis
Clitellas ferus impingas, Aſinæque paternum
Cognomen vertas in riſum, & fabula fias.
Viribus uteris per clivos, flumina, lamas.
Victor propoſiti ſimul ac perveneris illuc,
Sic poſitum ſervabis onus: nè fortè ſub ala
Faſciculum portes librorum, ut ruſticus agnum;
Ut vinoſa glomos furtivæ Pyrrhia lanæ;
Ut cum pileolo ſoleas conviva tribulis.

Ne

7. *Abjicito.*] *Abicere* fere ſcribunt optimæ notæ chirographa, ut *reicere*, *proicere*. Monet autem ut ſarcinam abjiciat potius, ſi gravem ſibi eſſe ſentiat, quam ut eo loci, quo ire juſſus ſit, eam feri more laſſus excutiat: tanto magis ridendus, quod tale parentum cognomen ferat. Jam vero *ferum* etiam abſolute de equo dici, ut hîc de *Aſino*, alibi notaſſe memini: niſi pro agreſti interpretari malis. *Torrent.*

8. *Clitellas ferus impingas.*] Ne tamquam ſtupidus ſub onere meorum librorum corruas, élitellas aſini more in terram impingendo, idque in Auguſti oculis, cum ei libros tradas. *Aſinæque paternum.*] Cognomen patris erat Aſina.

9. *Et fabula fias.*] In ora hominum pro ludibrio venias.

10.' *Viribus uteris.*] Ut quo vis, pervenias. *Per clivos.*] Per Romam clivoſam, id eſt, ſepticollem. *Lamas.*] Vetus Lexicon ſic habet: *Lama*, πηλώδεις τόποι. qualia ferarum, maximè aprorum lustra: à quibus ſordibus etiam proſtibula *luſtra* appellantur. Sunt qui *Lema* ſcribendum putant à Græco λαιμὸς: quo verbo etiam vorago ſignificatur. *Torrent.* *Lamas.*] Lacunas majores continentes aquam pluviam, vel fluviorum foſſas.

11. *Victor propoſiti.*] Poſtquam itinere confecto, ſuperaveris & eviceris viæ difficultates tibi propoſitas, & iter confeceris. *Cruquius.* *Victor propoſiti.*] Compos voti. *Illuc.*] Ad ædeis Auguſti.

12. *Sic poſitum ſervabis onus.*] Poſtulat lepor Poëtæ, qui eſt incredibilis in hac Epiſtola, reſcribi, *Sepoſitum ſervabis onus.* Cum, inquit, eo perveneris, ſepones onus, neque ridicule ſub ala geſtabis: ne aulicis, & ipſi, quem adis, principi, riſum debeas. *Heinſius.* *Sic poſitum.*] Hoc modo, id eſt, decoro geſtu libellos meos in manibus tuis tenebis. *Ne forte ſub ala.*] Ut non ſub brachio in oculis omnium libros meos pones, ſicut ruſticus ſub ala portat agnum, vel ut Pyrrhia, temulenta, portat glomos, id eſt, ſphærulas ex filo lanæ; vel, ut conviva domum rediens bene potus, pileum & calceos geſtat ſub brachio.

14. *Ut vinoſa glomos.*] Libri duo *globos*, plures *glomos* habent. Dicitur etiam *glomus glomeris*; unde *glomeramina* Lucretio, & verbum *glomerare* Ovid. 14. Met.

— *Lanam glomerabat in orbes.*

Vinoſa autem proprium aniculæ bibacis epitheton eſt: nec dubito quin locus iſte ex Mimo aliquo deſumtus ſit. *Torrent.*

15. *Cum pileolo ſoleas.*] Videnda quæ ſcripſimus ad illum Satyræ ultimæ locum, *& ſoleas poſcit.* *Tribulem* quoque *convivam* vocat humilem ac plebejum; ut vicini fere & qui ejuſdem tribus ſunt, convenire ſolent. Turneb. libro 7. capite 11. & libro 28. capite 33. *Torrentius.* *Tribulis.*] Vicinus ex eadem tribu.

16. *Ne*

Ne vulgò narres te ſudaviſſe ferendo
Carmina, quæ poſſunt oculos aureiſque morari
Cæſaris. oratus multa prece nitere porrò.
Vade, vale, cave ne titubes, mandatáque frangas.

16. *Ne vulgo narres.*] Tu oratus multa prece, ne vulgo narres te multum laboraſſe, feſtinumque fuiſſe in tradendis Cæſari carminibus, quæ & illum legentem & audientem vehementer afficient. id eſt, verſus aut polite mordaceis; aut ne mali alicujus ſuſpicionem moveant. *Cruquius.*

17. *Morari.*] Delectare.

18. *Nitere porro.*] Et celeritatem hoc verbo & diligentiam exigit; cum & pro volare & pro vehementer allaborare veteres dixerint. exempla plurima apud Nonium. *Torrent.* *Nitere porro.*] Da operam.

19. *Ne titubes.*] Cave ne offendas & in dictis ſis inconſtans.

EPISTOLA XIV.

Ad Villicum ſuum.

Villici ſui deſiderium reprehendit, cupientis ob lupanaria & popinas in urbe vivere, & interim inconſtanter faſtidientis rura, quæ antea tacita prece petiiſſet. Cur autem contra vitam ruſticam urbanæ præferat, exponit. Sed illum more hominum facere dicit, ut alienam ſortem ſuæ præferat.

VILLICE *ſylvarum, & mihi me reddentis agelli,*
Quem tu faſtidis, habitatum quinque focis, &
Quinque bonos ſolitum Bariam dimittere patres:

Cer-

1. *Villice.*] Notum omnibus, familias partim urbanas fuiſſe, partim ruſticas: unde & ſervi vel urbani vel ruſtici appellabantur, plerumque quidem vel loci vel officii ratione diſtincti, ſed præcipue judicio atque arbitrio dominorum. Verum inter ruſticos proprie is dicebatur *villicus*, qui ceteris præerat, atque agriculturam & operas curabat, ut in urbe res fere heriles omnes *diſpenſator*: nam cui ædium cura & cuſtodia commiſſa erat, *inſularius* vocabatur. Qua de re Cajus, lib. XCIX. De leg. III. *Torrent.* *Villice ſylvarum.*] Villicus is dicitur, cui reliqui ſervi in agris colendis obſequuntur. Angl. *a Hine or Bailiffe of Husbandry.* *Reddentis agelli.*] Animum meum reficientis.

2. *Quem tu faſtidis.*] Indignum ſane à ſervo id faſtidiri, quod herum ita reficiat, ut vitam ei debere videatur: nec vili ſufficere mancipio prædium, quod olim quinque diſtinctum focis Penatibuſque, totidem etiam publico vicinæ urbis conſilio patres emiſerit: ea ſcilicet tempeſtate, qua bina aut terna familiis jugera propriis culta manibus ſufficiebant. *Torrent.* *Quem tu faſtidis.*] Quem agellum quinque familiis diſtinctis habitatum.

3. *Bariam.*] *Variam* habent M. S. omnes, quam ſcripturam probo. ejuſdem enim nominis oppida & in Apulia & in Hiſpania legimus. nam quod ad Sabinos attinet, poſtquam alii auctores deſunt, veteres interpretes ſequi debemus: qui illic quoque *Variam* fuiſſe tradunt,

 olim

Certemus, ſpinas animóne ego fortiùs, an tu
Evellas agro, &, melior ſit Horatius, an res.
Me quamvis Lamiæ pietas & cura moratur
Fratrem mærentis, rapto de fratre dolentis
Inſolabiliter: tamen iſtuc mens animuſque
Fert, & amat ſpatiis obſtantia rumpere clauſtra.
Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum.
CUI *placet alterius, ſua nimirum eſt odio, ſors.*
Stultus uterque locum immeritum cauſſatur iniquè.

In

olim oppidum, poſt vicum tantum Anieni imminentem. De *Sabinorum* autem ſitu inter alios Plinius lib. III. cap. XII. Atque adeo nunc quoque inter Tibur & Præneſte locus eſt non incelebris, qui Italis *Vico varo* appellatur: quo fit, ut facilius credam Horatii villam ad octavum ultra Tibur lapidem fuiſſe: & quidem via Valeria, ſi veteri hic ſcholiolo credimus. Quin & incolas affirmantes audivi, extare adhuc ejus veſtigia in campo, quem hodieque *Horatinum* vocant. *Torrent.* *Bariam.*] Sabinorum oppidum. *Patres.*] Romanos Senatores, vel homines grandes natu ad lites in Baria diſcernendas.

4. *Certemus, ſpinas, &c.*] Viciſſim experiamur, an ego fortius ſpinas, mordaces curas, quæ animum cruciant & pungunt, ex animo meo evellam; an vero tu ſpinas, lappas, ſentes, ex agro meo alacrius exſtirpes, & eruas. Et utrum Horatius, ejuſque animus à vitiis melior & cultior, quam res, fundus & ager meus à ſpinis & ſentibus. *Lubinus.* *Certemus.*] Ego & tu. *Spinas animone.*] Curas quæ mentem pungunt.

5. *Et, melior ſit Horatius, an res.*] Plane [illegible] ſunt & ſupervacua, quæ de ſignificationibus vocis *rei* adferunt docti interpretes. Scribe *an rus*. *Tu evellis, inquit, ſpinas ex meo rure. ego evellam ex animo. Ita inter nos certemus, ac videamus, uter melior futurus ſit, an Horatius, qui ex animo ſpinas evellit, an rus ejus, è quo tu ſpinas evellis.* Heinſius. *Melior ſit Horatius, an res.*] Hoc eſt, meliorne ac cultior ſua ipſius cura atque opera, quam fundus ejus & poſſeſſio tua. Rei enim ſignificatio generalis eſt. Aliter tamen Lambinus. *Torrent.* *An res.*] An Agellus.

6. *Lamiæ.*] Duos Auguſti tempore *Lamias*, Lucium & Quinctium, quos fratres fuiſſe hic locus indicat. *Torrent.* *Lamiæ pietas.*] Ælii Lamiæ, de quo Od. 17. lib. 3. *Moratur.*] Romæ detinet.

7. *Rapto de fratre.*] Ob fratrem immatura morte ſublatum.

8. *Inſolabiliter.*] Ut nullum admittat ſolatium. *Iſtuc.*] In agrum.

9. *Fert.*] Ducit me. *Et amat ſpatiis obſtantia rumpere.*] Et cupit rumpere ſpatioſa clauſtra, id eſt, omnes moras & impedimenta præcidere. *Spatiis obſtantia rumpere clauſtra.*] Ducta ab equis Circenſibus metaphora. Circi enim ſpatia dicimus, & ipſam Circi planiciem, in quam è carceribus equi geſtiunt erumpere & decurſiones illas quæ ſingulis miſſibus ſeptenæ peragebantur. *Torrent.* *Spatiis obſtantia.*] Loci diſtantia & intercapedine ſejuncta. *Cruquius.* *Clauſtra.*] Repagula vel carceres.

12. *Stultus uterque.*] Et ſe & villicum ſtultitiæ reum facit; quoniam loco tribueret, quod ab animo petendum ſit. Demonſtrat tamen ſe conſtantiorem eſſe. *Torrent.* *Cauſatur inique.*] Criminatur locum, qui non meretur odium.

13. *Qui*

In culpa eſt animus, qui ſe non effugit umquam.
Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas:
Nunc urbem, & ludos, & balnea villicus optas;
Me conſtare mihi ſcis, & diſcedere triſtem,
Quandocunque trahunt inviſa negotia Romam.
Non eadem miramur: eò diſconvenit inter
Meque & te: nam quæ deſerta & inhoſpita teſqua
Credis, amœna vocat, mecum qui ſentit; & odit,
Quæ tu pulcra vocas. fornix tibi & uncta popina
Incutiunt urbis deſiderium, video; & quòd
Angulus iſte feret piper & thus, ocyùs uva:

Nec

13. *Qui ſe non effugit*] Vide lib. II. Od. XVI.

—— Patriæ quis exul,
Se quoque fugit?

Qui ſe non effugit umquam.] Qui loci commutatione curam non depellit, ſed eam ſecum fert perpetuo.

14. *Tu mediaſtinus.*] Ipſa vocabuli ratio demonſtrat, *mediaſtinos*, ab eo quod in medio omnibus expoſiti ſtarent ſic dictos, non certi alicujus officii ſervos fuiſſe, ſed varii ac multiplicis uſus, ac proinde ceteris fere viliores: quales qui in balneis thermiſque miniſtrabant. Hi enim, ſi Nonio ac Priſciano credimus, proprie olim hoc vocabulo comprehendebantur. quamquam uſu obtinuit, ut in ædibus quoque villiſque, qui communem præſtabant operam atque obſequium, ſic appellarentur. Horatius ſervum hunc ſuum, ex balneario factum villicum, iterum optare balnea & urbem fingit. Turneb. lib. 28. cap. 31. *Torrent. Tu mediaſtinus.*] Tu ſervus laborioſiſſimus & ad omnia fere miniſteria paratus, quaſi ſtans in medio petebas, &c. *Tacita prece.*] Servi decorum ſervat tacite optantis, quod ſi palam petat, fortaſſe vapulet. *Torrent.*

16. *Me conſtare, &c.*] Semper eundem eſſe. *Diſcedere triſtem.*] Rure diſcedere.

18. *Non eadem miramur.*] Non delectamur iiſdem. *Eo diſconvenit inter.*] Ideo non convenit.

19. *Inhoſpita teſqua.*] Hanc quidem ſcripturam ſervant libb. M. S. omnes: ſed *teſca* legendum eſſe, quaſi *tueſca* dicas, à tuendo, & Varro nos docuit, & ſequitur Feſtus. Vetus Lexicon *teſqua*, interpretaturque κεχερσωμένοι καὶ ῥαχώδεις καὶ ἔρημοι τόποι. Augures vero eadem ferme *teſqua*, quæ & *templa* vocabant, loca augurio deſignata, quorum termini cum fere rupibus ſilviſque ac montibus finirentur, factum inde ut inculta omnia ac deſerta *teſca* appellarentur. Exempla apud Feſtum. *Torrent. Teſqua.*] Loca aſpera, inculta & ſenticoſa.

20. *Mecum qui ſentit.*] Qui ſolitudinem amat, ſicut ego.

21. *Fornix tibi.*] Ganeum, lupanar. *Uncta popina.*] Popina omnibus obſoniis plena.

22. *Incutiunt.*] Injiciunt. *Et quod, &c.*] Hæc verba ſunt accipienda, quaſi à villico propter agri ſterilitatem pronuntiata.

23. *Angulus iſte.*] Sic contemtim ex perſona villici rus ſuum appellat; ubi ille quidvis potius, quam vinum naſci poſſe conqueritur, ipſe vini amans. *Torrent. Angulus iſte.*] Iſte ager Sabinus. *Ocyus uva, &c.*] Ocyus quam vinum, id eſt, nunquam feret vinum iſte ager.

 24. *Præ-*

Nec vicina ſubeſt vinum præbere taberna
Quæ poſſit tibi; nec meretrix tibicina, cujus
Ad ſtrepitum ſalias terræ gravis. & tamen urges
Jam pridem non tacta ligonibus arva, bovèmque
Disjunctum curas, & ſtrictis frondibus exples.
Addit opes pigro rivus, ſi decidit imber,
Multa mole docendus aprico parcere prato.
Nunc agè, quid noſtrum concentum dividat, audi.
Quem tenues decuere togæ nitidique capilli:
Quem ſcis immunem Cynaræ placuiſſe rapaci,
Quem bibulum liquidi media de luce Falerni;
Cœna brevis juvat, & prope rivum ſomnus in herba,
Nec luſiſſe pudet, ſed non incidere ludum.

Non

24. *Præbere taberna.*] Vinum ſuppeditare.

26. *Ad ſtrepitum ſalias.*] Ad cujus ſtrepitum in cythara vel tibia, tu ſaltes inſcienter, quaſi terræ inutile pondus. *Terræ gravis.*] Ruſtici ſalientis geſtum exprimit, ita, ut inviſam ob inexhauſtos labores, terram pedibus pulſare ac tundere videatur. vide l. III. Od. XVIII. *Et tamen urges.*] Non quod ita faceret villicus hoc addit Poëta: ſed quod operam abſenti hero jactitans, ita facere ſe mentiretur. *Torrent.* *Et tamen.*] Ironica eſt enumeratio operum villici, talia opera non omnino facientis. *Urges.*] Arva colis.

27. *Non tacta.*] Non culta. *Bovemque Disjunctum.*] Sic habent noſtra exemplaria, vix uno atque altero demto. atque ita legendum, quicquid dicat Lambinus. *Torrent.*

28. *Disjunctum curas.*] Bovem ab altero ſeparatum & otioſum paſcis. *Exples, &c.*] Collectis frondibus ſaturas.

29. *Addit opes.*] Rivus negotium tibi pigro exhibet.

30. *Multa mole docendus.*] Multis molibus, ſcilicet ſaxis, foſſis, aggeribus avertendus, ut prato parcat, id eſt, ut prato non noceat.

31. *Quid noſtrum.*] Si quid noſtram concordiam diſſolvat

32. *Quem tenues decuere togæ.*] Me, quem tenues togæ in juventute ornaverunt, &c. *Nitidique capilli.*] Capilli unguento delibuti.

33. *Quem ſcis immunem.*] De voce *immunis* diximus lib. IIII. Od. XII. Scire autem id villicum ait, qui hero antea in aliis etiam officiis ſerviverit. *Torrent.* *Immunem.*] Sine muneribus. *Rapaci.*] Avaræ amicæ, quales ſunt meretrices.

34. *Quem bibulum.*] Repetenda dictio *ſcis*. fuiſſe enim bibacem ſe, & quidem à medio ſæpe die, fatetur, qui nunc brevi cœna & ſomno in herba, procul ab amicæ complexibus, contentus ſit. *Torrent.* *Quem bibulum.*] Me, quem ſcis fuiſſe bibacem Falerni, &c.

35. *Cœna brevis juvat.*] Nunc me cœna brevis juvat.

36. *Nec luſiſſe pudet.*] Non pudet genio indulſiſſe, Venerique operam dediſſe. *Sed non incidere ludum.*] Sed pudet non abrumpere vitam intemperatam & libidinoſam. *Incidere ludum.*] *Ludum* vocat quicquid fert adoleſcentia. alia autem ætas alios mores poſtulat, ac prudenter Juven. Sat. VIII.

Breve

Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro morſuque venenat.
Rident vicini glebas & ſaxa moventem.
Cum ſervis urbana diaria rodere mavis:
Horum tu in numerum voto ruis. invidet uſum
Lignorum, & pecoris tibi calo argutus, & horti.
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

QUAM

Breve ſit quod turpiter audes. Torrent.

37. *Iſtic.*] Non rure.

38. *Limat.*] Recte quidem pro *deteris* Lambinus. Sed quomodo hoc oculus faciat, non ſatis video. quare ad limos maligni hominis oculos referre malim. nam & *collimare* dicimus; & Poëta verborum novitatem interdum amat, ut mox *venenare* dicit: totus enim locus ad faſcinationem ſpectat. *Torrent. Limat, non odio obſcuro.*] Maligno oculo atterit. *Morſuque venenat.*] Obtrectatione vel maledicentia.

39. *Rident vicini.*] Hoc eſt, tantum abeſt, ut vicini meis commodis invideant, ut etiam gaudeant, mihique congratulentur, opera ruſtica exercenti. *Cruq. Rident vicini.*] Vicini gaudent & rident me, &c.

40. *Cum ſervis urbana.*] At tu contra ruſticus mavis cum ſervis urbanis rodere diaria, id eſt, tenuiter vivere. *Urbana diaria rodere mavis.*] *Diarium*, inquit Lambinus, victus eſt diurnus. ſed ex JCtis diſcere debemus, verbo *victus*, quæ eſui, potui, cultuique corporis, atque adeo, quæ ad vivendum homini neceſſaria ſunt, contineri: *Diariis* vero alicui relictis, neque habitationem, neque veſtiarium, neque calcearium, ſed cibum tantum deberi. Eadem ergo *diaria*, quæ & *cibaria*. quæ quod certa fere menſura præberentur, inde & *demenſi* vocabulum venit. Qua de re pereruditè P. Victorius Var. lect. lib. I. cap. XXIII. Quod vero ait *cum ſervis*, non ſic accipiendum, quin & villicus ipſe ſervus ſit, ſed quod, ceteris ruri imperans, liber quodammodo cenſeri poſſit. *Torr. Diaria rodere mavis.*] Diarium eſt unius diei victus.

41. *Horum tu in numerum.*] Servorum urbanorum. *Voto ruis.*] Cum impetu & ſine ratione.

42. *Calo argutus.*] Scio quidem *calones* fere dici militum ſervos, auctore Feſto, Servio atque aliis; idque à ferendis ad caſtrorum uſum lignis, quæ κᾶλα vocabantur Græce: ſed neque ignoro Porphyrionem lib. I. Sat. II. à *kalando* id nomen deducere; eoque ſignificari velle ſervum, qui ad miniſterium alios vocet. quod huic profecto loco magis convenit; & ita locupletibus ſemper è familia adeſſe ſolet aliquis, qui kalatoris munere fungatur. Meo ſane judicio friget Horatius, niſi *calonem* urbani officii miniſtrum intelligamus, maxime cum *argutum* vocet. *Torrent. Calo argutus*] Servus verſipellis (qui ex urbe it lignatum foras) invidet tuæ felicitati in uſu lignorum, in uſu etiam pecoris & horti, quibus omnibus abundas.

43. *Optat ephippia.*] Similia illa, *aratro jaculari*, *bove venari leporem*. Quamquam huic Horatii dicto tunc potiſſimum locus eſt, cum, ut inquit Terentius, noſtri noſmet pœnitet. *Torrent. Optat Ephippia.*] Hoc carmine eleganter notavit Horatius vitium, quod naturaliter omnibus eſt inſitum, ut quippe ſemper alienam ſortem magis mirentur, ac ſuam contemnant ac faſtidiant, optent item inexperta, experta damnent.

QUAM *ſcit uterque, libens, cenſebo, exerceat artem.*

nent. *Eraſmus. Ephippia bos piger.*] Equorum ornamenta, vel cellas equis ad inſidendum impoſitas. Proverbium convenit in eos, qui ſui muneris functionem faſtidientes, alienam, ad quam ſunt inepti, exoptant.

44. *Quam ſcit uterque.*] Elegans Ciceronis ſenarius, Tuſc. I.

Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat.

Torr. *Cenſebo, exerceat artem.*] Judicabo ut uterque libens exerceat artem, quam norit, ut tu ruri colas agros: ut ille calo, tibi invidens, maneat in urbe.

EPISTOLA XV.

Ad VALAM.

Quòd Veliam & Salernum proficiſci cogitet, quæ ibi ſit hiems, & quale cœlum percontatur: ſed ſe non ita ſalubritatis rationem habere innuit, ut non etiam aliquam voluptatis habere velit.

QUÆ *ſit hiems Veliæ, quod cœlum, Vala, Salerni;*
Quorum hominum regio, & qualis via; (nam mihi Bajas

Muſa

Q*Uoniam in hujus viri nomine adhuc errari video; ſunt enim qui* C. Numonium, *aut* Nummonium, *ſunt qui* C. Numenium; *ſunt deinde qui* C. Vinonium *vocent, teſtor ex veteri denario, quem omni parte integerrimum ſervo (& appingendum curavit in antiquis Imaginibus Fulvius Urſinus) liquido conſtare nomen ei fuiſſe* C. Numonius Vaala. *Et gens quidem ipſe à* numo, *quod princeps ejus forte bene numatus eſſet, ſuum ut opinor nomen invenit: cognomen autem à* vallo *militari ſumtum eſſe ipſum numiſma demonſtrat; virtutis nempe cauſa datum ei, qui primus in ea gente ſic cognominatus eſt, quod hoſtile vallum fortiter oppugnaſſet.* Torrent.

1. *Quæ ſit hyems Veliæ.*] Hic longum eſt Hyperbaton uſque ad verſum 25. ut ſit ordo: Par eſt te ſcribere nobis, ac nos tibi credere quæ hyems ſit Veliæ, iſt eſt, quæ aëris qualitas in hyeme, &c. *Veliæ.*] *Velia*, olim *Helia* teſte Plinio lib. IV. cap. V. Græce Υ'έλας, à fonte quodam, ut ait Strabo, ſic nominata: aut quod nonnulli malunt Ε'λίας, quòd paluſtri loco ſita eſſet, nobilis Lucaniæ quondam civitas fuit, diſtans à Pæſto Orientem verſus P. M. XXV. contra Pontiam & Iſciam inſulas Oenotridas olim dictas, ut locum deſcripſit Plinius. Petrus Victorius Variarum lect. lib. XXXV. cap. XXIII. *Veliæ* etiam ac *Velienſium* non uno in loco mentio apud Ciceronem; & elegans Julii Hygini diſceptatio, quomodo dixerit Virg.

—— *Portuſque require Velinos.*

quum *Velia* Servio Tullio regnante, poſt annum amplius ſexcenteſimum, quam Æneas in Italiam venit, condita fuerit, apud Gellium lib. X. cap. XVI. *Torrent. Quod cœlum.*] An purum & ſerenum? an nubilum & pluvioſum? quale ſolet eſſe in locis paludoſis. *Cruquius. Salerni.*] Velia & Salernum ſunt oppida in Lucania.

2. *Quorum hominum regio.*] Quibus moribus ibi ſunt homines. *Nam mihi Bajas Muſa ſupervacuas Antonius.*] *Antonius Muſa* Euphorbi Jubæ Regis medici frater, Auguſti libertus, cum eum à gravi admodum ac periculoſo morbo liberaſſet, ingenti donatus pecunia, ſibi inſuper jus aureorum annulorum, & univer-

Muſa ſupervacuas Antonius, & tamen illis
Me facit inviſum, gelida quum perluor unda
Per medium frigus. ſanè myrteta relinqui,
Dictáque ceſſantem nervis elidere morbum
Sulfura contemni, vicus gemit, invidus ægris,
Qui caput & ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis, Gabioſque petunt & frigida rura.

Mutan-

univerſo ordini medicorum immunitatem vacationemque adeptus eſt. ſtatuam ei præterea Romani juxta ſignum Æſculapii ære collato poſuere. ſic enim Dio lib. LIII. Et quoniam cum calidis alii remediis nihil in Auguſto profeciſſent, ipſe illum frigidis maxime lotionibus, quas ψυχρολουσίας, vocant Græci, ſanavit: inde evenit ut aquis Bajanis calidis plurimum auctoritatis decederet & gratiæ. Qua occaſione Horatius, & ipſe valetudinis cauſſa Bajas ante adire ſolitus, nunc quoque ad mare ſe deſcendere velle oſtendit; ſed quoniam auctorem ſecutus Muſam frigidis uteretur, & ob id Bajis inviſus eſſet, alio ire conſtituit. Eaque de cauſſa de Velia & Salerno, Lucaniæ oppidis ultra Silarum amnem ad mare poſitis, tam ſollicite inquirit. *Torrent.*

3. *Muſa ſupervacuas.*] Antonius Muſa (Auguſti medicus clariſſimus) dicit aquas calidas Bajanas ad valetudinem meam non eſſe utiles. *Illis.*] Bajis.

4. *Me faciet, &c.*] Me odioſum reddit. Nam Bajæ mihi quodammodo ſunt iratæ, quod illarum aquis à me relictis, frigidis aquis jam utar per frigus brumale. *Quum perluor unda.*] Libri vetuſtiſſimi *quod perluor unda.* duo etiam *cum pervehor unda.* Torrent.

5. *Myrteta.*] *Murteta* habent vetuſtiſſimi codd. ut *Venus mureta* Romanis dicta. Spectat hoc autem ad amœnitatem, ut ad ſanitatem id quod ſequitur. utroque autem nomine in pretio olim Bajæ: & nunc quoque illæ myrtis abundant. *Torrent.* *Myrteta relinqui.*] Loca myrtis conſita apud Bajas aquis ſulphureis abundantia.

6. *Dictaque ceſſantem.*] Quæ dicuntur è nervis depellere morbum articularem. *Ceſſantem nervis.*] *Arthritidem* intelligo nervis incubantem, quæ quos afficit, deſidioſos ac ceſſatores facit. & ſane calidæ peculiariter nervis contractis proſunt. *Sulphura* quoque & *ſulpura* ſcribunt antiquiſſima exemplaria. *Torrent.*

7. *Sulfura contemni.*] Aquas ſulphuratas. *Vicus gemit.*] Vicus Bajanus moleſte feret. *Invidus ægris.*] Ægris odioſus.

8. *Qui audent.*] Nam præter vim propè intolerabilem ea perfuſione, partibus corporis malè affectis illatam, incertus eſt, de virium ſuarum reparatione. *Cruquius.* *Fontibus audent Cluſinis.*] Sunt qui aliter & diſtinguant & legant:

Qui caput & ſtomachum ſupponere fontibus audent,
Cluſinos Gabioſque petunt.

Non bene, ni fallor; neque enim de quibuſvis, puto, fontibus loquitur Poëta, ſed de aquis medicatis tantum, qualis teſte Plinio non procul à Teano Sidicino Acidula, & in Stabiano Denudia. neque Latine dixeris *Cluſinos* aut *Romanos petere* eum, qui Cluſum aut Romam proficiſci velit. *Torrentius.*

9. *Cluſinis.*] Aquis frigidis in Etruria, ſic nominatis a Cluſio Etruriæ oppido. *Gabioſque.*] *Gabii* olim oppidum, poſtea vicus media via Prænestina, apud

Mutandus locus eſt, & diverſoria nota
Præteragendus equus. quò tendis? Non mihi Cumas
Eſt iter, aut Bajas, læva ſtomachoſus habena
Dicet eques: (ſed equi frenato eſt auris in ore.)
Major utrum populum frumenti copia paſcat,
Collectóſne bibant imbreis, puteóſne perenneis
Dulcis aquæ: (nam vina nihil moror illius oræ:
Rure meo poſſum quidvis perferre, patique:
Ad mare quum veni, generoſum & lene requiro;

Quod

Strabonem: neque aquas illic ullas memorabiles invenio. Addiderit igitur hoc Horatius, quia non ψυχρολουσίας tantum, ſed omnia frigida, etiam victus & cæli ratione commendabat Antonius, Cluſium ideo & Gabios ablegans ægros. *Torrent.* *Gabioſque.*] Volſcorum urbem.

10. *Mutandus locus eſt.*] Ut medici conſilio aſſentiar, alium locum quam Bajanum me petere oportet. *Nota.*] Nota vel mihi, vel equo.

11. *Quo tendis?*] Hoc à noti diverſorii vel hoſpite vel caupone dictum finge: cui iratus Bajis, quod videlicet nocentes deprehenſæ ſint, reſpondet eques:

—— Non mihi Cumas
Eſt iter aut Bajas. ——

ad lævam interim equum detorquens. Roma enim Capuam ac Neapolim, indeque Veliam ac Salernum petentibus, ſinus Bajanus ad dextram eſt. Et ita quidem eques ipſe: ſed equus aurem in ore geſtat, eo iturus quo frænum vocet: quamvis ſpontis ſuæ ſi eſſet, Bajas peteret. *Torrent.* *Quo tendis?*] Verba ſunt Horatii, aut alius ad equum ſuum.

12. *Stomachoſus habena.*] Iracundus.

13. *Sed equi.*] Quid ſtomacharis? Equus non aure, ſed ore, in quo ineſt frænum, ſentit, quo ſit eundum. *Sed equi frenato eſt auris in ore.*] *Auris* perauræa. Et ſane veteribus *Auris* non tantum membrum ſignificaſſe videtur, ſed etiam capiſtrum, quod equis ad id religabatur, & inde κατ' ἀναλογίαν deductum *Auriga*, ut *Aureax* ἀπὸ τῆς *Aurea*. Porrò habenarum duo erant genera, *ut* & hodie: aliä ora frenabant, & *Aurea* ſeu *Orea* appellabantur: aliæ jumenta compeſcebant, ne disjungi poſſent, atque ea *Jungula* dictæ. *Meurſ. Crit.* 129.

14. *Major utrum.*] Repete verſ. 25. *Par eſt te ſcribere utrum, &c.* *Populum frumenti copia paſcat.*] In Velia vel Salerno.

15. *Collectoſne bibant imbres.*] *Collectos imbres* ciſternas lacuſque *jugis aquæ* puteis opponit: ita namque legere malim, quam *dulcis aquæ*. denique cauſſa redditur quare *puteos perennes* vocet; nempe quod *jugis aquæ fons*, ut alibi loquitur Poëta, in eis ſcaturiat. *Torrent.* *Collectoſne bibant imbres.*] Collectos in ciſternis. *Puteoſque perennes.*] Aquas fontanas jugiter promanantes.

16. *Nam vina nihil moror.*] Vina aquoſa, quæ in Velia & Salerno naſcuntur, non deſidero.

17. *Rure meo.*] Rationem addit cur illius oræ vina non magni faciat. *Torrent.* *Rure meo poſſum.*] Quum rure ſum. *Quidvis perferre patique.*] Quemvis cibum ac potionem.

18. *Ad mare quum veni.*] Quum veni in Campaniam aut Lucaniam prope mare. *Generoſum & lene*] Nobile vinum.

19. *Manet.*]

Quod curas abigat, quod cum ſpe divite mánet
In venas animumque meum, quod verba miniſtret,
Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ.)
Tractus uter plureis lepores, uter educet apros:
Utra magis piſceis & echinos æquora celent,
Pinguis ut inde domum poſſim Phæáxque reverti:
Scribere te nobis, tibi nos accredere par eſt.
Mænius, ut rebus maternis atque paternis
Fortiter abſumtis, urbanus cœpit haberi,
Scurra vagus, non qui certum præſepe teneret;
Impranſus non qui civem dignoſceret hoſte:

Quæli-

19. *Manet.*] Dimanet.

20. *Animumque.*] Vinum ſpiritus concalefaciens animi motus excitat.

21. *Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ.*] Id eſt, quod mihi juventutis commendationem apud illam tribuat. Vel quod me perinde ac juvenem commendatum illi reddat. Quod facit, ut æque ſim illi acceptus, ac ſi juvenis adhuc eſſem. *Steph.* *Commendet amicæ.*] Quod mihi vires præſtat ad Venerem.

22. *Tractus uter plures.*] Repete verſum 25. *Par eſt te ſcribere*, uter tractus, id eſt, utra regio Velina, an Salernina educet, id eſt, nutriat pl. lep. &c.

23. *Echinos æquora celent.*] Echinos marinos.

24. *Phæaxque.*] Unus Alcinoï juvenum, ut Epiſt. II. vidimus. *Torrentius.* *Phæaxque reverti.*] Nitidus ſplendiduſque, quales erant Phæaces, populi luxurioſi & voluptuarii.

25. *Accredere.*] Malim *adcredere* ambiguitatis tollendæ cauſſa, ut apud Lucretium lib. III.

—— *Facile hoc adcredere poſſis.*

Torrent.

26. *Mænius.*] Bene per æ diphthongum, ut lib. I. Sat. III. diximus. quamquam an hic idem ille *Mænius*, non facile dixerim. nam & *Mævius* non uno in codice ſcriptum repperi. Mirum autem tanta librorum conſtantia, quotquot ſaltem ego viderim, aut novam hîc Epiſtolam ad Valam inſcribi; aut ſaltem capitali littera, aut juſto intervallo ſequentia à præcedentibus ſeparari, præfixo in quibuſdam titulo: DE MAENIO GVLOSO ET IMPVDENTE. Nihil enim certius quam omnia cohærere. Mænii namque exemplo ridicule ſe defendit; qui domi ſobrius, ad mare cum venerit delicias faciat. *Torrent.* Vide Pet. Victorii Var. lect. lib. 4. cap. 6. *Ut.*] Poſtquam.

27. *Fortiter abſumtis.*] Impigre, ſtrenue, animoſe. Quamquam enim ex Ariſtotelis ſententia fortitudo nullum in pecunia locum habet; neque, ut *fortiter adire pericula* recte & proprie dicimus, ſic etiam *fortiter largiri pecuniam* aut *profundere*. Torrentius. *Fortiter abſumptis.*] Profuſe. *Urbanus cœpit haberi.*] Facetus, ad divitum menſas riſum movens.

28. *Scurra vagus.*] Qui per totam urbem vagaretur, modo hujus, modo illius divitis menſam ſectans. *Non qui certum præſepe teneret.*] Exponit quod dixerat *ſcurra vagus*: qui diverſos ſcilicet ſequeretur; non unum tantum, ut Mæcenatem Milius & Nomentanus. *Torrent.* *Præſepe teneret.*] Domum ſtatam aut menſam.

29. *Impranſus non qui.*] Qui exiſtens famelicus in omnes erat æque maledicus,

cus,

Quælibet in quemvis opprobria fingere ſævus:
Pernicies & tempeſtas, barathrumque macelli,
Quidquid quæſierat, ventri donabat avaro.
Hic, ubi nequitiæ fautoribus & timidis nil
Aut paullum abſtulerat, patinas cœnabat omaſi
Vilis & agnini, tribus urſis quod ſatis eſſet:
Scilicet ut ventres lamna candente nepotum
Diceret urendos correctus. Mænius idem
Quidquid erat nactus prædæ majoris, ubi omne

Verte-

cus. *Civem dignoſceret.*] *Dinoſceret* habent quinque exemplaria. *Torrentius.* *Hoſte.*] A perduelle, vel peregrino.

30. *Sævus.*] In confingendis in quemvis criminibus. Alii legunt *Certus*, id eſt, promptus, vel paratus fingere.

31. *Barathrumque macelli, &c.*] Devorator. Eſt enim barathrum profunda vorago.

32. *Quidquid quæſierat.*] Quicquid lucri fecerat. *Ventri donabat avaro.*] *Avarum* pro avido dixit: ut de Græcis,

—*Præter laudem nullius avari.* Torr.

Avaro.] Ventri multa cupienti.

33. *Hic ubi nequitiæ.*] Mænius, quum à nequitiæ fautoribus, (id eſt, luxurioſis) parum, & timidis, (id eſt, avaris) nihil auferret. *Nequitiæ fautoribus.*] Id eſt, luxurioſis: ſic enim *nequities* accipitur ad finem Sat. 2. lib. 2.

Illum aut nequities, aut vafri inſcitia juris, &c.

Torrent.

Et timidis.] *Timidos* vocat, qui ſcurræ nemini parcentis maledicentiam veriti, ut eam effugerent, elargiebantur aliquam offam Cerbero. male autem qui *timidis* legunt. *Torrent.*

34. *Patinas cœnabat omaſi Vilis & agnini.*] *Agninæ* legit & probat Turneb. lib. 6. cap. 25. & lib. 18. cap. 23. ut partim *omaſo*, partim *agnina*, quæ nullo apud veteres Romanos in pretio erat, ſe expleverit Mænius. neque ego ſcripturam eam improbo. Recepta tamen, *omaſi Vilis & agnini*, exemplarium numero vincit, & nihilo altera deterior eſt. *Torrent.* *Omaſi.*] Cibi plebei & viliſſimi.

35. *Agnina.*] Supple carnis.

36. *Scilicet ut ventres.*] Ita ut inopia & egeſtate correctus diceret, &c. *Lamna candente.*] *Lama* etiam interdum ſcribi reperias. *Torrent.* *Lamna candente.*] Lamina, id eſt, ferro candefacto, genere cruciatus. *Nepotum.*] Luxurioſorum.

37. *Correctus Mænius idem.*] Hæc recepta hactenus lectio utcumque ſubſiſtit. non modo enim tam vili patina contentum fuiſſe Mænium, ita ut avidiſſime veſceretur, ſignificat: ſed, perinde ac ſi mores jam plane correxiſſet, offenſum etiam nepotibus fingit; quorum perditiſſimos ventres candenti lamina urendos eſſe diceret. Verum M. S. longe aliter loquuntur; nempe hoc modo:

Diceret urendos correptus Beſtius. Idem
Siquid erat nactus.

idque ſummo conſenſu, ſaltem quod ad *Beſtii* nomen attinet; nam pro *correptus* in nonnullis *correctus* ſcriptum reperias; videndum omnino, an hinc quoque idonea aliqua ſententia elici poſſit. Quod non erit difficile, ſi ſub *Beſtii* perſona hominem inſigniter avarum intelligamus: qui, ſi eo nomine forte reprehenderetur, ipſe contra in nepotes invectus, quovis eos dignos eſſe ſupplicio exclamabat. *Torrentius.* Guil. Canterus Novar. lect. lib. 4. cap. 6.

39. *Ver-*

Verterat in fumum & cinerem: Non herculè miror,
Ajebat, ſi qui comedunt bona, quum ſit obeſo
Nil melius turdo, nil vulva pulcrius ampla.
Nimirum hic ego ſum. nam tuta & parvula laudo,
Quum res deficiunt, ſatis inter vilia fortis.
Verùm, ubi quid melius contingit & unctius, idem
Vos ſapere, & ſolos ajo benè vivere, quorum
Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis.

EPISTO-

39. *Verterat in fumum.*] Poſtquam omnia conſumſerat.

40. *Si qui comedunt bona.*] Si qui bona ſua prodige conſumunt. *Comedunt bona.*] Germana lectio eſt omnium veterum librorum teſtimoniis comprobata, & jam pridem à P. Victorio lib. Var. Lect. IIII. cap. VI. Græcorum exemplis defenſa. *Torrent.* Turneb. lib. 26. cap. 20.

41. *Nil vulva pulchrius ampla.*] *Vulvam* ſuillam dicit, veterum menſarum delicias, verùm cum tria ſint nomina ab auctoribus celebrata, *abdomen*, *ſumen*, & *vulva*, de quibus egregie Plinius libro VIII. cap. LI. & lib. XI. c. XXXVII. ea ſic explicat Hermolaus Barbarus, ut *abdomen* à *ſumine* non re, ſed voce tantum differat: illud antiquis, hoc recentibus magis, uſurpatum, pro ſuillis cum lacte mammis. At *vulva* ipſe uterus eſt, ejecto aut etiam edito jam partu: illa tamen melior, quam & *ejectitiam* appellabant; ut hanc porcarum. Bene igitur in Xeniis Martialis, de vulva:

Te fortaſſe magis capiet de virgine porca,
Me materna gravi de ſue vulva capit.

Torrent. *Nil vulva pulchrius ampla.*] Nil delicatius vulva ejectitia ſuis primiparæ.

42. *Nimirum hic ego ſum, &c.*] Talis ego ſum, inquit Horatius, cum multa non ſuppetunt, contentus ſum paucis etiam non optimis.

43. *Satis inter.*] Satis fortiter vilibus cibis famem explens.

44. *Unctius.*] Id eſt, pinguius, delicatius. Horat. de Arte,

Si vero eſt unctum qui rectè ponere poſſit.

Rectè *unctum* Horat. pro apparatè condito cibo dixiſſe videtur. Turneb. l. 18. cap. 11. *Unctius.*] Sumptuoſius. *Idem.*] Idem ego ajo.

45. *Vos ſapere.*] Vos eſſe vere ſapientes. *Bene vivere.*] Beate vivere.

46. *Quorum conſpicitur nitidis fundata pecunia villis.*] Villas Romanis duplices fuiſſe, nemo ignorat: alteram ad voluptatem, alteram ad fructum. Alteram, quam urbanam, alteram quam ruſticam dicebant. Ergo *nitidam villam*, & *ruſticam*, opponit. Ut ſupra, *nitidum hominem & ruſticum*. Hæc ergo mens Poëtæ eſt. Ego, inquit, Mænio ſum ſimilis. Quoties nihil aliud contingit, parvo hilare & jucunde vivo. Contra, ubi melius & unctius quid evenit, ſolos vos bene & jucunde vivere ajo, qui non in villarum fructibus, verum in ſplendore prætoriorum & luxu, pecuniarum veſtrarum ac rerum, fundamenta habetis: atque ibi uncte ac laute vivitis. *Heinſ.* *Nitidis fundata pecunia villis.*] *Fundum* Varro lib. IV. & Servius II. Georg. quod fundat quotannis multa, pecuniæque ſit ac pecudum fundamentum, dici tradidere; & venuſta tranſlatione Plautus Truculent. de amatore divite ac liberali: *Nunc is eſt*, inquit, *fundus nobis*. Ad hanc igitur vocabuli proprietatem reſpiciens Poëta, cum *nitidis fundatam villis pecuniam* dicit, firmas ſtabileſque divitias ſignificat; quales avitæ eſſe

eſſe ſolent: unde & prædiis optime caveri dicimus. *Fundi* autem appellatione ex Jctorum ſententia integrum aliquid continetur, hoc eſt, non ager tantum, ſed & ædificium. *Torrent.* Turneb. l. 27. cap. 16. *Nitidis fundata.*] In fructuoſis villis, agris, paſcuis, non in rebus, quarum quæſtus eſt incertus.

EPISTOLA XVI.
Ad QUINCTIUM.

Poſtquam agri ſui formam & ſitum Quintio deſcripſit, in eóque jucundè ſe vivere dixit, in ejus vitam inquirit, monetque ne ex rumore vulgi pendeat, ſed vir bonus eſſe, quàm videri malit. Deinde quis demum viri boni nomine dignus ſit, oſtendit.

NE percuncteris, fundus meus, optime Quincti,
Arvo paſcat herum, an baccis opulentet olivæ;
Pomíſne & pratis, an amicta vitibus ulmo:
Scribetur tibi forma loquaciter & ſitus agri.
Continui montes, niſi diſſocientur opaca
Valle:

HIc, *ni fallor*, Quinctus ille Hirpinus, *ad quem exſtat Od.* XI. *lib.* II. *Gens autem* Quinctia *antiquiſſima Alba Romam tranſlata, & omnibus honoribus functa; variis etiam diſtincta cognominibus, qualia* Capitolinus, Cincinnatus, Barbatus, Pennus, Claudus, Criſpinus, Flamininus. *Dicti autem* Quinctii *à prænomine* Quinctus, *ut à* Quinctiis Quinctilii, *ipſi quoque majorum gentium & honoribus clariſſimi.* Torrent.

1. *Ne percunteris.*] Hoc verbo deſignat Quinctium πολυπραγμονοῦντα τῶν ἀλλοτρίων κακῶν, id eſt, nimis in aliena mala curioſum indagatorem, quales fere ſunt præpotentes, qui nimia ſibi φιλαυτίᾳ pulchrè placentes in foro verſantur, otioſi ab animo, ecquid agant, quid meditentur, &c. *Optime.*] Εἰρωνικῶς ut illud Comicum, *ſalve bone vir.* Cruquius. *Ne percunteris.*] Ne forte inquiras.

2. *Arvo paſcat herum.*] Arvo ſativo, id eſt, ſegete & frumento. *Opulentet.*] Ditet aut locupletet dicere poterat: ſed novum vocabulum fingere maluit, quam hoc loco à proprietate diſcedere. Quia enim, ut pulcre Feſtus ait, omnes opes humano generi terra tribuit, *opulenti* proprie dicuntur terreſtribus rebus copioſi; & ſane Horatius, non niſi terreſtres hic opes enumerat. *Torrentius. Opulentet oliva.*] Me divitem faciat.

3. *Pomíſne & pratis.*] Mallem *an pratis*, ut in tribus M. S. nam quid *pratum* ſit, lib. II. Sat. IV. diximus. *Torrentius. An amicta.*] An & vini ferax. Ulmus dicitur vitibus maritari.

4. *Forma loquaciter.*] Forma & ſitus agri mei ſcribetur loquaciter, id eſt, ample. *Loquaciter.*] Quam aptè reſpondet hoc, verbo *percunteris:* loquacitas enim ſive garrulitas percontatori eſt propria, ut vulgo fertur,

Percontatorem fugito, nam garrulus idem eſt. Cruquius.

Et ſitus agri.] *Agrum* intellige, quam late ſe fundus extendit. nam *fundus* ipſa poſſeſſio eſt. *Torrent.*

5. *Continui montes.*] Fundum ſuum ita deſcribit, ut in valle ſitus fuerit: ad Orientem & Occidentem ventis pervius, à Septentrione vero & Meridie continuis ſeptus montibus; qui ſitus ſaluberrimus eſt. *Torrent. Continui montes.*]

Valle: ſed ut veniens dextrum latus adſpiciat Sol,
Lævum diſcedens curru fugiente vaporet.
Temperiem laudes. quid, ſi rubicunda benignè
Corna vepres & pruna ferant: ſi quercus & ilex,
Multa fruge pecus, multa dominum juvet umbra?
Dicas adductum propiùs frondere Tarentum.
Fons etiam rivo dare nomen idoneus, ut nec
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus;
Infirmo capiti fluit utilis, utilis alvo:
Hæ latebræ dulces etiam, ſi credis, amœnæ
Incolumem tibi me præſtant Septembribus horis.

Tu

tes.] Ager meus ſunt montes conjuncti, niſi quod ſeparentur valle interjecta. *Niſi diſſocientur.*] *Ni diſſocientur* habent plures & meliores codices. *Torrent.*

6. *Valle.*] Commentator, ait in Odis, nimirum 17. lib. I. hanc vallem nominari Uſticam: crediderim potius montem villæ Horatianæ propinquum dici Uſticam, eique ex oppoſito Lucretilem imminere montem, cujus eadem quoque ode mentionem facit. *Cruquius. Sed ut veniens.*] Ita tamen opaca eſt vallis, ut Sol exoriens aſpiciat latus dextrum vallis, occidens vero lævum tepefaciat.

7. *Vaporet.*] Vide Epod. III.

Nec tantus unquam ſiderum inſedit vapor
Siticuloſa Apuliæ. Torrent.

8. *Temperiem laudes.*] Cœli & agri temperiem merito laudaveris. *Benigne.*] Copioſe.

9. *Corna vepres & pruna ferant.*] Aut de inſitione loquitur; aut, quod malim, cum *vepres* dicit, dumos intelligit, quibus hortorum ſpatia ſeparabantur; prunis enim cornisque nunc quoque ut plurimum extruuntur. *Torrent.*

10. *Multa fruge.*] Dubitat Lambinus an *frugem* pro glande recte dixerit Horatius. ſed ſcrupulum illum Jcti nobis eximent: qui *frugem* pro reditu accipiunt, non ſolum eo qui ex frumentis & leguminibus, verùm etiam eo qui ex vino, aut ex ſilvis cæduis, aut cretæ fodinis aut lapicidinis capitur: quinimo *fruges* à *frumento* ſeparant. *Torrent. Multa fruge pecus, &c.*] Multa glande: per Acyrologiam.

11. *Dicas adductum propius.*] Dicere potes agrum meum tam eſſe amœnum, quam eſt Tarentum.

12. *Fons etiam rivo.*] *Fontem* hunc villæ ſuæ, quem ut purum & illimem, ut frigidum quoque & abundantem mirifice hîc commendat, & *rivi* nomen mereri ait; ipſe rivum nomine *Digentiam* appellat Epiſt. XVIII. *Rivum* autem non manu factum accipiamus, ſed qui naturali ſuo impetu fluat, ἀπὸ τȣ̃ ῥεῖν. *Torrent. Fons etiam rivo.*] Eſt etiam in agro meo fons tam uber, ut dignus ſit qui appelletur fluvius.

13. *Thracam.*] Thraciam. *Hebrus.*] Gelidiſſimum eſſe oportuit fontem, qui cum Hebro certare poſſet; quem Horatius in Odis *hiemis ſodalem* vocat, & *nivali compede vinctum* Epiſt. III. *Hebrus.*] Hebrus eſt magnus fluvius in Thracia.

14. *Fluit utilis.*] Nulla cauſſa eſt, cur hæc mihi ſcriptura diſpliceat, Plures tamen libri habent, *Fluit aptus & utilis alvo.* Torrent. *Utilis alvo.*] Salubris.

15. *Hæ latebræ.*] Agri mei.

16. *Septembribus horis.*] Autumni initium

tium

Tu recte vivis, ſi curas eſſe quod audis.
Jactamus jam pridem omnis te Roma beatum:
Sed vereor, ne cui de te plus quàm tibi credas,
Néve putes alium ſapiente bonóque beatum:
Neu, ſi te populus ſanum rectéque valentem
Dictitet, occultam febrem ſub tempus edendi
Diſſimules, donec manibus tremor incidat unctis.
STULTORUM *incurata pudor malus ulcera celat.*
Si quis bella tibi terra pugnata marique
Dicat, & his verbis vacuas permulceat aureis:
Téne magis ſalvum populus velit, an populum tu:
Servet

tium dicit, & illud *pomiferi grave tempus anni*, cùm nocentes corporibus Auſtros metuimus. *Torr. Septembribus horis.*] Autumno, quod tempus anni maxime eſt inſalubre.

17. *Tu recte vivis.*] Laudato rure & animi ſui ſecuritate, amicum monere incipit, ut, cum Romæ beatus ab omnibus audiat, ipſe aliorum de ſe opinionem cum ſua conferat, nec beatitudinem à virtute ſeparet: & Socrates expedita & compendiaria quadam via eos ad gloriam pervenire dicebat, *qui id agerent, ut quales videri vellent, tales etiam eſſent.* refertur à Valerio Maximo l. VII. cap. II. & Æſchyli de Amphiarao ſenarius laudatus:

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

Vir optimus vult eſſe, non viderier.

Torrent. *Quod audis.*] Quod audis de te, id eſt, quod diceris eſſe, nempe ſi talis ſis, qualem te fama teſtatur.

18. *Jactamus jampridem.*] Omnis Roma, id eſt, omnes nos Romani jactamus te eſſe beatum.

19. *Ne cui de te plus.*] Ne plus credas alicui multa de felicitate tua prædicanti. *Tibi credas.*] Quam conſcientiæ tuæ.

20. *Neve putes alium ſapiente bonoque beatum.*] Οὐκ ἔστιν ἕτερος τοῦ σοφοῦ καὶ ἀγαθοῦ μακάριος. Semper ſecundum Græcorum in Latinum mutat. *Heinſius.* *Alium ſapiente.*] Sic *alius Lyſippo*, pro quam Lyſippus. *Torrent.* *Alium ſapiente bonoque.*] Alium à ſapiente, id eſt, inſipientem.

21. *Neu, ſi te populus ſanum.*] Oſtendit hac comparatione æque graviter peccare & eos, qui falſa elati fama, ſua vitia diſſimulant ac curare negligunt, & eos qui præpoſtero pudore una diſcumbentium valere ſe fingunt, cum morbum ſentiant. res enim, quod ajunt, in nervum erumpit, magno & exiſtimationis & valetudinis diſpendio. ergò *quod ſis*, inquit ille, *eſſe velis.* Torrent.

22. *Sub tempus edendi.*] Circiter tempus edendi.

23. *Donec manibus.*] Donec febris tremore manuum ſeipſam prodat. *Unctis.*] Cibo unctis.

24. *Pudor malus ulcera celat.*] Vitioſus pudor, qui vetat facienda.

25. *Tibi terra.*] Bella abs te geſta.

26. *Dicat.*] Enarret. *Vacuas permulceat aures.*] Aures aſſentationi patentes.

27. *Tene magis.*] Nihil majus pro imperii incolumitate optare potuit, quam mutuam Auguſti ac pop. R. benevolentiam manere perpetuam. Bene etiam Theopompus Lacedæmoniorum rex, affirmante quodam, Spartam ideo eſſe incolumem, quod reges haberet imperandi gnaros; *Imo*, inquit, *& populum*

Servet in ambiguo, qui conſulit, & tibi & urbi,
Jupiter: Auguſti laudes agnoſcere poſſis.
Quum pateris ſapiens emendatuſque vocari,
Reſpondéſne tuo, dic ſodes, nomine? nempe
Vir bonus & prudens dici delector ego, ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras, ſi volet, auferet: ut ſi
Detulerit faſceis indigno, detrahet idem.
Pone, meum eſt, inquit: pono, triſtiſque recedo.
Idem ſi clamet furem, neget eſſe pudicum,
Contendat laqueo collum preſſiſſe paternum:

Mor-

llum regibus obſequentem. Torr. *Tene magis.*] Verba ſunt alicujus, Auguſto aſſentantis.

28. *Servet in ambiguo.*] In æquilibrio, ut dici ſolet, Græci *ἰσοῤῥοπίαν* vocant. Gredebant enim veteres Jovem res mortalium in trutina ponere, ut alibi loquitur Horatius, & veluti libra quadam penſitare. unde ὑψίζυγος à Græcis cognominatus eſt: quo referendum illud Virgilii:

Juppiter ipſe duas æquato examine lances
Suſtinet. —— Torrent.

Servet in ambiguo.] Utinam Jupiter ſervet in ambiguo, ut ſit ſemper incertum, utrum populus te (O Auguſte) velit magis ſalvum eſſe, an tu populum. *Qui conſulit tibi.*] A quo urbis proſperitas dependet. ita enim apud Suetonium Meſſala: *Quod bonum fauſtumque ſit tibi domuique tuæ, Cæſar Auguſte (ſic enim nos perpetuam felicitatem Reip. precari exiſtimamus) ſenatus te conſentiens cum pop. R. conſalutat patriæ patrem.* Potuit eo quoque reſpicere, quod priſci *Jovem* conſiliis, *Themidem* judiciis præeſſe crediderunt. *Torrent.*

29. *Auguſti laudes.*] Ad Auguſtum, non ad te pertinere.

30. *Sapiens emendatuſque.*] Quum pateris te ſapientem emendatumque vocari. *Emendatuſque.*] Sic *ad unguem factus homo* Lucilio. *Torrent.*

31. *Reſpondéſne tuo.*] Itane reſpondes, quaſi nominatim ſis appellatus? *Nempe.*] Perinde ac ſi dicat, neminem ita à ſe alienum, ut non malit bonus dici, quam malus; ſapiens quam ſtultus: negligere enim quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti. *Cruquius.* *Nempe.*] Concedo (inquit Horatius) non omnes ſapientis & boni viri appellatione delectari.

32. *Vir bonus & prudens.*] Conceſſio eſt. nam hæc à Quinctio dici, fingere debemus. atque ita Perſius:

—— Neque enim mihi cornea fibra, ut
Laudari metuam.

Sed urget Horatius, negatque tam levi & inconſulto judici, qualis populus, eſſe credendum,

—— Qui ſtultus honores
Sæpe dat indignis, & famæ ſervit ineptus. Torrent.

33. *Qui dedit.*] Sed populus inconſtans, qui, &c.

34 *Faſces indigno.*] Honorem. *Detrahet idem, &c.*] Idem populus adimet.

35. *Pone, meum eſt.*] Depone honorem, inquit populus.

36. *Idem ſi clamet.*] Si idem populus me furem, impudicum, parricidam eſſe criminetur.

37. *Contendat laqueo.*] Si pertinaciter dicat.

Mordeat opprobriis falſis, mutemque colores?
Falſus honor juvat, & mendax infamia terret.
Quem, niſi mendoſum & mendacem? vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum, qui leges, juraque, ſervat:
Quo multæ magnæque ſecantur judice lites:
Quo reſponſore, & quo cauſſæ teſte tenentur.
Sed videt hunc omnis domus & vicinia tota
Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.
Nec furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat
Servus: Habes pretium, loris non ureris, ajo.
Non hominem occidi. Non paſces in cruce corvos.

Sum

38. *Mordeat opprobriis falſis?*] Commovearene his falſis criminationibus? *Mutemque colores*] Ut male ſibi conſcii ſolent: & quidem varie, tum pallore, tum rubore confuſi. bene igitur *colores* dicit. Vult autem laudes & opprobria à ſapiente contemni; qui non ad aliorum opiniones, ſed ad rectæ rationis normam, vitam inſtituat. Recte itaque infert Horatius, neminem aut falſo honore delectari aut falſa terreri infamia; niſi qui ipſe vitioſus ſit, & alius quam ſit videri volens, perpetuo mentiatur. *Torrent.* *Mutemque colores?*] Et expalleſcam? minime verò.

40. *Mendacem.*] Alii legunt *Medicandum*, id eſt, medicamentis egentem; ſcilicet præceptis Philoſophicis imbuendum. *Vir bonus eſt.*] Ex opinione multitudinis.

41. *Qui conſulta patrum, &c.*] Qui Senatuſconſulta ſervat. Reſponſio eſt per Ironiam.

42. *Secantur.*] Finiuntur.

43. *Quo reſponſore.*] Sunt qui fidejuſſorem hoc nomine intelligunt, ſed male. *Sponſorem* enim appellamus, qui pro alio promiſerit: ſed nec verbum *reſpondere* apud ullum bonum auctorem, quod ſciam, pro *ſpondere* aut fidejubere accipitur. Paulo melius ergo alii, immutata nonnihil ſcriptura, eodem tamen ſenſu legunt, *Quo res ſponſore.* Sed eam tamen ego lectionem nuſquam hactenus repperi. Porro cum *reſpondendi* vocabulum proprie de conſultis dicatur, ut non uno in Sermonibus loco vidimus; unde & *reſponſa prudentum* appellata, quæ inſtar legum erant; nihil equidem dubito, quin *reſponſorem* pro conſulto dixerit Horatius, nove fortaſſis, ſed illi frequens, & certe non barbare; poſtquam verbum *reſpondere* ſic accipitur. *Teneri* quoque *cauſſas* dicit pro obtineri, quod frequentius eſt. *Torr.* *Quo reſponſore, &c.*] Quo Juriſconſulto conſilium dante, & quo teſte cauſæ obtinentur.

44. *Sed videt.*] Sed iſte, inquit, tuus vir bonus, tot nominibus commendatus, ſi fucum, ſi perſonam detrahas; ſi domeſticos, ſi vicinos, qui eum propiùs norunt, pro teſtimonio voces; longe alius eſt quam ſimulat. Oſtendit ergo neminem ex vulgi rumore judicandum. *Torrent.*

45. *Specioſum pelle.*] Extrinſecus bonum virtutis ſimulatione.

46. *Nec furtum feci.*] Aliam docet cautionem, ne in judicando facile aberremus. neque enim qui ſervili more pœnarum metu à peccato abſtinet; ſed qui virtutem amans mala vitat, bona perſequitur, hic ille eſt, quem quærimus & optamus. *Torrent.*

47. *Ureris, ajo.*] Non cæderis.

48. *Non hominem occidi.*] Servus di-

cat,

Sum bonus & frugi. renuit, negat atque Sabellus.
Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque
Suſpectos laqueos, & opertum milvius hamum.
ODERUNT *peccare boni virtutis amore.*
Tu nihil admittes in te, formidine pœnæ.
Sit ſpes fallendi: miſcebis ſacra profanis.
Nam de mille fabæ modiis, quum ſurripis unum:
Damnum eſt, non facinus mihi pacto lenius iſto.
Vir bonus, omne forum quem ſpectat, & omne tribunal,
Quan-

cat, Non, &c. *Non paſces.*] Reſpondet Horatius.

49. *Sum bonus.*] Servus loquitur. *Sabellus.*] *Sabelli* nomine Horatium patria Venuſinum intelligunt Grammatici. Sed dure nimis & infeliciter. Ego Ofelli, de quo Sat. II.
(-- *Abnormis ſapiens craſſaque Minerva.*) ſimilem hunc Sabellum fuiſſe crediderim, ætate illa quàm noſtra notiorem. In duobus etiam codicibus inveni *renuit negatque Sabellus*: ut fortaſſis *renuitque negatque* legendum ſit; aut *renuit negitatque*, quod nonnullis placere video. *Torrent.* *Sabellus.*] Horatius in agro ſuo Sabino exiſtens, negat te eſſe bonum, quod pœnæ metu, non virtutis amore abſtinueris à maleficio.

50. *Metuit foveam.*] Devitat foveam.

51. *Opertum milvius hamum.*] Occultum hamum: non deſinunt tamen hæ feræ rapaces eſſe, ſic tu. *Milvius.*] *Milvus* habent emendatiſſimi codices. Pulcre autem lupi, accipitris, milvi rapaciſſimorum animalium exemplo docet Horatius, neque illa rapacitatem exuere, cùm inſidiarum metu arceantur à præda, neque nos injuſtos & improbos eſſe deſinere, cum, animo mali, non ſponte, ſed timore in officio continemur. *Torrent.*

52. *Oderunt peccare.*] Vilia omnia ſceleraque habent odio, ad virtutem vel naturæ ductu, vel recta inſtitutione propenſi. *Cruquius.* *Virtutis amore.*] Hoc eſt quod, ſi Plutarcho credimus, dicere ſolebat Xenocrates, eo diſtare Philoſophos ab aliis, quod ipſi ſponte facerent, quæ ceteri metu legum inviti. *Torrentius.*

53. *Tu nihil.*] Quinctium pro quovis è populo alloquitur: non quod illum talem eſſe pronuntiet. Convenit autem huic loco illud Senecæ Ep. CXVI. *Honeſta quamdiu illis ſpes ineſt aliqua, ſequimur: in contrarium tranſituri ſi plus ſcelerata promittant.* Torrentius. *Tu nihil admittes in te.*] Tu autem à peccato te abſtinebis.

54. *Sit ſpes fallendi.*] Si ſperes fore, ut lateat maleficium. *Miſcebis ſacra profanis.*] Bonorum, & malorum diſcrimen tolles.

55. *De mille fabæ modiis.*] Verum eſt quod ait Horatius, eum qui de mille modiis unum tantum ſuffuretur, quo tutus lateat, non quin totum mente appetat, æque facinoroſum & ſceleſtum videri, ac ſi totum raperet. *Torrent.*

56. *Damnum eſt, non.*] *Damnum* autem *lene* interpretor; quod quia exiguum, leniter feras. ut lib. II. Od. XIX.

—— *Tectaque Penthei*
Dejecta non leni ruina. Torr.

Damnum eſt, &c.] Iſto pacto damnum eſt mihi levius, non facinus admiſſum. Contra Stoïcos qui dicunt omnia peccata eſſe æqualia.

57. *Vir bonus omne forum.*] Nova iterum adverſus falſam vulgi juſtitiam cautio, ne temere illis credamus, qui

 ſuper-

Quandocunque Deos, vel porco vel bove placat,
Jane pater, clarè, clarè quum dixit, Apollo;
Labra movet, metuens audiri: Pulcra Laverna
Da mihi fallere: da juſto ſanctóque videri:
Noctem peccatis & fraudibus objice nubem.
Quî melior ſervo, quî liberior ſit avarus,
In triviis fixum quum ſe demittit ob aſſem,
Non video. nam qui cupiet, metuet quoque porrò:
QUI *metuens vivit, liber mihi non erit unquam.*
Perdidit arma, locum virtutis deſeruit, qui,

Sem-

ſuperſtitione probitatis laudem affectant, quo ſecuriores injuſtitiam exerceant; aliud ſummis labris, quàm mente agitent, proferentes. *Spectare* autem pro ſuſpicere & admirari dixit. ut Epiſtol. VI.

Gaude quod ſpectant oculi te mille loquentem. Torrent.

Vir bonus.] Non vere, ſed opinione vulgi.

59. *Jane pater.*] Macrobius Saturn. lib. I. cap. XVII. *Janum*, inquit, *patrem vocamus Solem ſub hac appellatione venerantes.* An ergo idem numen & Jani & Apollinis nomine ſalutat Horatius? Vide quæ notavi lib. II. Sat. VI.

Matutine pater. ———

Torrent. *Jane pater, clare, &c.*] Poſtquam hæc clara voce pronuntiavit, O Jane, &c.

60. *Labra movet.*] Summiſſa voce loquitur, nolens ea audiri ab aſſiſtentibus quæ ſecum precatur, ſic, O pulchra Laverna, &c. *Metuens audiri.*] Pulcerrime de perditiſſimorum hominum votis Perſius Sat. II.

At bona pars hominum tacita libavit acerra, &c.

Sed & Macrob. Saturn. lib. I. cap. VII. ſanctiſſimum refert Philoſophiæ præceptum, ſic loquendum cum hominibus tamquam dii audiant, ſic loquendum cum diis tamquam homines audiant. *Laverna.*] Feſti verba adſcribam: *Laverniones fures antiqui dicebant, quod ſub tutela deæ Lavernæ eſſent, in cujus luco obſcuro abditoque ſoliti furta prædamque inter ſe luere. hinc & Lavernalis porta vocata eſt.* Torr. *Laverna.*] Dea furum.

61. *Da mihi fallere.*] Concede ut mea injuſta facta alios lateant. *Juſtum ſanctumque.*] Ita quidem plures libri: ſed meliores,

——— *Da juſto ſanctoque videri.*

Guil. Canterus Novar. lect. lib. 4. c. 12. *Torrent.*

62. *Noctem peccatis.*] Noctem nubiloſam, id eſt, tenebras & ignorantiam offunde peccatis meis, ne deprehendantur.

63. *Quo melior ſervo, &c.*] Quoniam falſæ, quam hactenus deſcripſit, juſtitiæ fons cupiditas & avaritia eſt; quo magis eam deteſtemur, graviter admodum & acerbe, neque liberum eſſe avarum oſtendit, &, (quod deterius eſt) jure belli in acie capto eum comparat; quem, licet occidi poſſit, vendi tamen potius mandat; ut, quamquam ſibi inutilis, aliorum commoditatibus ſerviat. *Torrent.* *Quî melior ſervo.*] Qua ratione ille vir bonus ſit ſervo melior, &c.

64. *Demittit ob aſſem.*] Ad humum ſe inclinat ob aſſem in viis à pueris fixum, quo prætereuntes illudantur.

66. *Qui metuens vivit.*] Syllogiſmus ex Enthymemate; Qui cupit & metuit, non eſt liber: avarus cupit & metuit, liber itaque vivere nequit. *Cruquius.*

67. *Perdidit arma.*] His ergo ſimilem

Semper in augenda feſtinat & obruitur re.
Vendere quum poſſis captivum, occidere noli.
Serviet utiliter: ſine paſcat durus arétque:
Naviget ac mediis hiemet mercator in undis:
Annonæ proſit: portet frumenta penuſque.
Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu,
Rector Thebarum, quid me perferre patíque
Indignum coges? Adimam bona. Nempe pecus, rem,
Lectos, argentum: tollas licet. In manicis &
Compedibus ſævo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe Deus, ſimulatque volam, me ſolvet. opinor
Hoc ſentit, Moriar. MORS *ultima linea rerum eſt.*

EPISTO-

lem eſſe ait Horatius, qui virtutem falſò verbis profeſſus, vita ac moribus eam deſeruit; ut avari plerique omnes, pro mancipiis habendi. *Torrent. Perdidit arma.*] Quod militi eſt ignominioſum. *Locum virtutis deſeruit, qui.*] Locum non tenuit, quod in re militari eſt flagitioſiſſimum.

68. *Re.*] Pecunia.

69. *Vendere cum poſſis.*] Perſiſtit in tranſlatione à militia. Sed huic loco lumen JCti prætulerunt, cum *ſervos* non tam à ſerviendo, quam à ſervando dictos tradunt; quod Imperatores captivos vendere ac per hoc ſervare, nec occidere ſolent. *Torrent. Occidere noli.*] Sed vende.

70. *Sine paſcat durus, aretque.*] Sine ut paſcat gregem, durus, id eſt, laboris perferens.

72. *Annonæ proſit.*] Annonam faciat viliorem, frumenta aliunde importando. *Penuſque.*] Hoc penus, oris, ſignificat omne eſculentum & poculentum, quo veſcuntur homines.

73. *Vir bonus & ſapiens.*] Detecta latentis injuſtitiæ fraude, tandem quis vere juſtus & conſtans, idemque bonus ac ſapiens dicendus ſit, non certa definitione, ſed (quod efficacius eſt) exemplo oſtendit. *Torrent. Vir bonus.*] Vir revera bonus & ſapiens audebit cum Baccho ſic alloqui Penthea. *Pentheu.*] O Pentheu rector Thebarum, quid me pati coges?

75. *Indignum coges.*] Mallem *cogas*, ut in tribus exemplaribus. *Torrentius. Adimam bona.*] Penthei eſt comminatio. *Nempe pecus, rem.*] Reſpondet ſapiens hoc modo, At ſunt bona fortunæ quæ mihi adimere minaris, nempe pecus, &c.

76. *In manicis.*] In duris vinculis (inquit Pentheus) te tenebo.

78. *Ipſe Deus.*] Pater meus Jupiter (inquit Bacchus) ſtatim ubi voluero, me liberabit à vinculis, atque immortalem faciet. *Simul atque volam.*] Ita omnino legendum; non *volet*, ut quidam arbitrati ſunt. Sententia enim eſt, ipſum, ſibi mortem conſciſcendo, à Deo liberatum iri. Notum illud Plinii, ſed petitum à Stoïcis lib. XXVIII. cap. II. omnibus bonis, quæ homini tribuit natura, nullum melius eſſe tempeſtiva morte. *Torrentius. Opinor.*] Exiſtimo (inquit Poëta) virum bonum hoc ſentire, ut citius moriatur, quam turpiter ſerviat. Nam mors finis omnium malorum.

79. *Ultima linea.*] Rerum enim omnium extremum mors, neque vel à geometrarum vel à pictorum lineis duci hanc metaphoram arbitror: ſed à

circo

circo vel ſtadio potius. nam quemadmodum Græci γραμμὴν, ſic Latini quoque *lineam* vocant, tam ubi curſus incipit, quam ubi deſinit: quod ducta linea deſignabatur. Frequens autem admodum vitæ humanæ ac ſtadii comparatio eſt. *Torrent.* *Linea rerum eſt.*] Finis ſeu extremum. Metaphora ducta vel à Geometris vel Pictoribus.

EPISTOLA XVII.

Ad SCÆVAM.

Scævam monet, ne potentiorum amicitias ſpernat, atque ut in ſuo vitæ genere Ariſtippum potiùs quàm Diogenem imitetur. Ad principum amicitias pervenire, & illorum favorem ac liberalitatem emere non cujuſvis eſſe: & quanta ſit arte opus hac in re, docet.

QUAMVIS *Scæva ſatis per te tibi conſulis, & ſcis*
Quo tandem pacto deceat majoribus uti;
Diſce docendus adhuc, quæ cenſet amiculus: ut ſi
Cæcus iter monſtrare velit; tamen adſpice, ſi quid
Et nos, quod cures proprium feciſſe, loquamur.
Si te grata quies, & primam ſomnus in horam
Delectat,

SCÆVA *cognomen* Juniorum *fuit, teſte Livio, ſicut &* Caſſiorum, *inter quos Caſſius ille Scæva, Cæſaris miles omnium fortiſſimus; de quo Plutarchus, Suetonius, & alii. Hinc porro* ὑποκοριστικὸν Scævola *Muciorum, uti &* Scævius *Flaviorum. Cognominis autem hujus origo incerta.* σκαιὸν *Græci* ſiniſtrum vocant: *unde Latinis* ſcæva *pro ſiniſtra; qua qui magis quam dextra manu uterentur, quibus dixi nominibus appellatos plerique volunt. Alii* μεταφορικῶς *ad mores & ingenium referunt; ſic &* Lævinos *cognominatos videri ſcripſimus, lib.* I. *Sat.* VI. Torrentius.

1. *Per te tibi conſulis.*] Quamvis ſine alterius conſilio tibi ſapias.

2. *Majoribus uti.*] Cum majoribus vivere & verſari.

3. *Amiculus.*] Ego Horatius, tuus amicus. *Ut ſi Cæcus.*] Etiamſi cæcus, &c.

4. *Cæcus iter.*] Refertur in proverbiis, *Μήτε τυφλὸν ὁδηγὸν, μήτε ἀνόητον σύμβουλον. Neque cæcum viæ ducem, neque amentem conſultorem.* quare vel modeſtiæ cauſſa hoc ait Horatius, vel diſſimulanter potius, ejus rei, quam hic tractat, omnium peritiſſimus. *Torrentius.* *Iter monſtrare.*] Alludit ad ſtatuas in triviis indices viarum cœcas, viatoribus tamen non inutiles, quas *ἀνδριάντας* nominamus, ſeu ἑρμαῖα. *Cruq.*

5. *Quod cures.*] Quod ejuſmodi ſit, ut velis in rem tuam vertere. *Proprium feciſſe.*] Ad te rapere, tibi ſervare, ut quod uſui eſſe poſſit. *Torrent.*

6. *Si te grata quies.*] Conſilium amico de amplectendo vitæ genere daturus, initio monet, ut, quo eum natura trahit, id potiſſimum ſequatur. ſi ad quietem, quieti ſe atque otio det; & Romam, ubi hoc non facile ſperari poſſit, relinquens, obſcuri alicujus & infrequentis oppiduli ſeceſſum petat, cum & pauperibus ſua ſint gaudia, nec dici queat male vivere, qui ſibi vivens reliquos lateat, ita ut natum mortuumve omnes neſciant. Sin vero ex nobilium procerumque convictu aut laudem aut divitias aut quæcumque alia ſibi ſuiſque commoda affectet, atque eo magis ſe duci ſentiat; nec ſic quidem malefacturum

Delectat; ſi te pulvus ſtrepituſque rotarum;
Si lædit caupona; Ferentinum ire jubebo.
Nam neque divitibus contingunt gaudia ſolis:
Nec vixit male, qui natus morienſque fefellit.
Si prodeſſe tuis, paulloque benignius ipſum
Te tractare voles; accedes ſiccus ad unctum.
Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Ariſtippus. Si ſciret regibus uti,
Faſtidiret olus, qui me notat. utrius horum

Verba

ctorum oſtendit, ſi ipſe tenuior ditiori ſe mancipet: ſed quod ſemel elegerit, id conſtanter perſequi debere ſignificat; ne vel otium in negotio, vel contra negotium in otio quærens, utroque fruſtretur, ac ſibi ipſi perpetuo moleſtus ſit. *Torrent. Et primam ſomnus.*] Somnus uſque ad Solis ortum, id eſt, ſi te vita tranquilla delectet.

8. *Si lædit.*] *Si lædet* habent M. S. omnes: nec mutari ideo debuit, quia præcedit *delectat. Ferentinum.*] Hoc Etruriæ oppidum fuiſſe & ex Plinio l. III. & ex Suetonio diſcimus, ubi Othonis principis proavos Ferentino oppido oriundos ex principibus Etruriæ fuiſſe ait. Lambinus tamen Hernicis adſcribit. Nec ſilere velim duobus codicibus *Tarentinum* pro *Ferentinum* legi, & in uno *Terentium*. Torr. Alii per *Ferentinum* intelligunt agrum aut prædium; nam ipſum oppidum in Hernicis Ferentum dicitur Straboni. *Georg. Fabric. Ferentinum ire jubebo.*] Oppidum Hernicorum incelebre.

9. *Solis.*] Habent enim pauperes ſuas etiam voluptates.

10. *Natus morienſque fefellit.*] Nemini dubium eſt, quin illud Epicuri dictum reſpexerit, Λάθε βιώσας. nam & Græcæ dictionis vim exprimere voluit, *fallendi* vocabulo uſus. Quo admonet, in humili fortuna vitam eſſe feliciorem iis, qui obſcure vivunt & à publicis negotiis ita ſemoti, ut cum vita diſceſſiſſent, nemo illos vixiſſe ſentiret. Vitandam certe turbam tranquille vivere volenti, nemo negaverit; laudaturque Democritus, quod ait, *Unus mihi pro populo eſt, & populus pro uno.* At quanto venuſtius illud Epicuri ad amicum quemdam ſcribentis: *Satis magnum alter alteri theatrum ſumus.* Adi ſi lubet P. Victorium Var lect. XXIIII. cap. XIII. *Torr. Fefellit.*] Qui adeo obſcure vixit, ut ab hominibus ignoraretur.

11. *Pauloque benignius ipſum.*] Paulo liberalius.

12. *Accedes ſiccus ad unctum.*] Tu pauper & ſobrius accedes ad divitem unguento delibutum, cujus guttur etiam condimentis eſt inunctum. *Siccus ad unctum.*] Liber vetuſtiſſimus *ſiccus inunctum*; ſed nihil muto, *ſiccus* enim ut, cum de potu agitur, *uvido*; ſic ubi de eſu, recte *uncto* opponitur: falluntur-que qui ad unguenta transferunt. Horatius Epiſt. XV.

Verum ubi quid melius contingit & unctius. ——

Sin ergo *uncti* qui & lauti, & luculenti, & nitidi: *ſicci* contra ξηροφάγοι, quibus Cynica cœna apponitur, arida nempe omnia. *Torrent.*

13. *Si pranderet.*] Hoc, oluſcula ſua lavans prætereunti forte Ariſtippo objecerat Diogenes: ipſe viciſſim audiens quod ſequitur. *Torr. Si pranderet.*] Hoc eſt dictum Diogenis in Ariſtippum.

14. *Si ſciret.*] Eſt hoc Ariſtippi reſponſum ad Diogenem.

15. *Qui me.*] Nempe Diogenes.

Verba probes & facta, doce: vel junior audi,
Cur ſit Ariſtippi potior ſententia. namque
Mordacem Cynicum ſic eludebat, ut ajunt:
Scurror ego ipſe mihi, populo tu: rectius hoc &
Splendidius multo eſt, equus ut me portet, alat rex.
Officium facio. tu poſcis vilia: verum es
Dante minor; quamvis fers te nullius egentem.
Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res,
Tentan-

16. *Verba probes, &c.*] Utrius dicta laudes.

18. *Mordacem Cynicum.*] *Cynici*, quaſi Latine *canes* dicas, cum ob impudentiam & vitæ ſordes, uti & Avidienus ille lib. 11. Sat. 11. tum ob rixam & maledicentiam ita nominati ſunt; quod omnibus velut allatrarent. *Torrentius.* *Mordacem Cynicum.*] Diogenem his verbis irridebat.

19. *Scurror ego ipſe mihi*] Altera Ariſtippi in Diogenem retorſio. Cum enim hic ei, quod Dionyſio aſſentaretur, exprobraſſet; At tu, inquit, populo: & ego quidem in rem meam; tibi vero nihilo inde melius eſt. Eluſit itaque Cynicum, cum, in pari ſcurrilitatis cauſſa, ipſe ob ſplendorem ſaltem & commoda rectius ſeſe facere oſtenderet; exemplo hoc ipſum confirmans. *Torrent.* *Scurror ego ipſe mihi.*] Ego (inquit Ariſtippus) ſcurram ago & regibus riſum moveo, ſed mihi, id eſt, in meam utilitatem. *Populo tu.*] Tu ſcurraris ad populi plauſum. *Rectius hoc & Splendidius multo eſt.*] In veteri codice, ut in ſuo Scaliger ὁ μακαρείτης notarat, erat, *regibus, hoc eſt, Splendidius multo.* Ex quo parva mutatione feci, *regibus, hoc & Splendidius multo eſt.* Nihil venuſtius. Ego, inquit, mihi ipſe paraſitor, dum reges colo. regibus enim paraſitari, hoc ſplendidius multo eſt. Et ſubjungit rotundiſſime,

— *Equus ut me portet, alat rex.*

Heinſius.

20. *Splendidius.*] Sibi ſcurrari. *Alat.*] Ut rex alat.

21. *Officium facio.*] Officioſum me præbeo. *Tu poſcis vilia verum Dante minor, quamvis fers te nullius egentem.*] Locus elegans, ſed peſſime conceptus. Diſtingue ac ſcribe,

Officium facio, tu poſcis vilia verum.
Dante minor: quamvis fers te nullius egentem.

Hoc ſenſu. *Ego officium facio.* qui eſt ἀποκολακευσμὸς ejus qui potentiori cum utilitate adblanditur. *tu poſcis.* qui eſt ὑποκολακευσμὸς ejus qui mendicat. Dices, res eſſe viles, quas petis. Interim neceſſe eſt ut minorem te ſic profitearis eo à quo petis; cum nullius te egere dicas. *Heinſius.* *Vilia: verum es.*] Tu Cynice res viles poſcis. *Verum es dante minor.*] Tu ò Cynice, quamvis fers te nullius nec rei, nec perſonæ egentem; verum tamen, dante minor, id eſt, impotentior & pauperior eo qui tibi dat, poſcis impudenter vilia dona, non ſplendida nec regia. *Cruquius.*

22. *Dante minor.*] Tu pauperior es & inferior eo, qui tibi dat. *Quamvis.*] Quamvis dicis.

23. *Omnis Ariſtippum decuit color.*] Alias addit rationes, ob quas hunc alteri præponat, ut commodum & facilem, & quod dicere ſolēmus omnium horarum hominem, qui perſonis, locis, temporibus ſe accommodare poſſet, meliora appetens, ut tamen præſentibus acquieſceret. *Torrent.* *Omnis Ariſtip-*

Tentantem majora, fere præſentibus æquum.
Contra, quem duplici panno patientia velat,
Mirabor, vitæ via ſi converſa decebit:
Alter purpureum non exſpectabit amictum,
Quidlibet indutus, celeberrima per loca vadet,
Perſonamque feret non inconcinnus utramque.
Alter Mileti textam cane pejus & angue
Vitabit chlamydem: morietur frigore, ſi non
Rettuleris pannum. refer, & ſine vivat ineptus.
Res gerere, & captos oſtendere civibus hoſteis,
Attingit ſolium Jovis, & cæleſtia tentat.

PRIN-

Ariſtippum decuit color.] Omnis vitæ conditio vel veſtitus.

24. *Tentantem majora.*] Quærentem majora. *Æquum.*] Præſentibus contentum.

25. *Quem duplici.*] Diogenem Cynicum. *Duplici panno patientia velat.*] Jucunda Cynici periphraſis, Diogenis præſertim: qui, teſte Laërtio, pallium, quo ſolo amictus erat, primus duplicavit, ut eo etiam ſtrati loco uti poſſet. Turneb. lib. 7. cap. 20. alioqui *duplex amiculum* pro vili atque contemto etiam alii poſuere.

26. *Mirabor.*] Mirum mihi erit. *Vitæ via ſi converſa decebit.*] Si novum vitæ genus eum decebit.

27. *Alter.*] Ariſtippus.

29. *Perſonamque feret non inconcinnus utramque.*] Et aulici & Philoſophi. Idque de eo dicere ſolitum Platonem ferunt, ſolum eſſe Ariſtippum, quem deceret & chlamys & pannus. Et apud Græcos χλαμὺς fere pro tenuiore ac molliore amiculo tunicæ injecto uſurpatur: ſic Latini ſæpe abſolute *pannos* vocant craſſiore lana factos: unde *pannoſus.* Optime igitur Flaccus *Mileſia chlamydi* hoc ipſo loco *pannum* opponit, nempe Diogenis pallium ſive τρίβωνα. *Torrent. Non inconcinnus.*] Non indecore uteretur utroque veſtitu, nunc ſordido, nunc ornatiore.

30. *Alter Mileti textam.*] Diogenes veſtem pretioſam rejiciet ex optima lana factam in Mileto Aſiæ inſula. *Cane pejus & angue.*] Acerrime. Proverbialiter dictum.

31. *Refer & ſine.*] Riſus, ſed acerbiſſimus. Et ſane ineptus Diogenes, ſed neque laudandus hic Ariſtippus. *Torr. Refer, & ſine vivat ineptus.*] Redde Ariſtippe ſuum Diogeni pallium, quod tu indueras, purpuream tuam chlamydem ei relinquens, & permitte ut vivat ineptus ad omnem fortunæ habitum.

33. *Res gerere.*] Poſtquam, Ariſtippum Diogeni præferendo, vitam quæ in actione verſatur, per quam gloria & honor acquiritur, ſecretæ & otioſæ nec quicquam audenti prætulit; ne difficultate rerum magnarum quis terreatur, ea quæ ſequuntur adjungit. Sententia autem eſt, non ideo quod ſumma te poſſe conſequi deſperes, quale eſt Romæ triumphaſſe, conquieſcendum videri. Nam aliquo ſaltem perventurum: & qui inter principes eſſe nequeat, principibus tamen placere non parva cum laude poſſe; cum etiam qui audet tantum, laudari debeat. *Torrent. Res gerere.*] Res magnas & laudabiles, ſive domi, ſive belli: tota oratio ponitur pro caſu nominativo.

34. *Attingit ſolium.*] Proxime accedit ad divinitatem.

PRINCIPIBUS *placuiſſe viris non ultima laus eſt.*
NON *cuivis homini contingit adire Corinthum.*
Sedit, qui timuit ne non ſuccederet. eſto.
Quid, qui pervenit, fecitne viriliter? atqui
Heic eſt aut nuſquam, quod quærimus. hic onus horret,
Ut parvis animis & parvo corpore majus:
Hic ſubit & perfert. aut virtus nomen inane eſt,
Aut decus & pretium recte petit experiens vir.
Coram rege ſuo de paupertate tacentes,

Plus

35. *Principibus placuiſſe.*] Nam, quia non omnibus datum eſt, ad rerum gerendarum gloriam immortalem pervenire, ſaltem eos laudare, affectari, eis placere & applaudere ob beneficia in rempub. collata, quis neget in laude ponendum? Verum ut *non cuivis homini contingit, &c.* ita non cujuſvis eſt principibus viris placere, non ignavi, non deſidis, ſed agentis fortiter & quoſvis labores ſubeuntis, virique ſapientis. *Cruquius. Principibus.*] Ob beneficia in remp. collata.

36. *Non cuivis homini.*] Videto Chiliad. Eraſmi.

37. *Sedit qui timuit.*] *Sedere* proprium ignaviæ eſt. Virg.

——— *Meliora deos ſedet omnia poſcens.* Torrent.

Sedit, qui timuit.] Quievit, neque tentare voluit.

38. *Qui pervenit.*] Qui quod voluit conſecutus eſt.

39. *Hic eſt aut nuſquam, quod quærimus.*] In hoc, inquit, ſumma controverſiæ conſiſtit, in hoc cardine res vertitur; hic cauſſæ jugulus eſt. Cum enim ſint, qui animi magnitudine freti timidiores antevertant, & uſque progredi conentur; aut eos ſola virtute, eo ipſo nempe quod hoc agunt, contentos eſſe jubebis, & nihil præter inanem ſonum & verba, quos λόγους Græci appellant, invenient, aut aliud labori præmium conſtitues, utpote honores aut commoda. Quod ſi ita eſt; ea ipſa recte à viro ſtrenuo & prompto & induſtrio expetuntur. Ridere autem videtur Flaccus noſter prædurum illud Stoïcorum dictum: Ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετή. *Quod ſeipſa contenta virtus.* niſi enim virtuti alia merces accedat; vix, paucis exceptis, ceteros deterrebit ardua illa ad virtutem via. *Torrent. Hic eſt aut.*] In hoc, id eſt, in agendo fortiter, id eſt, de quo quæritur. *Hic onus horret.*] Alius ad Principum amicitiam aſpirare non audens, veretur, ne non ſuccedat conatus.

41. *Hic ſubit, &c.*] Alius, nempe fortis ſubit. *At virtus.*] Secundum Epicureos.

42. *Aut decus & pretium.*] Aut honorem & præmium merito petit vir prudens & rerum expertus. *Experiens vir.*] Non de perfecto aliquo & numeris omnibus abſoluto Philoſopho loquitur; quales videri volebant Stoici: ſed de eo, qui periclitari ac tentare res audeat; quales qui in repub. verſantur. Ipſa enim vocabuli ratio ad actionem pertinet. At vero *expertum* cum dicimus, *habitum* quemdam experientia partum ſignificamus. *Torrent.*

43. *Coram rege ſuo.*] Quoniam eam maxime ob cauſſam majores obſervamus & colimus, ut rem noſtram meliorem faciamus; & id quomodo Scæva conſequi poſſit, demonſtrat Horatius, Idem autem *Rex*, qui & *potens amicus.* Torrent.

Plus poſcente ferent. diſtat, ſumáſne prudenter
An rapias. atque rerum caput hoc erat, hic fons.
Indotata mihi ſoror eſt, paupercula mater,
Et fundus nec vendibilis, nec paſcere firmus,
Qui dicit; clamat, Victum date. ſuccinit alter,
Et mihi dividuo findetur munere quadra.
Sed tacitus paſci ſi poſſet corvus; haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus invidiæque.
Brunduſium comes aut Surrentum ductus amœnum,
Qui queritur ſalebras & acerbum frigus, & imbreis,

Aut

Torrent. *Coram rege ſuo.*] Coram amico ſuo potentiore. *Tacentes.*] Non conquerentes.

44. *Plus poſcente ferent.*] Plus accipient à potentiore amico, quam is qui poſcit. *Diſtat ſumaſne.*] Multum intereſt utrum cum pudore ſumas, an impudenter petendo extorqueas.

45. *Atqui rerum caput.*] Summa totius rei, de qua agimus, eſt, ut cum ditioribus amicis decenter verſemur. *Rerum caput.*] Hoc eſt, prima & præcipua cauſſa atque intentio, ut qui majori ſervit, melius habeat. *Torrent.*

47. *Et fundus nec vendibilis, nec paſcere firmus.*] Id eſt non firmus in ſuppeditandis alimentis: Firmitatem & conſtantiam in victu ſuppeditando non ſervans. Perinde ac ſi dixiſſet, Cujus non eſt certa fides, vel qui ſpem mentitur, fundus mendax. *Nec paſcere firmus.*] Nec firmus me paſcere propter frugum proventum incertum.

48. *Qui dicit.*] Qui ſic queritur, videtur clamare, Date alimentum. *Succinit alter.*] Hoc petacem clientem proficere ait, ut alios quoque ad petendum provocet. Per *μίμησιν* nempe hæc accipienda ſunt, ut palam petenti alius quiſpiam qui nihil ei cedat, ilico veluti ſuccinat id quod ſequitur, *Et mihi dividuo.* ſunt enim æmuli competitoris in partem venire volentis verba. *Torrent.* *Succinit alter, &c.*] Alter cliens ſucclamat.

49. *Dividuo findetur munere quadra.*] Cum *dividuum munus* dicit, æqualem cum altero partem cogita. Significat enim vix dimidium ad ſe perventurum. Et *quadræ* vocabulo panes ſignificari crediderim, quos *quadratos* teſte quodam Philemone, apud Athenæum l. III. appellabant Romani, quales Græcis *βλωμιαῖοι ἄρτοι*, quod pluribus buccellis, ſive turundas, aut cruſtula dicere mavis, cohærebant. Poſſumns etiam & quidem *ſimplicis quadræ* nomine cibaria omnia intelligere: ut qui quadram petit, victum petere videatur. ſic enim Juvenalis:

Ut bona cuncta putes aliena vivere quadra:

pro alieno ſumtu. Alioqui *quadra* proprie eſt ex menſario inſtrumento, cui conſciſſæ dapes imponuntur, olim etiam ex pane ad eum uſum aptato fieri ſolita: ut apud Virg. VII. Æneid.

—— Patulis nec parcere quadris.

Torrent.

Findetur munere quadra.] Communicetur inter nos quedra, id eſt, quarta pars panis, munere diviſo, id eſt, quod diviſionem admittit.

51. *Et rixa multo.*] Cum cæteris avibus.

52. *Brunduſium.*] Oppidum in Calabria. *Comes aut.*] Comes in itinere‿. *Surrentum ductus amœnum.*] Oppidum in Campania.

53. *Salebras.*] Viæ aſperitatem.

54. *Sub-*

Aut ciſtam effractam, & ſubducta viatica plorat;
Nota refert meretricis acumina, ſæpe catellam,
Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis, uti mox
Nulla fides damnis veriſque doloribus adſit.
Nec ſemel irriſus triviis attollere curat
Fracto crure planum: licet illi plurima manet
Lacryma: per ſanctum juratus dicat Oſirim.
Credite, non ludo: crudeles tollite claudum.
Quære peregrinum, vicinia rauca reclamat.

EPISTO-

54. *Subducta viatica, &c.*] Viatica furtim ablata.

55. *Nota refert meretricis.*] Imitatur aſtutias meretricis. *Catellam.*] Id fere pro catenula interpretantur Lambinus & alii. Ego ad *catellam* aliquam quæ in deliciis ſit, quales olim Melitææ, proverbio celebratæ, referre malim. frequens enim in auctoribus mentio, quanta cura mulierculæ catellas nutrire & anxie admodum ſervare conſueverint. *Catellus* igitur πολύσημον eſt: nam præter communem notionem etiam vinculi genus, &, quod modo dixi, ornamentum ſignificat. Omittere etiam non poſſum, veteres marmorum inſcriptiones, inter cetera aulæ officia, meminiſſe ſervarum libertarumque quæ ACTVRA CATELLAE fuerint. *Torrent.* *Catellam.*] Monile muliebre. Eſt diminutivum à catena.

56. *Periſcelidem.*] Græco verbo uſus eſt, pro quocumque crurum integumento. Σκελεαὶς vocat Heſychius τὰ τῶν σκελῶν σκεπαστήρια. *Torrent.* *Periſcelidem.*] Cruris vinculum. *Flentis.*] Ereptam ſibi conquerentis.

57. *Nulla fides.*] Hoc mendacibus præmium, ut ne vera quidem dicentibus credatur. *Torrent.* *Adſit.*] Adhibeatur.

58. *Attollere curat.*] Lege *curet*; pendet enim à particula *uti*. Steph. *Attollere curat.*] Erigere in pedes.

59. *Planum.*] Vox Græca; ſed non modo ab Horatio, verum etiam à M. Tullio donata civitate. *Planum, &c.*] Impoſtorem & ſcurram, qui in trivio ſibi crus fractum eſſe mentiebatur. *Manet.*] Emanet, id eſt, quamvis ille planus affatim lachrymetur.

60. *Per ſanctum.*] Quamvis per Oſirim Ægyptiorum deum juret. *Oſirim.*] Hunc una cum Iſide ſua, magna etiam Romæ religione cultum, ideo præ aliis nominat Horatius; quod ægris tamquam alter Æſculapius mederi crederetur. Quo referendum illud Juvenalis;

— *Pictores quis neſcit ab Iſide paſci?*

ob tabellarum, quæ ex voto figebantur, multitudinem. *Torrent.*

61. *Non ludo.*] Non jocor. *Tollite claudum, &c.*] O crudeles erigite me claudum.

62. *Quære peregrinum, vicinia, &c.*] Vicini multo clamore rauci reclamant illi plano, Quære peregrinum aliquem, qui fraudes tuas non norit; nam nos fallacias tuas habemus cognitas.

Hæc

EPISTOLA XVIII.
Ad LOLLIUM.

Quæ ad amicitiam conſervandam facienda ſint, quæ item vitanda, ac præſertim quo modo quis erga potentiorem amicum gerere ſe debeat, Lollium docet. Initium autem ſumit ab iis, qui dum tenere modum non nôrunt, vel ſcurrarum potiùs quàm amicorum fungi officio videntur: vel aſperitate agreſti (quam libertatem meram & virtutem veram haberi volunt) utuntur. Poſtremò eum ad quærenda illa, ex quibus tranquillitatem vitæ conſequi poſſit, hortatur.

SI BENE te novi, metues liberrime Lolli,
Scurrantis ſpeciem præbere, profeſſus amicum.
Ut matrona meretrici diſpar erit, atque
Diſcolor; infido ſcurræ diſtabit amicus.
Eſt huic diverſum vitio vitium prope majus,

Aſperi-

HÆc *ſecunda ad* M. Lollium *Epiſtola eſt. de quo prolixe lib.* III. *Od.* IX. *quæ hic repetita Lectorem plurimum juverint. Idem autem ferme argumentum tractat quod Epiſtola præcedente, quomodo potentiorum amicitia utendum ſit.* Torrentius.

1. *Metues.*] Cavebis.

2. *Scurrantis.*] Crebra quidem *ſcurrarum* in noſtri Poëtæ ſcriptis mentio: ſed quoniam hic *ſcurra amico* componitur, vocabuli originem demonſtrabo. & ſunt quidem nonnulli qui Græcum eſſe velint *συσκυρεῖν* aut *σκυρεῖν*. verum ego vocabulum iſtud apud Romanos receptum prius fuiſſe crediderim, quam ſcirent quid Græca illa ſignificarent, ne nunc quidem ſatis cognita. A ſequendo igitur dictus ſit *ſcurra*, teſte Feſto: quod tenuioris fortunæ homines non antecedere, ſed ſequi quempiam ſint ſoliti. Atque ita etiam Iſidorus: *Scurra qui ſectari ſolet quempiam cibi gratia: à ſequendo, ſicut & aſſecla.* Initio igitur officium fuit ſectari potentiores: ſed quia Romani fere aut agriculturæ aut militiæ cauſſa aberant; ideo, ſi qui immunes in urbe remanebant, qui alieno cibo viverent, aliis propter otium odioſi, & *urbani* pariter & *ſcurræ* dicebantur. Tandem vero creſcente luxuria, cum otioſi divites jocos undique ac riſus quærerent, ridiculi omnes aſſentatores, & paraſiti *ſcurrarum* nomen retinuere. *Torrent.* *Scurrantis.*] Hominis pabuli cauſa turpiter adulantis. *Profeſſus amicum.*] Quum decreveris eſſe amicus.

3. *Ut matrona meretrici.*] Perelegans comparatio ſcurræ cum meretrice, & amici cum matrona, ut quantum matrona à meretrice, tantum à ſcurra amicus differat. In matrona & amico nihil petulans, nihil affectatum, nihil ineptum atque immoderatum: at meretrici & ſcurræ hæc omnia inſunt vitia. *Diſpar erat atque Diſcolor.*] Quod *diſpar* dicit, ad naturam atque indolem; quod *diſcolor*, ad habitum cultumque referre velim. *Torrent.*

4. *Diſcolor.*] Diſſimilis vultu, veſtitu & geſtu. *Infido ſcurræ diſtabit amicus.*] Sic amicus diſtabit à ſcurra infideli.

5. *Eſt huic diverſum.*] Opponitur ex diametro, ſcurrilitas aſperitati morum, vitium vitio, extremum extremo: aſperitas enim culpat non culpanda, ſcurrilitas vero laudat non laudanda: at virtus eſt medium vitiorum. *Prope majus.*]

Scurrari

Aſperitas agreſtis, & inconcinna, graviſque,
Quæ ſe commendat tonſa cute, dentibus atris,
Dum vult libertas mera dici, veraque virtus.
VIRTUS *eſt medium vitiorum, & utrimque reductum.*
Alter in obſequium plus æquo pronus, & imi
Deriſor lecti, ſic nutum divitis horret,
Sic iterat voces, & verba cadentia tollit,

Ut

Scurrari namque plauſibilius apparet, & aliquid præ ſe ferre humanitatis; ſed aſperum eſſe, minime. *Cruquius Vitium prope majus.*] Lambinus particulam & interſerit, ac legit *vitium & prope majus*, contra exemplarium omnium fidem. *Torrent.*

6. *Aſperitas agreſtis.*] Hoc vitium Joannes Jovianus Pontanus lib. III. De ſermone, *ſcurrilitati* oppoſitum, *agreſtitatem* appellare auſus eſt: inter quæ media ſit *facetudo*. addit longius multo à media diſtare *agreſtes*, quam quos *ſcurras* dicimus. his enim modum tantummodo ac menſuram deeſſe: adhibita itaque cautione aliqua facetos fieri: quod nomen illi ſperare vix umquam poſſint. *Torrent.* *Aſperitas.*] Fera quædam duritia. *Inconcinna.*] Inſuavis.

7. *Tonſa cute, dentibus atris.*] Non placet Mureti & Lambini opinio, per *tonſam cutem* totius corporis horridam quamdam aſperitatem intelligi; unde durus iſte & intractabilis laudem aucupetur: ſed ad libertatem potius, qua ſe jactitet, referendum eſt. perinde ac ſi ſtrictim & ad cutem uſque radendo, quod ἐν χρῷ ξυρεῖν dicunt Græci, nihil aut in ſe, aut in amico vitii ferat, cum atros interea rodendo dentes exerceat. *Torrent.* *Tonſa cute, dentibus atris.*] Hirſuto corporis ſquallore. Nam quæ tondentur, piloſa ſunt & hirſuta: vel tonſa cute, id eſt, radendo amicum uſque ad cutem, ſic eum nimis duriter caſtigando, idque atris dentibus, id eſt, agreſti mordacitate.

8. *Dum vult.*] Dum illa aſperitas vult nominari libertas. *Mera dici.*] M. S. omnes,

——— *Dici mera veraque virtus.*

quod cur Lambino diſplicuerit, neſcio. Tritum autem, ſed pulcerrimum quod ſequitur: *Virtus eſt medium vitiorum.* uti & lib. I. Ser. II. *Eſt modus in rebus.* Torr.

9. *Utrinque reductum.*] Ab utroque extremo, id eſt, exceſſu, & defectu remotum.

10. *Alter in.*] Blandiens ſcurra. *Imi Deriſor lecti.*] Videnda quæ notavimus lib. II. Sat. VII.

11. *Deriſor lecti.*] Qui ſe deridet & ejuſdem ordinis homines in infima parte lecti accumbentes. *Nutum divitis horret.*] Hoc eſt, ſumma quadam veneratione obſervat, cum totus ab eo dependeat. Sic enim vocabulum *horrere*, cum de ſacris agitur, ſæpe accipi alibi diximus. Virg. VI.

——*Horrendæque procul ſecreta Sibyllæ.*

Lucret. lib. III.

—— *Quædam divina voluptas*
Perciit, atque horror.

id eſt, ingens quædam admiratio, ut recte interpretatus eſt Giſanius. *Torrent.* *Horret.*] Horrere ſe fingit.

12. *Sic iterat voces.*] Sic repetit voces divitis quaſi admirans. *Iterat voces.*] Ut videlicet quod rex ait & ipſe ajat, negetque quod negat, tamquam admirans hominem, unde & aſſentatoris nomen defluxit. ſemper enim ad alterius voluntatem agit, eique quam ſimillimus vitiis. *Torrent.* *Cadentia tollit.*] Verba ex ore divitis inconſiderate excidentia pro mirandis, quaſi de terra tollit.

13. *Dicta-*

Ut puerum ſævo credas dictata magiſtro
Reddere, vel parteis mimum tractare ſecundas.
Alter rixatur de lana ſæpe caprina:
Propugnat nugis armatus: ſcilicet, ut non
Sit mihi prima fides, & vere quod placet, ut non
Acriter elatrem, pretium ætas altera ſordet.
Ambigitur quid enim? Caſtor ſciat an Docilis plus:
Brunduſium Numici melius via ducat, an Appi.

Quem

13. *Dictata magiſtro Reddere.*] Proprium Grammatici, aut etiam Declamatoris officium, *dictare* quæ mox diſcipuli reddant. unde Cæſaris de Sulla dictum, *Eum neſcire litteras qui dictaturam deponeret.* Jocus ſumtus ab ambiguitate vocabuli *dictare*, unde dictator. *Torrent.* *Dictata magiſtro Reddere.*] *Reddere dictata* eſt, quod *ἀναλήμματα ἀποδοῦναι* in Græcorum colloquiis dicitur. *Heinſius.*

14. *Reddere*] Singulatim. *Vel partes mimum.*] Ut credas hiſtrionem ſecundas Comœdiæ agere cum voce ſubmiſſiore, vultuque humiliore, quam qui agit primas. *Parteis mimum tractare ſecundas.*] Aſſentatorem ſecundarum partium hiſtrioni comparat & quidem aptiſſime. Eum enim qui primas partes agit obſervant ceteri, &, quod Divinatione in Verrem ait Cicero, tametſi interdum clarius dicere poſſint, ſummittunt tamen, ut ille princeps maxime excellat: & quos Græci *δευτεραγωνιστὰς* & *τριταγωνιστὰς* vocant, Latine quoque uno vocabulo *ſecundarios, tertiarioſque* dici monuit Cic. in Bruto. Ergo *actor* abſolute vocatur, qui primas agit. Et quod mihi in primis obſervatione dignum videtur, *ſecundas* hic agere non eſt proximum à primo locum tueri, ſeu poſt primum ceteris frequentius in ſcenam prodire: ſed ſecundas agunt qui vere vocantur hypocritæ; & cum certam nullam ea in fabula perſonam gerant, alios exprimunt, & ſola imitatione oblectant. *Torrent.*

15. *Alter rixatur.*] Sunt qui *rixator*, ſunt qui *rixatus* legant, inepte. Lego igitur & diſtinguo,

Alter rixari de lana ſæpe caprina
Propugnat, nugis armatus.

multo enim urbanius eſt, rixoſum ac contentioſum hominem, de re nihili certaturum, nugis veluti armatum in campum deducere; ubi, quos mox audies, latratus emittat. *Torrent.* *Alter rixatur.*] Agreſtis reprehenſor.

16. *Propugnat.*] Pugnat pro nugis, id eſt, defendit nugas, tanquam homo armatus. *Ut non, &c.*] Ut non mihi indubitata fides habeatur, inquit agreſtis.

17. *Ut non.*] Ut non libere dicam & acriter defendam.

18. *Pretium ætas altera.*] Si pretii loco altera vita, vel ætas longior mihi detur, certe contemnam.

19. *Ambigitur.*] Qua de re controvertitur? ſc. de nugis. *Caſtor ſciat an Docilis.*] Utrum Caſtor gladiator, an Docilis ſit ſcientior.

20. *Brunduſium Numici.*] Hæc vulgata lectio, quam Lambino placere equidem admiror: cum meminiſſe debuiſſet *Numiciorum* nomen, à quorum gente hæc via nomen ſortita foret, ſecundam producere. At vero *Minucii*, quæ gens Romæ non incelebris fuit, ſecundam corripit Silius lib VII.

Si factis nondum Minuci te cauta probare
Erudiit fortuna meis. ———

Nihil igitur dubitandum; quin, ut in omnibus vetuſtis exemplaribus legitur,

Minuci

Quem damnoſa Venus; quem præceps alea nudat;
Gloria quem ſupra vires & veſtit & ungit;
Quem tenet argenti ſitis importuna fameſque,
Quem paupertatis pudor & fuga: dives amicus,
Sæpe decem vitiis inſtructior, odit, & horret;
Aut, ſi non odit, regit; ac veluti pia mater,
Plus quam ſe ſapere, & virtutibus eſſe priorem
Vult, & ait prope vera. MEÆ, *contendere noli,*

Stul-

Minuci vel *Minucii*, aut veterum more *Minucl* reſtituendum ſit: præſertim cum lib. IX. Epiſt. IV. ad Atticum *Minucia via* mentio fiat: idque à Turnebo notatum lib. I. cap. 20. Nomen autem, ni fallor, viæ L. Minucius Augurinus impoſuit, qui coarguto Sp. Mello, præfectus annonæ, fratris pretium ad aſſem redegit: in cujus beneficii memoriam ſtatuam ei extra portam Trigeminam populus ære collato poſuit, ibidemque bove aurato donatus eſt. *Torr. Brundiſium Numici melius via ducat.*] Contentio eſt, utrum via Numicia an Appia melius ducat Brunduſium.

21. *Quem damnoſa Venus.*] Poſtquam de ſcurrilitate eique oppoſita aſperitate, quam æqualiter fugere oportet, jam ſatis dictum eſt, monere pergit Lollium de aliis quoque, præſertim ne fiducia majoris amici, quem obſervandum ſumſerit, ſi vitio aliquo laborare eum perſpexerit, ipſe quoque liberius peccet. Divites enim quanto plus poſſint, tanto plus ſibi licere rati. *Torrent. Quem damnoſa Venus.*] Ordo eſt, Dives amicus multo vitioſior quam amicus minor, odit eum quem damnoſa libido, &c. *Præceps alea.*] Quia vel momento depauperet luſorem. *Cruquius. Nudat.*] Depauperat.

22. *Supra vires.*] Supra quam facultates ferunt. *Veſtit & ungit.*] Non tam ad unguenta hoc retulerim, quam ad cœnarum lautitias: ut Epiſt. præcedente;

— Accedes ſiccus ad unctum. Torr.

Ungit.] Unguento ſumptuoſior.

24. *Quem paupertatis pudor.*] Qui omne officium præſtat diviti, pudore paupertatis, ut eam fugiat.

25. *Decem vitiis.*] Multis vitiis. *Inſtructior.*] Perinde ac ſi fundum probe inſtructum dicat, ita hominem vitiis refertum deſcribit. *Torrent.*

26. *Regit.*] Nec mirum qui *regis* nomine appelletur: quo vocabulo Romani varie uſi ſunt, ut in Odis;

— Memor
Actæ non alio rege puertiæ. Torrent.

Regit.] Moderatur, reprehendit ac vult emendare.

27. *Virtutibus eſſe priorem.*] Vult paupertatem virtute compenſari, quemadmodum dicit poſtea, ſtultitiam compenſari opibus, ita ut opum gratia, ſtultitia vulgo habeatur pro ſapientia. *Cruquius. Priorem vult.*] Meliorem eſſe quam ſe.

28. *Prope vera, &c.*] Veris propinqua. *Meæ (contendere noli.)*] *Contendere noli*, incluſum parentheſi, contentioſe agere ac jurgari cum potenti amico ſignificat. Sententia enim eſt, divitem, ſi plus forte ſapientiæ aut virtutis minori ineſſe fateatur, id perfunctorie, &, quod ajunt, dicis cauſſa, ut de filiis materculæ ſolent, facere: non quod ideo moneri ſe de vitiis, quæ in magnis opibus toleranda ſint, patiatur. Juvenalis:

— Plurima ſunt quæ
Non audent homines pertuſa dicere læna.

Torrent.

29. Opes;

Stultitiam patiuntur opes. tibi parvula res eſt.
Arcta decet ſanum comitem toga. deſine mecum
Certare. Eutrapelus, cuicumque nocere volebat,
Veſtimenta dabat pretioſa. beatus enim jam
Cum pulcris tunicis ſumet nova conſilia & ſpes:
Dormiet in lucem: ſcorto poſtponet honeſtum
Officium: nummos alienos paſcet: ad imam
Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum.
Arcanum *neque tu ſcrutaberis ullius umquam,*
Commiſſumque teges, & vino tortus & ira.
Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprendes:
Nec, quum venari volet ille, poëmata panges.
Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis atque
Zethi

29. *Opes: ſtultitiam patiuntur.*] Opes quibus ſtultitiam meam compenſo, quando ſtulte ago.

30. *Arcta decet ſanum comitem toga.*] Non ampla toga decet comitem iter facientem, eſt enim moleſta: ſic multæ opes viro bono ſunt impedimenta.

31. *Eutrapelus.*] Hactenus dives: nunc Poëta loquitur, Eutrapelo auctore docens non modo verum eſſe illud dictum, *Stultitiam patiuntur opes:* ſed una ſemper incedere, ac quodam modo cohærere, ſtultitiam ac divitias. Pulcre enim Iſocrates in Areopagitico: Συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς πλουσίοις καὶ τοῖς δυνάσταις ἄνοια, καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία. quod ita eſſe ut reipſa monſtraret Eutrapelus, *cuicumque. nocere volebat Veſtimenta dabat.* Id autem quodam loquendi genere dictum accipio, *dabat* pro dari volebat, aut danda ſentiebat. Vide Franc. Luiſini Parergon l.2. cap.6. *Torrent. Eutrapelus cuicumque.*] Homo facetus & adeo callidus, ut ſciret ſtultorum animos cum habitu mutare.

32. *Beatus enim jam.*] Dives factus fortuna ſua jam mutata.

33. *Et ſpes.*] Et meliora ſperabit.

35. *Nummos alienos.*] Nummos fœnore augebit. *Ad imam.*] Poſtremo.

36. *Thrax erit.*] *Trax* aut *Trex* habent vetuſta exemplaria. neque tam de gladiatore armaturæ Thracum, quam de aliquo, qui ad cædem faciendam immani Thracum more conduci mercede ſeſe pateretur, hunc locum intelligo. Gens enim illa ceteris ſemper omnibus truculentior habita, ut Epod. v.

—— Quale poſſet impia
Mollire Thracum pectora. Torrent.

Thrax erit.] Efficietur gladiator, urgente rerum inopia. *Aget mercede.*] Circumducet.

37. *Arcanum neque.*] Horatius dat Lollio præcepta, quibus in amicitia & vita communi eſt opus.

38. *Commiſſumque.*] Tuæ fidei creditum. *Et vino.*] Et potus & iratus. *Vino tortus & ira.*] *Vinum* & *ira* potentiorum quaſi fidiculæ quædam, quibus ſuos explorent an ſint amicitia digni, ut ad Piſones,

Reges dicuntur multis urgere culullis. Torrent.

40. *Ille.*] Ille ſuperior amicus.

41. *Gratia ſic fratrum.*] Sic amicitia duorum fratrum eſt diſſoluta propter ſtudiorum diverſitatem. *Amphionis atque Zethi.*] Hi Jovis ex Antiope filii

Zethi diſſiluit; donec ſuſpecta ſevero
Conticuit lyra. fraternis ceſſiſſe putatur
Moribus Amphion. tu cede potentis amici
Lenibus imperiis; quotieſque educet in agros
Ætolis onerata plagis, jumenta caneſque;
Surge, & inhumanæ ſenium depone Camenæ,
Cœnes ut pariter pulmenta laboribus emta.
Romanis ſolenne viris opus, utile famæ,
Vitæque, & membris: præſertim quum valeas, &
Vel curſu ſuperare canem, vel viribus aprum
Poſſis. adde, virilia quod ſpecioſiùs arma
Non eſt qui tractet. ſcis quo clamore coronæ
Prælia ſuſtineas campeſtria. denique ſævam
Militiam puer, & Cantabrica bella tuliſti
Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit,
Et nunc, ſi quid abeſt, Italis adjudicat armis.

Ac

cum gemini eſſent, diverſa tamen ſtudia ſecuti ſunt. ille Philoſophiam & Muſicam; hic vero durior triſtiorque rem ruſticam. unde & declamationum apud Rhetores argumenta, cum uterque alteri ſuum ſtudium perſuadere contendit. *Torrent.*

42. *Donec ſuſpecta.*] Donec Lyra Amphionis Zetho odioſa, deſiit.

43. *Fraternis ceßiſſe.*] Moribus ruſticis.

46. *Ætolis onerata plagis.*] Nota Græciæ regio, ab Ætolo Martis filio, quem jaculum cum amento inveniſſe ſcribit Plinius, cognominata. *Torrent.* *Ætolis onerata.*] Retibus optimis, qualia habuerunt in venatione apri Calydoniæ, quæ urbs eſt in Ætolia.

47. *Et inhumanæ ſenium depone Camœnæ.*] Et depone ſenilem tuæ Camœnæ inſuavitatem, quæ venatoribus videtur eſſe aſpera & inhumana. *Inhumanæ ſenium depone Camœnæ.*] *Senium* pro tædio dixit atque moleſtia. ut ſæpe veteres. exempla apud Nonium. *Inhumanam* vero *Camœnam*, vel quod ſolitudinem amans hominum cœtus fugit, vel quod talis divitibus eſſe videatur. *Torrentius.*

49. *Romanis ſolenne.*] Venari, opus eſt uſitatum Romanis. *Utile famæ.*] Famæ utile, quia inde apparent ſigna fortitudinis.

50. *Vitaque & membris.*] Utile vitæ, quia exercitatio conſervat corporis valetudinem.

52. *Specioſius.*] Decentius, quam tu ô Lolli.

53. *Quo clamore.*] Quo applauſu populi circumſtantis.

54. *Prælia ſuſtineas.*] Ludicra certamina perferas in Campo Martio.

55. *Puer.*] In tenera ætate.

56. *Sub duce.*] Sub Auguſto. Od.15. lib.4. *Signa refixit.*] *Refigit* habent noſtri M. S. omnes. & ex his duo, *Nunc & ſi quid abeſt.* Torrent. *Signa refixit.*] Signa quæ Craſſus amiſerat.

57. *Adjudicat armis.*] Adjungit populo Romano.

58. *Ac*

Ac ne te retrahas, & inexcuſabilis abſis:
Quamvis nil extra numerum feciſſe modumque
Curas: interdum nugaris rure paterno:
Partitur lintres exercitus: Actia pugna
Te duce per pueros hoſtili more refertur.
Adverſarius eſt frater: lacus, Hadria: donec
Alterutrum velox victoria fronde coronet.
Conſentire ſuis ſtudiis qui crediderit te,
Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.
Protinus ut moneam (ſi quid monitoris eges tu)
Quid de quoque viro, & cui dicas, ſæpè videto.

Percun-

58. *Ac ne te retrahas.*] Lollium perſeverare etiam monet, cum opus eſt, in venatione aliiſque hujus generis exercitationibus: maxime, inquit, cum nunc quoque, quamvis nihil inordinate aut immoderate facere velis, interdum tamen hiſce te ludis exerceas una cum fratre ac pueris tuis, Actiacæ pugnæ ſimulacra referens. Puto autem hæc ſcripſiſſe Horatium, cum Cajo Cæſaris Auguſti filio in Armeniam ituro comes deſtinatus eſſet Lollius: eodem fere tempore quo priorem quoque Epiſtolam ſcripſit. *Torrent. Ne te retrahas.*] Noli te nimis longe retrahere aut abeſſe, ſine juſta excuſatione.

59. *Extra numerum.*] Inepte. Metaph. ducta à ſaltatoribus.

60. *Interdum nugaris.*] Tamen interdum ludis & nugas agis in villa patris tui.

61. *Partitur lintres exercitus.*] Exercitus dividit naviculas inter ſe. *Actia pugna.*] Pugna commiſſa apud Actium, promontorium Epiri, inter Auguſtum & Antonium.

62. *Refertur.*] Repræſentatur, ut ejus memoriam gratam faceret Auguſto.

63. *Adverſarius.*] Eſt in loco adverſarii ducis. *Lacus, Adria.*] Lacus in fundo patris tui ſimulat Mare Adriaticum, in quo navale prælium geſtum eſt inter Auguſtum, & Antonium.

64. *Alterutrum.*] Te aut fratrem. *Velox victoria.*] Non arbitror hoc ad hiſtoriam referendum: ſed eo potius, quod alatæ virginis habitu Victoria pingebatur, coronam fere manu tenens. *Torrent. Fronde.*] Laurea.

65. *Qui.*] Auguſtus.

66. *Utroque tuum laudabit pollice ludum.*] *Pollices*, inquit Plinius l. XXVIII. cap. II. *cum faveamus, premere etiam adverbio jubemur.* & contra *vertere pollicem* dicebantur, qui infeſti erant. ductum enim ab arena, ut ad Suetonii Cæſarem annotavit Torrentius, cap. XXV. Sic itaque & Juven. Sat. III.

——— *Verſo pollice vulgi*
Quemlibet occidunt populariter.

eademque de re Politianus, Eraſmus & Turnebus Adverſar. II. cap. VI. Vult igitur Horatius, ut quem ſibi favorem ſperet Lollius, ipſi prior diviti præſtet. *Torrent. Utroque pollice.*] Pollice ad medium digitum preſſo, inque indicem relapſo, ſignum clarum ſonitumque damus, favoremque ſignificamus: quod ſi fiat utroque pollice maximi id favoris eſt: & hoc eſt, premere pollicem. *Cruquius. Pollice ludum.*] Utraque manu, id eſt, ſummopere comprobabit.

67. *Protinus ut moneam.*] Id eſt, ut monere pergam. *Torrentius. Protinus.*] Deinceps.

Percunctatorem fugito; nam garrulus idem eſt,
Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures,
Et ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum.
Non ancilla tuum jecur ulceret ulla, puerve,
Intra marmoreum venerandi limen amici:
Ne dominus pueri pulcri, caræve puellæ,
Munere te parvo beet; aut incommodus angat.
Qualem commendes, etiam atque etiam adſpice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, & quondam non dignum tradimus. ergo
Quem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri:
Ut penitus notum, ſi tentent crimina, ſerves,

Tuteriſ-

69. *Percontatorem.*] Percontatorem tuorum ſecretorum. *Nam garrulus.*] Quia ſecreta eadem libidine prodit, quæ audit.

70. *Aures.*] Aures percontatoris.

71. *Volat irrevocabile verbum.*] Facete Plautus Amph.

Vox ad aures advolavit.

reſpondet alter:

——— Næ ego homo infelix fui
Qui non alas intervelli: volucrem vocem geſtito.

Recte igitur Homerus ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. verba enim veluti pennata eſſe ait, quæ teli inſtar per aures ad animum celerrime perferantur. *Irrevocabile* autem legunt fideliſſimi codices. *Torrentius.*

72. *Non ancilla.*] Vide ne ames puerum puellamve divitis.

73. *Intra marmoreum.*] In domo magnifica.

75. *Munere te parvo beet.*] Ancillam nempe puerumve donando. *Torrentius.* *Munere te parvo.*] Dans tibi quod amas. *Aut incommodus.*] Denegans tibi puerum vel puellam à te amatam. *Incommodus.*] Non tam moleſtus, quam qui amico commodare nolit. *Torrent.*

76. *Qualem commendes.*] Optimum præceptum. eadem enim in tradendis, quæ in aſſumendis amicis cautio eſt, ut antè probentur. ac ſcitum illud Theophraſti: *Prudentis eſſe officium amicitiam probatam appetere, non appetitam probare.* Torrentius.

77. *Pudorem.*] Verecùndiam.

78. *Et quondam non dignum.*] Et aliquando indignum alteri commendamus.

79. *Deceptus omitte tueri.*] Quo dicto, non excludit Horatius omnimodam defenſionem ejus quem commendaſti; ſed vult inquirendum eſſe, verane ſit culpa an falſa. Addit enim *ſi tentent,* id eſt, ſi intentent crimina malevoli, falſoque eum culpent. *Serves,* id eſt, ſervare debes: nam ſi innocentem à te commendatum non fueris tutatus, futurum eſt, ut hoc crimen, quo falſo gravatur, redundet in te commendatorem, tanquam ejus mali quoque conſcium *Cruquius.* *Deceptus omitte tueri.*] Tua ſpe falſus, noli eum tueri quem commendaſti, quemadmodum defenderes penitus tibi notum.

80. *Ut penitus notum, ſi tentent crimina, ſerves.*] *Crimina* ſunt συκοφαντίαι. Gloſſæ veteres, *crimen* ἔγκλημα, διαβολή. optime. *Criminibus tentari,* συκοφαντεῖσθαι. Quo nihil eſſe in aula frequentius, norunt omnes. *Heinſius.* *Si tentent crimina.*] *Tentare* pro afficere, appetere, invadere, vexare. frequens Virgilio:

Non

Tuteriſque tuo fidentem præſidio: qui
Dente Theonino quum circumroditur, ecquid
Ad te pòſt paullò ventura pericula ſentis?
NAM *tua res agitur paries quum proximus ardet,*
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici:
Expertus metuit. tu, dum tua navis in alto eſt;
Hoc age, ne mutata retrorſum te ferat aura.
Oderunt hilarem triſtes, triſtemque jocoſi;
Sedatum celeres, agilem gnavumque remiſſi.
Potores bibuli media de nocte Falerni
Oderunt porrecta negantem pocula: quamvis
Nocturnos jures te formidare vapores.
Deme ſupercilio nubem. plerumque modeſtus

Occu-

Non inſueta graves tentabunt pabula fetas.

ipſe Horatius:

Si latus aut renes morbo tentantur acuto.

Torrent. *Si tentent crimina.*] Si malevoli falſo eum culpent, ſerves, id eſt, ſervare debes eumque tutari.

82. *Dente Theonino quum circumroditur.*] De *Theone* quod dicam non habeo, niſi quod hominem ea ætate maledicentiſſimum fuiſſe ajunt Grammatici. Adi Victorium lib.XVI. cap.X. & lib.XVI. cap.XIII. ubi egregie de verſu, qui mox ſequitur:

Nam tua res agitur. ——

Torrent.

Dente Theonino.] Invidis detrectatoribus. Fuit Theon Poëta maledicentiſſimus.

83. *Nam tua res agitur.*] Res tua in periculo verſatur.

86. *Dulcis inexpertis.*] Ad minimas enim offenſas indignantur graviſſime, & plumbeas iras gerunt, auctore Plauto: ita ut non injuria dicatur,

Aulica vita ſplendida miſeria. Cruquius.

Cultura potentis.] Cultus & obſervantia.

87. *Expertus metuit.*] *Metuet*, & mox *vehat aura* pro *ferat*, in duobus codicibus. nec male. *Torrent. Expertus metuit.*] Qui periculum fecit, metuit.

88. *Hoc age.*] Bene de hac loquendi formula Lambinus, & Briſſonius de Formulis. *Torrent. Hoc age, ne mutata retrorſum te ferat aura.*] In hac re ſtudium tuum pone, ne ob levem offenſionem, potentis amici amicitiam amittas. Nam divites, ut aura ſunt mutabiles.

89. *Oderunt hilarem.*] Morum ſimilitudo neceſſaria eſt in amicitia.

90. *Sedatum.*] Tardum. *Agilem gnavumque.*] Hominem ad agendum promptum, & ſtrenuum oderunt ignavi.

91. *Bibuli.*] Epitheton hoc eſſe verbi *potores*, non *Falerni*, quod quidam falſo credunt, oſtendit locus ex Epiſt. ad Villicum:

Quem bibulum liquidi media de nocte Falerni. Torrent.

93. *Vapores.*] *Tepores* legunt chirographa omnia, tanto conſenſu, ut ſilentio tranſire nefas ſit. & ſane cum vino incaleſcimus, tepidi illi vapores, caput veluti arcem petentes, nobis moleſti ſunt. *Torrent. Vapores.*] Vapores vini.

94. *Deme ſupercilio nubem.*] *Frons hominis,*

Occupat obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi.
Inter cuncta leges, & percunctabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter ævum:
Ne te ſemper inops agitet vexetque Cupido,
Ne pavor, & rerum mediocriter utilium ſpes:
Virtutem doctrina paret naturáne donet:
Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicum:
Quid purè tranquillet; honos, an dulce lucellum,
An ſecretum iter, & fallentis ſemita vitæ.
Me quoties reficit gelidus Digentia rivus,
Quem Mandela bibit, rugoſus frigore pagus,
Quid ſentire putas? quid credis amice precari?
Sit mihi, quod nunc eſt, etiam minus: ut mihi vivam

Quod

mini, inquit Plinius, *triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeveritatis index: in aſcenſu ejus ſupercilia, & pariter & alterne mobilia, & in iis pars animi: negamus, annuimus, hæc maxime indicant faſtum, &c.* Eademque ratione *ſupercilii nubem* hic Flaccus noſter, ut *frontis nubeculam* in Piſonem Cicero, dixere: quia vultus hilaritatem triſtitia, ut cœli ſerenitatem nubila depellunt. P. Victorius lib. XVI. cap. XIV. *Torrent. Deme ſupercilio.*] Aufer à vultu triſtitiam.

95. *Occupat obſcuri ſpeciem.*] Obtinet ſpeciem hominis recti. *Obſcuri.*] Id eſt, minime aperti, qualis quem fictum aſtutumque vocamus. *Acerbi.*] Hominis inhumani.

96. *Leges, &c.*] Leges Philoſophorum libros.

97. *Leniter.*] Sine moleſtia.

98. *Ne te ſemper*] Mirum eſt in omnibus M. S. legi *num te*; demto uno *Non te*, & altero *Nec te*: verſu item ſequenti *Non pavor*, aut *Nec pavor*. vulgatam tamen ſcripturam retineo. *Torrentius. Inops Cupido.*] Cupiditas ſemper egens.

99. *Rerum mediocriter utilium ſpes.*] *Res mediocriter utiles*, fortunæ bona appellat, quæ tamquam media quædam ἀδιάφορα, ut Græci vocant, habenda ſint; quibus patienter carere non minor ſit laus, quam ſi habeas, honeſte uti; nefas vero præter æquum appetere. *Torrent. Rerum mediocriter.*] Quales ſunt non neceſſariæ divitiæ.

100. *Virtutem doctrina paret.*] Percunctabere doctos, utrum virtus doctrina conſtet an natura.

101. *Quid te tibi.*] Quid faciat te jucunde vivere.

102. *Quid pure tranquillet.*] Vitæ tranquillitatem exoptant omnes: ſed quum ea ab adeptione finis, quo tendimus, dependeat, merito diſpicere jubet Horatius, qua tandem via eo perveniamus. *Torrent. Quid pure tranquillet.*] Quid vere animum tranquillum reddat.

103. *An ſecretum.*] An obſcurum vitæ genus. *Fallentis ſemita vitæ.*] Vitæ latentis.

104. *Reficit.*] Animum relaxat. *Digentia rivus.*] Digentia rivus eſt per agrum Horatii fluens.

105. *Mandela bibit.*] Mandela eſt pagus in Sabinis, cujus incolæ frigore contracti, aquam Digentiæ bibunt. *Rugoſus frigore.*] Quia frigore contrahuntur & aſperiora fiunt corpora. *Torrent.*

106. *Precari.*] Optare.

107. *Sit mihi.*] Ut ſervem, quod nunc habeo.

Quod ſupereſt ævi, ſi quid ſupereſſe volunt Dî:
Sit bona librorum & proviſæ frugis in annum
Copia: neu fluitem dubiæ ſpe pendulus horæ.
SED *ſatis eſt orare Jovem, qui donat, & aufert:*
Det vitam, det opes; æquum mî animum ipſe parabo.

habeo. *Ut mihi vivam.*] Ut vivam meo, non potentiorum, arbitratu.

109. *Sit.*] Ut ſit.

110. *Neu fluitem.*] Lambinus *ne fluitem*, ex Cantero Novar.lect.lib.4.c.12. & paulo ante, *& mihi vivam*, pro *ut mihi vivam* & *non fluitem*, quæ lectio multo pluribus teſtimoniis nititur. *Dubiam* vero *horam* vocat, qua nihil incertius, mortis ſcilicet; cujus ſpe, ſive metu angi nolit. *Summum*, inquit ille, *nec metuas diem, nec optes.* Torrent. *Ne fluitem.*] Ut ne ſemper incertus ſim, pendens à rebus ſperatis.

111. *Sed ſatis eſt.*] Vota quidem ſua ante explicuit: quorum nunc formulam reſtringens: Verum ſatis eſt, inquit, ea Jovem orare,

—— *Quæ donat & aufert,*
Det vitam, det opes.

ſic enim in tribus vetuſtiſſimis codd. legitur, pro *qui donat*, atque ita omnino legendum cenſeo, ut multo apertius. *Torrent.*

112. *Det vitam.*] Ut vitam largiatur & bona externa. *Æquum mî animum.*] Quaſi vero id ſine divino beneficio quiſquam facere poſſit. Sed ex Stoïcorum ſententia loquitur. *Torrentius.* *Æquum mî animum ipſe parabo.*] Animum æquabilem & præſentibus contentum ipſe mihi parabo.

EPISTOLA XIX.

Ad MÆCENATEM.

Pravum quorundam in imitandis Poëtarum vitiis potiùs quàm virtutibus ſtudium reprehendit. Imitatores vocans ſervum pecus, ſe contra veſtigiis aliorum inſiſtere voluiſſe negat. Deinde rationem reddit: cur ii, qui librorum ejus lectione domi delectarentur eoſque laudarent, foris eos vituperarent.

PRISCO *ſi credis Mæcenas docte, Cratino,*
Nulla placere diu, nec vivere carmina poſſunt,

Quæ

1. P*Riſco ſi credis.*] Crat. Priſcus Poëta priſcam comœdiam ſcripſit. *Cratino.*] *Cratinus* Athenienſis ex tribu Oenoide, Callimedis filius, floruit Olympiade LXXXI. Cratinum ut φιλοπότην καὶ παιδικῶν ἡττημένον deſcribit Suidas: addunt interpretes adeo temulentum ſæpe fuiſſe, ut pelles quibus recumbere ſolitus erat, paſſim permejeret. unde ſunt qui Κρατίνου κώδιον pro re abjectiſſima proverbio celebratum fuiſſe ſcribant. Sane vinoſum fuiſſe, conſtat etiam ex Ariſtophanis Comœdia εἰρήνῃ: & nihilominus ad ſummam ſenectutem pervenit. teſtis Lucianus de Longævis. *Torrent.*

2. *Nulla placere diu.*] Probari præſentibus: *Diu vivere*, ad poſteros durare. Notus Græcorum ſenarius:

Οὐκ ἔστι διθύραμβος ἂν ὕδωρ πίνῃ.

quo dithyrambus eſſe negatur qui aquam bibit. cujus qui cauſſas cognoſcere velit, Plutarchum conſulat Sympoſiac.

Quæ ſcribuntur aquæ potoribus: ut malè ſanos
Adſcripſit Liber Satyris Fauniſque Poëtas.
Vina ferè dulces oluerunt mane Camœnæ:
Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.
Ennius ipſe pater numquam, niſi potus, ad arma
Proſi-

ſiac. lib. VII. cap. X. *Torrent.* *Nec vivere.*] Nec annoſa fieri.

3. *Aquæ potoribus.*] Vinum non bibentibus. *Ut male ſanos Aſcripſit Liber Satyris Fauniſque Poëtas.*] Quomodo Liber Satyris & Faunis Poëtas aſſcripſit? Apud Græcos antiquiſſimum Poëma ſunt Satyri. Eos non ſcribebant tantum veteres Poëtæ, ſed & agebant. Ita cum Satyris errabant per theatra; habitu eorum & perſona. Vidit igitur Cratinus Satyros & imitatus eſt. quæque ab iis repræſentabantur, vita & ſcriptis expreſſit. Vini commendator, ut ubique antiqui docent, magnus pariter & helluo. Idem ille de quo præceſſerat,

Priſco ſi credis, Mæcenas docte, Cratino,
Nulla valere diu nec vivere carmina poſſunt,
Quæ ſtribuntur aquæ potoribus.

Quem ſecuti ſunt Poëtæ reliqui, qui exemplo probarunt, jure optimo ac merito Poëtas Baccho comites cum ſuis ſibi Satyris adjungi, & eorum perſonas ſuſtinere. Conſtat autem Satyros, nihil fere aliud quam vinum in ſcena commendaſſe, aut argumenta, quæ huc facerent, tractaſſe. Exemplo ſit Euripidis Cyclops, in quo ab initio ad finem vini fit mentio. *Ex quo ergo tempore*, inquit Poëta, *apud Græcos Poëtæ Satyrorum effinxerunt mores, quos vinoſos & bibentes introduxerunt, ex eo tempore ipſæ Muſæ nihil præter vinum oluerunt.* Dixit autem non *Satyris* tantum, ſed & *Faunis*, quia Ennius à Faunis Romanæ Poëſeos initia deduxerat, & Satyri Romanis erant Fauni. *Heinſius.* *Ut male ſanos.*] *Ut*, pro poſtquam exponendum eſt. Lepide enim Horatius, poſtquam Liber pater Poëtas Satyrorum Faunorumque numero adſcripſit, ait etiam Muſas ipſas benignius ſeſe invitantes vinum oluiſſe. *Torrent.* *Ut male ſanos.*] Quandoquidem Liber retulit in numerum Satyrorum & Faunorum vinoſorum Poëtas parum ſanos, id eſt, divinò furore correptos, extra ſe poſitos.

5. *Vina fere.*] Ipſæ Muſæ, etiam mane ſobriæ non fuerunt.

6. *Laudibus vini.*] Non adeſt hilaritas, cum deeſt vinum. Excitat etiam vini calor inveniendi vim, quæ torpet nonnunquam in jejunis; movet phantaſias, addit impetus, ſubminiſtrat fiduciam, ut ex Plutarcho Eraſmus ratiocinatur. Vide & Pet. Nannii Miſcell. l. 4. *Laudibus arguitur, &c.*] Homerus convincitur eſſe vinoſus, eo quod crebro vinum laudet.

7. *Ennius ipſe pater.*] Hunc tamquam alterum Homerum priori aſſociat:

—— Qui primus amœno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam
Per gentes Italas.

Et Homeri quidem de vini laudibus teſtimonio ſatis clara ſunt: vel cum Nepenthen illam ſuam & Ambroſiæ nectariſque liquorem celebrans, nihil aliud quam vini vim ſignificare viſus eſt. *Torrent.* *Ennius ipſe pater.*] Ipſe Ennius, qui Faunos & vates conjungit, plane, ut apud Græcos Æſchylus, nunquam niſi ebrius ſcripſit. Vides jam quam hæc cohæreant. τὸ *ipſe* enim plane vim peculiarem habet. Quod autem, quærunt quidam, quare Ennius dicatur *pater*; feſtiviſſima & vere Satyrica mimeſis eſt. Ennius mirifice amabat vocem *pater*, ut ſe ea abſtinere haud poſſet. *Heinſius.* *Pater nunquam niſi potus*

ad

Proſiluit dicenda. Forum, Putealque Libonis
Mandabo ſiccis: adimam cantare ſeveris.
Hoc ſimul edixit; non ceſſavere Poëtæ
Nocturno certare mero, putere diurno.
Quid? ſi quis vultu torvo ferus, & pede nudo,
Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem:

Virtu-

ad arma.] Ennius primus Poëta Latinus.

8. *Forum, &c.*] Res forenſes & ſedem Prætoris à Libone in foro collocatam. *Putealque Libonis.*] Quid *puteal*, quove loco Romæ fuerit, diximus l. 2. Sat. VI. Neque dubium quin veluti ex prætoris formula hæc verba proferantur. ita enim in albo prætoris: *Pacta ſervabo, judicium dabo*, & ſimilia: ſed ingens dubitatio eſt, quis hic prætoris perſonam gerat. nam de Cratino aut Baccho hoc fingere plane ridiculum eſt, neque Ennio multo magis convenit. quis enim edicentem eum inducat, qui jam ut teſtis auditus ſit? Lego itaque verſu ſequenti *Hoc ſimul edixi.* atque ita ſcriptum repperi in antiquiſſimo exemplari Laurentiano. Et cur quæſo hic non edicat Horatius? qui mox ſubjungit, *quod ſi pallerem caſu.* Torrent.

9. *Mandabis ſiccis.*] Committam ſobriis. *Adimam cantare.*] Adimam cantus & carmina hominibus, qui ſtudia colunt ſeria.

10. *Hoc ſimul edixit.*] Vertunt ſe in omnem faciem interpretes. Neque enim ſane ad Bacchum, neque ad Cratinum, multo minus, ad Ennium, ut diximus, referri hoc poteſt. Legendum ergo, *edixti.* Ut ad Mæcenatem referantur hæc omnia:

Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.
Ennius ipſe pater nunquam, niſi potus, ad arma
Proſiluit dicenda, &c.

Solebat Mæcenas ſummus Poëtarum fautor, iſtis ſuis clientibus, cum moneret in menſa, ut ſtrenue rem gererent, Homeri, primi apud Græcos, Ennii apud Romanos, exempla proponere; quos cupidiſſimos vini fuiſſe conſtat: & edicti inſtar, lepide, ut in menſa ac vino, pronunciare, Judicia & forum ſobriis & ſiccis evenire, Poëtam ſine vino eſſe neminem. Ex eo tempore, inquit Poëta, nunquam ſobrii fuerunt Poëtæ. Non tamen nego quin optime admitti poſſit, quod in MSS. Codd. reperiſſe ſe eruditi teſtantur, *edixi.* Ut Horatio hoc tribuatur: qui, cum de aliis, tum imprimis ſimiis ſuis & ineptis imitatoribus agit. & ſequitur,

—— *Quod ſi*
Pallerem caſu, biberent exangue cuminum.

ut recte Torrentius notavit. *Heinſius.* *Hoc ſimul.*] Poſtquam Ennius hoc clare dixerat.

11. *Nocturno certare mero.*] Certatim potare totam noctem. *Putere diurno.*] Fœtere vino diurno.

12. *Si quis vultu.*] Si quis veſtem, vultumque Catonis imitetur, nunquid ille ſtatim virtutibus erit Cato? *Pede nudo.*] Cato in publicum ſæpe ſine calceis prodibat.

13. *Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem.*] De Catone Uticenſi loquitur: qui non ſolum nudo pede in publicum prodiit, ſed etiam provincias tranſivit. Quod vero dicit *textore*, id quoque novum quidem, ſed non inelegans eſt. ut Epiſt. I.

Si curtatus inæquali tonſore capillos
Occurri.

pro tonſura & textura, per hypallagen; nam *teſcore* aut *teſquore* pro ſquallore mihi nullo modo placet. modicus enim fuit ille Cato, at minime ſordidus. Turneb. lib. 17. cap. 22. *Torrent.* *Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem.*] *Textoris* vox referenda erit non ad togam exiguam,

Virtutémne repræſentet moreſque Catonis?
Rupit Iarbitam Timagenis æmula lingua,
Dum ſtudet urbanus, tenditque diſertus haberi.
Decipit exemplar vitiis imitabile. quòd ſi
Pallerem caſu, biberent exſangue cuminum.
O imitatores ſervum pecus, ut mihi ſæpè
Bilem, ſæpè jocum veſtri movere tumultus!
Libera per vacuum poſui veſtigia princeps:

Non

guam, ſed ad materiam rudem ſcilicet, craſſamque & vili textura, filoque ſoloci confectam. Nam Lucanus de ejuſdem Catonis toga loquens ait:

— pretioſaque veſtis
Hirtam membra ſuper Romani more Quiritis
Induxiſſe togam.

Hic *Quiris* pro quolibet ex populo, id eſt, plebeia vulgarique toga contecto, anguſtâ, rudique textura confecta. *Ferrarius. Textore Catonem.*] Cum textore exiguæ togæ.

15. *Rupit Iarbitam.*] Mira hujus nominis varietas. nam & *Hiarbytam*, & *Barbytham*, & *Tarbitam* legi. adſcriptum autem margini vetuſtiſſimi cod. *Barbita Maurus cum Timagenem Philoſophum inter pocula declamantem vellet imitari nec poſſet, invidia ruptus eſt.* malo tamen *Iarbitam* legere. De *Timagine* vero, non Philoſopho, ſed Rhetore Alexandro, plura Suidas. quem vide. Potuit autem, qui Rhetor vel Sophiſta fuit, etiam hiſtoriam ſcribere. Quod vero *cœna* pro *lingua* in quibuſdam exemplaribus legitur, hoc eo referri poſſit, quod inter pocula certamen illud initum fuiſſe Scholiaſtes narrat. *Torrent. Rupit Hyarbitam.*] Hyarbitam lingua Timagenis Rhetoris æmula rupit, id eſt, dirupit eum nimium clamando.

16. *Studet urbanus.*] Et dum contendit.

17. *Decipit exemplar.*] Qui in medio populi velut exemplar vitæ morumque poſitus eſt, ad quod ſe forment cæteri, videat ne vel in minimo decedat à recto, populumque in errorem inducat: nam cum vitia magis allubeſcant, imitatuque ſunt faciliora, fit, ut ea vulgò, in viris principibus, pro virtutibus habeantur, ignaroſque decipiant. *Cruq. Decipit exemplar vitiis imitabile.*] Non imitationem tollit, ſed vitiis inhærere vetat. *Torr. Imitabile, quod ſi.*] Bonum exemplar, in quo aliqua inſunt vitia, ſtultus imitatur in vitiis, virtutibus omiſſis. *Quod ſi pallerem.*] Tres M.S. codices *pro ſi*, quod haud dubie magis Poëticum eſt. & alioqui quomodocumque legas, frigidum erit; niſi edictum quod ante dixi ab Horatio proferri fateamur:

Hoc ſimul edixi. — Torrent.

18. *Pallerem caſu, biberent exangue.*] Si (inquit Horatius) præter ſolitum pallerem, mei imitatores biberent cuminum, quod eos redderet exangues, id eſt, pallidos.

19. *O imitatores, &c.*] O potulentos Poëtas, vitiorum potius quam virtutis Poëticæ imitatores, ventri ſervientes tanquam beſtiæ ſerviles. *Ut mihi ſæpe.*] Quam ſæpe. *Sæpe Bilem, ſæpe jocum.*] Iracundiæ riſum adjungit. ſolet enim indignatio in riſum verti. *Torrent.*

20. *Bilem.*] Iracundiam. *Tumultus.*] *Tumultum* pro trepidatione accipio. ut enim aſſentatores in regibus ſuis trepidi obſervant quod vel laudent, vel imitentur; ſic & ii, qui ſimiles haberi ſtudent illis, quos etiam per vitia æmulantur, vere ſervum pecus, *Torrent. Tumultus.*] Veſtræ conturbationes.

21. *Libera per vacuum.*] Oſtendit deinceps quantum à ſervili illa imitatione

ipſe

Non aliena meo preſſi pede. qui ſibi fidet
Dux, reget examen. Parios ego primus ïambos
Oſtendi Latio, numeros animoſque ſecutus
Archilochi, non res & agentia verba Lycamben.
Ac ne me foliis ideò brevioribus ornes,
Quòd timui mutare modos & carminis artem:
Temperat Archilochi Muſam pede maſcula Sappho,
Temperat Alcæus: ſed rebus & ordine diſpar,
Nec ſocerum quærit, quem verſibus oblinat atris,
Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit.
Hunc ego non alio dictum prius ore, Latinis
Vulgavi fidicen. juvat immemorata ferentem

Inge-

ipſe differat, qui aliis intenta primus apud Romanos aggredi auſus fuerit. hoc eſt enim *per vacuum veſtigia ponere:* ut *in vacuum venire* dixit lib. II. Sat. v. pro vacantem hereditatem ingredi; ſive accipere. *Torrent. Libera per vacuum.*] Ego nullius Poëſin Latinam imitatus ſum, ſed veſtigia in vacuo poſui, id eſt, præcedentem non ſum ſequutus. *Princeps.*] Primus.

23. *Dux, reget examen.*] Non dubitabit ſe aliorum ducem profiteri, Metaph. ducta ab apibus. *Parios.*] *Paros* Archilochi patria, quem in Epodis imitatus eſt. *Torr. Parios ego.*] Iambos inventos ab Archilocho, qui fuit ex Paro inſula.

24. *Numeros animoſque.*] Neque numeris neque ſpiritu Archilocho inferiorem ſe judicat: materia etiam ſuperiorem, quod maledicentiam fugiens non niſi licita ſcripſerit. *Torrent. Numeros animoſque ſequutus.*] Sequutus metrum & ſpiritus Archilochi.

25. *Agentia.*] Verba ad laqueum adigentia. vide Epod. 6.

26. *Foliis brevioribus ornes.*] Id eſt, parcius laudes; *laurus* enim & *hedera* Poëtarum præmia ſunt, pro laudis magnitudine largius benigniuſque donanda. *Torrent. Brevioribus.*] Videtur alludere ad coronam tonſilem ſeu depexam, cujus erant breviora folia. vide Od. 7. lib. I. *Cruquius. Brevioribus ornes.*] Ne minore corona, (id eſt,) laude me corones, ô Mæcenas.

28. *Temperat Archilochi.*] Metrum Archilochi (quod nos imitamur) verſibus Alcæi & Sapphûs temperamus. *Archilochi Muſam.*] Pro Archilochum ipſum: quem non ita imitari ſe ait, quia Alcæum & Sapphonem admiſceat. *Maſcula Sappho.*] *Sapho* ſcribunt vetuſtiſſimi codices. Turneb. lib. 10. cap. 2. & lib. 21. cap. 6. *Torrent. Maſcula Sappho.*] Sappho fuit animo forti & virili.

29. *Sed rebus.*] Sed ſententiis & diſpoſitione diſſimilis non quæret Lycamben. *Rebus & ordine diſpar.*] Idem videri poſſit ante dixiſſe, ſed meo judicio repetere voluit, ut etiam Alcæum ſuum, hoc eſt, Alcaïca quæ ſcripſit, acerbitate illa Archiloïca carere oſtendat. *Torrentius.*

30. *Quem verſibus.*] Quem verſibus maledicis dedecoret.

31. *Sponſæ laqueum.*] Neobulæ, Lycambes filiæ, quæ ſe quoque poſt patrem ſuſpendit.

32. *Hunc ego.*] Hunc Archilochum. *Non alio dictum prius ore.*] Non ab alio ore Latino.

33. *Vulgavi fidicen.*] Ego imitatus ſum exiſtens fidicen, id eſt, Poëta lyricus.

Ingenuis oculíſque legi, manibúſque teneri,
Scire velis, mea cur ingratus opuſcula lector
Laudet amétque domi, premat extra limen iniquus?
Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor,
Impenſis cœnarum, & tritæ munere veſtis:
Non ego nobilium ſcriptorum auditor & ultor,
Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.
Hinc illæ lacrymæ. Spiſſis indigna theatris
Scripta pudet recitare & nugis addere pondus,
Si dixi: Rides, ait, & Jovis auribus iſta
Servas. fidis enim manare Poëtica mella

Te

cus. *Juvat immemorata ferentem.*] Juvat me proferentem, dicta à nullo ex Latinis ante me.

34. *Ingenuis.*] Hominum ingenuorum oculis legi.

35. *Scire velis.*] Πɛϱιεϱγοπέληψις, cum non ſcribat carmen maledicum, cur in publico non laudetur, nec populi manibus teratur.

36. *Premat extra, &c.*] Cur foris vituperet.

37. *Non ego.*] Ut ſolent indocti Poëtæ. *Ventoſæ plebis.*] Plebis mobilis & inconſtantis. *Suffragia venor.*] Salſe, ut ſolet, ſæculi ſui ambitum carpit; qui ſine muneribus non magis publicam Poëtæ laudem apud plebem ſperare poſſit, quam candidati magiſtratum. *Torr.*

39. *Auditor & ultor.*] *Actor* legit Canterus Novar. lect. lib.4. cap.12. & quidem ex cod. uno M.S. noſtri omnes *ultor* habent. quod probo, vel ob ſolum Juvenalem,

Semper ego auditor tantum numquamne reponam? Torrent.

Ultor.] Judex & caſtigator: vel qui ulciſcor eos mea carmina viciſſim recitando.

40. *Grammaticas ambire tribus.*] Notum Grammaticorum ſupercilium, qui ſe omnium ſcriptorum judices venditant: unde *Critici* appellantur. eoſque ob multitudinem, inſtar pop. Rom. facete in tribus dividit. *Torrent.* *Grammaticas ambire tribus.*] Grammaticorum multitudinem prenſare, ut libros meos ſuis diſcipulis ediſcendos proponant. *Pulpita.*] *Pulpitum* proprie quidem ſuggeſtum ſignificat, hoc eſt, locum editum; unde, ut in theatro comœdiæ, ſic in doctorum hominum conventiculis auctorum ſcripta recitabantur. verum hîc pro auditorio accipere malim, partem ſcilicet pro toto. nec male Porphyrio *pulpita* pro magiſtris exponit, qui in ſublimi præſident ceteris. *Torrent.* *Pulpita.*] Unde recitentur à Grammaticis mea carmina.

41. *Hinc illæ lacbrymæ.*] Ex hac cauſa indignatio apud Grammaticos exoritur. *Spiſſis indigna theatris.*] Ordo eſt, Si dixi, pudet me recitare ſcripta indigna ſpiſſis, id eſt, frequentibus theatris, & addere pondus nugis meis: rides Horati, ait aliquis invidus.

42. *Et nugis addere pondus.*] Et nugas venditare.

43. *Rides, ait.*] Simulatione uteris. *Jovis auribus iſta.*] Auribus Auguſti, Jovis noſtri.

44. *Fidis enim.*] Confidis te ſolum edere dulcia carmina.

45. *Tibi pulcher.*] Tuo judicio bonus Poëta. Nam ſuum cuique pulchrum. *Ad hæc ego naribus uti Formido.*] Scribe, *ad hæc ego: naribus uti Formido.* Ut illa

verba

Te ſolum, tibi pulter. Ad hæc ego naribus uti
Formido: &, luctantis acuto ne ſecer ungui,
Diſplicet iſte locus, clamo & diludia poſco.
Ludus enim genuit trepidum certamen & iram,
Ira truces inimicitias & funebre bellum.

verba ſint Horatii: qui ſe Criticum acumen ſubterfugere teſtatur. *Heinſius.* *Ad hæc ego.*] Ad ea, quæ mihi ab illo dicta ſunt vereor ſubſannare, id eſt, vereor irridere quæ dixit.

46. *Luctantis.*] Non diſſimile illud ex Epiſt. ad Florum lib. II.

Cædimur, & totidem plagis conſumimus hoſtem,
Lento Samnites ad lumina prima duello.

Ibi enim ab arena, hîc à lucta, ad eos qui invicem ſua ſcripta recitant, aut inter ſe committuntur, ducta metaphora eſt. *Torrent.* *Luctantis.*] Mecum contendentis.

47. *Diſplicet iſte locus.*] Iſte locus, (id eſt, theatrum) in quo carmina mea palam recitentur, mihi diſplicet. *Iſte locus.*] Meliores libb. tres, *ille locus*, quod mallem. locum autem intelligo, quo recitaturi conveniebant. *Torr.* *Clamo & diludia poſco.*] Legendum *deludia.* Nam *deludere* eſt ludi finem facere. Nam & *deluſiſſe gladiatores* dicuntur, ubi finem ludo & arti poſuerunt, quod Græce καταλύειν dicitur. hinc *deludium* ceſſatio à ludo, vel κατάλυσις ludi. Sic & *deſiderari* res dicitur, quæ abiit, nec amplius exſtat. *Deferbuiſſe* dicitur quod fervere deſiit. *Salmaſ.* *Diludia.*] Vetus gloſſema, quod conſtat eſſe Acronis, in vulgatis libris corruptum: *Diludia dicuntur tempora quæ gladiatoribus conceduntur intra dies munerum quibus pugnant.* Sed melius Porphyrio; *Diludia*, inquit, *intermiſſio ſeu dilatio ludorum.* Ad omnes enim ludos ſpectare arbitror, maxime tamen gymnicos, ut certantes reſpirarent. Turneb. lib. 22. cap. 5. Canterus Nov. lect. lib. 6. cap. 4. *Torr.* *Diludia poſco, &c.*] Spatium emendandi carmina expoſco. Metaph. ducta à ludorum dilatione gladiatoribus conceſſa.

48. *Ludus enim genuit trepidum.*] Ludus certamen, certamen iram, ira inimicitias, inimicitiæ bellum ſæpe genuerunt. Climax eſt, ſeu gradatio.

49. *Funebre bellum, &c.*] Lugubre bellum.

EPISTOLA XX.

Ad librum ſuum.

Librum ſuum compellat in lucem prodire cupientem, à quo eum, propoſitis, quæ impendent, periculis, deterrere conatur. De ſuo genere, vita & moribus, necnon de corporis ſtatura & ætate quædam refert, quæ ab eo narrari velit.

VERTUMNUM *Janumque liber ſpectare videris:*
Scili-

1. *VErtumnum Janumque.*] *Vertumnus* vel ab amne Tiberino averſo: vel à vertendis commutandiſque rebus ac mercibus; vel quod vertentis anni (unde *Vertumnus* ſcribi volunt) temporibus præſit: vel à vertendis hominum mentibus ac cogitationibus dictus; ut deum, teſte Varrone, ex Hetruria Romam profectum docuit, in vico Tuſco ædem adeptus eſt: ſignumque ejus in ara Opis & Cereris ſtetit, regione fori Romani, ut P. Victor nos docuit. Qui

locus

Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus.
Odiſti claveis & grata ſigilla pudico:
Paucis oſtendi gemis, & communia laudas,
Non ita nutritus. fuge, quò diſcedere geſtis.
Non erit emiſſo reditus tibi. Quid miſer egi?
Quid volui? dices, ubi quis te læſerit: & ſcis
In breve te cogi, cùm plenus languet amator.
Quòd ſi non odio peccantis deſipit augur:

Carus

locus ſicut &, *Janus*, cum valde celebris eſſet; non mirum ſi, quod hic ſignificat Flaccus, bibliopolæ illic tabernas ſuas habuere. *Torrentius.* *Vertumnum, &c.*]Vertumnus & Janus dii ſunt, qui præſunt rebus vendentium & ementium, ante quorum templa vel ſtatuas, erant loca in quibus cum cæteris rebus libri etiam venales erant, librariorum columnis affixi. *Spectare.*] Vel videtur, ut Cruquius cenſet, alludere ad auguralia: librumque ſuum ſpectare hos rerum commutandarum Deos, Vertumnum Janumque, ut ipſis quaſi propitiis feliciter exiret in lucem, cui Horatius, tanquam jus omne auſpiciorum habens, obnunciando pericula, ſtudet apud ſe retinere. *Spectare.*] Spectare, hoc eſt, fixis crebro oculis intueri, ut ſolemus ea quæ extollimus & admiramur, ſic liber iſte locum, ubi publicaretur. *Torrent.*

2. *Ut proſtes, &c.*]Ut palam te venalem offeras librariorum pumice expolitum. *Soſiorum pumice.*] *Soſia* gens plebeja Romæ non ignota, cognomen Senecio, hos vero Soſios fratres librarios ea ætate celeberrimos fuiſſe, monſtrat etiam locus Epiſtolæ ad Piſones:

Hic meret æra liber Soſiis. Torr.

Pumice.] Pumex lapis cavernoſus, quo quæ maculoſa rudiaque ſunt, raduntur, lævigantur, complananturque. *Cruquius.*

3. *Odiſti claves.*]Non vis domi contineri & ſub ſigillo eſſe. quod pudicis gratum eſſe conſuevit. *Claveis & grata ſigilla pudico.*] Alludit ad diligentem virginum ac prætextatorum cuſtodiam, obſignatis cubiculorum foribus, ne egrederentur. *Torrent.*

4. *Gemis.*] Lamentaris.

5. *Non ita nutritus.*] Non in eum finem à me conſcriptus, ut egredi periculoſe, quam tuto malis apud me manere. *Quo diſcedere.*] *Deſcendere* habent M. S. omnes; atque ita loquebantur Romani in forum ituri. *Torrent.*

6. *Non erit emiſſo reditus tibi.*] Poſtquam fueris emiſſus.

8. *In breve te cogi*]Voluminum quibus utebantur veteres formam cogitemus; ſciendumque quod niſi explicarentur atque evolverentur, legi non poterant. Ait ergo Horatius doliturum librum, ubi lædi ſe ac reprehendi ſenſerit, qui etiam ab amatore, ſi quem invenerit, deſeratur, & in anguſtum cogatur, mox ubi fruitionis eum ſatietas ceperit. Occulta igitur à re Venerea ad evolutionem libri tranſlatio eſt, ac perpetua quædam allegoria. Ab ea vero quam dixi evolvendi ac complicandi ratione dictum *breviarium.* Videnda etiam quæ in Hermathena notat de ratione complicandorum voluminum Joan. Goropius Becanus. *Torrent.* *In breve te cogi.*] Complicari, &c. in manibus involvi. *Quum plenus, &c.*]Quum lector tui videndi antea cupidus, ſit languidus & legendo defeſſus.

9. *Quod ſi, &c.*] Si ego (qui tibi peccanti ut augur, futura prænuncio) non deſipio odio tui mihi bene monenti non parentis, &c.

10. *Donec*

Carus eris Romæ, donec te deſerat ætas.
Contrectatus ubi manibus ſordeſcere vulgi
Cœperis: aut tineas paſces taciturnus inerteis,
Aut fugies Uticam, aut vinctus mitteris Ilerdam:
Ridebit monitor non exauditus: ut ille,
Qui malè parentem in rupes protruſit aſellum
Iratus. Quis *enim invitum ſervare laboret?*
Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem
Occupet extremis in vicis balba ſenectus.
Cùm tibi Sol tepidus plureis admoverit aureis:
Me libertino natum patre, & in tenui re

Majo-

10. *Donec te deſerat.*] Tantiſper dum novus eris. *Ætas.*] Juventa.

12. *Tineas paſces.*] Tineas paſcere dicuntur, quæ neglecta ſitu, pereunt. *Eraſmus. Tineas paſces.*] Tineas quæ te corrodent. *Taciturnus.*] Quia non legêris.

13. *Aut fugies uticam.*] Aut tineas tacendo paſces, aut ſi tam vili eſca contentus eſſe nolis, vel fugam in Africam ultro arripies, vel vinctus etiam ut fugitivi ſolent in Hiſpaniam mitteris. Nobilia enim oppida, *Utica* Catonis morte, *Ilerda* Cæſaris adverſus Pompejanos victoria. *Vinctus* autem legitur in omnibus noſtris exemplaribus uno demto, qui *victus* habet: alii *unctus* edunt. Neque hic occultum aliquid ſubeſt, ſed fuga illa ſive ſpontanea ſive coacta, eo ſpectabat, ut Romæ jam evileſcens, in provincia, novitate Lectorem alliceret. quemadmodum enim lenones meretriculas, ſic & bibliopolæ libellos quæſtus gratia aliò atque aliò mittunt. *Torrent. Fugies Uticam, aut.*] Exulabis. Eſt Utica urbs in Africa. *Unctus mitteris.*] Fient ex te literarum integumenta. Solebant veteres alia charta ſuas epiſtolas operire. *Ilerdam.*] Hiſpaniæ civitatem.

14. *Monitor, &c.*] Ego qui te præmonui ridebo.

15. *Male parentem.*] Sibi non obtemperantem. *In rupes protruſit aſellum.*] Præcipitem dedit, deturbavit. *In rupes protrudere*, non caret adagii forma, quod in eos quadrare poteſt, qui malo genio nati, nec per ſe ſapiunt, nec bene monenti credere volunt. *Cruquius.*

17. *Hoc quoque, &c.*] Hoc tibi eventurum eſt. *Pueros elementa docentem.*] Hoc Poëtæ noſtro, uti & Poëtarum principi Virgilio, ſua jam ætate contigiſſe teſtatur Juven. Sat. VII.

—— Totidem olfeciſſe lucernas,
Quod ſtabant pueri cum totus decolor eſſet
Flaccus, & hæreret nigro fuligo Maroni. Torrent.

Elementa.] Literas.

18. *Extremis in vicis.*] *Extremos* credo *vicos* dicit, loca ubi plures vici in trivia aut quadrivia deſinunt: ibi enim Grammaticorum ſcholæ, quo plures confluerent. *Torrent.*

19. *Quum tibi.*] Hora diei tertia aut quarta, quo tempore ludimagiſtri dictata pueris præbere conſueverunt. *Sol tepidus plureis admoverit aureis.*] Quum invaleſcente jam die, non pueri modò, ſed & alii ad te audiendum confluxerint. nam pueros etiam ad lucernas diſcere ſolitos Juvenalis oſtendit. *Torrent. Aures.*] Auditores.

20. *In tenui re.*] In parva hæreditate, vel anguſta re familiari.

21. *Majo-*

Majores pennas nido extendiſſe loquêris:
Ut quantum generi demas, virtutibus addas.
Me primis urbis belli placuiſſe domíque,
Corporis exigui, præcanum, Solibus aptum,
Iraſci celerem, tamen ut placabilis eſſem.
Fortè meum ſi quis te percunctabitur ævum:
Me quater undenos ſciat impleviſſe Decembreis,
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

21. *Majores pennas.*] Humilitatem generis mei illuſtraſſe. Allegoria ducta ab avium pullis.

22. *Generi demas.*] Natalibus.

23. *Primis urbis belli, &c.*] Romæ primatibus, Auguſto, Mæcenati, Pollioni, &c.

24. *Præcanum.*] Canum ante tempus. *Solibus aptum.*] Libenter apricari ſolitum ſe oſtendit Horatius, ut ſenes plerique omnes apricationibus, quas Græci ἡλιοκαΐας vocant, gaudent. unde Perſius Sat. IIII.

At ſi unquam ceſſes, & figas in cute ſolem.

eumque ad uſum ſolarium ferè & heliocaminum in ædibus habebant veteres. *Tor.* *Solibus aptum.*] Sole gaudentem.

25. *Iraſci celerem.*] Iracundum, ita tamen ut ſim facile placandus. *Iraſci celerem.*] Ut ſunt fere cholerici, ὀξύχολοι inde dicti. accedat poëſis: *genus enim irritabile vatum.* ſed & hoc in eis optimum, quod placabiles ſunt ac facile ſedantur. ut bene ex Homero, Euripide, Ariſtotele, Cicerone Lambinus. talis ergo Horatius. At vero Lucilius apud Nonium, quamquam corruptus, viris bonis aliter evenire ait: his verſibus ut ex Oberti Gifanii ſententia reſtitui forte poterunt:

Id bonis porro ceu proprium eſt viris
Si irati ſeu cui propitii ſint, ii ut
Diutius una eadem maneant in ſententia:
Non cum benignitate ſollicitarier
Propoſcito.

Verum ille de conſtantibus loquitur; noſter verò iracundiæ vitium in ſe agnoſcit, non ideo futurus levis, niſi nimia quadam inconſtantia ſine maturo animi conſilio huc & illuc eum verti ac commoveri contigerit. *Torrent.*

26. *Ævum.*] Ætatem meam.

27. *Decembres.*] Annos quatuor & quadraginta.

28. *Collegam Lepidum.*] Natalem Horatii incidiſſe anno Urbis DCXXCVIII. Cotta & Torquato Coſſ. jam ante cognovimus: lib. III. Od. XXI. unde ad annum Urbis DCCXXXII. quo Coſſ. fuere Q. Æmilius Lepidus & M. Lollius, anni ſunt XLIIII. Atque ita Faſti Capitolini. Recte igitur ingenioſus Poëta, utens verbo *duxit*, Lollio primas tribuit: quamquam ob nobilitatem, ut arbitror, *Lepidi* nomen anteponatur, ut in Faſtis, ſic in hac pontis Fabricii inſcriptione: L. FABRICIVS. C. F. CVR. VIAR. FACIVNDVM. COERAVIT. Q. LEPIDVS. M. F. M. LOLLIVS M. F. COS. EX. S.C. PROBAVERVNT. *Torrent.* *Duxit.*] Quia ex Dione colligimus, ipſum Lollium ducem & auctorem fuiſſe conſulatus ipſi Lepido, cum Lucio Silvano contendenti. *Cruq.* *Anno, &c.*] Eo anno quo Lollius Conſul ſortitus eſt Lepidum collegam ſuum in Conſulatu.

Q. HORATII FLACCI EPISTOLARUM

LIBER SECUNDUS.

EPISTOLA PRIMA

Ad AUGUSTUM.

Queritur de pravo Romanorum ſuæ ætatis judicio, Poëmata è vetuſtate æſtimantium, & nova, non ob aliud quàm quòd nova eſſent, faſtidientium: quum tamen multa ſint in veteribus Poëtis reprehenſione digna. Poëticæ ſtudium non multis antè ſæculis Romæ coli cœptum eſſe dicit, & fatetur quidem non minus indoctos quam doctos Poëmata ſcribere: ſed aliqua commoda hunc illorum errorem conſequi, atque adeo, qualeſcunque ſint, illo ſuo Poëticæ ſtudio ipſi Reipubl. utiles eſſe oſtendit. Poëſin initio rudem, non niſi ſerò ex Græcorum lectione expoliri cœpiſſe ait, quum Græcia capta cæteras etiam artes agreſti Latio intulit. Vulgi de Comœdia, tanquam opere minimè laborioſo, judicium reprehendit: & quæ à ſcribendis fabulis multos deterreant exponit. Poſtremò de Poëtis illis agit, qui non ſpectatoribus ſcribunt, ſed lectoribus: & Auguſtum ad calcar illis addendum hortatur, ejus de Virgilio & Vario judicium laudans.

Cum tot ſuſtineas & tanta negotia ſolus:
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus

PULCERRIMAE *hujus Epiſtolæ argumentum ipſa Horatii vita, quæ Suetonii titulo circumfertur, oſtendit. Quum igitur editis ſermonum libris nullam in eis ſui memoriam habitam Auguſtus per Epiſtolam conqueſtus eſſet, hanc, ut inquit ille, eclogam Poëta expreſſit. in qua ſummo artificio optimum maximum principem collaudans, ac de Poëſi multa diſſerens, ejus erga Poëtas ſtudium & benevolentiam accendit.* Torrentius.

1. *Cum tot ſuſtineas.*] Exorditur à deprecatione brevitatis epiſtolæ, captans Auguſti benevolentiam à negotiorum magnitudine, quæ non patitur eum prolixis ſcriptis legendis operam dare. *Cruquius. Solus.*] Per partes enim, hoc eſt, per diverſas factiones, eo jam ventum erat, ut neceſſe eſſet Reipub. per unum conſuli. Oppreſſo igitur Lepido & victo apud Actium Antonio, conſtituto Auguſti Cæſaris principatu, hæc ſcripſit Horatius. *Torrent. Solus.*] Optimus princeps (cujus ſubſequitur elegans deſcriptio) ſolus ſuſtinet negotia, ſed non ſolus conſultat.

2. *Res Italas armis.*] Ea enumerat, quibus boni principis officium continetur, armis tueri imperium, Rempub. legibus, ac domi militiæque bonos mores colere. quæ omnia ſic præſtitit Auguſtus, ut neminem novi ſtatus pœniteret. *Torrent. Res Italas armis tuteris.*]

Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora Cæſar.
Romulus, & Liber pater, & cum Caſtore Pollux,
Poſt ingentia facta, Deorum in templa recepti,
Dum terras hominumque colunt genus, aſpera bella
Componunt, agros aſſignant, oppida condunt;
Ploravere ſuis non reſpondere favorem
Speratum meritis. diram qui contudit hydram,
Notáque fatali portenta labore ſubegit,
Comperit invidiam ſupremo fine domari.
URIT *enim fulgore ſuo, qui prægravat arteis*

Infra

Imperium & dignitatem Romanam. *Moribus ornes.*] Recta diſciplina, quæ bonos mores inducit.

3. *Legibus emendes.*] Metu pœnæ, quæ ex legibus infertur. *In publica commoda peccem.*] In reipubl. utilitatem delinquam.

4. *Morer.*] Si tardem.

5. *Romulus & Liber pater.*] Hi omnes quibus artibus in cælum vecti ſint, lib. III. Od. III. vidimus: ubi eandem Auguſto cædem pollicetur; eo nomine, ut hic ait, ceteris præferendo, quod videns vivenſque divinis honoribus affectus ſit; illi poſt fata. *Torrent. Liber pater.*] Bacchus, qui animum curis liberat.

6. *Poſt ingentia facta, &c.*] Poſt res fortiſſime geſtas, (id eſt, poſt finem vitæ) in cœlos recepti.

7. *Dum terras, &c.*] Typus hic eſt optimi principis erga ſubditos. *Cruquius. Dum terras colunt.*] Dum vivunt.

8. *Componunt.*] Dum bella finiunt. *Agros aſſignant.*] Dum ſuum cuique aſſignant.

9. *Ploravere ſuis.*] Queſti ſunt. *Non reſpondere.*] Favorem non eſſe meritis ſuis parem.

10. *Qui contudit.*] Hercules. *Contudit Hydram.*] Ὕδραν τέμνειν, *Hydram ſecare* proverbio dicimur: ſed Poëtis liberum ſit eam contundere. quamquam hoc verbo generaliter pro opprimere uſi ſunt. Hujus itaque fabulæ interpretationem videre apud Palæphatum De non credendis fabuloſis narrationibus. *Torrent.*

11. *Fatali.*] Ita de eo etiam Virg. lib. VIII.

—— Ut duros mille labores
Rege ſub Euryſtheo fatis Junonis iniquæ
Pertulerit.

Junonis fata vocans, quæ ejus opera ſerius naſcenti Herculi, quam Euryſtheo evenerant, ut in fabulis legimus. *Torrentius.*

12. *Comperit.*] Cognovit. *Supremo fine.*] Ipſa morte.

13. *Urit enim*] Urunt oculos omnia ſplendida διὰ τὴν ὄψιν, non ſine dolore: dein hebetant & caligare faciunt: ita metaphoricos, qui virtutes rebus geſtis reddunt graves aliis & inimitabiles, nominis ſui ſplendore & gloria urunt invidos. *Cruquius. Urit enim, &c.*] Ille homines ſua virtute accendit ad invidiam. qui artifices ſe inferiores ſua excellentia quodammodo opprimit. *Fulgore.*] *Splendore* duo optimi codices. *Torr. Quæ prægravat artes Infra ſe poſitas.*] Senſus eſt talis, Qui in ſumma aliqua & digniori arte verſantur, qualis ars eſt, in qua Cæſar verſatus, quales ſunt

quas

Infra ſe poſitas: exſtinctus amabitur idem.
Præſenti tibi maturos largimur honores,
Jurandáſque tuum per nomen ponimus aras;
Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatentes.
Sed tuus hic populus ſapiens & juſtus in uno,
Te noſtris ducibus, te Grajis anteferendo,

Cetera

quas ſupra commemoravit; bella componere, ágros aſſignare, oppida condere, regnare, bene de humano genere mereri; plerumque dignitate ſua ac fulgore, eos, qui verſantur in minoribus, ut cæteri cives, prægravant; ideoque & urunt. Quamdiu vivunt ſcilicet. At te ſuperſtitem Pop. Romanus nihilo ſecius colit. Hæc eſt interpretatio. Jam quod Lambinus interpretatur, *prægravat, onerat atque opprimit*, non eſt nauci. *Prægravare* eſt *præponderare* & *antecedere*. quemadmodum in lancibus, quæ graviora ſunt. Ut cum Seneca *deteriorem partem civitatis prægravare* dixit. *Heinſ. Prægravat artes Infra ſe poſitas.*] *Artes*, pro artibus præditos dixit: qui ab excellentiore aliquo prægravantur, ut cum eò loci quò ille aſcenderit pervenire ſe poſſe deſperant: unde invidia, adverſus quam vix ullum niſi poſt fata remedium. mortuis enim, quos ob eam quoque cauſſam beatos appellari arbitror, cum amplius obſtruere noſtris luminibus nequeunt, non invidemus. Qua de re aliquid lib. II. Od. ultima:

Invidiáque major
Terras relinquam. Torrent.

14. *Extinctus, &c.*] Mortuus idem amabitur.

15. *Præſenti tibi.*] Tibi vero viventi. *Maturos.*] Tam uberes ac perfectos florenti adhuc ætate eum virtutum ſuarum fructus referre ait, quàm ſi jam vitæ ſpatium peregiſſet. *Torrent. Maturos largimur honores.*] Tempeſtivos Deorum honores, ante tuam mortem.

16. *Jurandaſque.*] Aram ponere, & per ejus, cui poſita ſit, nomen jurare, deorum immortalium honor eſt. Locum autem illuſtrat Suetonius Cæſare cap. LXXXV. ubi de ara, & ſuper eam columna ei poſt cædem poſita, loquens; *Apud eam*, inquit, *longo tempore ſacrificare, vota ſuſcipere, controverſias quaſdam interpoſito per Cæſarem jurejurando diſtrahere, perſeveravit.* loquitur autem de plebe Romana. Quod igitur poſt mortem Cæſari, id primo mortalium apud Romanos Auguſto adhuc viventi contigit: ut de aris templiſque, maxime per provincias ei poſitis, plura diximus ſupra libro IIII. Carminum Od. V. *Torrentius. Jurandaſque, &c.*] Ponimus aras, ad quas per nomen tuum jur aturi ſumus.

17. *Nil oriturum.*] Idem aliis verbis lib. IIII. Od. II.

Quo nihil majus meliuſve terris
Fata donavere bonique divi;
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Sæcula priſcum.

Torrent. *Nil oriturum.*] Nullum talem, qualis es tu.

18. *Sed tuus hic populus.*] Illatio artis & ingenii plena. Collaudato enim populi de præferendo omnibus omnium ætatum ducibus Cæſare judicio, neceſſariò quodammodo ſequitur in judicanda Poëſi graviter eum aberrare, quam ſolis annis non virtute æſtimet. Et quanto quidem magis Auguſtum laudat, ut eo juſtior ſit populi ſententia; tanto gravius populum premit, quod non eodem de Poëtis judicio utatur. *Torr. Juſtus in uno.*] Juſtus eſt in hac una re æſtimator.

19. *Te Grajis anteferendo.*] Te Græcis præponendo.

Cetera nequaquam ſimili ratione modòque
Æſtimat; & , niſi quæ terris ſemota, ſuiſque
Temporibus defuncta videt, faſtidit & odit.
Sic fautor veterum, ut tabulas peccare vetanteis,
Quas bis quinque viri ſanxerunt, fœdera regum
Vel Gabiis vel cum rigidis æquata Sabinis,
Pontificum libros, annoſa volumina vatum,
Dictitet Albano Muſas in monte locutas.
Si, quia Græcorum ſunt antiquiſſima quæque
Scripta,

20. *Cætera nequaquam, &c.*] De cæteris rebus non recte judicat: nam veteres Poëtas ob ſolam vetuſtatem novis anteponit.

21. *Niſi quæ terris ſemota.*] Niſi à terris abſtracta, id eſt, Poëtas mortuos. *Suiſque Temporibus defuncta.*] Quæ præterierunt.

22. *Faſtidit.*] Aſpernatur.

23. *Sic fautor veterum.*] Ita favens veterum ſcriptis, ut dictitet Albano, &c. *Tabulas peccare vetanteis.*] Cum autem finis legum ſit, ut unius corporis cives æquali jure inter ſe vivant, conſtituta in eos qui ſocietatem hanc violent pœna, quam ſanctionem appellamus, & cujuſque legis pars vel præcipua eſt, jure addit Horatius, *peccare vetanteis.* Torrent. *Tabulas peccare, &c.*] Leges 12. tabularum.

24. *Quas bis.*] Quas decemviri confirmarunt. *Sanxerunt.*] Partim ex Solonis & Athenienſium legibus, partim ex moribus Spartanis inſtitutiſque. *Cruquius. Fœdera regum, &c.*] Fœdera regum Romanorum cum Gabiis aut ſeveris Sabinis icta, & ex æquo compoſita.

25. *Rigidis.*] Quod vero *rigidos* vocat *Sabinos*, id ad priſcæ gentis ſeveritatem referendum eſt: quo nomine etiam Sabinæ præcipue laudabantur. Turneb. lib. 30. cap. 29. *Torrent.*

26. *Pontificum libros.*] Quales qui precationes, quique ſacrificandi artem, aut augurales ritus, & ſimilia continebant: poteſt etiam de annalibus intelligi. *Torrent. Pontificum libros.*] Jus pontificale de ſacrificiis. *Annoſa volumina vatum.*] Bene *annoſa.* Nulli enim rei æque ac vaticiniis nomen & celebritatem vetuſtas arrogat; eiſque præcipue Romani tenebantur, ob divinitatem nempe, & quandam cælitum ſocietatem nobiliſſimam. Plinius lib. VII. cap. XXXIII. Ergo omnes libros quos & *vaticinos*, & *fatales*, & *fatidicos* dicebant, hinc intelligi poſſe arbitror. *Torrent. Annoſa volumina vatum.*] Antiqua vatum prædicta.

27. *Albano Muſas in monte loquutas.*] Facete admodum, ſub vulgi perſona loquens, Muſas è Parnaſſo & Cithærone aliiſque Græciæ collibus in Albanum montem magnæ apud Latinos venerationis tranſtulit: perinde ac ſi pro Latinis ſuas ibi ſedes collocaſſet. Vide & Turneb. lib. 26. cap. 24. *Torrentius. Muſas in monte.*] A Muſarum ore fluxiſſe.

28. *Si quia Græcorum.*] *Graiorum* habent duo exemplaria. Sententia autem horum verſuum obſcura eſt; quæ meo judicio ſic poterit explicari: Si, quia inter Græcorum ſcripta antiquiſſima quæque etiam ſunt optima, eadem omnino ratione Romani ſcriptores cenſendi veniunt; non eſt cur tantopere gloriemur, ac de rebus noſtris magnifice ſentiamus: perinde ac ſi vel intra oleam vel extra nucem nihil duri eſſe manifeſto mendacio contendamus, noſtra

Scripta, vel optima; Romani penſantur eadem
Scriptores trutina, non eſt quod multa loquamur.
Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.
Venimus ad ſummum fortunæ. pingimus, atque
Pſallimus, & luctamur Achivis doctius unctis.
Si meliora dies, ut vina, Poëmata reddit:

Scire

ſtra Græcis præferimus: & tamen præferimus; ergo nobis ipſis adverſamur. nam eodem modo quo Græci Græcos ſola antiquitate excellunt; ſic in univerſum Græci omnes longo intervallo Romanos antecedunt. Duo itaque verſus illi,

Venimus ad ſummum fortunæ, --

per μίμησιν accipiendi ſunt, ut quorum ſententia Romanis ſemper in ore ſit. De quo ſic M. Tullius lib. I. Tuſcul. Quæſt. *Sed meum judicium ſemper fuit, omnia noſtros aut inveniſſe per ſe ſapientius quam Græcos, aut accepta ab illis feciſſe meliora, quæ quidem digna ſtatuiſſent in quibus elaborarent.* Intervalla autem temporum, quibus Græci ac Romani ſcriptores floruere, declarat Gellius lib. XVII. cap. ultimo. Breviter igitur, aut deſinamus, inquit Horatius, noſtra Græcis tanto jam tempore prioribus anteponere; aut fateamur colligi, ideo quia apud Græcos ſic contigit, apud nos quoque novos à veteribus ſuperari. *Torrent.* *Si, quia Græcorum ſunt.*] Ordo eſt, Si quia ſcripta Græcorum ſunt antiquiſſima, ſunt etiam optima, idcirco Romani ſcriptores, quo antiquiores erunt, eo meliores habebuntur: certe nihil reſtat niſi ut denegemus ea quæ ſunt naturalia, ſcilicet quod olea non habet intra ſe lapillum, neque nux extra ſe corticem.

30. *Non eſt quod multa.*] Τὸ *quod*, pro cur. Senſus eſt, fruſtra cum id genus hominibus contendimus; nam dicere nihil eſſe doctum nec laude dignum, niſi quod eſt antiquum: hoc perinde eſt ac ſi cum ratione inſanias: quis enim ſanæ mentis, nucis corticem neget eſſe duram? *Cruquius.* *Non eſt quod multa loquamur.*] Cur multa loquamur.

31. *Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.*] Horatius volens ſignificare ſummam rei abſurditatem; ſic concludit: ſi hoc (de quo dixit) verum atque æquum eſt; etiam illud verum eſt, neque nucleum oleæ, neque nucis ligneum putamen eſſe durum. quod quia palam abſurdum eſt; ſequitur etiam illud eſſe abſurdum, de quo ibi eſt ſermo. *Cruquius.*

32. *Venimus ad ſummum.*] Nos Romani venimus ad ſummum fortunæ, id eſt, perfecti ſumus Poëtæ. *Pingimus atque Pſallimus & luctamur.*] Quatuor artes prima ætate diſcebant Græcorum pueri, ut in Laconum Rep. Xenophon & lib. VIII. de Repub. ait Ariſtoteles, *Grammaticam*, quamque (quod nudi corpora exercebant) *Gymnaſticam* vocabant, & *muſicam*, & *picturam*. quarum *muſicam* & *palæſtram* Plato ubique in cælum fert, ut lib. I. Od. X. diximus. Terentius vero Eunucho cum ait,

— *Fac periculum in litteris,*
Fac in Palæſtra, in muſicis, quæ liberum
Scire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo.

Picturam omiſit, ut minus frequentem, & Romanis ſua ætate ferme ignotam. At Horatius litteras non addit, quia de ſcriptoribus controverſia eſt. *Torrent.*

33. *Pſallimus.*] Cithara canimus. *Doctius unctis.*] Doctius Græcis palæſtritis, qui ungi ſolebant.

34. *Si meliora dies.*] Hæc alia ratio eſt, dicentium idem Poëtarum ſcriptis

 quod

Scire velim, pretium chartis quotus arroget annus.
Scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos vetereſque referri debet? an inter
Vileis atque novos? excludat jurgia finis.
Eſt vetus atque probus, centum qui perficit annos.
Quid, qui deperiit minor uno menſe vel anno,
Inter quos referendus erit? vetereſne Poëtas?
An quos & præſens & poſtera reſpuet ætas?
Iſte quidem veteres inter ponetur honeſtè,
Qui vel menſe brevi, vel toto eſt junior anno.
Utor permiſſo, caudæque pilos ut equinæ
Paullatim vello, & demo unum: demo etiam unum,

Dum

quod & vinis evenire, ut ætate meliora fiant; quam jocoſe eludere maluit Horatius, quam ſerio refellere. Et verum quidem eſt, nec vina nec carmina quæ mala ſint ætatem ferre: verum etiam eſt ut ſæpe vina ita & ingenia, quæ dura & acerba naſcuntur, (quod Attium Poëtam dixiſſe ferunt) poſt fieri mitia & jucunda: ſed ingeniorum fœtus, hoc eſt, ſcripta ipſa, tempore emendatiora reddi ut vina ſolent, plane falſiſſimum eſt. Relinquitur igitur non rei varietate, ſed ſola invidia, quod multi ſæpe conqueſti ſunt, recentiorum gloriam obſcurari. *Torrent. Si meliora dies.*] Ironica conceſſio: quia ad judicium poëmatis, ais, temporis unius habendam rationem, velim id tempus definiri, ut certi quid ea de re cognoſcamus, ne perpetuo ſit litigandum. *Cruquius. Dies, ut vina.*] Temporis proceſſus.

35. *Pretium chartis.*] Sic optimi duo codd. alii *chartis pretium.* Recte autem, ſi ſcripta vinis comparanda ſunt, rogat Horatius, quo tandem anno vetuſtatis gratiam obtinere poſſint. nam & vinis pro cujuſque genere ſua ætas eſt: ut Falerni media ætas, ſi Plinio credimus, à quintodecimo anno incipit. *Torrent. Pretium chartis, &c.*] Quot anni authoritatem acquirant carminibus.

36. *Qui decidit, inter.*] Qui mortuus eſt.

38. *Viles atque novos.*] Inter contemptos. *Excludat jurgia finis.*] Reſponſio eſt, Pone finem annorum, & nulla erit contentio.

39. *Eſt vetus atque probus.*] Eſt vetus atque laudabilis Poëta (tu dicis) qui, &c. *Centum qui perficit annos.*] Emendatiſſimi quique codices *centum quia perficit annos.* Placet. Sic enim Juven.

----Et ſoli cedis Homero
Propter mille annos.

Torrent.

40. *Qui deperiit.*] Qui defunctus eſt minor, id eſt junior uno menſe.

42. *An quos.*] An inter novos, &c. *Reſpuet.*] Malim *Reſpuat*, ut in tribus optimis libris; ſunt qui *reſpuit* legant. *Torrent.*

43. *Iſta quidem.*] Reſponſio ad ſecundam quæſtionem.

45. *Utor permiſſo.*] Utor eo (inquit Horatius) quod mihi permittis. *Caudæ pilos.*] Caudæ pilos equinæ paulatim vellit, qui quod viribus atque impetu fieri nequit, id tempore atque aſſiduitate conficit. *Eraſmus. Caudæque pilos.*]

Notus

Dum cadat eluſus ratione ruentis acervi,
Qui redit ad faſtos, & virtutem æſtimat annis,
Miraturque nihil, niſi quod Libitina ſacravit.
Ennius & ſapiens, & fortis, & alter Homerus,
Ut critici dicunt, leviter curare videtur,
Quò promiſſa cadant, & ſomnia Pythagorea.
Nævius in manibus non eſt, & mentibus hæret

Pænè

Notus apologus, quo ſuos Sertorius milites admonuit, perſeverantiam inconſulta vi eſſe efficaciorem. *Torrentius*.

47. *Eluſus ratione.*] Deceptus acervali argumentatione, id eſt, Sorite. *Ratione ruentis acervi.*] Cum *acervum* dicit, quem Græci σωρὸν vocant, manifeſtè alludit ad argumentationis aut ſyllogiſmi genus, quod σωρείτης dicitur à dialecticis: cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. Turneb. libro 30. cap. 7.

48. *Redit ad faſtos.*] *In* pro *ad* habent plures & meliores codd. nec male. Senſus enim eſt, antiquarium hunc, quomodocumque eum premas & rationibus convincas, in faſtos recidere, & virtutem annis æſtimare, non quòmodo, ſed quando quid ſcriptum ſit curantem. *Torrent.* *Ad faſtos.*] Ad libros annaleis, in quibus Conſulum nomina perſcribebantur, quorum appellatione anni notabantur. *Virtutem, &c.*] Virtutem carminis.

49. *Miraturque nihil niſi.*] Nihil laudat niſi quod mortuum eſt, id eſt, mortuos Poëtas, de Libitina. Vide Od. 30. lib. 3. *Libitina.*] Repetenda quæ notavi lib. II. Sat. VI.

Autumnuſque gravis Libitinæ quæſtus acerba. Torrent.

50. *Ennius.*] Enumerat veteres Poëtas: quorum Romæ familiam duxit *Ennius*; qui Latinorum Homerus ſemper habitus fuerit: priori Africano, cujus res geſtas ſcripſit, & bellorum etiam comes fuit, adeo carus, ut ſtatuam ejus ſepulcro ſuo imponi juſſerit, clarumque illud nomen ex devicta Africa partum, in ſupremo cinere cum Poëtæ titulo legi. Præſens igitur Horatii verſus ita intelligendus eſt, ut ex Ennii quodammodo perſona loqui videatur, qui tot nomina ſibi ipſe ſumſerit. *Torr.* *Alter Homerus.*] Ennius animam Homeri in ſe immigraſſe dicebat.

51. *Critici dicunt.*] Grammatici, ſcriptorum cenſores.

52. *Quo promiſſa.*] An promiſſis digna præſtet, qui primum ſe Muſarum ſcopulos ſuperaſſe ait. *Quo promiſſa cadant.*] Ita negligenter ſcripſit, ut videatur parvi facere, quid de ſe promiſerit vel ſomniarit. *Somnia Pythagorea.*] Ex Pythagoræ μετεμψυχώσει, ſeu animarum traductione petita: quæ peramare ridentur à Perſio his verſibus Sat. VI.

Cor jubet hoc Ennî poſtquam deſtertuit eſſe
Mæonides Quintus pavone ex Pythagoreo.

Plus itaque promittit quam præſtat, *Ennius ingenio maximus, arte rudis.* Torrentius.

53. *Nævius in manibus.*] Ideo manibus teri negat, quod ob frequentes ejus in ſcena fabulas (nam plurimas & quidem populo gratiſſimas ſcripſiſſe dicitur) ſpectatores eum recenti pæne memoria tenerent. Placet veteris libri glossarium, *In manibus non eſt, quia non reperitur.* ut, quamquam ea ætate vix extarent Nævii opera, non aliter tamen hæreret in omnium mentibus, quam ſi recens periiſſet. *Torrent.* *Nævius in manibus non eſt.*] Nævius, Poëta Campanus,

Pœnè recens. adeò ſanctum eſt vetus omne poëma.
Ambigitur quoties uter utro ſit prior: aufert
Pacuvius docti famam ſenis, Accius alti.
Dicitur Afranî toga conveniſſe Menandro,
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi,
Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.
Hos ediſcit, & hos arcto ſtipata theatro
Spectat Roma potens: habet hos numerátque Poëtas,
Ad noſtrum tempus, Livî ſcriptoris ab ævo.

Inter-

Ennio ſenior, non manibus teritur.

54. *Pene recens, &c.*] Quaſi recens ſit.

55. *Uter utro ſit prior.*] Uter utri præſtet.

56. *Pacuvius docti famam, &c.*] Ut Afranium Menandro, Plautus Epicharmo comparat: ſic videtur dicere Pacuvium Euripidi ſimilem, qui ſcenicus Philoſophus dicebatur: Accium Sophocli, cujus cothurni ſublimitas ab omnibus celebrata eſt. Eſt igitur doctus ſenex fortaſſe Euripides: altus ſenex, Sophocles. Turneb. lib. 26. cap. 24. *Pacuvius docti.*] Pacuvius octogenarius, exiſtimatur ab omnibus doctus. *Docti Senis.*] Nec omittere velim, in Jacobi Carondeletii codice inter lineas ſupraſcriptum eſſe DOCTI SENIS, *id eſt, Ennî*, & ALTI, *id eſt, Nævî*; adſcribi præterea in margine, *Aliï dicunt* docti ſenis *Sophoclis*, alti *Euripidis*. eoſdem etiam confert Quinctilianus. *Torrent. Alti.*] Elati Poëtæ.

57. *Afranî toga.*] Elegans dictum. quia enim Togatas ſcripſit Afranius, & tanta quidem cum laude, ut Menandrum ipſum æquare videretur; in tanta paritate, utriuſque veſtis etiam alteri convenit. *Torrent. Toga conveniſſe.*] Togata Comœdia Afranî Menandro ſimilis dicitur.

58. *Siculi properare Epicharmi.*] *Properas* legitur in duobus exemplaribus. Neque ego id damnare auſim, niſi mox ſequeretur, *vincere Cæcilius*: magis enim exprimit Horatii de Plauto judicium, ut temerarium, ut præcipitem, & inconſideratum jure damnantis. *Torrent. Properare.*] Non laborioſe, nec graviter, ſed humili ſtylo, jocoſo nugacique ſcribere ſuas Comœdias. Deinde Plautus, inquit Feſtus, non Atticiſſat, ſed Siciliſſat, id eſt, Sicule loquitur. *Cruq. Properare Epicharmi.*] Dicitur appropinquare laudi Epicharmi Poëtæ Sicilienſis.

59 *Vincere Cæcilius gravitate.*] Dicitur alios Comicos vincere. *Cæcilius.*] Huic primam in Comœdia palmam, ut ſecundam Plauto tribuit Sedigitus. Fuit autem è Gallia Ciſalpina, & quidem patria, ut quidam volunt, Mediolanenſis. Quare hæc omnia non de ſua, ſed de Criticorum ſententia loquitur Horatius. *Torrent.*

60. *Hos ediſcit.*] Hos Roma ediſcit in ſcholis. *Arcto ſtipata theatro.*] *Arto* legunt vetuſtiſſimi codd. & quidem perpetuo. *Arctum* autem *theatrum* cum dicit, populi frequentiam reſpicias oportet. Nam quæ ſub Auguſto tria Romæ theatra commemorantur, omnia ampliſſima fuere. De quibus Plin. XXXV. cap. XV. *Torr.*

62. *Livî ſcriptoris ab ævo.*] Hic nempe, ut obiter ante diximus, primus Romæ fabulas docuit, non ſatis dignas, quæ iterum legerentur. Nomen autem traxit à Livio Salinatore, qui cum, quod filios ejus erudierat, manumiſit: ante Andronicus dictus. *Torrent. Livî ſcriptoris.*] Ab ævo Livii Andronici Poëtæ antiquiſſimi.

63. *Rectum*

Interdum vulgus rectum videt: eſt ubi peccat.
Si veteres ita miratur laudátque Poëtas,
Ut nihil anteferat, nihil illis comparet: errat.
Si quædam nimis antiquè, ſi pleraque durè
Dicere credat eos, ignavè multa fatetur:
Et ſapit, & mecum facit, & Jove judicat æquo.
Non equidem inſector: delendáque carmina Livî
Eſſe reor, memini quæ plagoſum mihi parvo
Orbilium dictare: ſed emendata videri,
Pulcráque, & exactis minimum diſtantia, miror.
Inter quæ verbum emicuit ſi fortè decorum, &
Si verſus paullò concinnior unus & alter;
Injuſtè totum ducit venditque poëma.
Indignor quidquam reprehendi, non quia craſsè
Compoſitum illepidéve putetur, ſed quia nuper:

Nec

63. *Rectum videt.*] Recte judicat. *Eſt ubi peccat.*] Alicubi peccat.

66. *Nimis antique.*] Ἀρχαϊκῶς ſupra Epiſt. ad Torquatum. Tanto autem liberius hæc tractat Horatius, quod Auguſtus mundiciarum patris ſui in Sermonibus ſectator, ut ait Gellius, aut, ut Suetonius, genus eloquendi ſecutus elegans & temperatum, cacozelos & antiquarios, pari faſtidio ſprevit. *Torrent.* *Nimis antiquè.*] Obſolete.

67. *Ignave multa.*] Si fatetur eoſdem multa oſcitanter dicere.

68. *Mecum facit.*] Mecum ſentit & vere judicat. *Jove judicat æquo.*] Qui rectè judicat, Jovem habet propitium. Eſt ſupra dictum Jovem conſiliis, Themidem judiciis præeſſe. *Torrent.* *Jove judicat æquo.*] Jove approbante.

69. *Non equidem.*] Non velut invidus detraho. *Delendaque.*] Meliora exemplaria *delendave*, ut puto, melius. *Torrent.*

70. *Plagoſum.*] Nimis durum in diſcipulos & immitem. Nec de Orbilio mirandum, qui miles jam quinquagenarius, repetitis quæ à puero non leviter attigerat ſtudiis, Conſule Cicerone Romam veniens, profiteri cœpit. Auctor libri De claris Grammaticis. *Torrentius.*

71. *Orbilium dictare.*] Orbilium magiſtrum meum, plagas ſuis diſcipulis infligere gaudentem. *Emendata videri.*] Non delenda.

72. *Exactis, &c.*] Perfectis & ſummo artificio elaboratis.

73. *Inter quæ verbum.*] Inter quæ carmina. *Decorum &.*] Particula &, abeſt à duobus codicibus; neque ego illam revocaverim. *Torrent.*

74. *Concinnior.*] Elegantior.

75. *Totum ducit venditque poëma.*] Hoc eſt auditori ſeu ſpectatori oſtentat & approbat. ſumtum, ni fallor, à mangonibus, qui inter venalium greges quanta poſſunt arte aliquos concinnant, ut tanto facilius etiam alios extrudant. Plura Turnebus, l.26. cap.24. *Torrentius.* *Ducit.*] Producit, oſtentat. *Venditque.*] Laudat, quaſi venderet.

76. *Indignor quicquam.*] Indigne fero. *Craſſe.*] Ruſtice, craſſa Minerva.

77. *Illepideve.*] Sine lepôre.

Nec veniam antiquis, ſed honorem & præmia poſc
Rectè, nécne, crocum floreſque perambulet Attæ
Fabula, ſi dubitem; clament periiſſe pudorem
Cuncti pænè patres, ea quum reprehendere coner,
Quæ gravis Æſopus, quæ doctus Roſcius egit:
Vel quia nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt;
Vel quia turpe putant parère minoribus, &, quæ,
Imberbes didicere, ſenes perdenda fateri.
Jam Saliare Numæ carmen qui laudat, & illud,
Quod

78. *Nec veniam antiquis.*] Et indignor non veniam erratorum ſuorum antiquis dari, ſed, &c.

79. *Recte, necne crocum.*] Si dubitarem, utrum recte & merito fabula Attæ Poëtæ antiqui, recitetur in ſcena croco & floribus conſperſa. *Crocum.*] De croco ſic Plinius lib. XXI. cap VI. *Sed vino maxime convenit, præcipue dulci, tritum ad theatra replenda.* Propert. IV. El. I.

Pulpita ſollennes non oluere crocos.

Et Spartianus Hadriano: *In honorem,* inquit, *Trajani, balſama & crocum per gradus fluere juſſit.* Seneca etiam non uno in loco *ſparſiones* & quidem *odorarias* vocat, ut *roſarias*, ni fallor, Suetonius Nerone cap XXVIII. *Torrent.* *Attæ Fabula.*] *T. Quinctius Atta*, ſcriptor Togatarum fuit. Addit Feſtus id ei cognomen adhæſiſſe à pedum crurumve vitio: *Attæ enim,* inquit, *appellantur, qui plantis inſiſtunt, & attingunt magis terram, quam ambulant.* Argute igitur Horatius, ad cognominis originem alludens, vel quod vere talis eſſet, & *Attæ* & *ambulandi* vocabulo uſus: ridicule querens non licere ſibi de claudicantis greſſu dubitare. *Torrent.*

80. *Clament periiſſe pudorem.*] *Clamant* habent tres M. S. Tale autem illud,

—— Habeat jam Roma pudorem.

Torrent.

82. *Gravis Æſopus, quæ doctus Roſcius.*] Duo Romani theatri lumina, ille Tragœdus, hic Comœdus magis: ille gravior, quod tragicam actionem decuit; hic artificioſior: unde aptum utrique officium tribuit Horatius. Quamquam non hiſtrionicæ tantum artis, ſed aliarum etiam diſciplinarum peritia ſummopere laudatur Roſcius. Ambo autem ditiſſimi fuere, ex ingenti ſcenæ quæſtu. Cum tales igitur ac tanti duo hiſtriones iſti fuerint, mirum non eſt, fabulis quas actitabant magnum ab eis decus ac pretium acceſſiſſe. *Torrentius.* *Æſopus, quæ doctus Roſcius.*] Æſopus tragœdiarum actor. *Egit.*] Recitavit in ſcena.

83. *Quod placuit ſibi.*] Ut plerique ſenes ſolent, & ii qui male judicant. Terentium enim hoc loco imitari videtur Horatius;

Homine imperito numquam quicquam injuſtius,
Qui niſi quod ipſe faciat, nil rectum putat.

Torrent. *Ducunt.*] Exiſtimant.

84. *Parère minoribus, & quæ.*] Concedere nobis, quos ſe inferiores eſſe putant.

85. *Imberbes didicere.*] Adoleſcentes vel pueri. *Senes perdenda.*] Adeo difficile eſt aſſueta relinquere, ut non temere Diogenem dixiſſe ferant: νεκρὸν ἰατρεύειν, καὶ γέροντα νουθετεῖν, ταυτὸν εἶναι, id eſt, mortuum curare, & admonere ſenem, perinde eſt. *Cruquius.* *Senes perdenda.*] In ſenectute, ea eſſe abjicienda pudet fateri.

86. *Jam Saliare Numæ.*] Quod Salii

Martis

Quod mecum ignorat, ſolus vult ſcire videri;
Ingeniis non ille favet plauditque ſepultis,
Noſtra ſed impugnat: nos noſtráque lividus odit.
Quod ſi tam Græcis novitas inviſa fuiſſet,
Quàm nobis: quid nunc eſſet vetus, aut quid haberet
Quod legeret tereretque viritim publicus uſus?
Ut primùm poſitis nugari Græcia bellis
Cæpit, & in vitium fortuna labier æqua;
Nunc athletarum ſtudiis, nunc arſit equorum:
Marmoris aut eboris fabros aut æris amavit:
Suſpendit picta vultum mentémque tabella:
Nunc tibicinibus, nunc eſt gaviſa tragœdis:
Sub nutrice puella velut ſi luderet infans,
Quod cupidè petiit, mature plena reliquit.

Quid

Martis ſacerdotes à Numa Pompilio inſtituti ſaliendo canebant. *Saliare Numæ carmen.*] Turnebus libro XXVI. capite XXV.

87. *Quod mecum ignorat.*] Verſuum Saliarium obſcuritas patet ex pleriſque verbis inde deſumtis, apud Varronem lib. VI. ling. Lat. quorum vix pauca ipſe Ælius aſſecutus ſit. Merito itaque Horatius invidiæ eum inſimulat, qui ea ſcire ſe jactet, minime iiſdem, quibus ſenes illi de quibus ante dixit, rationibus excuſandum. *Torrentius.* *Quod mecum ignorat.*] Quod neſcit, æque ac ego.

88. *Sepultis.*] Mortuis.

89. *Noſtra ſed impugnat.*] Scripta novorum Poëtarum. *Lividus odit.*] Nobis invidus.

90. *Quod ſi tam Græcis novitas.*] Cum ab omni hominum memoria nullo non ſæculo Græcia ſcriptores habuerit, ſi ſui quiſque ſæculi invidia oppreſſus interiiſſet; quos, inquit, nunc haberemus, qui veteres vocari, aut qui omnino legi poſſent? & facete, ut cives ſolemus, ſic etiam ſcriptores quadam generis novitate à nobilibus diſtinguit. *Torrent.*

92. *Tereretque viritim publicus uſus?*] Quod dum ſinguli viri legunt, aſſiduo uſu tereretur.

93. *Ut primum poſitis.*] Oſtendit bonarum artium, quæ oblectandi cauſſa inventæ ſunt, originem atque incrementum. unde ſequitur, per ſe, non ab annis, illas cenſeri oportere. *Torrentius.* *Nugari Græcia bellis.*] Levibus artibus operam dare.

94. *Fortuna labier æqua.*] Inde vitiis alimenta. præclare enim ille:

Nunc patimur longæ pacis mala. ſævior armis
Luxuria incubuit victumque ulciſcitur orbem.

Torrent.

Æqua.] Fortuna ſecunda.

95. *Studiis, nunc arſit.*] Studiis gymnicis.

96. *Fabros.*] Artifices.

97. *Suſpendit picta vultum.*] Attentiſſime fixit vultum, & cogitationem in picturæ artificio.

98. *Nunc tibicinibus.*] Tibia canentibus, id eſt, Comœdis.

99. *Sub nutrice.*] Veluti (inquit) ſi puella infans ſub nutrice luderet.

100. *Mature plena.*] Celeriter ſatiata.

101. *Am*

Quid placet, aut odio eſt, quod non mutabile credas?
Hoc paces habuere bonæ, ventíque ſecundi.
Romæ dulce diu fuit & ſolenne, recluſa
Manè domo vigilare: clienti promere jura:
Cautos nominibus certis expendere nummos:
Majores audire: minori dicere, per quæ
Creſcere res poſſet, minui damnoſa libido.

Muta-

101. *Aut odio eſt.*] Aut diſplicet. *Quod non.*] Nam jucundum nihil eſt, niſi quod reficit varietas.

102. *Hoc paces habuere.*] Ex pace igitur & rebus ſecundis nata eſt hæc in Græcis artium varietas.

103. *Romæ.*] Hactenus de Græcis. Nunc Romanos quidem ſerius ad res ludicras & ad ſcribendum appuliſſe animos ait; ut tamen, poſtquam cœpiſſent, aliis non cederent. *Torrentius.* *Solenne recluſa.*] Ex more Athenienſi, ut arbitror: apud Athenas enim à legum latione θεσμοθέται dicti, ætate & uſu docti, domi jura dabant, querelas criminationeſque cognoſcebant, æquo examine de cauſis decernebant. *Cruq.* *Solenne.*] Uſitatum. *Recluſa.*] Aperta.

104. *Mane domo vigilare.*] Vide l. 1. Satyr. 1.

Sub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat. Torrent.

Promere jura.] Reſpondere jus.

105. *Cautos nominibus certis.*] Nummos per Syngraphum viris bonis & fidis creditos. *Nominibus certis.*] Ab eo quod feneratores, ut Epod. 11. diximus, eorum, quibus pecunias credebant, nomina Kalendariis ſuis inſerebant, factum eſt, ut *nominis* appellatio ad omnem obligationem contractumque pertineret. Nam *facere nomina* idem eſt, quod contrahere: & nominibus legatis, quæcumque adverſus quoſcumque debitores actiones debentur. *Certis* itaque *nominibus expendere nummos*, eſt certa, bona, & idonea ſequi nomina in contrahendo, ut cautum ſit illis, qui pecuniam collocant, ſive de mutuo ſive de emtione agatur. *Cavere etiam* proprium JCti munus eſt, idque late Cynicum illum tradidiſſe credo, libris quos de JCti officio ſcripſit. Neque eſt quod dicat aliquis, ſi *certis* legamus, videri antiquis illis Romanis fenora quæ attenti nimis exercebant; cum laudandi potius cauſſa hæc Poëtæ dicantur: *rectius* vero ſignificare proba & legitima, quæ huic loco magis conveniant. nam præterquam quod *nomina* de quavis obligatione dicuntur; etiam ad uſuras ſive fenus quod attinet, nulla bona aut idonea ac proinde certa appellanda ſunt, quæ non legitima & honeſta ſint. Quam ob cauſſam neque filiifam. neque pupilli, neque minores xxv. annis, aut furioſi, aut prodigi, bona nomina eſſe poſſunt, obſtantibus nempe legibus ac ſenatuſconſultis. Quare nempe bonum nomen erit, ſi quis alicui graviore uſura, quam jure liceat, mutuo dederit: cum reſcindi contractus poſſit. Denique bona omnia nomina certa ſunt; ut incerta quæ mala. *Torrentius.* *Expendere nummos.*] Exponere, locare.

106. *Minori.*] Ad ætatem referendum. ut cum *minorem herum* pro herili filio dixit Terentius. *Torr.* *Majores audire.*] Majorum conſilia ſequi, & minori conſilium dare.

107. *Creſcere res poſſet.*] Augeri poſſet res familiaris. *Damnoſa libido.*] *Libidinem* non tam pro Venere accipio, licet proprium hoc illi epithetum dederit in Epiſt. ad Lollium, quam pro alia aliqua immoderata cupidine, quæ ex profeſſo rem creſcere impediat. *Torrent.* *Damnoſa libido.*] Execrabilis avaritia,

qua

Mutavit mentem populus levis, & calet uno
Scribendi ſtudio. pueri patreſque ſeveri
Fronde comas vincti cœnant & carmina dictant.
Ipſe ego, qui nullos me affirmo ſcribere verſus,
Invenior Parthis mendacior, & prius orto
Sole, vigil calamum, & chartas, & ſcrinia poſco.
NAVEM *agere ignarus navis timet, abrotonum ægro*
Non audet, niſi qui didicit, dare. QUOD *medicorum eſt,*
Promittunt medici: TRACTANT *fabrilia fabri.*
Scribimus indocti doctique Poëmata paſſim.
Hic error tamen, & levis hæc inſania, quantas
Virtu-

qua nihil in Repub. damnoſius.

108. *Mutavit mentem.*] Morum ſeveritas in lenitatem converſa, prima fuit occaſio vitæ melioris: cepere omnes ludere, carmina ſcribere, ſcenicis operam dare, animoque indulgere. *Cruquius.* *Mutavit mentem.*] Mutavit priorem illam vitæ conſuetudinem. *Et calet.*] Et flagrat Poëticæ ſtudio.

110. *Fronde comas vincti.*] Frondem lauri vel hederæ dicit, quò Poëticæ ſtudioſi eſſe videantur. *Torrent.* *Fronde comas vincti.*] Hederâ vinctas comas habentes, per Synecdochen.

112. *Parthis mendacior.*] Parthos olim acerrimis pœnis puniviſſe mendacium, auctor eſt Herodotus. hinc colligunt viri docti, natura mendaciſſimos fuiſſe. Ad gentis itaque Romanis inviſæ perfidiam referamus; quam cum alii ſæpe duces, tum Craſſus & Antonius experti fuere. *Torrent.* *Parthis mendacior.*] Tum Parthi pugnabant maxime, quum fugam ſimularent maxime, vide Od. 19. lib. 1.

113. *Prius orto Sole.*] Ante ſolem ortum. *Scrinia poſco.*] In quibus libri reponebantur. ut

—— *Criſpini ſcrinia lippi.*

Torrent.

114. *Navem agere.*] Cætera ſtudia, ut nec ab omnibus, nec paſſim tractari, quod & ærumnoſa & laborioſa ſint, ita dicit numeros modoſque ſcribere omnes indoctos doctoſque, eò quod ea vitæ ratio, cum jucundiſſima, tum naturæ maxime ſit conſona. *Cruquius.* *Navem agere.*] Navim gubernare. *Abrotonum.*] Recte pro *abrotanum*, ut in quibuſdam exemplaribus. Ἁβρότονον enim Nicandri interpres ſic dictum ait, διὰ τὸ κατ' ὄψιν φαίνεσθαι ἁβρὸν καὶ ἁπαλόν. quod conſpectu tenerum, molle, ac delicatum ſit, at difficilem halitum proſpiret. odore enim grave, guſtu amarum eſt. Lucret.

—— *Abſynthia tetra,*
Abrotonique graves & triſtia Centaurea. Torrent.

Abrotonum ægro.] Herbam valde amaram.

115. *Niſi qui didicit.*] Niſi qui didicit artem medicandi.

116. *Fabrilia.*] Fabrilia opera.

117. *Scribimus indocti.*] Alias artes nemo exercet, niſi qui eas habet cognitas. At nos ſcribimus, &c.

118. *Hic error.*] Naſcitur enim carminis amor ex propenſione quadam naturæ erronea, qua ferimur magis ad id omnes quod delectat, quam quod rectum eſt. hinc Cebes in ſua tabula Poëtas quoque ſtatuit inter τῆς ψευδοπαιδείας ἐραστὰς, id eſt, falſæ diſciplinæ amatores. *Cruquius.* *Hic error tamen.*]

Virtutes habeat, ſic collige. vatis avarus
Non temere eſt animus: verſus amat; hoc ſtudet unum:
Detrimenta, fugas ſervorum, incendia ridet.
Non fraudem ſocio, puerove incogitat ullam
Pupillo: vivit ſiliquis & pane ſecundo:
Militiæ quamquam piger & malus, utilis urbi.
Si das hoc, parvis quoque rebus magna juvari:
Os tenerum pueri balbumque Poëta figurat:
Torquet ab obſcœnis jam nunc ſermonibus aurem:
Mox etiam pectus præceptis format amicis,

Aſperi-

num.] Hoc immoderatum ſcribendorum verſuum ſtudium.

119. *Virtutes habeat.*] Quantas utilitates. *Sic collige.*] Sic ratiocinare.

120. *Non temere.*] Non cito, non facile.

121. *Ridet.*] Incendia parvi facit.

122. *Puerove incogitat.*] Hanc ſcripturam noſtra quoque exemplaria conſtantiſſime tuentur, quamquam verbum ſit inſolens, & nullo negotio hîc mutari poſſit: ſed fortaſſis verbum Græcum ῥιζοβουλεύειν imitari voluit Horatius. *Torrent.* *Incogitat.*] Machinatur.

123. *Vivit ſiliquis.*] Vivit parce, legumina edendo & panem ſecundarium. Anglice, *houſhold bread*. *Siliquis.*] Lambinus *ſiliquas* interpretatur fructum quendam viliſſimum, vel legumina, quæ κεράτια vocant Græci, arboris ceratoniæ, ut eam Galenus appellat, fructus. *Siliquas* enim Latinè dici teſtis eſt Plinius libro XV. cap. XXIV. nos eas, quamquam viles, exoticas tamen, à Poëtarum menſis arceamus, & legumina potius apponamus, paulo benignius quam Horatius, qui folliculos tantum & involucra leguminum eis præbet: niſi forte partem pro toto, aut continens pro contento, ut loquuntur Grammatici, accipiat. Turnebus libro 26. capite 24. *Pane ſecundo.*] Pretioſiſſimus Romæ panis ex ſiligine. *Siliginem autem*, inquit Plinius *proprie dixerim tritici delicias.* & recte quidem. non enim alia frumenti ſpecies *ſiligo*, ſed ipſius tritici farinæ flos. Romanum eſſe vocabulum profeſſi, quo Græci careant, nam σίλιγνιν appellant. Siligini autem proxima *ſimilago*, & ipſa ex tritico, cujus farinæ flos proprie *pollen* dicebatur: & inde *ſimilagineus*, quem non minus puto, quam ſiligineum, Flaccus noſter Poëtarum epulis admittet. *Secundum* igitur pro ſecundario exponamus, quem & *cibarium* vocat Plinius libro XVIII. cap. IX. ideo, arbitror, quod communiter cibis, ab his qui non prorſus delicatuli eſſent, admiſcebatur. Ut autem *ſecundarius*, ſic & *tertiarius* fuit: familia velut in claſſes diviſa; ut pro cujuſque conditione alii alio pane paſcerentur. nam quo plus furfuris ineſt, eo deterior. *Torrent.*

124. *Piger & malus.*] Imbellis & meticuloſus.

125. *Si das hoc.*] Si concedis hoc. *Parvis quoque rebus.*] A Poëtica vel Grammatica profeſſione Rempub. adjuvari.

126. *Os tenerum pueri.*] Collegit jam nunc ex inſtituto vitæ moribuſque Poëtam eſſe virum bonum & honeſtum: hîc ex officio docet, eundem eſſe utilem urbi. *Cruquius.* *Figurat.*] Poëta conformat vocem & pronuntiationem pueri.

127. *Torquet.*] Detorquet.

128. *Præceptis format.*] Documentis utilibus, honeſtis & jucundis.

129. *Aſpe-*

Aſperitatis, & invidiæ corrector, & iræ.
Rectè facta refert. orientia tempora notis
Inſtruit exemplis: inopem ſolatur & ægrum.
Caſtis cum pueris ignara puella mariti
Diſceret unde preces, vatem ni Muſa dediſſet?
Poſcit opem chorus, & præſentia Numina ſentit:
Cæleſteis implorat aquas docta prece blandus:
Avertit morbos: metuenda pericula pellit:
Impetrat & pacem & locupletem frugibus annum.
Carmine Dî ſuperi placantur, carmine Manes.
Agricolæ priſci, fortes, parvóque beati,

Condi-

129. *Aſperitatis.*] Sævitiæ. *Corrector.*] *Correptor* habent nonnulla exemplaria, ut ſæpe *correptus* pro *correctus*. ſed nihil moror. Guil. Canterus Novar. lect. l. 4. cap. 12. *Torrent.*

130 *Recte facta refert.*] Recte facta majorum commemorat. *Orientia tempora.*] *Orientia tempora* cum dicit, & præſens & futurum tempus complectitur. Præteritorum enim recordatio nos inſtructiores reddit ad inſtantia & futura, qui præcipuus hiſtoriæ fructus eſt. *Torrentius.* *Orientia tempora.*] Homines qui hodie vivunt, & qui poſt naſcentur. *Notis.*] Exemplis præteritis.

132. *Caſtis cum pueris.*] Quæ ſequuntur ſpectant ad religionem, cujus cultu Reſpub. continetur. *Torr.* *Ignara puella mariti.*] Innupta.

133. *Preces.*] Unde diſceret carmina ſecularia, quæ apud antiquos ludis ſecularibus virgines & pueri diis immortalibus canebant. *Vatem.*] Poëtam.

134. *Chorus, &c.*] Chorus puerorum & virginum. *Præſentia numina ſentit.*] Sentiat auxiliantes & faventes deos.

135. *Cæleſtes implorat aquas.*] *Aqua cæleſtis* eadem quæ & pluvia, quippe de cælo cadens & imbre excreſcens; ad differentiam aquæ vivæ, quæ imbribus conceptæ opponitur. Fuere autem Romæ feſta Aquilicia, quibus Jovi, qui *Pluvius* inde vocabatur, ſacra fiebant pro elicienda de cælo aqua: alium quendam eliciendæ aquæ inter ruſticos ritum fuiſſe oſtendit, quam in urbe Roma. Hæc autem non ſine carminibus fieri ſolere Flaccus ſignificat, ex eorum ſcilicet diſciplina, quos ob id *aquileces* appellabant, Tuſcos maxime, unde *Tuſcus aquilex* Varroni in Quinquatribus, apud Nonium. *Torrent.* *Cæleſtes aquas.*] Pluvias. *Blandus.*] Blande ſupplicans.

136. *Avertit morbos.*] De Apolline ipſe Horatius Od. XXI. lib. I.

Hic bellum lacrymoſum, & miſeram famem,
Peſtemque à populo & principe Cæſare in
Perſas atque Britannos
Veſtra motus aget prece.

Chorum enim alloquitur: notumque omnibus Apollinem præcipua veneratione inter deos eos coli, quos ab avertendo ſeu averruncando, ut veteres loquebantur, Græci quoque ἀποτροπαίους appellarunt: & carmen quo id fiebat ἀποτροπαῖον. *Torrent.*

137. *Locupletem frugibus annum.*] Annum frugibus abundantem.

138. *Placantur Manes.*] Ne noceant.

139. *Agricolæ priſci.*] Tranſit ab urbanis ad agricolas priſci temporis, qui & ruris labores carmine ſolabantur, & nunc perceptis frugibus læti, ludendo, canendo, diis ſacra faciebant. hæc autem

Condita poſt frumenta, levantes tempore feſto
Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem,
Cum ſociis operum, & pueris, & conjuge fida,
Tellurem porco; Silvanum lacte piabant,
Floribus & vino Genium memorem brevis ævi.

Feſce-

tem digreſſio pertinet ad originem deducendam antiquæ comœdiæ. *Cruquius.*
Fortes parvoque beati.] Sic Virgilius:

At patiens operum parvoque aſſueta juventus. Torr.

Fortes.] Agricolæ robuſti & paucis contenti.

140. *Condita poſt frumenta.*] Tunc enim præcipuæ ruſticorum feriæ, cum oblatis diis eorum auctoribus frugum primitiis læti otiantur; utque Poëtarum princeps canit,

Mutuaque inter ſe læti convivia curant:
Invitat Genialis hiems curaſque reſolvit.

quem locum vide: idem enim argumentum tractat quod hic Horatius. *Torr.*
Condita poſt.] Poſt meſſem. *Levantes.*] Corpus relevantes.

141. *Spe finis dura.*] Spes fines ipſius laboris.

142. *Cum ſociis operum & pueris.*] Particula &, deeſt in VI. noſtris exemplaribus. recte ni fallor. Socii enim operum ipſi pueri & conjuges, priuſquam rura ergaſtulis, hoc eſt, nequiſſimis ſervis, vel invita colerentur. *Torrent.*

143. *Tellurem porco.*] Duo ex multo pluribus ruris numina recenſet, *Tellurem* ſive *Cererem*, aut *Opem* etiam, ſive *Bonam deam* ac *Magnam matrem* appellare mavis; cujus beneficio fruges proveniunt; & *Silvanum*, qui cujuſque agri fines tutari crederetur. additur *Genius*, cujus peculiari tutela dominus ipſe ac familia regebatur. Verum cum de terra, quam iis quæ dixi nominibus indigetari ait, loquens Macrob. lib. I. cap. XII. porcam ei immolari ſolitam tradit; facile quis mihi perſuaſerit, hoc quoque in loco *porca* ſcribi debere. Diſerte enim optimus ille auctor, *Sus*, inquit, *prægnans ei mactatur, quæ beſtia eſt propria terræ.* Accedat Juven. Sat. II.

Atque Bonam tenera placant abdomine porca
Et magno cratere deam. ——

nihilominus omnes, quos vidi codices *porco* legunt. Sunt qui porcum communis olim generis fuiſſe dicunt. Denique ab hoc animali initium ſacrificandi factum eſſe, auctor eſt Varro II. de Re ruſt. cap. IIII. obſervatumque feminei generis hoſtias potiores habitas fuiſſe; ut ſi mare litatum non eſſet, femina daretur ſuccidanea. Turneb. lib. 26. cap. 24. *Torrent. Porco.*] Sue, quæ Telluri immolabatur propter ejus fœcunditatem. *Silvanum lacte placabant.*] *Silvanum* tutorem finium vocat Epiſt. II. de quo quantum ſatis eſt diximus, lib. III. Od. XVIII. Et lac quidem in quotidiano ruſticorum numinum cultu erat, uti & frugum omnis generis primitiæ ſæpe promiſcue offerebantur; ut uva Silvano, loco jam dicto. alioqui ſollennem Silvani hoſtiam aut eandem cum Fauno fuiſſe crediderim, hœdum vel agnam, aut certe porcum. *Torrent. Sylvanum lacte.*] Paſtorum deum lacte placabant.

144. *Floribus & vino genium.*] Genio quemadmodum & Lari, vino fere veteres & ture & floribus ſupplicabant. Perſius:

Funde merum Genio ——

Tibull.

Magne Geni cape tura libens, votiſque faveto.

Juven. Sat. XII.

—— *Laribuſque paternis*
Tura dabo, atque omnes violæ jactabo colores.

Sed Genio hæc tantum. Laribus etiam porcus, ut Maniæ eorum matri, porca. *Torrent. Genium.*] Genium naturæ

deum

Feſcenina per hunc inventa licentia morem
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit,
Libertáſque recurrenteis accepta per annos
Luſit amabiliter; donéc jam ſævus apertam
In rabiem verti cœpit jocus, & per honeſtas
Ire domos impunè minax. doluere cruento
Dente laceſſiti. fuit intactis quoque cura
Conditione ſuper communi. quin etiam lex
Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quemquam
Deſcribi. vertêre modum, formidine fuſtis,

Ad

deum, qui facit homines vitæ brevitatis eſſe memores. *Memores brevis ævi.*] Hanc ſcripturam aſſerunt M.S. omnes. nam *memorem brevis ævi Genium* dicit, qui nos memores reddat, ut l. I. Od. IX.

Impreſſit memorem dente labris notam.

id eſt, quæ ejus qui impreſſit, mentem excitet. & Virg.

—— *Memorem Junonis ob iram,*

non quæ meminerat, ſed quæ in memoria erat. *Torrent.*

145. *Feſcenina.*] Plures libri, *Feſcennina. Feſcenninam* vocat Plinius lib. IIII. cap. V. Etruriæ oppidum: quod Servius tamen Campaniæ adſcribit, in illud Virgilii lib. VII.

Hi Feſcenninas acies, æquoſque Faliſcos.

addens ab Athenienſibus duxiſſe originem, & inventa ibidem fuiſſe nuptialia carmina. Et Feſtus adjicit, ideo ſic dici videri, quod faſcinum putabantur arcere. Quicquid ſit, ſi Feſcenninæ conditores Athenienſes fuere, ad eos referenda Feſcenninæ tam in nuptiis, quam in theatro licentiæ origo eſt. Quin ego in theatro primum fuiſſe, & inde ad nuptiarum thalamos penetraſſe crediderim. nam quicquic pari, hoc eſt Satyrica libertate, dicitur. *Feſcennina locutio* eſt. Verum de tota re quam hîc tractat Horatius, pulcre Livius: initio lib. VII. quem vide. *Torrent. Feſcenninum per hunc inventa licentia morem.*] Per hunc morum conſuetudinem veterum agricolarum, Feſcennini verſus, (in quibus jocoſa convitia cum magna licentia exprimebantur) habebant locum in quoſlibet. Ab oppido Feſcennino nomen ſumpſerunt.

146. *Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit.*] Veteres membranæ ſcribunt *obprobria.* Sic autem inter alia Livius, quo jam dixi loco: Opprobria autem ruſtica vel præcipua olim, quibus invicem deſidiam exprobrabant ſuam, ut lib. I. Sat. III.

—— *Magna compellans voce cucullum.*

Torrent.

147. *Libertaſque.*] Anniverſalis libertas.

148. *Luſit amabiliter.*] Jocata eſt facete ſine verborum contumelia.

149. *In rabiem verti.*] In apertam maledicentiam.

150. *Ire domos impune.*] Probos viros publice & nominatim carpens. *Doluere cruento.*] Qui convitiis lacerabantur, ægre tulerunt illam maledicendi licentiam.

151. *Intactis quoque.*] Ii quos maledicentia non attigerat, communi periculo proſpiciebant.

152. *Super communi.* De conditione communi.

153. *Pœnaque lata.*] *Nata* habent tres codices. nec diſplicet. *Torrent. Pœnaque lata.*] Et pœna conſtituta eſt. *Malo quæ.*] Maledico carmine.

154. *Vertere modum.*] Mutaverunt ra-

Ad bene dicendum delectandumque redacti.
Græcia capta, ferum victorem cepit, & arteis
Intulit agreſti Latio. ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, & grave virus
Munditiæ pepulere. ſed in longum tamen ævum
Manſerunt, hodieque manent veſtigia ruris.
Serus enim Græcus admovit acumina chartis:

Et

tionem ſcribendi metu fuſtuarii. *Formidine fuſtis.*] *Fuſtem* pro fuſtigatione dixit, quod ſupplicii genus fuiſſe lib. I. Sat. III. oſtendimus. Hinc toties apud JCtos *fuſtibus animadverti, caſtigari, cædi, admoneri. Fuſtim* ergo pro quacumque coërcitione Poëta dixit, qua maledicorum hominum latratus cohiberentur. Addam poſtremo, fuſtibus diſciplinæ cauſſa delicta militum caſtigari ſolere: unde *fuſtuarium* caſtrenſe vocabulum: quamquam vite fere centuriones ad hoc uterentur. *Torrent.*

155. *Ad bene dicendum.*] Non ad maledicendum.

156. *Græcia capta ferum victorem cepit.*] Ita ut armis victa Græcia, Romam tandem otio ac luxu vicerit; tradendo artes quibus mores corrumpi cœpere: ut victorem Annibalem vicit Capua. Idque perpetuo conqueſtus eſt Cato, Græcanicam urbem ſe non diutius poſſe tolerare in Senatu exclamans. At quanto juſtius Juvenalis:

— *Non poſſum ferre Quirites*
Græcam urbem.

Torrent. *Græcia capta ferum, &c.*] Græcia à Romanis bello ſubacta cepit viciſſim, (id eſt, delectavit ſuis artibus) ipſos victores Romanos, nondum humanioribus literis expolitos.

157. *Agreſti Latio.*] Italiæ incultæ. *Sic horridus ille.*] Hoc modo, paulatim evanuit numerus ille Poëticus impolitus, qui Saturno regnante floruerat.

158. *Defluxit numerus Saturnius.*] Sic verſus vocat antiquiſſimos, perinde ac ſi una cum Saturno in Italiam, ab ejus dei tutela olim Saturniam appellatam, veniſſent. quibus Faunus, ut inquit Feſtus, fata cecíniſſe hominibus videntur. addit Lucium Poëtam, *verſibus Saturniis* bellum Punicum ſcripſiſſe, ut & alios alia. Et Terentianus quidem veteres exiſtimaſſe ait, *Saturninum* dictum eſſe *verſum*, tamquam Italis repertum ſit: Græcam tamen originem cenſeri debere. Meminit etiam Varro linguæ Latinæ lib. VI. & pluribus Hadr. Junius L. I. Animadverſorum c. XI. Turneb. lib. 26. cap. 24. de verbo autem *fluere* vide lib. I. Od. XII. *Torrent. Et grave virus.*] Barbaram orationem, quæ tamquam virus aures doctas enecat. *Grave virus.*] *Virus* idem quod venenum, ita ut in bonam etiam partem accipi poſſit. Grammatici tamen proprie ad odoris gravitatem referri tradunt: quamquam & de ſaporis acerbitate, & denique de quacunque aſperitate dicatur. Sic igitur Horatius priſcam illam feritatem & amarulentiam *grave virus* vocat, cui bonæ artes remedium invenere. *Torrent.*

159. *Munditiæ pepulere.*] Nitor & elegantia Græcarum aurium expulerunt, &c. *Sed in longum.*] Ad bellum uſque Punicum, fere tertium.

160. *Hodieque manent veſtigia ruris.*] Hoc obiter ad invidiam illorum dicit, qui etiam Auguſti ætate rudes illos & incultos veteres ſcriptores tantopere admirabantur; nondum ſatis noti Virgilio ejuſque æqualibus, qui una cum Horatio floruere, & rus omne edomuere. *Torrent. Ruris.*] Ruſticitatis in Romanis Poëtis.

161. *Serus enim Græcis admovit.*] Romanus

Et poſt Punica bella quietus, quærere cœpit,
Quid Sophocles & Theſpis & Æſchylus utile ferrent.
Tentavit quoque, rem ſi digne vertere poſſet:
Et placuit ſibi, natura ſublimis & acer.
Nam ſpirat tragicum ſatis, & feliciter audet:
Sed turpem putat in ſcriptis metuitque lituram.
Creditur, ex medio quia res arceſſit, habere
Sudoris minimum: ſed habet comœdia tanto
Plus oneris, quanto veniæ minus: aſpice, Plautus
Quo

manus ſero ſtudium contulit ad ſcripta Græcorum. *Acumina chartis.*] Ingenii ſui vim.

162. *Poſt Punica bella.*] Eadem de re Gellius lib. XVII. ſed mendoſus. lego enim: *Porcius autem Licinius ſerius Poëticam Romæ cœpiſſe dicit in hiſce verſibus:*

Punico bello ſecundo Muſa pennato gradu
Intulit ſe bellicoſam in Romuli gentem feram.

Libertum enim fuiſſe credo à Porciorum aliquo manumiſſum. *Torrent.* *Quietus.*] Pace potiens.

163. *Quid Sophocles.*] Græci Poëtæ Tragici. *Theſpis.*] Tragœdiæ apud Græcos auctor, ut Epiſt. ad Piſones:

Ignotum Tragicæ genus inveniſſe Camœnæ.
Dicitur, &c. Torrent.

164. *Si digne vertere poſſet.*] An apte transferre poſſet Græca in Latinum ſermonem.

165. *Sublimis & acer.*] Magno animo præditus.

166. *Spirat tragicum ſatis.*] Spiritus habet tragicos. *Et feliciter audet.*] Quod incipit, perficit.

167. *Sed turpem putat.*] Sed erubeſcit ſua ſcripta emendare. *In ſcriptis.*] Verſus iſte in aliquot optimæ fidei codicibus legitur, *Sed turpem putat inſcite*; & adſcriptum in uno, *id eſt, ſtulte.* nec dubium quin ita legerint antiqui interpretes. quare & mihi probatur. nam illud *inſcitia* mendoſum eſt pro *inſcite*. Torr.

168. *Creditur, ex medio.*] Comœdia creditur non eſſe laborioſa, quia arceſſit, id eſt, ſumit materiam è medio, id eſt, ex vita communi. *Ex medio quia res arceſſit.*] *Acceſſit* habent M.S. noſtri omnes, uno demto. Et ſane non video cur aliquid mutemus. cur enim non æque Latine rem *ex medio accedere*, & *ex medio acceſſi* dicemus? arceſſitur enim ut veniat. Nec *rem* pro argumento dici novum eſt. Quare nihil intereſt quomodo legatur. *Torrent.*

169. *Sudoris minimum, &c.*] Minimum laboris.

170. *Adſpice, Plautus.*] Nemo mediocriter doctus dubitaverit, quin Plautum tamquam exemplar comicæ virtutis, natura ipſi inditæ oſtentet, atque inter Latinos imitandum proponat Horatius. Nam quod alibi eum damnat, id ad numeros & ſales attinet: hîc vero aliis nominibus commendatur, maxime à decoro perſonarum quas enumerat. *Torrent.* *Aſpice Plautus Quo pacto.*] Viri docti qui Plautum hic commendari putabant, negligentes in notanda *ἀκολουθίας* fuerunt. Quid enim? Negat Plauto in perſonis repræſentandis illud *ἠθικὸν* adeſſe (de quo infra multis) quod in unico Terentio, & conſummatum eſt & divinum. Plautus ergo negligenter quod oſtendit hoc loco, ephebi partes tuetur; at Terentius, quod infra probat, abſolute. *Heinſius.*

 171. *Quo*

Quo pacto parteis tutetur amantis ephebi,
Ut patris attenti, lenonis ut inſidioſi:
Quantus ſit Dorſennus edacibus in paraſitis:
Quàm non adſtricto percurrat pulpita ſocco:
Geſtit enim nummum in loculos demittere, poſt hoc
Securus, cadat an recto ſtet fabula talo.
Quem tulit ad ſcenam ventoſo gloria curru,
Exanimat lentus ſpectator, ſedulus inflat.
Sic leve, ſic parvum eſt, animum quod laudis avarum
Subruit aut reficit. valeat res ludicra, ſi me

Palma

171. *Quo pacto partes.*] Quam accuratè. *Ephebi, &c.*] Juvenis amatoris.

172. *Attenti.*] Patris avari.

173. *Quantus ſit, &c.*] Quantum ſtudium Dorſenus (Poëta Comicus) in deſcribendis paraſitis poſuerit. *Dorſennus.*] Male. *Doſſenus* enim, aut quod melius eſt *Doſſennus* habent libri M. S. omnes. Fuit autem Poëta Comicus, & Attellanarum etiam ſcriptor non ignobilis. cujus meminit Plinius lib. XIIII. cap. XIII. Errat igitur qui Paraſiti nomen apud Plautum Comœdia aliqua nobis ignota fuiſſe volunt, maxime cum etiam verſus ejus citet Plinius. Laudatur igitur & *Doſſennus* in paraſitis deſcribendis; ut in adoleſcentibus, ſenibus, lenonibus Plautus. *Torrent.*

174. *Quam non adſtricto.*] Quam laxo quam diſſoluto. parum enim accuratas, ſi paraſitos excipias, Doſſenni fabulas fuiſſe ſignificat. Atque ita Plauti honorem tueamur. *Torr. Quam non adſtricto.*] Quam incurius & negligens in aliis perſonis exhibendis. *Socco, &c.*] Quam laxo ſocco fabulam peragat. Soccus convenit Comœdiæ, ut Tragœdiæ cothurnus.

175. *Geſtit enim. &c.*] Arguit Doſſennum in ſcribendis Attellanis plus lucri fuiſſe, quam gloriæ cupidum: in ludis enim publicis Ædiles ſæpe ingenti pecunia Comœdias à Poëtis redimebant. *Cruquius. Dimittere.*] *Demittere* emendatius, ut opinor: nummi enim in cromenam demittuntur, cum in eam deſcendunt. Turneb. lib. 26. cap. 25. *Geſtit enim nummum.*] Gaudet lucrum facere. *Poſt hoc.*] Poſt primam actionem.

176. *Securus cadat.*] Parum ſollicitus, utrum fabula intercidat & explodatur, an iterum exhibita placeat & probetur. *Cadat, an recto ſtet fabula talo.*] *Stare* dicitur fabula, quæ placet, *cadere* quæ exigitur. Hinc nata Flacco noſtro occaſio, ut fabulam homini aut cuicumque animali talum habenti quodammodo compararet: cum niſi recto talo ſtare nequeamus. *Poſt hæc* etiam, aut *poſt hac* legitur in omnibus ferme M. S. Turneb. l. 18. c. 12. *Torr. Talo.*] Pede.

177. *Quem tulit.*] Poëta laudis ſtudio adductus, quem gloria tulit, &c. *Ad ſcenam.*] Ad ſcribendas fabulas. *Curru.*] In curru vano.

178. *Examinat.*] Simile illud Ciceronis pro Sextio, quod etiam in Epiſt. ad Numicium retuli: *Ei qui populi rumore tenetur ac ducitur, plauſum immortalitatem, ſibilum mortem videri.* Torrent. *Examinat lentus ſpectator.*] Contriſtat ſpectator languidus, ſomno animum deſpondens. *Sedulus inflat.*] Quem ſpectator diligens gaudio inflat, id eſt, ſuperbire facit.

179. *Avarum, &c.*] Laudis cupidum.

180. *Subruit aut.*] Subvertit aut erigit. *Valeat res.*] Pereat res ſcenica, & nihil mihi cum ea ſit.

181. *Palma*

Palma negata macrum, donata reducit opimum.
Sæpe etiam audacem fugat hoc terretque Poëtam;
Quod numero plures, virtute & honore minores,
Indocti, ſtolidique, & depugnare parati,
Si diſcordet eques, media inter carmina poſcunt
Aut urſum, aut pugiles. his nam plebecula gaudet.
Verum equitis quoque jam migravit ab aure voluptas
Omnis ad incertos oculos, & gaudia vana.
Quattuor aut plureis aulæa premuntur in horas:

Dum

181. *Palma negata.*] Victoria. *Macrum, donata reducit.*] Triſtem. *Opimum.*] Lætum.

182. *Sæpe etiam audacem.*] Pergit enumerare ea, quæ quantumvis etiam audacem à ſcribendo deterreant. Tum ob inconſtantiam populi & novitatis ſtudium. *Terretque Poëtam.*] A ſcribendi ſtudio deterret.

183. *Numero plures.*] Hinc multorum aut multitudinis vocabulo ſæpe pro rudibus & imperitis utimur, ut paucos cum dicimus, doctos proboſque ſignificamus. *Torrent.* *Minores.*] Nempe plebeji.

184. *Depugnare parati.*] Armis certare.

185. *Si diſcordet eques.*] Equeſter ordo è XIII. ordinibus, qui locus etiam *equeſtria* & *equeſtre* dicebatur; plebs vero è cavea ſpectabat: tanta ſæpè ob diverſa ſtudia contentione, ut acerrime depugnarent. Exempla non raro obvia. *Torrent.* *Si diſcordet eques.*] Si equites aliud quam plebeji velint. *Media inter.*] In mediis fabulis.

187. *Verum equites.*] Non ſolum vulgus, verum etiam, &c. *Migravit ab aure voluptas.*] Attentum magis equitem olim in ludis theatralibus fuiſſe dicit, non tam ſcenico apparatu, quam Poëtarum carminibus delectatum: at nunc, inquit, ab audiendo ad ſpectandum converſus, ſolos oculos paſcit, vagos & inconſtantes, & ut (ut diverſæ offeruntur ſpecies) in omnem partem volubiles. Tales ergo *incertos* vocat. *Torrent.*

188. *Ad incertos oculos.*] Incerti oculi ſunt varia & incerta ſpectacula, ad quæ nunc huc, nunc illud indefeſsè interrupteque intuenda flectuntur: quare viſus pro re viſa, oculi pro rebus oculo perceptis proponuntur. *Cruquius.* Vel incerti oculi ſunt, qui variis rerum ſpectaculis capiuntur, & hoc & illud avide intuentur, & voti ſui incerti ſunt, neque conſtanter unam aliquam ſpeciem, qua fruantur, probant: ſed multiplici varietate rerum diverſarum delectantur atque gaudent. Turneb. lib. 26. cap. 25. *Ad incertos.*] Ad incertas & varias res oculis perceptas.

189. *Aulæa premuntur.*] Varie hoc exponunt viri eruditi, idque ob varium *aulæorum* in ſcena uſum. *Aulæa* igitur ex Attalicis opibus Romam advecta, quod vel parietes ornandi vel etiam pulveris arcendi cauſſa, per aulas, hoc eſt, divitum domos, potiſſimum conſpicerentur, ſic dicta; in ſcenam quoque venere: ideo maxime ut ante exordium fabulæ ſcena eis velaretur: repente demiſſa ac humi ſtrata, cum prodibant actores; ſublataque iterum & in altum attracta, finita jam actione. *Tolli* igitur & *premi aulæa* contraria ſunt. premuntur cum jacent inter agendum: tolluntur peracta jam fabula. Sic enim ad Piſones:

Si plauſoris eges aulæa manentis, & uſque

Dum fugiunt equitum turmæ peditumque catervæ.
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis:
Eſſeda feſtinant, pilenta, petorrita, naves:
Captivum portatur ebur, captiva Corinthus.
Si foret in terris, rideret Democritus: ſeu
Diverſum confuſa genus panthera camelo,
Sive elephas albus vulgi converteret ora:
Spectaret populum ludis attentius ipſis,
Ut ſibi præbentem mimo ſpectacula plura.
Scriptores autem narrare putaret aſello

Fabel-

Seſſuri, donec cantor, Jam plaudite, dicat.

Nam manet aulæa qui expectat dum iterum tollantur, quod ſequens ibi verſus manifeſto demonſtrat. Quatuor igitur ut minimum horis agi fabulam dicit Horatius, quamdiu ſcilicet aulæa ceſſant ac ſtrata jacent, neque attolluntur: quo temporis ſpatio cum ea, quæ ſubjicit, ſpectanda præbeantur, excitari clamores, collidi manus, occupari animos, ita ut Poëtæ vix audiantur. Turneb. lib. 26. cap. 25. *Torrent. Aulæa.*] Aulæis integebantur Theatra ad arcendum Solem. *Premuntur in horas.*] Complicantur.

190. *Dum fugiunt equitum turmæ.*] Sunt qui ad *Pyrrhicam ſaltationem* hoc referant, quos ut refellere nolim, quod ſciam Romanos eo ſaltationis genere plurimum oblectari ſolere; ſic mihi ignoſcant, ſi malim aliquid quod ad fabulæ argumentum ſpectet. Nam de ſcenicis ludis Poëta loquitur; frequenter autem in Tragœdiis actitandis belli ſimulacra interponebantur, ut taceam Comœdias quoque ſuas interdum habere rixas ac prælia. Ridet igitur ſuaviſſimus Poëta, quod loco fabulæ triumphus agebatur, diſtracto ab utiliſſima poëmatis conſideratione, ad vaniſſimam pompam populo. *Torrent. Dum fugiunt.*] Dum fuga hoſtium ſimulatur.

191. *Mox trahitur.*] Mox in triumpho ducuntur reges olim fortunati & potentes. *Retortis.*] Manibus à tergo revinctis.

192. *Eſſeda feſtinant.*] Vehicula Gallica. *Pilenta.*] Matronarum vehicula. *Petorrita, naves.*] Vehicula famulorum captivarum, quæ omnia ad ſpectaculum adducebantur in Theatrum.

193. *Ebur.*] Imagines eburneæ. *Captiva Corinthus.*] Tanta, inquit, theatri pompa, ut vel ſpecioſiſſimum L. Mummii Achaïci de Corintho everſa triumphum æquare poſſet. *Torrent. Captiva Corinthus.*] Simulachrum urbis Corinthi, quam L. Mummius cepit, ac demolitus eſt.

194. *Democritus.*] Philoſophus ad ridendam hominum inſaniam ac ſtultitiam natura comparatus; ut ad fletum & lachrymas eadem de cauſſa Heraclitus. *Torrent. Democritus.*] Philoſophus Abderites, qui omnium hominum ſtudia tanquam vana ridebat. *Seu Diverſum confuſa g. p. c.*] Sive camelopardalis, ex camelo & panthera concretus, &c.

196. *Diverſum confuſa genus.*] Perelegans & erudita camelopardalis deſcriptio, in qua duarum naturarum confuſio tertiam efficit. Primus autem Cæſar Dictator ludis ſuis Circenſibus Romæ camelopardalin oſtendit: ut tigrim Auguſtus in cavea manſuefactum. *Torr.*

198. *Mimo ſpectacula plura.*] Plura quam hiſtrio.

199. *Scriptores.*] Poëtas. *Aſello.*] Stolidæ multitudini.

200. *Aſello*

Fabellam ſurdo. nam quæ pervincere voces
Evaluere ſonum, referunt quem noſtra theatra?
Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuſcum:
Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur, & artes,
Divitiæque peregrinæ. quibus oblitus actor
Quum ſtetit in ſcena, concurrit dextera lævæ.
Dixit adhuc aliquid? nil ſanè. quid placet ergo?
Lana Tarentino violas imitata veneno.
Ac ne fortè putes me, quæ facere ipſe recuſem,
Quum rectè tractent alii, laudare malignè:
Ille per extentum funem mihi poſſe videtur
Ire Poëta, meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, falſis terroribus implet,
Ut

200. *Aſello Fabellam ſurdo.*] *Surdo narrare, ſurdo canere, ſuadere*, proverbiali ſchemate dicimus, pro operam perdere. At Horatius duo ridicula conjunxit, aſinum eumque ſurdum. *Torrent. Quæ pervincere voces.*] Quis hiſtrio tam vocalis, populi clamorem ſuperare poſſet, propter reflexam Echo?

202. *Garganum.*] Montem Apuliæ. *Mare Tuſcum.*] Mare Tyrrhenum.

203. *Et artes.*] Habitus actoris artificioſus & exoticus.

204. *Oblitus actor.*] Quibus actor indutus, ſeu potius commaculatus, &c.

205. *Concurrit dextera læva.*] Plaudentium geſtum deſcribit. *Torrent. Concurrit dextera læva.*] Plauſus à populo datur propter elegantem actoris veſtitum, non propter orationem ejus qui nihil adhuc dixerat.

206. *Quid placet ergo?*] Quid placet ſpectatoribus?

207. *Lana Tarentino violas imitata veneno.*] Pulcre Plinius lib. XXI. c. VIII. *Naturam*, inquit, *gaudens viciſſe luxuria, veſtibus quoque provocavit eos flores, qui colore commendantur.* Et de violis quidem, ejuſdem libri cap. VI. cum variorum ſint generum ob multiplicem colorem, eas quæ purpureæ ſint præcipue placuiſſe dicit, quas Græci ἴα vocant. hinc igitur *ianthina veſtis*, eadem nimirum quæ & *amethyſtina*. qua de cauſſa auctores coccinea ſive Tyria cum ianthinis & amethyſtinis ſæpe conjungunt. *Torrent. Lana Tarentino.*] Veſtis violacei coloris. *Veneno.*] Colore. Tarenti autem optima purpura tincta fuit.

208. *Quæ facere ipſe.*] Comœdias ſcribere.

209. *Maligne.*] Parce laudare.

210. *Ille per extentum funem.*] Uſque adeo non maligne, hoc eſt, parce & diſſimulanter, Tragicos laudat Horatius; ut ultro etiam fateatur eum rem præſtare multo difficillimam, qui Tragici Poëtæ munus adimpleat; ita quæ velit, deſcribens, ut non audiri, ſed coram conſpici videatur. *Torrent. Per extentum.*] Videtur rem difficilem aggredi, ut funambulus.

211. *Meum qui pectus.*] Qui animum meum ſine cauſa perturbat. *Inaniter angit.*] Nulla enim cauſſa, cur ſpectatoris animus re vana ac ludicra, & nihil ad eum attinente commoveatur. *Torrent.*

212. *Irritat.*] Ad iram impellit. *Mulcet.*] Delectat. *Falſis terroribus implet Ut magus.*] Optima comparatio. Artium enim omnium vaniſſima & frau-

Ut magus: & modò me Thebis, modò ponit Athenis.
Verùm agè, & his, qui ſe lectori credere malunt,
Quam ſpectatoris faſtidia ferre ſuperbi,
Curam redde brevem, ſi munus Apolline dignum
Vis complere libris, & vatibus addere calcar:
Ut ſtudio majore petant Helicona virentem.
Multa quidem nobis facimus mala ſæpe Poëtæ:
Ut vineta egomet cædam mea: quum tibi librum
Sollicito damus: aut feſſo: quum lædimur, unum
Si quis amicorum eſt auſus reprendere verſum:
Quum loca jam recitata revolvimus irrevocati:

Quum

dulentiſſima magia eſt: quæ tamen plurimum in toto terrarum orbe, plurimiſque ſæculis valuit. *Torrent.*

213. *Magus.*] Præſtigiator, qui arte magica portenta facit. *Et modo me.*] Uſque adeo apte res geſtas deſcribit, ut, qui audiunt, intereſſe videantur in iis locis ubi geſtæ ſunt. *Thebis.*] Thebæ, Athenæ, Argos, Corinthus, Tragœdiarum domicilia. *Torrent.*

214. *Verum age.*] Nunc primum incipit hujus epiſtolæ ſcopum collimare, hortarique Auguſtum, ne Chœrilum aliquem velit ſua geſta decantare, ſed è multis deligat optimos quoſque, ex iis qui ſcribendo lectori placere malunt, quam è pulpitis recitando faſtum populi ferre *Cruquius.* *His, qui ſe.*] Vatibus egregiis.

215. *Quam ſpectatoris.*] Quam audiri & ſpectari.

216. *Curam redde brevem.*] Id varie exponitur. nempe ut his quoque Cæſar, qui ingenium ſuum in ſcena publicare nolint, vel curam ſua liberalitate minuat; vel curam quo diligentiores ſint, in eorum animis excitet; vel denique curam aliquam in delectu inter eos faciendo impendat, quo majore gloria ab idoneis celebretur. Verum mihi prima interpretandi ratio placet, ut Auguſtum nempe roget uti horum quoque, qui verecundiores ſcenam fugiunt, rationem habere dignetur; quo, de nulla alia re quam de ſcribendo ſolliciti, præſtantiores evadant. *Torrent.* *Curam redde.*] Redde aliquantum curæ, ut ſint magis ſolliciti, non adeo negligentes. *Si munus Apolline dignum.*] Si Bibliothecam Apollini à te conſecratam & ædificatam, &c.

217. *Et vatibus addere calcar.*] Et Poëtas excitare.

218. *Studio majore.*] Majore animi contentione Muſas colant ſtylumque exerceant; fere namque fit, dum in dubio eſt animus, nihil præclari ut meditetur & faciat. quare monet Cæſarem, ut animos Poëtarum liberet à cura & inedia, ſi quid eos laude dignum ſcribere deſideret. *Cr.* *Helicona virentem.*] Montem Bœotiæ Apollini & Muſis ſacrum.

220. *Ut vineta egomet.*] Ut meipſum omnium primum reprehendam. *Vineta egomet cædam mea.*] Ductum à re ruſtica proverbium, in eos qui ipſi deſides aliorum deſidiam reprehendunt. aliter tamen Eraſmus. *Torrent.*

221. *Sollicito damus.*] De rebus bene agendis. *Quum lædimur.*] Quum offendimur.

223. *Cum loca jam recitata.*] Cum ſemel recitata ac ſatis jam intellecta uſque repetimus. *Inrevocati* autem legunt libri veteres. *Torrentius.* *Irrevocati.*] Non revocati ab eo qui audit.

224. Quum

Quum lamentamur, non apparere labores
Noſtros, & tenui deducta poëmata filo:
Quum ſperamus eò rem venturam, ut ſimulatque
Carmina reſcieris nos fingere, commodus ultrò
Arceſſas, & egere vetes, & ſcribere cogas.
Sed tamen eſt operæ pretium cognoſcere, qualeis
Æditǔos habeat belli ſpectata, domíque
Virtus, indigno non committenda Poëtæ.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui verſibus & malè natus
Rettu-

224. *Quum lamentamur.*] Quum querimur non intelligi quantum laboraverimus.

225. *Et tenui deducta.*] Subtili artificio elaborata. *Tenui deducta Poëmata filo.*] Repeti hic potuerunt quæ lib. I. Sat. X. notavimus, *Varius ducit.* Torrentius.

226. *Ut ſimulatque.*] Statim ut audieris nos verſus ſcribere.

227. *Commodus ultro.*] Liberalis.

228. *Arceſſas.*] Nos.

229. *Sed tamen eſt operæ pretium.*] Verba hæc pendent à ſuperioribus, nempe à verſu 219. *Multa quidem nobis, &c.* Quaſi diceret, Non gerimus nos erga te tàm circumſpecte, quam par eſſet, ſed varias etiam offenſionis cauſas tibi præbemus. Hæc fateor, Cæſar: ſed tamen operæ pretium eſt, te internoſcere ab aliis, eos qui æditui virtutis tuæ eſſe poſſunt (quorum verſibus rerum à te geſtarum memoria à te conſervari & poſteritati etiam commendari poteſt: ſive quorum verſus, tanquam ſacraria, virtutem tuam reconditam ſervare poſſunt) & eorum præ aliis rationem habeas, aliquid illis amplius quam aliis concedas & indulgeas. Eo autem in numero Virgilius & Varius digni ſunt qui ponantur. Nec tibi continget, ut tuum de illis judicium, tuaque in illos liberalitas, reprehendi vel irrideri poſſint: ſicut Alexander ridiculum ſe in ſuo Chœrilo præbuit, quum malos verſus pro bonis haberet, tamen ob eos munificus fuerit. *Steph.*

230. *Æditues.*] *Virtutis æditues Poëtas* vocat, vel quod viros virtute præditos, quorum illa pectoribus tamquam templis inhabitabat, adverſus invidiam ſuis laudibus defendant; vel quod per virtutem facta, non aliter quam ſua æditui ſacra, ſcire volentibus enarrant. Atque eodem fere modo,

Virtutis veræ cuſtos rigiduſque ſatelles

Philoſophus dicitur. *Æditui* vero vel *Æditimi*, ut, Varrone & Gellio teſtibus, veteres loquebantur, vocabulum Grammaticorum nobiliſſimi duplex eſſe voluere: vel à tuendis ædibus ſacris, vel quaſi ædis intimum dicas. *Torrent.* *Æditues habeat.*] Quales Poëtas. Metaph. ducta ab Æditǔis ſacrarum ædium cuſtodibus.

231. *Virtus, indigno, &c.*] Virtus tua ô Auguſte.

233. *Chœrilus.*] Χοίριλον & χαίριλον, modo idem nomen ſit, vocant Græci. *Chœrilus* itaque ſcribendum eſt, non *Cherilus*. Et *Chœrili* quidem, patria Samii, ab Herodoto Athenis inſtituti, qui & Athenienſium adverſus Xerxem & Lyſandri Lacedæmoniorum ducis res geſtas carmine ſcripſit, & Plutarchus & alii meminere. Verum fuere plures *Chœrili* Poëtæ. Turneb. lib. 26. cap. 25. & lib. 27. cap. 4. *Torrent.* *Chœrilus.*] Poëta ineptiſſimus. *Incultis qui verſibus.*]

Rettulit acceptos, regale nomiſma, Philippos.
Sed veluti tractata notam labemque remittunt
Atramenta, ferè ſcriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt. idem rex ille, poëma
Qui tam ridiculum, tam carè prodigus emit,
Edicto vetuit, ne quis ſe, præter Apellem,
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum ſimulantia. quòd ſi
Judicium ſubtile videndis artibus, illud
Ad libros, & ad hæc Muſarum dona vocares;
Bœotum in craſſo jurares aëre natum.

At

verſibus.] Ordo eſt: Qui Philippos (regale numiſma) retulit acceptos verſibus incultis & male natis, id eſt, qui gloriatus eſt ſe ab Alexandro Philippos beneficio ſuorum verſuum abſtuliſſe. *Male natis.*] Verſibus male compoſitis, in vita Minerva.

234. *Regale numiſma.*] Nummos imagine Philippi regis ſignatos.

235. *Tractata notam.*] Atramenta manibus contractata. *Remittunt.*] Reddunt.

236. *Fere ſcriptores.*] Sic fere ſcriptores, &c.

237. *Linunt.*] Deturpant. *Idem res.*] Alexander.

238. *Tam care prodigus emit.*] Tam caro pretio.

239. *Apellem.*] *Apellen* ſcribunt antiquiſſimi codd. quinque: ut paulo ante *nomiſma*. Quam gratus autem Alexandro *Apelles* fuerit, videre eſt apud Plinium lib. xxxv. cap. x. *Torrent.*

240. *Aut alius Lyſippo.*] Aut alius quam Lyſippus inſignis ſtatuarius. *Duceret æra.*] Hoc eſt, ex ære duceret Alexandrum, ut Apelles pingebat, ſculpebat Pyrgoteles. Inepta igitur Lambini dubitatio eſt, anne vel *funderet* vel *cuderet* aptius legeretur. Nam & Plinius ita loquitur, ut modo vidimus: & verbum *ducere* ad omnes haſce artes idoneum eſſe, ex Nonio & aliis lib. I. Sat. X. oſtendimus. Atque ita Virg.

-- *Vivos ducent de marmore vultus.*

quod tamen minus proprie dictum videri poſſit, quam *ex ære ducere* aut *ducere æra*. Torrent. *Duceret æra.*] Formaret.

241. *Simulantia, &c.*] Exprimentia vultum.

242. *Judicium ſubtile.*] Si, inquit, Alexandri acumen non picturæ aut ſculpturæ artibus, ſed Poëſi æſtimanda expenderes; non ſubtilem ac vafrum, ſed nullius judicii eſſe vel juratus diceres. Atque ita quidem ex re præſenti Horatius: ſed rex ille potentiſſimus, & ſummo ingenio præditus, edoctuſque ab Ariſtotele, multo melius de ſcriptoribus, Poëtis maxime, qui Homerum perpetuo deſideraret, quam de artificibus judicabat. *Torr.* *Judicium ſubtile.*] Illud judicium Alexandri. *Videndis artibus.*] In pictura & ſculptura perſpicienda.

243. *Ad libros.*] Ad verſus & Poëticam transferres.

244 *Bœotum.*] Optime Lambinus. Sed eadem omnia, & multo plura Eraſmus Chiliadibus, *Sus Bœotia*, & *Auris Bœotia*, & βοιωτιάζειν, pro ſtolide & immodice vociferari. Miris enim modis *Bœotos* ut ſtupidos, ceteri Græci exagitarunt. Multum autem referre ad hominum mores, quæ cujuſque loci natura

tura

At neque dedecorant tua de ſe judicia, atque
Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt,
Dilecti tibi Virgilius, Variuſque Poëtæ:
Nec magis expreſſi vultus per aënea ſigna,
Quàm per vatis opus mores, animíque virorum
Clarorum apparent. nec Sermones ego mallem
Repenteis per humum, quàm res componere geſtas:
Terrarumque ſitus: & flumina dicere, & arceis
Montibus impoſitas, & Barbara regna, tuíſque
Auſpiciis totum confecta duella per orbem,
Clauſtráque cuſtodem pacis cohibentia Janum,
Et formidatam Parthis te Principe Romam:
Si, quantum cuperem, poſſem quoque. ſed neque parvum
Carmen

tura ſit ubi naſcimur alimurque, cùm alii graviſſimi Philoſophi, tum peculiari opere Hippocrates tradidit. Uſque adeo verum eſt Platonis in Timæo dictum, κτ' τὰς ὡρῶν τόπους κρεῖσσον ἠθῶν φύοιτο, *mores pro cæli regionibus temperari*. Hinc Tullius lib. de fato: *Athenis tenue cælum; ex quo acutiores etiam cenſentur Attici: craſſum Thebis; itaque pingues Thebani & valentes.* Thebæ autem in Bœotia. Sed & de Democrito, qui natione Thrax erat, Juven. Sat. x.

—— Cujus prudentia monſtrat
Summos poſſe viros & magna exempla daturos
Vervecum in patria craſſoque ſub aëre naſci.

Torrent. *Natum, &c.*] Jurares Alexandrum pinguem eſſe & hebetem, quales ſunt in Bœotia nati.

245. *Neque tua.*] Ordo eſt: At dilecti tibi Virgilius Variuſque Poëtæ non dedecorant tua de ſe judicia.

246. *Tulerunt.*] Acceperunt.

247. *Dilecti tibi.*] Dilecti abs te. *Virgilius Variuſque.*] Adſcriptum in veteri codice, *His ſingulis donavit Auguſtus decies ſeſtertiûm.* Mirum autem tanta conſtantia in omnibus M. S. legi *Virgilius Varuſque*. vide l. 1. Od. VI. *Torr.*

248. *Nec magis.*] Hac ratione ſe paſſim venditam Poëtæ immortalitatem cui velint pollicentes. Vide lib. IIII. Od. IX. *Torrent.*

250. *Nec Sermones.*] Nec Satyras.

251. *Repentes per humum.*] Orationi ſolutæ ſimiles. *Geſtas.*] Tua virtute geſtas.

252. *Arces Montibus impoſitas.*] Non vero de fortiſſimis ab Auguſto arcibus expugnatis id intelligi; ſic enim l. IIII. Od. XIIII.

—— Et arces
Alpibus impoſitas tremendis
Dejecit acer.

Druſus ſcilicet Auguſti auſpiciis. reſpicere tamen Horatium ad Germanici belli hiſtoriam malim. *Torrent.*

253. *Montibus impoſitas.*] Arces in montibus extructas.

254. *Confecta duella.*] Bella finita.

255. *Clauſtraque, &c.*] Portas Jani clauſas, quod pacis tempore tantum fiebat. *Cuſtodem pacis.*] Videri poterit Oda XV.

256. *Parthis te Principe.*] Vide Od. 15, lib. 4.

257. *Si, quantum.*] Si voluntati facultas reſponderet.

259. *Rem*

Carmen majeſtas recipit tua: nec meus audet
Rem tentare pudor, quam vires ferre recuſent.
Sedulitas autem; ſtultè quem diligit, urget:
Præcipuè cùm ſe numeris commendat & arte.
DISCIT *enim citiùs, meminítque libentiùs illud,*
Quod quis deridet, quàm quod probat & veneratur.
Nil moror officium, quod me gravat. ac neque ficto
In pejus vultu proponi cereus uſquam

Nec

259. *Rem tentare.*] Rem experiri. *Recuſent.*] Non poſſint.

260. *Sedulitas*] Odi, inquit ille, nimium diligentem: id igitur ſcriptoribus evenire ait Horatius: maxime cum res geſtas narrant, & quidem carmine: quod cum difficillimum ſit, niſi circumſpecte fiat, ſæpe officio noſtro eum cujus ſtudioſi ſumus gravamus magis ac premimus. T.:nto autem cavendum diligentius: quod, ut natura ad reprehendendum proniores ſumus, citius percipimus & altius recondimus ſi quid diſplicet; quam quæcumque alia vel inviti laudare cogimur & admirari. unde fit, ut per Lectoris faſtidia, & qui laudat, & qui laudatur riſus fiat ac fabula; damnatis ad mercium involucra libellis, quibus ſcriptor tam magnifice ſe jactitabat. *Torr.* *Sedulitas autem, ſtulte quem diligit, urget.*] *Urget* hic eſt gravat: deinde *ſtulte* jungatur non cum *diligit*, ſed cum *urget*. Dicit ergo, Sedulitatem ſtultis officiis & obſequiis eum gravare, quem diligit. Id eſt, Multis contingit, ut dum ſeduli videri, ſive ſedulitatis ſuæ teſtimonium dare volunt, ea officia præſtent, quibus ſtulte gravent quos diligunt. *Steph.* *Sedulitas autem.*] Ordo eſt, Sedulitas eum urget quem ſtulte diligit, id eſt, qui ſtulta ſedulitate officium ſuum alicui obtrudit; moleſtus eſt ei potius quam gratus. *Urget.*] Moleſtia afficit.

261. *Præcipue quum ſe numeris, &c.*] Quum Poëta laudabilis ſe numeris artificioſis, (id eſt, verſibus) commendat.

262. *Diſcet enim citius, &c.*] Quaſi diceret, Quoniam ſi ille qui ad teſtandam ſuam ſedulitatem, poëma de te ſcripſerit, aliquid in eo inepte & ridicule de te dixerit, diſcentur citius illi verſus inepti; & tui non ſine riſu mentio fiet, quoties recitabuntur. Ita igitur contraria illis, quæ ſperaverit; evenient: quia non honori tibi poëma illius erit; potius auribus tuis erit oneri. *Steph.* *Quod quis deridet.*] Turneb. l. 26. c. 25.

264. *Nil moror officium, &c.*] Ac ſi diceret Horatius, Ad me certè quod attinet, Cæſar, ſi iſto ſim loco, nihili fecerim officium, quod mihi oneri ſit potius, quam honori. Loquitur enim de officio, quod quum alioqui Cæſari præſtare cupiat, ne id facere poſſit, obſtare ſibi venæ exilitatem dicit. Et pro gravat, *gravet* legendum. *Steph.* *Nil moror.*] Quæ de ſe Poëta loquitur; perinde habenda ſunt ac ſi à potenti aliquo amico, quem celebrari alias velit, proferantur, & quidem ab ipſo Auguſto. *Torrent.* *Nil moror.*] Lege *morer.*, & pro *opto*, optem. *Stephan.* *Nil moror.*] Nihili facio. *Quod me gravat.*] Quod mihi ſit oneri potius quam honori. *Ac neque ficto.*] Quemadmodum nolim imaginem mei ex cera fingi, ut deformior ſit imago quam vera figura: ſic neque ab indocto Poëta laudari velim.

265. *Proponi cereus.*] Proponi in publico. *Cereus.*] Cereæ erant in nobilium atriis majorum imagines, ut ex Juvenale aliiſque auctoribus cognovimus. Verum hoc loco Horatius cum ceream ficto in pejus vultu imaginem dicit, & materiæ vilitatem & artificis imperi-

tiam

Nec pravè factis decorari verſibus opto:
Ne rubeam pingui donatus munere, & unà
Cum ſcriptore meo, capſa porrectus operta;
Deferar in vicum vendentem thus, & odores,
Et piper, & quidquid chartis amicitur ineptis.

tiam notat; ut aptius cum non ſatis idonei Poëtæ laudatione, ſtatuæ honorem comparet. *Torrent.*

267. *Ne rubeam pingui.*] Ne pudore afficiar craſſo deſcriptus carmine. *Pingui donatus munere.*] *Pingue munus* vocat, cujus auctor ipſe pinguis ſit: ſibi pariter atque ei quem laudat ruborem & ignominiam allaturus. *Torrent.*

268. *Cum ſcriptore meo capſa.*] In eodem enim libro eſt ſcriptoris nomen & ejus qui deſcribitur, ut in Virgilio Æneas, in Homero Ulyſſes. *Porrectus operta.*] Extentus, quaſi cadaver in ciſta.

269. *In vicum vendentem thus.*] Fuit Romæ in regione fori Romani *vicus thurarius*: ut & unguentarii duo, major & minor. hos puto innuere Horatium. *Torrentius. In vicum vendentem.*] In vicum ubi ex chartis inutilibus fiunt aromatum involucra.

270. *Chartis amicitur.*] Sic ante Horatium Catullus:

Et laxas ſcombris ſæpe dabit tunicas.

Et utrumque imitatus Perſius:

— Nec ſcombros metuentia carmina, nec thus.

Torrent. *Amicitur.*] Involvitur.

EPISTOLA II.

Ad JULIUM FLORUM.

Excuſat ſe Julio Floro querenti, quòd nec Epiſtolam ullam, nec ea, quæ promiſerat, carmina, miſiſſet. Ac primùm ſe pigrum fatetur eſſe, atque id illi prædixiſſe, ideoque ſe vitioſo ſervo comparat, cujus emptor ſit Florus à venditore de vitio præmonitus. Deinde ſe, quod de Luculli milite narrat, imitari velle dicit: ac quum paupertate ad verſus faciendos impulſus fuerit, nunc eas facultates conſequutum, quæ ſatis eſſe poſſint, malle ſomno id temporis dare, quod alioqui ſcribendis verſibus daturus eſſet. Affert & alias rationes cur non ſcribat: quarum una convenit cum his Naſonis verbis: *Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt.* Denique quamvis Poëtæ vulgò mutuis laudibus ſe ornent, multa componi ab illis, quæ merito riſu excipiantur. Contrà verò, ad ſcribendum legitimum Poëma, plurima requiri: rem magni laboris eſſe, & quæ animum etiam torqueat: at ſibi non tanti eſſe, ſapientem ſcriptorem haberi. Sibi igitur, quum jam provectæ ætatis ſit, ad alios numeros animum eſſe appellendum: nimirum ad numeros & artem vitæ benè inſtituendæ. Atque adeò ſe jam in eo tantum eſſe, ut fruendo modicis opibus, quæ adſunt, diſcat majores non concupiſcere. Verùm ad benè beatéque vivendum (quod vocat rectè vivere) non ſatis eſſe carere avaritia, ſed cætera etiam omnia vitia extirpari debere.

FLORE,

DE *hoc* Julio Floro *diximus aliquid Epiſtola III. Fuit autem ex cohorte Ti. Claudii Neronis, cum in Pannoniam atque Armeniam profectus eſſet.* Torr.

FLORE, *bono claróque fidelis amice Neroni,*
Si quis fortè velit puerum tibi vendere, natum
Tibure vel Gabiis, & tecum ſic agat: Hic &
Candidus, & talos à vertice pulcer ad imos,
Fiet erítque tuus, nummorum millibus octo,
Verna miniſteriis ad nutus aptus berileis,
Litterulis Græcis imbutus, idoneus arti
Cuilibet: ARGILLA *quidvis imitaberis uda.*
Quin etiam canet indoctum, ſed dulce bibenti.
MULTA *fidem promiſſa levant, ubi pleniùs æquo*
Laudat

1. *Neroni.*] Tiberio Claudio Neroni, qui ſucceſſit Auguſto.

2. *Puerum, &c.*] Servum. *Natum.*] Externum, tibi incognitum.

3. *Et tecum ſic agat.*] Et tecum ſic loquatur. *Tecum ſic agat, &c.*] Μίμησις longe pulcerrima, qua mangonem ſummo artificio exprimit. *Hic.*] Hic ſervus candidus eſt, (inquit venditor) cujus ſunt omnia verba uſque ad verſum 17. hujus Epiſtolæ.

5. *Nummorum.*] Soluto pretio.

6. *Verna miniſteriis.*] Servus ex ancilla mea natus.

7. *Litterulis Græcis imbutus.*] Nam plurimum ad commendationem ſervuli ſpectat, quod puer, quod verna, quod imbutus litteris. ſervitia namque novitia adhuc, & notæ educationis, tamquam miniſteriis aptiora, tritis ac veteribus ſunt præferenda. & de Cæſare Suetonius: *Servitia recentiora politioraque immenſo pretio comparavit.* Erudiri ergo vernas curabant, ut tanto pluris venderent. *Torrent. Literulis Græcis imbutus.*] Eruditione imbutus. Nam vernæ liberaliter inſtituebantur, ut dominis eſſent utiliores.

8. *Argilla quidvis.*] Argillæ ſimilis eſt rudis ætas, primo quidem fingi poteſt dum tenera eſt, verum ubi duruit ingenium, non facile refingitur in alienam ſpeciem. *Eraſmus. Argilla quidvis.*] In molli ingenio hujus pueri quidvis exprimes, ſicuti ex argilla quidlibet ſimules. *Imitaberis.*] Sic quidem tres noſtri M. S. ſed plures receptam lectionem ſervant, *imitabitur.* ut puer iſte una cum litterulis plaſticen etiam diſcere cœperit, aut ad eam natùra ducatur. quæ ſane interpretatio mihi non diſplicet. Sed reclamat Lambinus cum aliquot aliis; qui puerum argillæ conferri malunt, unde quidvis fingi poſſit, tam molli & flexibili. Verum id ante ſatis expreſſerat, cum cuilibet arti idoneum dixit. ſed nolim contentioſus eſſe. nam idoneitatem illam luti ſimilitudine comprobavit. Atque ita Acro. *Torrent.*

9. *Canet indoctum, ſed dulce bibenti.*] Canet, non quod arte didicerit, ſed quod natura indiderit, quo inter pocula nova ad vinum lætitia accedat. præcipuus autem Muſicæ in conviviis uſus, teſte etiam Plutarcho: & notum illud Ovidii:

—— Tum carmina vino
Lætitiam faciente canunt.

Nec ſilere velim in duobus exemplaribus legi *bidenti* pro *bibenti*; quo ſenſu neſcio. *Torrent. Indoctum, ſed dulce.*] Quiddam indoctum, ſine artificio, quale ruſtici canere ſolent. *Bibenti.*] Dulce convivanti.

10. *Multa fidem.*] Poſtquam jam abunde laudavit, laudaſſe diſſimulat, ne nimium commendando emtorem decipere velle videatur. Et quoniam qui

ſervum

Laudat venalis, qui vult extrudere, merces.
Res urget me nulla: meo ſum pauper in ære.
Nemo hoc mangonum faceret tibi. non temerè à me
Quivis ferret idem. ſemel hic ceſſavit, &, ut fit,
In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ.
Des nummos, excepta nihil te ſi fuga lædat.
Ille ferat pretium, pœnæ ſecurus, opinor.
Prudens emiſti vitioſum: dicta tibi eſt lex.

Inſeque-

ſervum vitioſum ſciens vendit, niſi de redhibitione teneri velit, vitium indicare legibus Ædilitiis jubetur; Poëta ingenioſiſſimus tam artificioſe nunc illud extenuat, quam laudes ante amplijavit. Notum autem proverbium, vino vendibili non opus eſſe ſuſpenſa hedera. *Torrent.* *Levant, ubi plenius æquo.*] Minuunt fidem: Nam proba merx facilem emptorem reperit.

11. *Qui vult extrudere.*] 4. Bland. Tonſ. Mart. Sil. habent *excludere:* quod mihi magis apparet vendendis mercibus idoneum: excluduntur enim, quæ clauſtris exemta venui proponuntur. *Extrudere* autem videtur, neſcio quid in rebus diſtrahendis habere vilitatis & contemptus. dijudicet lector. *Cruquius.* *Qui vult.*] Qui vult quam primum merces vendere.

12. *Res urget me nulla.*] Nulla neceſſitas me premit. *Meo ſum pauper in ære.*] Pergit egregie Mangonis perſonam agere: qui videri velit non ſuo, ſed emtoris commodo ac gratia puerum vendere. nam tametſi inquit pauper ſum, nullo tamen ære alieno aſtrictus premor, ut vendam. *Torrent.* *Meo ſum pauper in ære.*] Nihil cuiquam debeo.

13. *Nemo hoc mangonum.*] Nemo ex iis qui ſervos vendunt, tibi vitia eorum patefaceret, ut ego tibi. *Mangonum.*] *Mangones* & *venalitiarios* vocabant veteres eos qui venalium greges ducerent. *Torrent.* *Non temere.*] Non facile quivis à me idem obtineret.

14. *Semel hic ceſſavit.*] Semel ceſſaſſe ait, qui natura nihili & nequam erat: & latuiſſe qui fugerat, per μείωσιν ut Grammatici vocant. *Torrent.* *Ceſſavit.*] Semel fuit ad mandata facienda tardior.

15. *In ſcalis latuit metuens.*] Ordo eſt, Hic puer latuit, metuens habenæ pendentis in ſcalis, id eſt, metuens verberari, loris vinciendus quæ pendebant in ſcalis. *Pendentis habenæ.*] Ad terrorem enim in ædibus ſcuticæ, quas *habenas* quoque & *anguillas* appellabant, in gradibus dependebant. *habena* autem impuberum fere pœna erat. Ulpianus lib. 1. de S.C. Silaniano: *Solet hoc in uſu obſervari, ut impuberes non torqueantur. terreri tantum ſolent, & habena vel ferula cædi.* Turneb. l. 21. c. 8. *Torrent.*

16. *Des nummos.*] Eme & pretium ſolve. *Excepta nihil te ſi fuga.*] Si fuga ſervi, quam ego excepi & expreſſi, te nihil offendat.

17. *Ille ferat pretium.*] Ille mango (inquit Horatius) accipere poteſt ab emptore nummos. *Pœnæ ſecurus.*] Non metuens de pœna emptori præſtanda per legem redhibitoriam.

18. *Prudens emiſti vitioſum.*] Sciens ô Flore quaſi mancipium emiſti me vitioſum, ita tamen ut vitium meum tibi prædixerim. *Dicta tibi eſt lex.*] Legem Mancipii ſive Contractus dicit. nam, ut Jcti ajunt, verba contrahentium legem contractui dant. Et Varro 11. Rei ruſticæ; *In emtionibus*, inquit, *jure utimur quod lex præſcripſit. in ea enim alii plura, alii pauciora excipiunt.* ita & mango iſte

ſervuli

Inſequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua.
Dixi me pigrum proficiſcenti tibi: dixi
Talibus officiis propè mancum: ne mea ſævus
Jurgares ad te quòd epiſtola nulla veniret.
Quid tum profeci, mecum facientia jura
Si tamen attentas? quereris ſuper hoc etiam; quòd
Exſpectata tibi non mittam carmina mendax.
Luculli miles collecta viatica multis
Ærumnis, laſſus dum noctu ſtertit, ad aſſem
Perdiderat: poſt hoc vehemens lupus, & ſibi & hoſti
Iratus, pariter jejunis dentibus acer,
Præſidium regale loco dejecit, ut ajunt,
Summè munito, & multarum divite rerum.

Clarus

ſervuli fugam exceperat. *Torrent.* *Lex.*] Conditio venditionis.

19. *Inſequeris tamen hunc.*] Me quaſi venditorem perſequeris. *Et lite moraris iniqua.*] Inique litigas mecum quaſi cum mangone.

20. *Pigrum.*] Ceſſatorem eſſe.

21. *Talibus officiis.*] Ad ſcribendum eſſe ineptum, ut is qui manibus caret. *Prope mancum.*] *Mancus* proprie ſine manu. Cicero pro Rabirio: *Q. Scævola confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis.* Transfertur etiam ad inanima, pro debilis, imbecillus, inutilis. *Torrentius.* *Sævus.*] Iratus.

22. *Veniret.*] Libb. M.S. pæne omnes *rediret* legunt. & recte quidem, ut arbitror. nam jam Florus fortaſſe per Epiſtolam expoſtulaverat, ac ne ſic quidem longo tempore reſponderat Poëta, donec tandem hæc carmina ſibi extorqueri pateretur. Si nihil tale eſt, receptam ſcripturam malim. *Torrent.*

23. *Quid tum profeci?*] Vitium meum prædicendo. *Mecum facientia jura Si tamen attentas?*] Jura ſecum facere Æditiliæ legis exemplum monſtravit: adverſus quæ ille peccet, ſi importunus eſſe pergat. *Attentare* igitur pro lædere & offendere dixit, ut *tentandi* verbo & ipſe & Virg. & alii ſæpe uſi ſunt. *Torrent.* *Mecum facientia.*] Si jura me adjuvantia labefactari coneris.

24. *Super hoc.*] Quereris de hoc præterea.

25. *Mendax.*] In eo mendax.

26. *Luculli miles.*] Qui bellum geſſit cum Mithridate, rege Ponti. *Collecta viatica multa.*] Viatica paulatim parta. *Viaticum* dicitur, quicquid iter agendi cauſa neceſſarium eſt, ſive cibus ſit, ſive pecunia ad victum expetenda. *Viatica.*] *Viaticum* pro caſtrenſi pecunia accipio. Adde Gell. XVII. c. II. *Multis Ærumnis.*] Tanto igitur ei qui collegerat gratiora, ac proinde gravior de amiſſis dolor; quo extimulante, ſe de hoſtibus ultus eſt, qui furem reperire non poſſet. omnino enim de uno aliquo milite loquitur Horatius. *Torrent.*

27. *Ad aſſem.*] Ita, ut vix quicquam reſtiterit.

28. *Vehemens lupus.*] Apta comparatio lupi ac militis. ambo raptores. *Torr.* *Vehemens lupus.*] Acer inimicus. *Hoſti.*] Hoſti Mithridatico.

30. *Præſidium regale.*] Præſidium Mithridatis. *Loco dejecit.*] Loco valde munito, multiſque rebus referto depulit.

32. *Donis*

Clarus ob id factum, donis ornatur honeſtis:
Accipit & bis dena ſuper ſeſtertia nummûm.
Fortè ſub hoc tempus caſtellum evertere prætor
Neſcio quod cupiens, hortari cœpit eundem
Verbis, quæ timido quoque poſſent addere mentem.
I bone, quò virtus tua te vocat: i pede fauſto,
Grandia laturus meritorum præmia. quid ſtas?
Poſt hæc ille catus, quamtumvis ruſticus, ibit:
Ibit eò, quò vis, qui zonam perdidit, inquit.
Romæ nutriri mihi contigit, atque doceri,
Iratus Grajis quantùm nocuiſſet Achilles.
Adjecere bonæ paullo plus artis Athenæ:
Scilicet ut poſſem curvo dignoſcere rectum,

Atque

32. Donis ornatur honeſtis.] Dona militaria dicit coronas, torques, phaleras, quorum nomine pecunia non continetur. Ducum enim largitiones JCti & recentiores ſcriptores donativa fere appellant; ut quæ populo dabantur, congiaria. Nota autem Luculli adverſus Tigranem & Mithridatem reges potentiſſimos bella. quibus finem imponere potuiſſet, ſi militem habuiſſet dicto magis audientem. nam Lucullus quamquam peritiſſimus imperator, quia militarium munerum exactor acerrimus, minus liberalis erat, militum favorem ac gratiam tenere non potuit Jam vero norunt eruditi, honeſti vocabulum [illegible] dici, quod modum non excedat: ut honeſtum & moderatum convivium Cic. pro Murena. Torrent. Honeſtis.] Donis honorificis.

33. Super ſeſtertia nummûm.] Præter hæc dona accepit 20. millia ſeſtertiûm nummûm.

34. Sub hoc tempus.] Paulo poſt. Prætor.] Imperator Lucullus.

35. Eundem.] Eundem Luculli militem.

36. Mentem.] Animos.

37. I bone quo.] Verba ſunt Imperatoris militem hortantis. Pede fauſto.] Bono auſpicio.

38. Laturus meritorum.] Accepturus præmia.

39. Ille catus quantumvis ruſticus.] Quantumvis conditione ruſticus, ex agro enim robuſtiſſimi milites, ſollers tamen & acutus & prudens, qui fortunam toties periclitari nollet. Torrent. Catus.] Prudens.

40. Qui zonam perdidit.] Qui perdidit viaticum, quod in zona milites portare ſolebant.

42. Iratus Grajis quantum nocuiſſet Achilles.] Etiam Chriſtianorum tempore, diu ab Homeri Achille ſtudiorum ſuorum initia ducebant adoleſcentes. Unde apud Theodoretum proverbium, οὐδὲ τὴν Ἀχιλλέως μῆνιν ἴσασι, ne iratum quidem Achillem norunt, ut Horatius loquitur. Plane enim μῆνις Ἀχιλλέως. illi, quod Horatio, iratus Achilles. Heinſius. Iratus, &c.] Id eſt, Iliadem Homeri didici.

43. Adjecere bonæ.] Laus Athenarum ab artibus & diſciplinis bonis, qualis omnis eſt rationalis diſciplina, quæ verum & rectum dignoſcere docet. Cruquius.

44. Ut poſſem curvo dignoſcere rectum.] Libri antiqui pæne omnes vellem pro poſſem legunt: adſcriperuntque in

Atque inter ſilvas Academi quærere verum.
Dura ſed emovere loco me tempora grato,
Civiliſque rudem belli tulit æſtus in arma,
Cæſaris Auguſti non reſponſura lacertis.
Unde ſimul primùm me dimiſere Philippi,
Deciſis humilem pennis, inopemque paterni
Et Laris & fundi; paupertas impulit audax,

Ut

uno atque altero, modeſtiæ cauſſa ſic Poëtam loqui: germana igitur hæc ſcriptura eſt. Nam eadem ratione dicti Philoſophi. *Dinoſcere* etiam, pro *dignoſcere* ſcribunt vetuſtiſſimi codices. *Torr.* *Curvo dignoſcere rectum.*] Bonum à pravo.

45. *Atque inter ſylvas.*] Inter obſcuros Philoſophos Academicos, ſic dictos ab Academo Athenienſi, qui Athenis conſtruxerat porticum, quæ poſtea Academia nominata eſt. *Atque inter ſilvas Academi, &c.*] Scribe *Ecedemi*, ut & in *Acrone* ejus interprete. Auctor proverbiorum. Ἀκαδημία ἡ ἐν γυμνασίοις ἐν Ἀθήναις, προάστειον ἀλσῶδες, ἐν ᾧ διέτριβε Πλάτων, ἀπὸ Ἐκαδήμου τινὸς ἥρωος ὀνομασθὲν. Vide & Suidam. & Stephanum. *Meurſ.* Exerc. Critic. part. 2. p. 213. *Silvas Academi.*] *Academia* locus Athenis ſuburbanus, plurimis pulcerrimiſque arboribus conſitus, templis præterea & illuſtrium virorum monumentis ornatus, ab Academi, qui eum conſecraverat, nomine dictus: quem tamen aliqui Echedemum, & inde *Echedemiam* appellarunt: auctores inter alios Stephanus & Plutarchus in Theſeo & Sulla. Hinc igitur Academi veteres & novi: ſed veteres præcipue ſecutus fuit Horatius. *Torrentius.*

46. *Dura ſed amovere.*] Bella civilia inter Brutum & Octavium me Athenis expulerunt. *Emovere.*] Sic & noſtri codices pæne omnes. recte. vocabulum enim Horatio frequens; ut lib. IIII. Od. XV.

—— Emovitque culpas.

Lib. II. Sat. III.

Emovit veterem mire novus. —— Torr.

47. *Rudem.*] Nimirum Philoſophiæ, non armorum ſtudioſum. *Cruquius.* *Tulit æſtus in arma.*] Motus civilis me abſtulit ad partes Brutinas; quæ fortitudini militum Auguſti non erant pares.

48. *Lacertis.*] Viribus.

49. *Simul primum me.*] Quam primum, ſtatim ut. *Philippi.*] Civitas Theſſaliæ à Philippo inſtaurata, mutato nomine, cum *Dathos* antea diceretur, gemina Romanorum clade inſignita: Pompeii primum, deinde Bruti & Caſſii adverſus Cæſarem & Auguſtum; unde & bellum illud civile *Philippenſe* vocat Suetonius. At Lambinus in Thracia collocat: ideo, credo, quod per campos Emathios bella illa pugnata Lucanus ſcribit, quodque *Emathii Philippi* Ovidius dixit. Sed Poëtis licet vicinarum gentium nomina interdum confundere: & *Emathia* non Thracia ipſa, ſed Thraciæ finitima, pars Macedoniæ eſt. & alioqui notum omnibus in campis Pharſalicis, quos Theſſaliæ aſſignat Plinius, pugnatum fuiſſe. *Torrent.* *Philippi.*] Philippi urbs in Thracia, à Philippo condita.

50. *Deciſis humilem pennis.*] Dignitate amiſſa & opibus. *Inopemque paterni.*] Inopem per proſcriptionem, quod ſecutus eſſet partes Bruti.

51. *Et Laris.*] Totius patrimonii. *Paupertas impulit audax.*] Notum illud è lib. III. Od. XXIV.

Magnum pauperies opprobrium, jubet

Quid-

Ut verſus facerem. ſed, quod non deſit, habentem,
Quæ poterunt umquam ſatis expurgare cicutæ,
Ni melius dormire putem, quam ſcribere verſus?
Singula de nobis anni prædantur euntes:
Eripuêre jocos, Venerem, convivia, ludum:
Tendunt extorquere Poëmata. quid faciam vis?
Denique non omnes eadem mirantur amántque.
Carmine tu gaudes: hic delectatur ïambis:
Ille,

Quidvis & facere & pati.
Accedat elegans Mimographi ſenarius:
Hominem experiri multa paupertas jubet. Torrent.

Audax.] Paupertas laboris Magiſtra, quid non audet experiri?

52. *Ut verſus facerem.*] Ad acquirendam gratiam virorum principum, Mæcenatis imprimis, ut ejus præſidio conciliaretur Auguſto. *Cruquius.* *Quod non deſit habentem.*] Sententia eſt, eum qui firmum aliquid ac ſtabile nactus ſit, cui fidere ſcilicet ut proprio poſſit, pro inſano habendum eſſe, ſi ultra ſcribendis verſibus ſe excruciet. *Quod non deſit* igitur, id eſt, quod non facile herum fallat atque deſtituat; qualis fundus Horatii in Sabinis. *Torrent.* *Quod non deſit.*] Habentem, quod ſufficiat.

53. *Quæ poterunt.*] Inſanus merito dicar, ſi non putem dormire melius eſſe quam verſus ſcribere. *Satis expurgare cicutæ.*] Cicuta herba quædam eſt venenata, notiſſima. Cicutam etiam appellarunt vulgò herbam catharcticam, quam hic intelligit: Græce dicitur κώνειον. Tum & Latini *Cicutam* vocant quamlibet cannam, intus cavam & inanem. Unde apud Poëtas *cicutæ* pro calamis quibus fiſtulant paſtores. *Salmaſius.* *Cicutæ.*] Καταχρηστικῶς non tam pro elleboro (quod antiqui interpretes & nonnulli viri doctiſſimi ex Avicenna voluere) quam pro quocumque ancipiti adverſus morbum ancipitem remedio, quod vel cum diſcrimine potius admoveatur, quam ægrotantem certò perire patiamur. Et cur obſecro ſcribendi illud cacoëthes, quod inſanabile vocat Iuvenalis, tamquam ex nimio calore aut atra bile ortum, cicuta, quæ frigore enecat, curare Horatium vetes? Exemplum certe ſecutus eſt Perſius Sat. V. cum ait:

—Calido ſub pectore maſcula bilis
Intumuit, quam non extinxerit urna cicutæ. Torrent.

Vel cenſuit, ſe nulla cicuta, hoc eſt, validiſſimo medicamento, ita expurgari poſſe, quin credat ſe prius emori poſſe, quam cenſere, verſus ſcribere melius eſſe, quam dormire & quieſcere. *Cruquius.* Turneb. l. 21. c. 8. *Cicutæ.*] Medicinæ vehementiſſimæ, ut Helleborus, quem hic à Poëta intelligi adducor, ut credam, quoniam cicuta ab Avicenna Hellebori nigri nomine appellatur.

55. *Singula de nobis anni.*] Singula quæ ad voluptatem pertinent. Secunda eſt excuſatio cur non ſcribat. *Prædantur.*] Rapiunt.

56. *Sed quod non deſit habentem, &c.*] Ad ipſum Horatii animum referendum; qui ideo habebat quod non deeſſet, quia eo contentus erat, nec plus habere cupiebat. Quaſi dicat, Habentem quod expleat cupiditatem meam, vel potius vota mea. *Stephan.*

57. *Tendunt extorquere.*] Contendunt & conantur extorquere fingendi carminis propenſionem.

58. *Denique non.*] Tertia excuſatio cur non ſcribat.

59. *Carmine tu gaudes.*] *Carmen,* cum dicit,

Ille, Bionëis ſermonibus, & ſale nigro.
Tres mihi convivæ propè diſſentire videntur,
Poſcentes vario multum diverſa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod jubet alter.
Quod petis, id ſanè eſt inviſum acidumque duobus.
Præter cetera, me Romane Poëmata cenſes
Scribere poſſe, inter tot curas tótque labores?
Hic ſponſum vocat, hic auditum ſcripta, relictis
Omnibus officiis. cubat hic in colle Quirini:
Hic extremo in Aventino: viſendus uterque.
Intervalla vides humanè commoda. verùm

Pura

dicit, per antonomaſiam *Heroicum* intellige. *Torrent.*

60. *Bionëis ſermonibus.*] Et *Biones* quidem numero decem recenſet Laërtius. è quibus omnibus *Bion Boryſthenites* aptus videri poſſit, à quo *Bionei ſermones* pro amarulentis, ut Hipponactei & Archilochii, proverbio celebrentur. Fuit autem Philoſophus & Poëta, non in homines tantum, ſed in deos etiam contumelioſus. Turnebus Adverſ. XXI. cap. VIII. *Torrent.* *Bioneis ſermonibus.*] Lividis jocis, id eſt, Satyra. Bion ſophiſtes cognominatus adeo mordax fuit in Poëtas, ut ne Homero quidem parceret. *Sale nigro.*] Salibus amaris, quales ſunt veteres Comœdiæ.

61. *Propè diſſentire.*] Hic *propè*, generatim capitur, ſeu univerſaliter, id eſt, omnes tres. *Cruquius.*

62. *Palato.*] Guſtu.

63. *Renuis tu, quod jubet alter.*] Horatius tanquam ad ipſos convivas loquitur.

65. *Præter cætera.*] Inſuper. Alia cauſa cur non ſcribat.

67. *Hic ſponſum vocat, hic auditum ſcripta, &c.*] Duæ res moleſtiſſimæ olim Romæ, ſpondere, & audire recitantes: ut non ſemel antę conqueſtus eſt; lepide Juven. inter maxima Urbis mala enumerat,

—— *Auguſto recitantes menſe Poëtas.*

Torr. *Sponſum.*] Ad reſpondendum pro ſe. *Auditum.*] Fuit Horatius ex Criticis unus.

68. *Cubat hic.*] Ægrotat.

69. *Extremo in Aventino.*] In extrema parte montis Aventini.

70. *Intervalla vides humane commoda.*] Interpretes τὸ *humane*, ἀνθρωπίνως exponunt. & neſcio quomodo *humane commoda*, ea quæ incommoda ſunt, dici exiſtimant. Scribendum eſt, *Intervalla vides. humane. commoda.* *Humane* eſt approbantis, ναιχὶ, καλῶς. *benigne, recte.* Quæ ſæpe τωοτίζει. Etiam vocati ad prandium aut cœnam, dicebant *humane*, ut *recte*, *benigne*. cum negarent id ſe facturos eſſe, ita ut laudarent tamen animum vocantis. Gloſſæ veteres ad illud Horatii lib. I. epiſt. VII.

—— *At tu quantum vis tolle. benigne.*
Advena, humane facis, inquit, & gratias agit. Hic vero εἰρωνικῶς. Vides, inquit intervalla, Reſpondet alter, *humane. commoda recte.* recte, inquit: ſane ſunt commoda. Ironia autem contrarium inferre ſolet. *Heinſ. Humane commoda.*] Per antiphraſin pro incommoda, niſi ironiam facere malis. *Torr.* *Humane commoda.*] Humano more commoda, id eſt, incommoda. Ut ſunt humana omnia, in quibus plus eſt fellis quam mellis.

71. *Pura*

Puræ ſunt plateæ nihil ut, meditantibus obſtet.
Feſtinat calidus mulis geruliſque redemtor:
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum:
Triſtia robuſtis luctantur funera plauſtris:
Hac rabioſa fugit canis, hâc lutulenta ruit ſus.
I nunc, & verſus tecum meditare canoros.
Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbeis,
Ritè cliens Bacchi, ſomno gaudentis & umbra.
Tu me inter ſtrepitus nocturnos atque diurnos
Vis canere, & contracta ſequi veſtigia vatum?
Ingenium, ſibi quod vacuas deſumſit Athenas,

Et

71. *Puræ ſunt plateæ.*] Optime explicatur à Lambino. *Puras* enim vocat, ab hominibus ceteriſque rebus minime impeditas; ut *puro concurrere campo*, *dimicare puro ac patenti campo*, Virgilius Liviuſque dixere. Turneb. lib. 7. cap. 19 *Torrent.* *Puræ ſunt plateæ.*] Eſt objectio. Aliquis enim dixerit quod Romæ plateæ ſint puræ, in quibus nihil eſt quod impediat verſus meditantem.

72. *Feſtinat calidus.*] Hæc enumeratio eſt impedimentorum, quæ declarat, eum nunc ironicôs eſſe locutum. *Cruquius.* *Feſtinat calidus.*] Reſpondet non ita eſſe. Nam calidus redemptor, &c. *Calidus.*] *Calidos* vocamus vehementes & inconſultos, ſtudio ſcilicet ejus rei, quam agunt, accenſos. vocabulum non ſemel apud graviſſimos ſcriptores corruptum. Idque obſervavit P. Victorius lib. Variarum lectionum XXXIII. cap. VI. Terent. Eunucho:

Vide ne nimium calidum hoc ſit modo.

Cic. I. de Officiis, *pericula & calida conſilia.* *Redemtoris* autem vocabulo eodem ſenſu uſus Poëta lib. III. Od. I. *Torrent.* *Mulis geruliſque.*] Sarcinariis, & *gerulis*, id eſt, bajulis, vel portatoribus. *Redemptor.*] Operum conductor.

73. *Torquet nunc.*] Torquendo attollit lapidem. *Tignum.*] Trabem.

74. *Luctantur funera.*] Funera cum plauſtris onerariis concurrentia contendunt. quando hac funus procedit, illac plauſtra.

76. *I nunc.*] Eſt Ironia.

77. *Nemus.*] Solitudinem. *Et fugit urbes.*] *Urbem* malim, ut in pluribus M.S. ut Romam dicat, non Gabios, aut Ulubros, aut vacuum Tibur, & imbelle Tarentum. *Torrent.*

78. *Bacchi.*] In Bacchi tutela omnes Poëtæ ſunt conſtituti. *Somno gaudentem.*] Quiete & ſolitudine.

80. *Vis canere.*] Vis Lyrica ſcribere? *Contracta.*] Ego in ſeptem codicibus *contacta* ſcriptum repperi. Quam ſcripturam cum agnoſcant etiam interpretes, nihil equidem dubitandum, quin proba ac legitima ſit: ut quam proxime ſequatur eorum veſtigia, qui vatum nomen meruere, ita ut tangere etiam & quod dicere ſolemus pedem pede premere videatur. Sunt qui *cantata* legant, quaſi ab aliis prius dicta, quod Cruquio placet. *Torrent.* *Contracta ſequi veſtigia.*] Veſtigia anguſta, quæ difficile eſt perſequi.

81. *Ingenium, ſibi quod.*] Argumentum à majori. In ſummo otio & quiete, qui jam multos annos Athenis verſantur, ſi hoc non præſtiterint, egone id Romæ poſſim in ſummo ſtrepitu? *Cruquius.* *Ingenium, ſibi quod vacuas.*] Ille qui ſibi elegit Athenas vacuas, id eſt, urbem quietiſſimam.

Et ſtudiis annos ſeptem dedit, inſenuitque
Libris & curis; ſtatua taciturnius exit
Plerumque, & riſu populum quatit. heic ego rerum
Fluctibus in mediis, & tempeſtatibus urbis,
Verba lyræ motura ſonum connectere digner?
Frater erat Romæ conſulti rhetor, ut alter
Alterius ſermone meros audiret honores:

Gracchus

82. *Studiis annos ſeptem dedit.*] An forte ſolemne aliquid in ſeptennio? mihi certe non videtur. nam pro quovis longo ad diſcendum ſpatio poſuit. *Torr.* *Inſenuitque.*] Et ſenium contraxit ex librorum lectione.

83. *Statua taciturnius exit.*] Studium immoderatum homines efficit aliquando hebetes & ridiculos, præſertim ubi ad vitam politicam accedunt.

84. *Riſu populum quatit.*] Quod non tam ad carminis ſcribendi, quam ad ineptitudinem morum vitæque communis, pertinet. *Cruquius.*

86. *Digner?*] Dignum arbitrer connectere verba ſonum lyræ motura, id eſt, carmina lyrica?

87. *Frater erat Romæ conſulti rhetor.*] Epiſtolæ argumentum hoc eſt: Florum Horatio ſuccenſuiſſe, quod ab eo nihil literarum acciperet: Horatium juſta uti excuſatione, quod ne id quidem ſe facturum promiſerit. Carmina autem ideo non mittere, quod Philoſophiæ incumberet; cum ante, paupertate adductus, poëtari cœpiſſet. Verum manifeſtus eſt hiatus, & ſententiæ defectus. Sciat ergo lector, nihil unquam Pythiam dixiſſe verius, quam hos quinquaginta & ſex verſus, qui de Poëtis & Poëtica ſcribendi ratione agunt, hic inſertos eſſe. eoſque Poëtæ mentem & Epiſtolæ inſtitutum tot jam annos diviſiſſe peſſime ac interpolaſſe. Quod tum apparebit primum, ſi, inductis illis, reliqua continuemus hoc modo:

—— Heic ego rerum
Fructibus in mediis & tempeſtatibus urbis,
Verba lyræ motura ſonum connectere digner?
Nimirum ſapere eſt abjectis utile nugis,
Et tempeſtivum pueris concedere ludum.
Ac non verba ſequi fidibus modulanda Latinis,
Sed veræ numeroſque modoſque ediſcere vitæ.

Nego quicquam eſſe in ſcriptore iſto, quod cohæreat melius, aut tam neceſſarium ſit, quam ut illa conjungantur: *Ut*, inquit, *reliqua omittam, fieri qui poteſt, ut in tantis urbis tumultibus (& enumeravit omnes) verſus faciam, cum hæc talia ſilentium requirant? Nimirum utile eſt, quod dixi, ut ab omni hoc ſtudio abſtineam, & has nugas pueris relinquam: neque modos verſuum & numeros, verum ipſius vitæ ſequar. Hoc agam: hoc mentem habeam.* Quare, apage Poëtica præcepta, & id genus alia, quæ hîc peſſime interta erant. Aliquam autem illius Epiſtolæ partem periiſſe, nobis tam eſt certum, quam meridie lucere: quamquam id à nemine notatum fuerit. Quod vel ex illis fiet manifeſtum:

Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur & artes,
Divitiæque peregrinæ: quibus oblitus actor
Cum ſtetit in ſcena, concurrit dextera lævæ.
Dixit adhuc aliquid? nil ſane. quid juvat ergo?
Lana Tarentino, violas imitata veneno.

Poſt hæc, iſta deinde ſubjungit:

Ac ne forte putes, me, quæ facere ipſe recuſem,
Cum recte tractent alii, laudare maligne.

Quibus

Gracchus ut hic illi foret, hic ut Mucius illi.
Quî minùs argutos vexat furor iſte Poëtas?
Carmina compono: hic elegos, mirabile viſu,
Cælatumque novem Muſis opus. adſpice primùm,
Quanto cum faſtu, quanto molimine circum-
ſpectemus vacuam Romanis vatibus ædem.
Mox etiam, ſi fortè vacas, ſequere, & procul audi,
Quid

Quibus profectò verſibus, fatetur de Poëtis ſe judicaſſe, cum nihil minus egerit in præcedentibus. Nos dicere audemus, totam hanc præclaram epiſtolam deberi nobis. *Heinſius.* *Frater erat Romæ, &c.*] Duo erant fratres Romæ, ſuarum inter ſe laudum præcones, Juriſconſultus alter, alter Orator. *Conſulti.*] De hoc quoque vocabulo ante diximus. Od. XXXIII. lib. I. Exemplo autem horum fratrum laudare ſe mutuo Poëtas, qui tum aliquid Romæ ſcribebant, oſtendens; eam quoque cauſſam prætexit cur ipſe à ſcribendo ceſſet: nempe ne quos nolit laudare cogatur. Atque ita apud Juvenalem Umbricius:

Quid Romæ faciam? mentiri neſcio, librum
Qui malus eſt nequeo laudare, & poſcere. ——

Torrent.

Conſulti rhetor.] Juriſconſulti frater.

89. *Gracchus ut.*] *Cajum Gracchum* intelligo. quamquam enim eloquentia præſtabat etiam Tiberius; ille tamen illuſtrior orator, nempe fortis & vehemens, quodque nonnullis viſum fuiſſe ait Gellius lib. x. ſeverior, acrior, ampliorque ipſo Cicerone. *Torrent.* *Gracchus ut hic.*] Tantus Orator, quantus fuit Gracchus Corneliæ filius. *Mutius ille.*] Q. Mutius Scævola optimus Juriſconſultus.

90. *Quî minus argutos.*] Quomodo ſunt Poëtæ minus inſani dum ſe invicem laudant?

91. *Carmina compono.*] Si de ſe loquatur Horatius, *carminum* nomine intelligere Odas malim, qui & *Carminum libri* inſcribuntur. Turneb. l. 21. cap. 8. *Torrent.*

92. *Cælatumque novem.*] Poëma artificioſiſſimum, à novem Muſis elaboratum. *Aſpice primum.*] Primum hoc vide.

93. *Quanto cum faſtu.*] Quanto cum apparatu nos Poëtæ circumſpectemus. Tmeſis eſt. *Quanto molimine Circum.*] Maximum, id eſt, eos, qui in Circo & exercent ſe & ſpectant: aut Circum σκωτικδοχικῶς, id eſt, theatrum. Alii tmeſin eſſe volunt, pro *circumſpiciunt.* Ego malim eſſe aſyndeton, hoc modo, ſpectemus circum & vacuam Romanis vatibus ædem. diſpiciat lector. *Cruquius.* *Quanto molimine circum-Spectemus.*] Duo optimi codices converſo ordine;

—— *Circum molimine quanto*
Spectemus. ——

unus præterea *ſpectamus*, pro ſpectemus. nihil muto. *Torrent.*

94. *Circumſpectemus vacuam Romanis vatibus ædem.*] Sane *ædes vacua Romanis Poëtis*, non eſt in qua nulli ſunt Poëtæ Romani, ſed quæ ſolos recipit Poëtas Romanos. ſeu, quæ nullos præter eos recipit. Ita *ædes vacuas Romanis vatibus*, illa templi Palatini pars, in qua ſoli Romani vates recitabant. ita enim potius intelligendum quam de bibliotheca *quæ Romanis vatibus vacabat*. Heinſius. *Vacuam Romanis vatibus ædem.*] Tamquam vacuam, niſi nos eam ſcriptis noſtris impleamus atque ornemus. *Torrent.* *Ædem.*] Templum Apollinis cui Bibliotheca fuit adjuncta, ab Auguſto extructa.

95. *Si forte vacas.*] Recte pro *vacat*, ut in

Quid ferat, & quare ſibi nectat uterque coronam.
Cædimur, & totidem plagis conſumimus hoſtem,
Lento Samnites ad lumina prima duello.
Diſcedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis, niſi Callimachus? ſi plus apposcere viſus,
Fit Mimnermus, & optivo cognomine creſcit.
Multa fero, ut placem genus irritabile vatum,
Quum ſcribo, & ſupplex populi ſuffragia capto.
Idem, finitis ſtudiis, & mente recepta,
Obturem patulas impunè legentibus aureis.

Ridentur

ut in vulgatis. *Torrent.* *Si forte vacas.*] Si nihil habes, quod agas. *Et procul audi.*] Audi è loco longinquo. *Procul audi.*] Ne propius accedas, ſed quaſi ex inſidiis ſectare, ut aliud agere te cogitent. *Cruquius.*

96. *Quare ſibi nectat.*] Quare hi duo Poëtæ ſe dignos judicent corona poëtica, id eſt, laude.

98. *Samnites.*] Poëtas mutuam in laudando tradentes operam gladiatorum generi, quos *Samnites* vocabant, aptiſſime comparat. dicti autem à ſplendidiſſima Samnitium, cum quibus tot olim bella geſſere Romani, armatura. Sunt qui dicunt Romanos in privatis conviviis gladiatorum cæde ac ſanguine oblectatos: rudibus, credo, ludi cauſſa batuebant. Atque id ipſum, ni fallor, ſignificat hic Horatius. neque enim ſuccedet Samnitium ac Poëtarum comparatio, ſi illi ſe mutuo jugulent, hi honorifice ſalutent. quamquam enim hæ ſalutationes, utputa ſimulatæ, vulnerum loco habendæ ſint; cum monere quam adulari eſſet ſatius: integri tamen diſcedunt, uti & Samnites à lento illo duello, quod ad ſpeciem tantum inierint. Turneb. lib. 25. cap. 19. *Torrent.* *Samnites ad lumina.*] Tanquam Samnites qui adverſus Romanos pugnaverunt uſque ad nocturnas lucernas, id eſt, veſperam. *Ad lumina prima.*] Cum jam fervent convivia. quæ cum ſolennia erant, maturius parabantur, atque ita Sat. VII. lib. II.

—— Serum ſub lumina prima venire Convivam. Torrent.

99. *Diſcedo Alcæus puncto illius.*] Ego inquit Horatius, illius ſuffragio diſcedo par Alcæo, quia Lyricus ſum.

100. *Niſi Callimachus.*] Voco illum Callimachum, qui in Elegis floruit. *Callimachus.*] Quem Propertius noſter ſtudioſiſſime imitatus, ſic expreſſit, ut Romanus à multis Callimachus merito dictus ſit. *Torrent.*

101. *Fit Mimnermus.*] Appellatur à me Mimnermus. *Optivo.*] Argute etiam *optivo nomine creſcere* dixit, ideo quod hi qui in alienam adoptabantur familiam, in adoptionis ſignum augebant fere nomina: ut P. Cornelius Scipio Æmilianus. *Torrentius.* *Optivo cognomine.*] Nomine quod ipſe optaverit. *Creſcit.*] Fit major, ornatior.

102. *Multa fero.*] Multas Poëtarum ineptias devoro. *Genus irritabile.*] Ὀξύχολον, quibus ira commotis, ſi repugnes, magis provoces, neque ſine magno tuo malo diſceſſeris. *Cruquius.* *Irritabile vatum.*] Genus iracundum.

103. *Suffragia.*] Populi laudes.

104. *Idem.*] Ego idem. *Et mente recepta*] Quum ex inſania Poëticæ profeſſionis, ad me redierim.

105. *Obturem patulas impune.*] Obturare

Ridentur, mala qui componunt carmina: verùm
Gaudent ſcribentes, & ſe venerantur, & ultrò,
Si taceas, laudant, quidquid ſcripſere, beati.
At qui legitimum cupiet feciſſe poëma,
Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti:
Audebit quæcumque parum ſplendoris habebunt,
Et ſine pondere erunt, & honore indigna ferentur,
Verba movere loco: quamvis invita recedant,
Et verſentur adhuc intra penetralia Veſtæ.
Obſcurata diu populo, bonus eruet atque
Proferet in lucem ſpecioſa vocabula rerum:
Quæ priſcis memorata Catonibus atque Cethegis,
Nunc ſitus informis premit, & deſerta vetuſtas.
Adſciſcet nova, quæ genitor produxerit uſus
Vehemens, & liquidus, puròque ſimillimus amni,
Fundet opes, Latiúmque beabit divite lingua.
Luxuriantia compeſcet: nimis aſpera ſano

Levabit

turare mihi liceat aures impune, id eſt, ſine periculo. *Legentibus.*] Carmina ſua recitantibus.

107. *Se venerantur.*] Seſe invicem admirantur tanquam divinos Poëtas.

108. *Beati.*] Sibi placentes.

109. *At qui legitimum.*] At bonus Poëta, qui, &c.

110. *Cum tabulis animum.*] Ipſe ſua ſcripta notabit, tanquam cenſor.

111. *Audebit quæcunque.*] Non dubitabit: in animum inducet: volet. Turneb. lib 21. cap. 8.

112. *Et ſine pondere erunt.*] Levia erunt. *Honore indigna ferentur.*] Scribo *feruntur*, ut in quinque exemplaribus. *Torrentius.*

113. *Movere loco.*] Verba mutare. *Invita recedant.*] Ipſo ſcribente invito.

114. *Et verſentur adhuc.*] Et quamvis adhuc ſint domi abdita. *Intra penetralia Veſtæ.*] Liber optimus, *inter*. Vult autem Horatius hanc cenſuram adhiberi, quamvis ſcripta adhuc domi magna diligentia ſollicite adſerventur; ut ſuorum quiſque Poëmatum caſtigator ac cenſor ſit, priuſquam vel recitando tantum aliis communicentur: ac quantumvis prima facie arrideant, nec minus certa ac tuta videantur, quam ſi in Veſtæ ſacrario deliteſcant. Plura Turnebus lib. XXI. cap. VIII. *Torrent.* *Veſta.*] In Veſtæ templo ſervatus fuit ignis æternus Romæ. Veſta hic ponitur pro Lare.

115. *Obſcurata diu.*] Verba obſoleta & inuſitata. *Eruet atque.*] E tenebris extrahet.

118. *Nunc ſitus.*] Nunc turpe ſenium premit.

119. *Adſciſcet nova.*] Cudet & finget nova, quæ uſus genuerit.

120. *Vehemens & liquidus.*] Vehemens ad verborum inventionem. Anapæſtus pro Spondæo.

121. *Beabit.*] Amplificabit.

122. *Luxuriantia compeſcet.*] Quæ redundant, coërcebit.

Levabit cultu: virtute carentia tollet:
Ludentis ſpeciem dabit, & torquebitur: ut, qui
Nunc Satyrum, nunc agreſtem Cyclopa movetur.
Prætulerim ſcriptor delirus inérſque videri,
Dum mea delectent mala me, vel denique fallant,
Quàm ſapere & ringi. fuit haud ignobilis Argis,
Qui ſe credebat miros audire tragœdos,
In vacuo lætus ſeſſor plauſórque theatro:
Cætera qui vitæ ſervaret munia recto

More,

123. *Levabit cultu.*] Poliet & leniet ſano artificio. Metaph. à corpore animato ad carmen. *Virtute carentia.*] *Calentia* legitur in duobus fideliſſimis exemplaribus: id monere volui. Cohibet fortaſſis nimium illum ingenii fervorem, quo inconſulte abripimur. nam *calidus* in malam partem ſæpe accipitur. & ſane molle illud & facetum non fruſtra extollit Horatius. Si *carentia* legas, nihil dicit quod non prius dictum ſit. *Torrent.* *Tollet.*] Extollet.

124. *Ludentis ſpeciem.*] Parum laborioſe ſcribentis. *Torquebitur.*] Nolim Lambino adverſari, ſic ex veterum interpretum ſententia hæc exponenti, ut quamvis ludere ſcriptor videatur, magnum tamen laborem impendat: ſed magis conveniet ſequens cum hiſtrione, qui una in fabula ſæpe diverſas perſonas agit, comparatio; ſi Poëtæ præcipiat Horatius, ut ipſe quoque rei, quam tractat, ita ſermonem accommodet, ita ex decoro ſtilum vertat, ut nunc jocari, nunc ſerio agere ac torqueri exiſtimetur; in quo ſummus quidem labor, ſed & ſumma gloria eſt. *Moveri* autem *Satyrum*, pro movendo imitari, Græcorum more dictum eſt. Turneb. lib. 21. cap. 8. *Torrent.* *Torquebitur.*] Fatigabitur, ut Mimus, qui, &c.

125. *Movetur.*] Qui ſaltat nunc Satyrum, nunc tardum Cyclopa.

126. *Prætulerim ſcriptor.*] Revertitur ad id quod ſupra dixit, *gaudent ſcribentes & ſe venerantur, &c.* qui ſui fetus ſcriptique carminis ſtudio ſic delectantur, ut vel conſulto ſua vitia prætereant, vel ea pro virtutibus habeant, ſecuri vulgo de ſe dictorum: quos non minus mente captos, planeque deſipere dicit, quam Argivum quemdam nobilem. *Cruquius.* Vel Ironica eſt, aut amara interrogatio, quaſi dicat, ego neutiquam prætulerim. *Glareanus.* *Prætulerim ſcriptor.*] Malim (inquit Horatius) eſſe Poëta ineptus.

127. *Dum mea delectent mala me.*] Vitium peculiare Poëtis, nimii ſcilicet amoris, quo non aliter illi afficiuntur erga Poëmata ſua, quam parentes erga liberos, *Torrent.* *Mea delectent.*] Mea ſcripta. *Vel denique fallant.*] Vel ignota ſint.

128. *Quam ſapere.*] Quam ſapiendo iraſci, & intimis ſenſibus angi. *Argis.*] Quod argis contigiſſe ait Horatius, id Ariſtoteles in Commentario, quo res quaſdam mirabiles exponit, Abydi factum narrat. quare ne memoria lapſum forte Poëtam aliquis exiſtimet, tacere nolui in codice Laurentiano & altero quodam ſcribi *Argus* pro *Argis.* potuit autem patria Argivus eſſe, qui Abydi ea inſania laborabat. P. Victorius lib. Variar. lect. III. cap. IX. *Torrent.*

130. *In vacuo lætus.*] In vacuo ubi nulli ſpectatores erant.

131. *Cætera qui vitæ.*] In aliis rebus non demens.

133. Ignoſ-

More, bonus ſane vicinus, amabilis hoſpes,
Comis in uxorem, poſſet qui ignoſcere ſervis,
Et ſigno læſo non inſanire lagenæ:
Poſſet qui rupem & puteum vitare patentem.
Hic ubi cognatorum opibus curíſque refectus,
Expulit ellebore morbum bilémque meraco,
Et redit ad ſeſe: Pol me occidiſtis, amici,
Non ſervaſtis, ait: cui ſic extorta voluptas,
Et demtus per vim mentis gratiſſimus error.
Nimirum ſapere eſt abjectis utile nugis,
Et tempeſtivum pueris concedere ludum,
Ac non verba ſequi fidibus modulanda Latinis:
Sed veræ numeróſque módóſque ediſcere vitæ.
Quocirca mecum loquor hæc tacitúſque recordor:
Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphæ,

Narra-

133. *Ignoſcere ſervis.*] Non ſævus eſſe ſervis.

134. *Et ſigno læſo.*] Ideo domini lagenas obſignabant, ne vinum à ſervis furtim exhauriretur. *Non inſanire.*] Non furenter iraſci.

135. *Rupem & puteum.*] Libro II. Sat. III. duplex genus deſcribitur inſaniæ, vel metuentis quæ metuenda non ſint, vel contra quæ metuenda ſint contemnentis, *& ignes per medios fluvioſque ruentis.* ibi vide. *Torrent.*

136. *Refectus.*] Recuratus.

137. *Bilemque.*] Bilem atram. *Meraco.*] Sunt qui pro vino interpretentur. inepte. Perinde ac ſi oleo incendium extinguant; cum ellebori epithetum ſit, pro puro ac ſolo. ut Horatii imitatione dixit Perſius Sat. IIII.

—— Anticyras melior ſorbere meracas.

Torrent.

138. *Et redit.*] Factus eſt ſanus.

140. *Per vim mentis.*] Per vim purgativam. *Mentis gratiſſimus error.*] Sic Od. IIII. lib. III.

Auditis? an me ludit amabilis
Inſania? Torrent.

141. *Nimirum ſapere.*] Tranſit ad Philoſophiam: & ut alia nulla cauſſa ſit cur verſus non faciat, ætate ſaltem admoneri ſeſe oſtendit, ut adoleſcentiæ ſtudia relinquat, & qui ante linguam ornaverit, nunc animum excolat, ut decenter & compoſite vivat. turpe enim linguam animo inſtructiorem gerere: *Torrent. Nimirum ſapere.*] Hæc tacita eſt αὐτοκατάληψις: dixit enim eos non ſapere qui ſuis malis delectantur; nunc contra ait ſapere eſſe, non nugari, & carmina pueris relinquenda, ſcribere, ſed veræ, id eſt, beatæ tranquillæque vitæ modos cognoſcere. *Cruquius. Nimirum ſapere eſt abjectis utile nugis.*] Ordo eſt, Nimirum abjectis nugis, utile eſt ſapere, id eſt, operam dare, & concedere pueris ludum tempeſtivum, id eſt artem poëticam.

142. *Tempeſtivum pueris.*] Ludum opportunum, congruum.

144. *Veræ.*] Vitæ beatæ. *Ediſcere vitæ.*] Cognoſcere & memoriæ mandare.

146. *Si tibi nulla ſitim.*] Hanc ſimilitudinem multo pulcerrimam, & adverſus avaritiæ morbum efficaciſſimam,

ab

Narrares medicis. quòd, quanto plura paraſti,
Tanto plura cupis, nullíne faterier audes?
Si vulnus tibi, monſtrata radice vel herba,
Non fieret levius; fugeres radice vel herba
Proficiente nihil curarier. audieras, cui
Rem Dî donarent, illi decedere pravam
Stultitiam; & quum ſis nihilo ſapientior, ex quo
Plenior es, tamen utêris monitoribus iiſdem?
At ſi divitiæ prudentem reddere poſſent,
Si cupidum timidúmque minus te: nempe ruberes,
Viveret in terris te ſi quis avarior uno.
Si proprium eſt, quod quis libra mercatus & ære;
Quædam, ſi credis conſultis, mancipat uſus;

Qui

ab Ariſtippo Philoſopho Socratico, primum profectam eſſe, monuit nos P. Victorius Var. lect. VIII. cap. XIX. & totus ille præſtantiſſimi Philoſophi libellus hunc Horatii locum illuſtrat, præſertim cum & alias ſimilitudines adjungit; nec ullum huic malo convenientius remedium eſt, quam animi morbum eſſe credere, inopia magis quam copia ſanandum. *Torrent. Lymphæ.*] Aquæ.

147. *Narrares.*] Remedium petiturus.

150. *Levius.*] Sanius. *Fugeres.*] Fugere velles.

152. *Rem.*] Divitias.

154. *Plenior es.*] Locupletior es. *Monitoribus.*] Opulentiæ laudatoribus.

156. *Ruberes.*] Erubeſceres & turpe tibi eſſe putares, ſi quis, &c.

158. *Si proprium eſt.*] Oſtendit nihil omnino vel emptione, vel uſucapione cuiquam eſſe proprium, nec mancipatione, vel uſucapione opus eſſe, ut jucunde vivas. *Libra mercatus & hoc eſt.*] Ita noſtri quoque codices. vulgata lectio *mercatur & ære.* quidam etiam, *mercamur & ære.* Torr. *Libra mercatur.*] Libræ pretium appendebatur, non numerabatur. *Mercatus & ære.*] Indicat, autem nihil quicquam, vel emptione, vel uſucapione cuiquam eſſe proprium, & proinde nos in eo plus æquo ſtulteſcere, quando nobis id proprium ducimus, quod alienari & alterius eſſe poteſt. *Cruquius.*

159. *Quædam (ſi credis conſultis.)*] Ordo eſt: uſus quædam mancipat, ſi credis Juriſconſultis. *Conſultis.*] *Conſulti* iidem qui & prudentes per antonomaſiam, pro Juriſperitis, ut non ſemel ante diximus. *Mancipat uſus.*] *Uſus* inter alia apud Jctos etiam poſſeſſionem ſignificat, & *mancipio* ſive *dominio* ac *proprietati* opponitur: nempe cùm re aliqua veluti fundo utimur quidem, nec tamen vere domini ſumus, at nihilominus tamquam domini poſſidemus, in eaque poſſeſſione à prætore defendimur, donec alius evicerit. Atque ita intelligendum illud M. Curii lib. VII. Epiſt. Fam. *Sum enim* χρήσει μὲν *tuus,* κτήσει δὲ *Attici noſtri. ergo fructus eſt tuus, mancipium illius.* cui reſpondens Cicero, *Quando,* inquit, *Attici te proprium eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem uſu & fructu; contentus iſto ſum. id enim cujuſque eſt proprium, quo quiſque fruitur atque utitur.* quibus ſane verbis idem dicit quod hîc pluribus Horatius. Recte igitur Horatius *mancipat uſus*, pro alienat ſive in

aliam

Qui te paſcit ager, tuus eſt, & villicus Orbi
Quum ſegetes occat, tibi mox frumenta daturus,
Te dominum ſentit. das nummos: accipis uvam,
Pullos, ova, cadum temeti. nempe modo iſto
Paullatim mercaris agrum, fortaſſe trecentis,
Aut etiam ſuprà, nummorum millibus emtum.
Quid refert, vivas numerato nuper, an olim?
Emtor Aricini quondam, Vejentis & arvi,
Emtum cœnat olus, quamvis aliter putat: emtis
Sub noctem gelidam lignis calefactat aënum.
Sed vocat uſque ſuum, quà populus adſita certis
Limitibus vicina refugit jurgia. tamquam
Sit proprium quidquam, puncto quod mobilis horæ,
Nunc

alium transfert. *Mancipationis* enim vocabulo non ſolum pro venditione per æs & libram, ſed generaliter pro quacumque alienatione auctores uſi ſunt. unde, *mancipio dare*, *mancipio accipere*. Torrent. *Mancipat uſus.*] Efficit uſus quædam propria.

160. *Villicus orbi.*] Proprium nomen divitis alicujus vendacis magis quam emacis. Et Cruquius per apocopen vult *Orbi* dici pro Orbii. *Torrentius. Orbi.*] Orbus, eſt nomen proprium.

161. *Cum ſegetes occat.*] Satæ primum occantur, dein ſarriuntur, ac denique runcantur ſegetes. *Torrent. Occat, tibi mox.*] Occare, eſt ſemen ſparſum terra operire fractis glebis. *Daturus.*] Mallem *daturas*; ſegetes ſcilicet, ut in uno atque altero M. S. hæc autem ſubtilius dicuntur à Poëta, quam verius. *Torrent.*

162. *Te dominum ſentit.*] Dominum fundi, cujus fruges emis.

163. *Temeti.*] Cadum vini.

166. *Quid refert.*] Quid intereſt, utrum vivas ex pretio per partes numerato, an olim, id eſt ex pretio ſimul numerato?

167. *Aricini quoniam.*] Oſtendit cauſam, cur nihil interſit inter eum, qui jam olim agrum emit, quando ei neceſſe eſt ejus fructus redimere ad uſum vitæ, & eum, qui numerata quotidie pecunia fundum paulatim ſuum facit. *Cruquius. Aricini quondam.*] Melius, meo judicio, libri veteres, *quoniam* pro *quondam*. Torrent.

168. *Quamvis aliter putat.*] Quamvis putat ſe proprium, non emptum cœnare olus.

170. *Uſque ſuum.*] Eo uſque ſuum. *Qua populus adſita certis.*] Qua populus arbor, applantata certis limitibus, jurgia cum vicino vitare facit. *Populus aſſita.*] Citatur hic verſus ab Agrerio; quo loco, *Inſita*, inquit, *eſt arbor cui inſciſſa alienum germen includitur: aſſita, cui incolumi aliquid quod ſuſtineat adjungitur.* Vite igitur amictam populum notat: atque hæc fere Turnebi ſunt lib. VI. cap. XV. Non negat tamen quin arborem in limite & confinio plantatam *aſſitam* vocaverit Horatius. Quæ cum ita ſint, *aſſitam* hic populum pro terminali accipio, ſive marita ſive cælebs ſit: quin cælibem malim, ne aſſociata vitis majora inter vicinos jurgia ferat. *Torrent.*

172. *Sit proprium quicquam.*] Germana lectio pro *cuiquam*. negat autem vere proprium dici quicquam in rebus humanis, quæ tot caſibus ſubjectæ, toties, & qui-

Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema
Permutet dominos, & cedat in altera jura.
SIC *quia perpetuus nulli datur uſus, & heres*
Heredem alterius, velut unda ſupervenit undam;
Quid vici proſunt aut horrea? quidve Calabris
Saltibus adjecti Lucani, ſi metit Orcus
Grandia cum parvis, non exorabilis auro?
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena ſigilla, tabellas,
Argentum, veſteis Getulo murice tinctas,
Sunt qui non habeant; eſt qui non curat habere.
Cur alter fratrum ceſſare, & ludere, & ungi
Præferat Herodis palmetis pinguibus; alter

Dives

& quidem in horas dominum commutent. *proprium* enim ſempiternum, aut certe diuturnum, & quoad vixeris dicitur. Atque equidem, quod præclare ait Lucretius,

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus uſu.

id de cujuſvis etiam fortunis merito dixeris; ſi Philoſophos magis quam Juriſconſultos audire voles. *Torrent.*

173. *Prece, nunc pretio.*] Donatione, emptione, vi à potentioribus illata, legitima ſucceſſione & ultima voluntate teſtatoris. Sunt hæc quatuor alienationum genera. *Nunc vi, nunc ſorte ſuprema.*] *Vim* dicit, propterea quæ bello jure gentium acquiruntur: nam quod *precem* quoque addidit, ad donationes, quæ gratuitæ ſunt, referendum eſt. Nec *ſorte*, ſed *morte ſuprema* legitur in noſtris M. S. omnibus. *Torrent.*

174. *Cedat in altera.*] In alterius poteſtatem.

175. *Sic quia perpetuus.*] Liber optimus *ſed quia.* ceteri omnes *ſi quia:* & ſane τὸ *ſic* non optime convenit. *Torrent.*

176. *Hæredem alterius.*] Hæres hæredem excipit & ſubſequitur.

177. *Quid vici.*] Qui *vites* legendum eſſe credunt, Ciceronem non viderunt. *Is* enim lib. I. ad Atticum: *Quod ſi aſſequor*, inquit, *Craſſum divitiis ſupero, atque omnium vicos & prata contemno.* ſic enim ampliſſimæ poſſeſſiones vocantur pluribus villis ſubunius dominio comprehenſis. *Torr.* Guil. Canterus Nov. lect. lib. 4. cap. 12. *Calabris ſaltibus adjecti Lucani.*] Vide Od. I. lib. III.

178. *Saltibus adjecti.*] Campis ſpecioſis Calabriæ, quæ pecorum, mellis & lanæ ferax eſt, ut Lucania. *Demetit Orcus.*] Si mors avide aufert. Metaph. ducta à ſegete.

179. *Grandia cum parvis.*] Nobiles & ignobiles.

180. *Tyrrhena ſigilla.*] Notat vetus interpres primos Italorum Tuſcos, qui profecti è Lydia Tyrrheni appellati ſunt, ſigna ex marmore feciſſe. *Torrent.* *Tyrrhena ſigilla.*] Parva ſigna ex Etruria. *Tabellas.*] Picturas.

181. *Getulo murice.*] Purpura.

183. *Ceſſare.*] Nihil agere & feriari. *Ungi.*] Unguentis nitere.

184. *Præferat Herodis palmetis.*] Scit Genius, quamobrem alter ex duobus fratribus malit eſſe otioſus, quam poſſidere omnia Syriæ palmeta, id eſt, loca palmis conſita. Herodes Judæorum rex fuit. *Herodis palmetis.*] Cum *Herodis palmeta* dicit, Judæam, ac proinde regis potentiſſimi regnum univerſum ſignificat, palmetorum nemoribus nobile.

Plinius

Dives & importunus, ad umbram lucis ab ortu,
Silveſtrem flammis, & ferro mitiget agrum;
Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum,
Naturæ Deus humanæ, mortalis in unum-
quodque caput, vultu mutabilis, albus, & ater.
Utar, & ex modico, quantum res poſcet, acervo
Tollam: nec metuam, quid de me judicet heres,
Quòd non plura datis invenerit. & tamen idem
Scire volam, quantum ſimplex, hilariſque nepoti
Diſcrepet, & quantum diſcordet parcus avaro.
Diſtat enim, ſpargas tua prodigus, an neque ſumtum
Invitus

Plinius v. cap. XVII. *Torr. Alter.*] Cur alter illius ceſſatoris frater, &c.

185. *Ad umbram lucis.*] Ad noctem uſque.

186. *Sylveſtrem flammis.*] Sterilem agrum igne & vomere edomet, & fertilem reddat.

187. *Genius.*] Noti Græcorum verſiculi:

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ τῷ γινομένῳ.

Et:

Ἅπαντός ἐστὶ μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

veteres enim, ut Plinii verbis utar, ſinguli ex ſemetipſis totidem deos faciebant, Junones Genioſque, idque ex Stoïcorum ſententia, qui credebant unicuique noſtrûm pædagogum dari deum, ſingulis ſcilicet Genium & Junonem. Atque hinc toties in vetuſtis marmoribus, GENIO MAGNO: GENIO SANCTO: GENIO GUBERNATORI, GENIO ET LARIBUS: DEO TUTELARI: TUTELAE: FORTUNAE CONSERVATRICI. & his ſimilia legimus. Sed & ſervos per *heri Genium*, ut ancillas per *Junonem dominæ* jurare ſolitos, ut per *Genium Cæſaris* Romanos omnes, nemo in litteris verſatus ignorat. Idem autem qui & *Deus natalis* Tibullo, & aliis: quibus ex Horatio plurimum lucis accedit. Non ſolis vero hominibus, ſed & fontibus & fluviis, & regionibus urbibuſque ſui apud antiquos *genii* fuere. uſque adeo nihil uſquam ſine numine eſſe crediderunt. Turneb. l. 2. c. 15. *Torr. Genius.*] Genius naturæ Deus, qui ſimul cum homine naſcitur & moritur, ἡ τύχη ἑκάστου, fortuna cujuſque. *Natale comes qui temperat, &c.*] Qui comes nobis adjunctus influxum provenientem ab aſtro, quod nos naſcentes aſpexit, regit & moderatur. *Temperat aſtrum.*] Aſpectum aſtrorum felicem facit, & ſidus natalitium. quod ἀγαθοποιὸν nominant ἀστρολόγοι. *Cruq.*

188. *Mortalis in unumquodque.*] Qui unoquoque noſtrûm mortuo, moritur.

189. *Mutabilis.*] Alius, atque alius. Nam ſuus cuique Genius aliis eſt diſſimilis. *Albus & ater.*] Bonus & malus, proſper & adverſus.

190. *Utar, & ex modico.*] Horatius à ſua perſona commendat Floro bonorum partorum uſum moderatum.

191. *Tollam.*] Sumam. *Metuam quid.*] Nec mihi erit curæ.

192. *Datis invenerit.*] Relictis à me. *Idem*] Tamen ego idem.

193. *Quantum ſimplex.*] Quid interſit inter liberalem & prodigum, inter parcum & avarum. *Nepoti.*] Luxurioſo.

195. *Diſtat enim.*] Multum hæc inter ſe diſcrepant, ſc. tua luxurioſe profundere, ſumptum libenter facere, & avare ſemper plura quærere.

197. *Puer*

Invitus facias, neque plura parare labores.
Ac potius, puer ut feſtis Quinquatribus, olim
Exiguo gratóque fruaris tempore raptim.
PAUPERIES *immunda domus procul abſit. ego, utrùm*
Nave ferar magna an parva, ferar unus & idem.
Non agimur tumidis velis Aquilone ſecundo:
Non tamen adverſis ætatem ducimus Auſtris.
Viribus, ingenio, ſpecie, virtute, loco, re,
Extremi primorum, extremis uſque priores.
Non es avarus: abi. quid, cetera jam ſimul iſto
Cum vitio fugêre? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine & ira?

Somnia,

197. *Puer ut feſtis Quinquatribus.*] Quemadmodum pueri Quinquatribus, id eſt, quinque diebus feſtis Minervæ dicatis, raptim fruuntur eo tempore quod eis datur, ita & tu, &c. *Quinquatribus.*[Sic Juven. Sat. x.

Eloquium aut famam Demoſthenis aut Ciceronis
Incipit optare, & totis Quinquatribus optat,
Quiſquis adhuc uno partam colit aſſe Minervam.

qui locus puerorum dies feſtos fuiſſe declarat *Quinquatrus*: ſic dictos quod quinque ab Idibus Martii dierum numerus ſit, ut Gellius, tradidit; aut quod poſt diem quintum Idus Martii, ut Varro. de iiſdem quoque Feſtus & Macrobius. *Torrent. Olim.*] Interdum.

198. *Raptim.*] Celeriter.

199. *Pauperies immunda.*] Paupertas, domus ſordida & inelegans. *Utrum Nave ferar magna, &c.*] Eſt allegoria. Utrum ex magnis reditibus vivam an parvis.

200. *Ferar unus.*] Ad omnem eventum imperturbatus ero.

201. *Tumidis velis.*] Nimia felicitate id eſt, non ſumus admodum divites.

202. *Non tamen.*] Non tamen egeni ſumus & valde pauperes. *Adverſis.*] *Averſis* tres codices. ſed nihil muto. *Torrentius.*

203. *Viribus.*] Valetudine corporis. *Specie.*] Decore externo. *Loco.*] Gradu & pecunia.

204. *Extremi primorum.*] Medii ſumus inter ſummos & infimos.

205. *Non es avarus? abi. quid cætera.*] Locus hic varie legitur. Præter duos Bland. omnes quos legi, ſcripti habent, *non es avarus?* cum interrogationis nota. *abi. quid cætera?* cum interrogatione. *Cruq. Cætera jam.*] Cætera vitia.

206. *Cum vitia fugere.*] In antiquiſſimis quibuſque libris ita ſcribitur:

—— Abi. quid? cetera jam ſimul iſto
Cum vitio fuge. rite caret tibi pectus.

neque hercule inconcinne: ſecum enim hîc loquitur Horatius, ab eo nempe verſu,

Quocirca mecum loquor hæc tacituſque recordor.

& dialogiſmus eſt partis animi perfectæ cum ea in qua perturbationes exiſtunt. Porro dictio *quid*, indignantis eſt ob id quod præcedit, *abi.* at indignanti ſuggerit ratio, ut non avaritiam modo, ſed & cætera fugiat vitia; quibus occupato adhuc animo, rogat ea quæ ſequuntur: *Rite caret tibi pectus inani Ambitione.* ſententia namque eſt, virtutem omni ex parte perfectam atque illibatam eſſe debere. *Torrent. Cum vitio.*] Cum avaritia. *Pectus.*] Animus.

208. *Sa-*

Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas,
Nocturnos Lemures, portentaque Theſſala rides?
Nataleis gratè numeras, ignoſcis amicis?
Lenior & melior ſis accedente ſenecta?
Quid te exemta juvat ſpinis de pluribus una?
VIVERE *ſi rectè neſcis, decede peritis.*
Luſiſti ſatis: ediſti ſatis atque bibiſti:
Tempus abire tibi eſt: ne potum largiùs æquo
Rideat, & pulſet laſciva decentiùs ætas.

Q. HO-

208. *Sagas.*] Mulieres veneficas.

209. *Nocturnos Lemures.*] Falſas umbras nocte vagantes. *Portentaque Theſſala.*] Miracula rerum, quæ Theſſalia tulit, contemnis?

210. *Nataleis grate numeras.*] *Gratum* & *grave* contraria ſunt. *Natalis* quoque abſolute pro die natali ſæpe accipitur, vel Servio teſte. Simpliciſſima igitur hujus loci enarratio eſt, ut rogetur anne jucunde affluentes, jam ſenior, ſibi annos enumeret: ſed quia jam ante rogatum fuit, an careat mortis formidine, & mox ſequitur,

Lenior ac melior ſis accedente ſenecta.

ne toties pæne idem dicatur, melius fortaſſis *natales* pro origine accipiemus; hujus tamen, quamquam libertino patre natum, non pudebat Horatium. Verum ſub ſua perſona quemvis è populo arripuit. eſt autem vocabulum hac ſignificatione Juriſconſultis maxime notum, apud quos *reddi reſtituique natalibus* dicuntur, qui læſæ per ſervitutem ingenuitatis ſtatum Principis beneficio recuperant, perinde ac naturæ redditi, qua initio omnes homines liberi naſcebantur, natura enim liberum à ſervo non diſtinguit. *Torr. Natales grate numeras.*] Commemoras libenter ætatem tuam & annos, qui propinquitatem mortis denuntiant? *Ignoſcis.*] Amicis indulges?

212. *Quid te exempta.*] Quid prodeſt uno te vitio carere, & tam multis aliis inquinari?

213. *Vivere ſi recte neſcis.*] Hoc eſt, ſi adempta avaritia, vita tibi præterea injucunda eſt, nec te componere vales ut tranquille vivas, morere, ne diutius ſis miſer, & ſinito vivere te peritiores. *Cruquius. Decede peritis.*] Da locum melioribus & doctioribus.

214. *Luſiſti ſatis.*] Rebus Venereis ſatis uſus es.

215. *Ne potum largius.*] Ne te nimis potum.

216. *Laſciva decentius ætas.*] Juvenilis ætas, quam laſcivire magis decet, quam te, qui jam factus es effœtus ſenex.

Q. HORATII FLACCI
DE
ARTE POËTICA
LIBER.
Ad PISONES.

HUMANO *capiti cervicem pictor equinam*
Jungere ſi velit, & varias inducere plumas,
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne:
Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?
Credite Piſones, iſti tabulæ fore librum
Perſimilem, cujus, velut ægri ſomnia, vanæ

Fu-

C*Atholica quædam præcepta, quæ hoc ad Piſones libro continentur in unum collegit Fabritius lib.* VI. *de re Poëtica. Primum præceptum eſt, ut Poëma ſit uniforme, id eſt, ut partes Poëmatis inter ſe convenientes ſint, & ut Philoſophi appellant ὁμογενεῖς, id eſt, ejuſdem generis ac naturæ. Hoc præceptum illuſtrat expoſitione contrarii, hoc eſt, ἑτερογενείας & diſconvenientiæ partium inter ſe: quam ut ridiculam initio proponit, illuſtratam ſimilitudine monſtroſæ picturæ.* Piſcator.

1. *Humano capiti.*] Apte hic Horatius *Poëtam* cum *pictore* commiſit (cognata enim utriuſque ſunt munia) expreſſitque illud Simonidis, *Picturam tacitam eſſe Poëſin: Poëſin vero loquentem picturam.* Nann. *Humano capiti cervicem, &c.*] Huic monſtro, cujus partes differunt ſpecie, forma & natura, ſimile eſt poëma, quod non conſtat ex partibus aptis & inter ſe convenientibus.

2. *Varias.*] Quali varietate ſe ornaverat cornicula illa Æſopica. *Varias inducere.*] Plumas ex variis avibus collectas.

3. *Undique collatis membris.*] Membris ex omnibus animalibus & ex quovis elemento corrogatis ad hoc monſtrum conſtituendum. *Atrum deſinat in piſcem.*] In piſcem deformem.

4. *Superne.*] A parte ſuperiore.

5. *Spectatum admiſſi riſum.*] Ad ſpectandum adhibiti, ô Piſones, riſum tenere poſſitis, quamvis illi pictori ſitis amici?

6. *Credite Piſones.*] *Calpurniorum* nomen eſt *Piſo*. In ea enim gente reperiuntur *Piſones*: in qua multi præclari viri extiterunt, maxime poſt bellum Macedonicum *L. Piſo* & *C. Piſo* Coſſ. quorum hic Ciceronis gener; ille in Cæſarem affinitatem traduxit. Hic porro mentio de *Cn.* & *L. Piſonibus*, qui ſub Auguſto vixerunt. *Iſti tabulæ fore librum.*] Qualis tabula prodigioſe depicta: tale poëma quod arte careat, ſecum quaſi pugnet, qualia fere ſunt febricitantium ſomnia ſpectraque. *Torrentius. Iſti tabulæ.*] Iſti monſtro depicto.

7. *Velut ægri.*] Sive animo, ſive corpore, ſeu utroque. Nam & ebriorum & ſolicitorum animique anxiorum & febri aliiſque morbis gravibus correptorum ſomnia, variè illudunt: *Somnia enim fallaci ludunt temeraria noctе.* Ovid.

Ægri

Fingentur ſpecies: ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ: PICTORIBUS *atque Poëtis*
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.
Scimus, & hanc veniam petimuſque damuſque viciſſim:
Sed non ut placidis coëant immitia, non ut
Serpentes avibus geminentur, trigribus agni.
Inceptis gravibus plerumque & magna profeſſis
Purpureus late qui ſplendeat, unus & alter
Aſſuitur pannus: cùm lucus & ara Dianæ,

Et

Ægri ergò animo dicuntur vulgò melancholici, ægri corpore, ægroti. *Piſcat.* *Velut ægri ſomnia.*] Veluti ſomnia febricitantis, quæ vana ſunt & ſibi non conſtant.

8 *Ut nec pes, nec caput uni.*] Ut neque finis neque principium uni formæ reſpondeat proportione. *Uni reddatur formæ.*] Unius certi animalis aut operis formæ reſpondeat; ad unam certi corporis formam pertineat. *Piſcator.*

9. *Pictoribus atque Poëtis.*] Fingit aliquem ſibi adverſarium Horatius, utiturque ſpecie dialogiſmi aut ἀνθυποφορᾶς. Magna, dicit ille Poëtarum atque pictorum ſemper libertas extitit: non ergo Horatium ad certas illas leges adſtringere oportuit. At ſcimus, inquit Poëta noſter, maximam in fingendis carminibus, in pingendis imaginibus libertatem eſſe. *Nannius.* *Pictoribus.*] Objiciet aliquis idem licere Poëtis, quod Pictoribus.

10. *Æqua poteſtas.*] Æqualis poteſtas.

11. *Scimus.*] Reſpondet partim conceſſione & approbatione dicti dextrè intellecti: partim reſtrictione vocabuli univerſalis *Quidlibet.* Concedo, inquit, dummodo non diſconveniens. *Piſcator.* *Scimus, &c.*] Scimus hoc ita eſſe, inquit Horatius.

12. *Sed non ut placidis coëant immitia.*] Tametſi effuſiſſima ſit libertas Poëtis atque pictoribus, non tamen res inter ſe pugnaces conjungere debent, ut fera & immania manſuetis & cicuribus coaleſcant, ſerpentes avibus copulentur, tigribus agni. Alludit ad nomen pictoris, qui Græce dicitur ζωγράφος, id eſt, animalium deſcriptor. *Nannius.* *Sed non ut.*] Non ut natura pugnantia inter ſe conjungantur, ut, &c.

13. *Geminentur.*] Socientur.

14. *Inceptis gravibus.*] Secundum præceptum, ut, poſtquam omnia cohæreant inter ſe ſimilitudine materiæ, poëmati corpus reſpondeat: videndum ut abſtineat Poëta ab importunis ornatibus. Multi enim, ut floſculos ſuos qualeſcumque aſpergant, libere evagantur & excurrunt latius, ut incœptæ etiam materiæ obliviſcantur, & inſtitutum omittant. Eleganti ad id uſus eſt ſimilitudine Horatius, deſumta ab iis qui in veſte trita aſſuto panno purpureo videri geſtiunt. *Nannius.* *Inceptis gravibus.*] Principiis gravibus. *Et magna profeſſis.*] Et inceptis, quæ profitentur res magnas.

15. *Purpureus, late qui.*] Splendida orationis particula, vel inepta deſcriptio ornandi cauſa adhibetur rerum levium, quas cum rebus heroïcis Poëta contexere non debet. *Latè qui ſplendeat.*] Et ita opus principale obſcuret.

16. *Cum lucus & ara Dianæ.*] Nihil odioſius affectata venuſtate, ſi extra decorum & limites excurrat, ſi obtorto collo intruſa, ſi violenter attracta, cum præſertim color omnis & venuſtas orationis nativa, non artificioſa laudetur. *Lucus* ſilva eſt incædua, Diis Manibus conſecrata. Talis Græcis τέμενος.

 omnes

Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum, aut pluvius deſcribitur arcus.
Sed nunc non erat his locus: & fortaſſe cupreſſum
Scis ſimulare. quid hoc, ſi fractis enatat exſpes
Navi-

omnes autem luci Dianæ ſacri. Turneb. lib, 5. cap. 4. & lib. 20. cap. 8. lib. 30. cap. 27. *Nannius. Quum lucus.*] Subintelligitur quæſtio quando hoc fit? Reſpondetur, quum ſacer lucus & ara, &c. id eſt, quum res leves deſcribuntur ab iis, quorum incepta erant gravia. Quæ deſcriptiones fluviorum, ſylvarum, aliorumque locorum tam alienæ ſunt à poëmate incepto, quam cupreſſus à naufrago, quem pictor aliquis depingendum ſuſcepit. *Lucus.*] Id eſt, ſacrum nemus, nempe Aricinum: hinc nemorenſis Diana, quæ & Aricina, & rex nemorenſis ejus ſacerdos. *Cruq. Ara Dianæ.*] Plures fuere *aræ Dianæ* multorum carminibus celebres. Una in nemore Aricino, cujus ſacerdos *Rex nemorum* dictus: altera in Taurica, ubi hoſpites immolari ſolebant, & ad quam pervenit Oreſtes: alia item ara in cornibus Caprearum. *Nannius. Ara Dianæ.*] Et templum vel ſtatua Dianæ.

17. *Ambitus.*] Pro rivo ponitur ambiente agros amœnos. Alludit ad ſcaturigines fontium hinc inde decurrentium per agros, ex quibus lacus expletur. Notat aliquem in his locis deliniendis nimis curioſum. *Cruquius. Ambitus.*] Amnis.

18. *Flumen Rhenum, &c.*] Turneb. lib. 19. cap. 9. *Aut pluvius.*] Iris, quæ pluviam concitat. *Pluvius arcus.*] Irin deſignat iudicem pluviæ, de qua Virgilius IIII. Æneid.

Mille trahens varios adverſo ſole colores.

Nannius.

19. *Sed nunc non erat his locus.*] Reprehendit τὸ ἀλλότερον, quod uſitate nominant ἀπροσδιόνυσον, hoc eſt, cum quid nihil pertinet ad inſtitutum, ſed ab eo alienum eſt. *Piſcator. Cupreſſum.*] Arbor feralis, nec niſi funeribus adfigi ſolita. ſed quid naufrago ex undis ſervato vivoque rei eſt, cum cupreſſo, quæ non vivo, ſed funerato convenit. *His locus.*] His pannis purpureis, id eſt, eloquentiæ intempeſtivæ. *Et fortaſſe cupreſſum.*] Rurſus inculcat, ut nobis ipſis conſtemus, & ne inceptæ obliti materiæ, ad alia veluti ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους tranſcendamus; apologo ſcito rem demonſtrans, quaſi apud veteres pictor fuerit, qui eleganter cupreſſum exprimeret: omnibus ergo operam poſtulantibus perſuadebat, ut picturæ cupreſſum additam vellent; artis ſuæ oſtentandæ gratia; ita ut importune nimis omnibus tabulis additam cuperet cupreſſum. Turneb. lib. 9. cap. 31. *Nannius.*

20. *Scis ſimulare.*] *Simulare* eleganter hoc loco uſus eſt ἀντὶ τοῦ *pingere.* Vera enim picturæ virtus ad vivum exprimere ſtudet, & veluti vitam colore ſuo mortuæ tabulæ indere. *Nannius. Simulare.*] Penicillo exprimere. *Quid hoc?*] Quid hoc (ſcilicet cupreſſum pingere) ad naufragium pertinet? *Si fractis enatat.*] Si is, à quo mercedem accepiſti, uti abs te pingeretur, naufragus ſit? quid cupreſſui cum naufrago? *Fractis enatat exſpes Navibus*] Id eſt, fracto navigio & in ultima deſperatione. Moris erat antiquitus ut in tabella quadam (quam *votivam* vocat Horatius noſter lib. II. Sermonum) naufragi ſe ſuaque pericula, ventorum furias, ſævitiam maris, merces perditas & in mare conjectas depingi permitterent, ut ejus rei commiſeratione corrogarent, hanc tabulam obviis quibuſque monſtrando. Sic Juvenalis Satyra XIIII.

— Merſa rate naufragus aſſem
Dum rogat & picta ſe tempeſtate tuetur.

Nannius. *Exſpes.*] Sine ſpe *Fractis enatat exſpes Navibus.*] Quod vocabulum

ab

Navibus, ære dato qui pingitur? amphora cœpit
Inſtitui currente rota cur urceus exit?
Denique ſit, quod vis, ſimplex duntaxat & unum.
Maxima pars vatum, pater, & juvenes patre digni,
Decipimur ſpecie recti. brevis eſſe laboro,

Obſcu-

ab Horatio procuſum videtur ad inſtar Græci, *νέπους*, quod idem eſt, ac *ſine pede*. Et phocæ & piſces ab Homero vocantur *νέποδες*, non quod phocæ non habeant pedes, ſed quia dum natant, & degunt in aquis, non videntur ullos habere. Quid enim ad rem, inquit, ſi quis è grege pictorum, in arte ſua parum verſato, cupreſſum quidem effingere bellè norit, ſed cum hominem naufragum in tabella Neptuno vovenda depingendum arrhis acceptis ſuſceperit, penicillo exprimere, quod præcipuum eſt, neſciat nimirum ingentem tempeſtatem, ventos immane ſpirantes, agitatam conquaſſatamque in mediis fluctibus navim, & miſerum ipſum homuncionem, enatantem, & in aquis, quaſi jam jam periturum, ore tantum tenus extantem, reliquo corpore undis abſorpto. Hoc vult *expes* illud Horatii. *Bernardus Martini.*

21. *Ære dato qui pingitur.*] Si is qui pingitur ære dato, enatat exſpes navibus fractis, (hoc eſt, ſi pecunia conductus es, ut naufragi pingas caſum & ſtatum) *quid hoc?* ſcilicet ad rem facit: id eſt, quid attinet te in eadem tabula pingere cupreſſum, quippe ab argumento votivæ hujus tabulæ alienam. *Amphora cæpit, &c.*] Allegoria metaphorica. nam amphoræ comparat inceptum grave: urceo confert purpureum illum aſſutum pannum. Amphora ſic dicta, quod utrinque haberet anſam, duabuſque ferretur manibus. *Piſcator. Amphora cæpit Inſtitui.*] Diverſiſſimas enim habent formas amphora & urceus. Turn. l. 19. c. 9. lib. 24. c. 24. *Nannius. Amphora cæpit.*] Vas vinarium grande, id eſt, poëma amplum & grande cæpit inſtitui.

22. *Currente rota, cur.*] Progrediente operis ſcriptione. Metaph. ducta à rota ſingulari. *Urceus exit.*] Vas exiguum, id eſt, cur ultima primis ſunt minutiora? *Exit?*] Id eſt, abſolvitur.

23. *Denique ſit.*] Epilogus omnium ſuperiorum. Dicamus quicquid licitum, ſed ita ut ſit ſimplex & unum, non è variis compoſitum & compactum. *Nannius. Unum.*] Unius certi generis ac formæ. *Quodvis ſimplex.*] Quodvis poëma quod inſtituis. *Et unum.*] Unum corpus, id eſt, una materia, non ex partibus diſſimilium formarum compoſita.

24. *Maxima pars vatum.*] Tertium præceptum: & in hujus expoſitione primum utitur confeſſione, qua non ſolum aliis, ſed de ſe quoque hujus præcepti violationem confitetur. Deinde ſententiam confeſſionis generalem, per quinque exempla declarat. *Piſcator. Maxima pars vatum.*] O pater & juvenes patre digni (Piſones nimirum) nos (magna pars vatum) decipimur, &c. *Patre digni.*] Significat eos præclaris veſtigiis patris inſiſtere. nam degeneres indigni ſunt ſuis majoribus. *Piſcator.*

25. *Decipimur ſpecie recti.*] Ita plerumque fit, cum inter vitium & rectum nullum ſit medium. Sunt enim quædam vitia ita affinia virtutibus, ut diſtinguere difficile ſit, quemadmodum *liberalitatem à profuſione, ſeveritatem à crudelitate.* Sic Juvenalis Sat. XIV.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis & umbra.

Et notus verſus Poëtæ noſtri:

Dum vitant ſtulti vitia in contraria currunt. Nannius.

Specie recti.] Falſa virtutis imagine. Nam vitia in ſcribendo pro virtutibus ſequimur. *Brevis eſſe laboro.*] Primum exemplum. Huic adverſatur ταυτολογία.

 Loqui-

Obſcurus fio. ſectantem levia, nervi
Deficiunt animique: profeſſus grandia, turget:
Serpit humi tutus nimium, timiduſque procellæ.
Qui variare cupit rem prodigialiter unam,
Delphinum ſilvis appingit, fluctibus aprum.
IN *vitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte.*

Æmi-

Loquitur quaſi de ſuis vitiis Horatius. Hoc faciendum eſt ei, qui caſtigare voluerit, ut caſtigatio mollior ſit; quaſi id in ſe prius reprehendat, quod in alio caſtigatum velit. *Brevitas*, quam hic inſinuat Poëta, tum demum perfecta eſt judicio Ciceronis, quando nullum verbum niſi neceſſarium; nihil otioſum, nihil ſupervacaneum adjungitur, ſed omnia ſunt neceſſaria. Hanc, ſi male imiteris, obſcuritas ſequetur, teſte Fabio lib. IIII. cap. II. *Nannius.*

26. *Obſcurus fio.*] Brevitas orationis obſcuritatem parit. *Sectantem levia.*] Secundum exemplum. *Sectantem*, id eſt eum qui ſectatur in ſcribendo levia, τὰ λεῖα, hoc eſt, politum ac terſum ſcribendi genus: quale videtur eſſe Ovidii & Tibulli. *Piſcator. Nervi.*] Id eſt, maſcula vis ac vehementia. nam in nervis potiſſimum robur conſiſtit. *Sectantem levia.*] Eum, qui politum orationis genus ſectatur. *Nervi.*] Nervi animoſi, id eſt, vires orationis deſerunt & ſublimis ſententiarum majeſtas.

27. *Nervi Deficiunt animique.*] Deſtituunt eos vires. Multi enim leve & politum putant genus dicendi, quando perpetuo tenore fluit. At modo adſint nervi, vires & pectus, laudatur; ſi deſint, rejicitur. Hinc efficitur tres dicendi characteres reperiri, quorum primus ἁδρὸς fortis, alter ἰσχνὸς gracilis, tertius μέσος miſtus eſt, qui ab utroque aliquid mutuatur. *Nannius. Profeſſus, &c.*] Tertium exemplum. Is enim qui inſtituit ſcribere, grande dicendi genere, incidit in genus dicendi tumidum ac inflatum. *Piſcator. Profeſſus grandia.*] Grandiloquus. *Turget, &c.*] Inflatus evadit & modum excedit.

28. *Serpit humi.*] Quartum exemplum. Is nimium tutus & cautus eſt, qui ſcilicet nimium ſibi cavet à turgido iſto dicendi genere. *Serpit.*] Metaphora à vermibus vel pueris humi repentibus. *Piſcator. Serpit humi tutus nimium.*] Nimis humilis eſt, eique ſimilis qui dum maris procellam timet, ripæ nimium propinquat. *Tutus nimium.*] Ἀσφαλὴς is Græcis eſt, qui nimium ſibi proſpicit. Id non eſt Poëtæ ſemper, ita repere, ut numquam aſſurgat, ſemper ita humilia ambire, ut magna & grandia reformidet, & audacioribus metaphoris ac ſublimioribus dictionibus à vetuſtate petitis, opus farcire delectet. *Nannius.*

29. *Qui variare cupit rem.*] Quinctum exemplum. Nam varietas apta delectat. *Variare cupit rem.*] Fabulis incredibilibus opus ornare. *Prodigialiter.*] Hic ſynchyſis eſt. nam τὸ *prodigialiter* debetur poſteriori ſenſui, & apponendum τῷ *appingit*, ut ordo ſit: qui vult variare rem unam, is prodigialiter appingit delphinum ſilvis, &c. *Cruquius. Prodigialiter.*] Monſtroſe & ſupra omnium hominum fidem.

30. *Delphinum ſilvis.*] Confundit autem Poëtæ noſtri judicio, & materiam & mores, qui aquàtilia terris, terreſtria mari adfingit. Virgilius Ecloga I. inter ἀδυνάτῳ hos verſus adhibuit:

Ante leves ergo paſcentur in æthere cervi,
Et freta deſtituent nudos in littore piſces.

Hoc facit is qui nimis portentoſe materiam variat. *Nannius. Delphinum ſilvis.*] Inepta ſcribit & ab ipſa natura prorſus abhorret.

31. *In vitium.*] Sic alibi,

Stulti

Æmilium circa ludum faber imus, & ungueis
Exprimet, & molleis imitabitur ære capillos;
Infelix operis ſumma, quia ponere totum
Neſciet. hunc ego me, ſi quid componere curem,
Non magis eſſe velim, quam pravo vivere naſo,
Spectandum nigris oculis nigroque capillo.
SUMITE *materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam*
Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent,

Stulti dum vitant vitia in contraria currunt.

In vitium.] Culpæ fuga ducit eum in vitium qui non cognoſcit medium vitiorum, id eſt, virtutem.

32. *Æmilium circa ludum.*] Quartum præceptum, non eſſe ſatis, ut Poëta unius & alterius partis tractandæ peritus ſit; ſed omnium partium, atque ex his totius operis abſolvendi gnarum eſſe oportere. Hanc ſententiam declarat duobus exemplis ſimilibus: altero verò cujuſdam fabri Romani: altero ficto, ſuæ ipſius formæ. *Piſcator.* *Æmilium circa ludum.*] *Æmilium* dixit pro *Æmilianum*, proprio pro poſſeſſivo uſus. Quod autem ſupra præceptum dedit, id nunc exemplis firmat. *Nann.* *Æmilium circa.*] Circa Æmilium ludum, id eſt, locum gladiatorum, à L. Æmilio ſic nominatum. *Faber imus.*] In imo habitans. Alii nomen proprium faciunt. *Nannius.* *Faber imus.*] Faber ſtatuarius, cujus taberna eſt omnium infima.

33. *Exprimet.*] Repræſentabit. Tralatio à cerariis ducta, qui in cera exprimunt, quod in gemma ſcalptum. *Nannius.* *Exprimet.*] Quaſdam corporis particulas ſatis ſcite in ære exprimet. *Imitabitur ære.*] Intelligit fabrum quemdam ſtatuarium, qui arte ſua nihil præter capillos recte exprimebat. Turneb. lib. 22. cap. 1. *Nannius.*

34. *Infelix operis ſumma.*] Rudis & imperitus in toto opere conſummando. Hoc exemplo docet, nihil oportere deeſſe Poëtæ. *Nannius.* *Summa, quia.*] In ſumma & perfectione operis infelix.

Quia ponere totum.] Græcum ὁλικῶς expreſſit. *Nannius.* *Ponere totum.*] Totum facere vel fabricari.

35. *Hunc ego me.*] Talem me eſſe ſcriptorem, nempe in parte tantum probari, in reliquis partibus reprehendi. *Componere.*] Conſcribere.

36. *Non magis eſſe velim.*] Id eſt, tam nolim eſſe, quam vivere, &c. *Pravo vivere naſo, &c.*] Diſtorto & deformi naſo.

37. *Spectandum.*] Spectabilem. *Nigris oculis nigroque capillo.*] Sic lib. 1. Carminum Oda XXXII.

Semper hærentem puerum canebat,
Et Lycum nigris oculis nigroque
Crine decorum.

Præceptum autem hoc Poëtæ ingenioſiſſimi nihil aliud ſuggerit, quam diffuſam toto in corpore poëmatis venuſtatem eſſe debere. Quid enim refert una re excellere, in altera ſerpere? *Nannius.* *Nigris oculis.*] Nigri oculi olim formam commendabant.

38. *Sumite materiam.*] Quintum præceptum. Quod ſcribendi argumentum cuique deligendum ſit: nempe id cui dextrè tractando ſe confidat parem fore. Hoc præceptum confirmat ab effectu duplici, facundia ſcilicet & ordine. *Materia* nimirum eſt res in qua tractanda ſcriptor occupatur atque exercetur. *Piſcator.* *Qui ſcribitis.*] Qui componitis. More Græcorum apud quos συγγραφεὺς *ſcriptor* & *auctor*. Nannius. *Æquam.*] Materiam viribus parem.

39. *Verſate diu.*] Metaphora à bajulis, qui antequam onus humeris ſuſcipiant,

Quid valeant humeri. cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis hæc virtus erit, & Venus, aut ego fallor,
Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici
Pleraque differat, & præſens in tempus omittat.
Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis auctor.
In verbis etiam tenuis cautuſque ſerendis:

Dixe-

piant, prius illud verſant brachiis & librant, ut ejus pondus explorent. *Piſcator. Verſate diu.*] Cogitate diu. *Quid ferre recuſent.*] Quid ſuſtinere non poſſint.

40. *Cui lecta potenter erit res, &c.*] Cui ſcribendi materia erit delecta potenter, id eſt, ſecundum facultatem ingenii ſui. κατὰ δύναμιν.

41. *Lucidus ordo.*] Perſpicuus ordo.

42. *Ordinis hæc virtus.*] Sextum præceptum de Methodo: ut ſcilicet in partibus poëmatis diſponendis atque etiam deligendis, prudens crypſis adhibeatur. Neque enim ſeriem temporis, qua queque geſta proponuntur, per omnia ſequi debet Poëta, ut hiſtoricus: ſed operam dare, ut à grandi aliqua & maximi momenti re, auſpicetur; cui deinde omiſſarum initio rerum narratio in loco inſerta, totum argumentum explicet. *Virtus.*] Perfectio ſeu præſtantia, τὸ εὖ. *Piſcator. Ordinis hæc.*] Ordinis artificialis hæc eſt præſtantia. *Venus, &c.*] Venuſtas, σεμνότης. *Aut ego fallor.*] Id ſubjicit ne videatur ſumere ſibi cenſuram Critici, & ut oratio ſit mollior. *Nannius.*

43. *Ut jam nunc dicat.*] Ariſtoteles auctor in poëmatibus ſcriptiſque adeo omnibus maxime ordinem obſervandum eſſe, ut res geſtæ recta ſerie rectoque ordine procedant. Cæterum tum optimus eſſe cenſetur ordo, quando omnia ſuo loco & tempore adduntur, ut & hoc loco docet Horatius. *Nannius. Debentia dici.*] Quæ debent dici, τὰ ὀφειλόμενα λέγεσθαι. *Ut jam nunc dicat, &c.*] Ut ea dicat, quæ nunc dici debent.

44. *Et præſens.*] Ut in futurum tempus differat. *Præſens in tempus omitta.*] Opinor autem *in præſens* dixiſſe, pro in præſenti tempore, Græcorum imitatione κατὰ τὸ παρόν. ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ. *Nann. Omittat.*] Syllaba prima συστολὴν paſſa eſt.

45. *Hoc amet, hoc ſpernat.*] Pro rerum delectu aliud probare, aliud improbare debet, qui ſe Poëtam profeſſus eſt. *Promiſſi carminis auctor.*] Ille qui poëma inſtituit aut promiſit. Turneb. lib. 11. cap. 12. & lib. 9. cap. 31. *Nannius. Promiſſi carminis auctor.*] Carminis magni, prolixi vel editi.

46. *In verbis &c.*] Septimum præceptum ad elocutionem pertinens: ut prudenter ac verecundè fingantur vocabula nova: ubi ſimul monet qua ratione ejuſmodi verba authoritatem obtinere poſſint. Licere autem aliquando verba nova facere probat exemplis veterum, Plauti, Ennii, &c. Summa eſt, ſi licuit veteribus, cur non etiam recentioribus? Deinde mutabilitatem vocabulorum deſcribit adhibitâ ſimilitudine foliorum in arboribus. Et digreſſiunculam facit in laudem Auguſti, qui ipſam pæne rerum naturam artificioſis operibus mutavit in mari ac Tiberi variè ducendis. Tandem cauſam exponit de mutabilitate verborum. *Serendis.*] Faciendis, contexendis. Metaphora à ſeminibus quæ in agro ſeruntur. *Piſcator. Tenuis, &c.*] Parcus in verbis norandis.

47. Dixe-

Dixeris egregie, notum ſi callida verbum
Reddiderit junctura novum. ſi forte neceſſe eſt
Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum, &
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis,
Continget, dabiturque licentia ſumta pudenter.
Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, ſi
Græco fonte cadant, parce detorta. quid autem
Cæcilio, Plautoque dabit Romanus, ademtum
Virgilio, Varioque? ego cur acquirere pauca
Si poſſum invideor, cum lingua Catonis & Enni

Sermo-

47. *Dixeris egregie.*] Cum laude dixeris. *Notum ſi callida verbum, &c.*] Si artificioſa verborum connexio, verbum alioqui novum, reddiderit nótum & perſpicuum.

49. *Indiciis monſtrare recentibus.*] Vocabulis novis. *Abdita rerum.*] Res abditas.

50. *Fingere cinctutis non exaudita Cethegis, &c.*] Acron MS. in Bibliotheca Mediolanenſi, *Cinctutos, exertos* rectè ex Lucano interpretatur. Ideo ergò Cethegos exertos dictos intelligimus, quod ſine tunica, nudiſque humero & brachio incederent, atque inde *cinctutos* quod loco tunicæ, cinctum geſtarent, hoc eſt, ſubligaculum, ſive campeſtre, quod ſolas partes infrà pectus velabat. *Exerti* ergo dicti, quod domi & togati exerto nudoque humero ac brachio eſſent, quem poſtea morem etiam in bellis ſervarunt, ut ſcilicet ſine tunica ſolo cinctu ac chlamyde exerto gentili more brachio pugnarent. Silius lib. 18.

Ipſe humero exertus gentili more parentum.

Exertum itaque ad togam refertur, extrà quam brachium nudum cum humero exerebatur. Cur autem ita Cethegi incederent, ea ratio afferri poteſt, quod cum Romani antiquiſſimi ſolam togam ſine tunica geſtarent, Cethegos ſeverioris vitæ ac cultus, in antiquo habitu perſeveraſſe, eumque morem poſteros ſecutos eſſe. Turneb. lib.9.c.31. & l.19.c.9. & c.16 *Ferrar. Cinctutis non exaudita.*] Cinctutis procinctis & armatis viris, per Epentheſin. *Cethegis.*] Vocabula incognita veteribus, qualis erat M. Cornel. Cethegus, quem M. Tullius in Bruto poſuit inter priſcos oratores.

51. *Continget, &c.*] Licebit verbis uti recentibus ſi fuerit neceſſe. *Pudenter.*] Verecunde, cum pudore.

52. *Habebunt verba fidem.*] Verba nova probabuntur & authoritatem obtinebunt. *Si Græco fonte cadant.*] Si è Græca lingua derivata, deſinant & exeant in caſum ſeu finem Latinum.

53. *Parce detorta.*] Paululum deflexa. *Quid autem Cæcilio, &c.*] Innuit populum Romanum Cæcilio, Plautoque multorum verborum ab illis licentiam dediſſe: ac proinde eandem licentiam Virgilio quoque & Vario concedere debere. Argumentum eſt à pari. *Ademptum.*] Quod illis adimat & neget. *Piſcator. Quid autem.*] Si licuerit veteribus Poëtis Cæcilio & Plauto nova verba fingere, cur non liceat etiam recentioribus, Virgilio & Vario?

54. *Dabit.*] *Dedit*, Guil. Canterus Var. lect. lib. 4. cap. 12.

55. *Acquirere pauca.*] Nova verba facere.

56. *Invideor? &c.*] Cur veror? cur patior invidiam? *Catonis.*] Quum lingua utriuſque antiqui authoris rudis & impoliti, &c. *Enni.*] De quo Ovidius,

 Ennius

Sermonem patrium ditaverit, & nova rerum
Nomina protulerit? licuit, ſempérque licebit,
Signatum præſente nota producere nomen.
Ut ſilvæ foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas,
Et juvenum ritu florent modo nata vigentque.
DEBEMUR *morti nos noſtraque. ſive receptus*
Terra Neptunus claſſeis Aquilonibus arcet,
Regis opus; ſterilisve diu palus, aptaque remis

Vicinas

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

57. *Sermonem patrium ditaverit.*] Linguam Latinam amplificaverit.

59. *Signatum præſente.*] Turneb. l.9. cap.31. *Signatum præſente, &c.*] Licuit in medium proferre novam vocem, quam præſens uſus comprobavit. Metaph. ducta à pecunia, quæ notam ſeu formam impreſſam continet. *Producere nomen.*] Id eſt, extendere, παρεκτείνειν (nempe ad rem novam ſignificandam) *nomen ſignatum nota præſente*, id eſt, nomen cui attributa eſt ſignificatio jam uſitata. *Piſcator.*

60. *Ut ſylvæ foliis.*] Non dubitarim præferre, quod à Diomede adducitur,

Ut folia in ſylvis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt, ita verborum vetus interit ætas. Heinſius..

Pronos mutantur.] Per annos celerrime labentes.

61. *Prima cadunt.*] Folia prima cadunt. *Ita verborum vetus.*] Ita priſca verba reſpuuntur. *Verborum vetus interit ætas.*] Id eſt, verborum veterum ætas: hypallage. *Interit.*] Deſinunt uſurpari vetera.

62. *Et juvenum.*] Foliorum more. *Florent.*] Uſurpantur, in uſu ſunt. *Piſcator.*

63. *Debemur morti nos.*] Juſtam rerum viciſſitudinem prædicat. ubique in rebus mortalium nihil tam arduum, nihil tam magnificum, quin tandem ſeneſcat, interitum metuat, & mortem patiatur. Non mirum ergo & vocabula nunc florere, nunc aboleri. *Nannius.* *Debemur morti.*] Sequitur argumentum à minori: Nos ipſi interibimus, & noſtra opera: quanto magis vocabula. Antecedens illuſtrat exemplis tribus maximorum operum. Primò, Portus Julii refecti, immiſſo mari in Lucrinum lacum. Secundò, ſiccatæ Pontinæ paludis, ut vomere ſubigeretur, frugeſque produceret. Tertiò, Tiberis à priori ſuo alveo in aliam partem averſi, ne urbi, nec agris noceret. *Piſcator.* *Debemur morti nos.*] Nos peribimus & omnia noſtra peribunt. *Sive receptus Terra Neptunus.*] Quæ ſuperius de rerum omnium interitu dixit, ea jam illuſtrat loco communi; docetque quantumvis regalia, quantumvis magnifica, tamen omnia perire exemplo portus Lucrini, Tybridis per alveum deducti, & Pontinæ paludis ab Auguſto exſiccatæ. *Nannius.* *Sive receptum.*] Lacum Lucrinum intelligit, quem magnis molibus Jul. Cæſar incluſerat & intromiſerat in terram.

64. *Neptunus.*] Mare. *Claſſis arcet, &c.*] Pro Aquilones à claſſibus arcet, ut tutæ ibi eſſe poſſent à tempeſtatibus: per Hypallagen.

65. *Regis opus.*] Opus quale nemo niſi rex facere poſſit. *Sterilisve diu palus aptaque remis.*] Sive Pomptina palus per Cethegum exſiccata factaque navigabilis, &c.

66. *Alit*,

Vicinas urbeis alit, & grave ſentit aratrum;
Seu curſum mutavit iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius; MORTALIA *facta peribunt,*
Ne dum ſermonum ſtet honos & gratia vivax.
Multa renaſcentur quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus:
Quem penes arbitrium eſt, & jus, & norma loquendi.
Res geſtæ regumque ducumque, & triſtia bella
Quo ſcribi poſſent numero monſtravit Homerus.
Verſibus impariter junctis querimonia primum,
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.

Quis

66. *Alit, &c.*] Suis frugibus alit. *Grave ſentit aratrum.*] Et aratur.

67. *Iniquum frugibus.*] Nocentem. *Amnis.*] Tiberis ante per Velabrum fluens, Auguſti juſſu in alveum eſt deductus.

68. *Doctus iter melius.*] Poſtquam coactus in alium alveum ingredi, ubi non amplius noceret agris. *Mortalia facta.*] Pro mortalium facta peribunt. Hypallage. *Piſcator.*

69. *Ne dum ſermonum.*] Quanto minus verba ſint ſempiterna. *Vivax.*] Perpetua verborum venuſtas.

70. *Multa renaſcentur quæ.*] Multa vocabula reviviſcent, & in priſtinum ſtatum redibunt.

71. *Quæ nunc ſunt in honore.*] Oſtendit verborum etiam quamdam eſſe viciſſitudinem. *Si volet uſus.*] Conſuetudo multum poteſt, magna ejus vis & poteſtas, ſine qua verba confingere nequaquam licet. Hinc fit ut verba nova, niſi in uſu maneant, ſordeſcant; contra obſoleta non prius obſoleſcant, quam negligantur, & in uſu eſſe deſinant. *Nannius. Uſus quem penes.*] Loquendi conſuetudo.

72. *Quem penes arbitrium.*] In cujus poteſtate eſt judicium & poteſtas, & norma loquendi. *Et jus.*] Xylander legendum eſſe contendit *vis:* quia juris notatio ſit in vocabulo *arbitrii* præcedente; & quia præter jus, viribus quoque ſit opus. Cui ſententiæ favet, quod dici ſolet, uſus eſt tyrannus. *Piſcator.*

73. *Res geſta regum.*] Octavum præceptum, Quo genere carminis argumentum quodque tractandum ſit. Commemorat autem carminum genera quatuor: Heroïcum, Elegiacum, Jambicum & Lyricum. E quibus primi auctorem facit Homerum: ſecundi incertum aliquem: tertii Archilochum: quarti vero auctorem non attingit. *Piſcator.*

74. *Quo ſcribi poſſint.*] Primum quidem carmini Heroïco, quale Homerus conſcripſit, docet res ſublimes convenire. Continet vero Heroïcum res geſtas Heroum, Ducum bella & fortia facinora, qualia ſunt Ajacis, Achillis, Hectoris, &c. Vocatur etiam κατ᾽ ἐξοχὴν *Epicum.* Nannius. *Quo ſcribi.*] Quibus pedibus, quo carminis genere, ſcilicet Heroïco.

75. *Verſibus impariter junctis.*] Carminibus Elegiacis, quorum alterum eſt hexametrum, alterum pentametrum, *Querimonia.*] Res triſtis.

76. *Poſt etiam incluſa eſt.*] Nam primum metro Elegiaco, res triſtes & lugubres, poſt etiam lætæ & proſperæ ceperunt deſcribi. *Nannius. Voti ſententia.*] Res lætæ, quæ nobis ex animi ſententia eveniunt.

77. *Exi-*

Quis tamen exiguos elegos emiſerit auctor,
Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt.
Archilochum proprio rabies armavit ïambo.
Hunc ſocci cepere pedem, grandeſque cothurni,
Alternis aptum ſermonibus: & populareis
Vincentem ſtrepitus, & natum rebus agendis.
Muſa dedit fidibus Divos, pueroſque Deorum,
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,

Et

77. *Exiguos elegos emiſerit autor.*] Elegos tenues, qui tam ſublimi ſtylo non conficiuntur.

78. *Sub judice lis eſt.*] Lis nondum finita eſt.

79. *Archilochum proprio rabies armavit ïambo.*] Jamborum maledicentiam invenit primuſque uſurpavit Archilochus, cujus nota amarulentia, cum ſocerum Lycamben ad laqueum adegit. Adeo mordax & rabidum eſt Jambicum carmen. Hinc ἰαμβίζειν pro maledicere & mordere apud Græcos ſumitur, alluſitque eo Poëta, cum dixit *rabies armavit*, ſumta à canibus tralatione. Turneb. lib. 9. cap. 31. & lib. 5. c. 3. *Nannius. Proprio ïambo.*] Jambo à ſe invento. *Armavit.*] Armavit in Lycamben ſocerum & ejus filiam.

80. *Hunc ſocci cepere pedem.*] *Socci* calceamenti genus, quo actores utebantur: hinc pro ipſa Comœdia accipitur. *Nann. Hunc ſocci cepere, &c.*] Hunc verſum Jambicum admiſerunt Comœdiæ & Tragœdiæ. Soccis Comœdi, cothurnis Tragœdi uſi ſunt. *Grandeſque cothurni.*] *Cothurni* ſunt calcei altiores, utrique apti pedi, quos induebant actores Tragici inter agendum, capiunturque pro ipſis Tragœdiis. *Grandes* vocantur, tum quia altiores, tum quia Tragœdia ipſa grandiloqua, in quam prodeunt reges & perſonæ ſublimiores, & quæ contineat atroces & funebres rerum exitus. *Nannius.*

81. *Alternis aptum ſermonibus.*] Idoneum mutuis colloquiis. Talia in Comœdiis & Tragœdiis ſemper occurrunt, ut nimirum duæ vel tres perſonæ inter ſe in proſcenio loquantur, nec integram interdum ſcenam perſona unica agat. *Nannius. Alternis aptum ſermonibus.*] Sermonibus mutuis. *Et populareis Vincentem ſtrepitus.*] Acron: *Altius ſonantem in ſcena, quam clamor populi*: vel, ut alii explicant, quod populares reſque à populo geſtas commodè Jambus. Alii interpretantur, quod pes hic ſtrepitus in theatro excitatos ſuperet. Turn. lib. 19. cap. 9. *Nannius. Et populares.*] Altius ſonantem in ſcena, quam clamorem populi verſibus jambicis delectati.

82. *Natum rebus agendis.*] Habentem aptitudinem naturalem ad fabulas agendas.

83. *Muſa dedit fidibus.*] Perſequitur id, quod ante incœperat, ſingulis ſcilicet materiis ſua carminum genera convenire: quamquam lex iſta, quam hîc præſcribit Horatius, non ubique obſervetur. *Nannius.* Turneb. lib. 1. c. 4. & lib. 30. cap. 7. *Fidibus divos.*] Verſibus lyricis. *Divos.*] Recte. Tales certe hymnos Horatius conſcripſit in Venerem, in Minervam, Cupidinem, alioſque deos deaſque. *Pueros deorum.*] Παῖδας τῶν θεῶν. *Nannius. Pueroſque deorum.*] Deorum filios, id eſt, heroas.

84. *Et pugilem victorem.*] Hoc fecit Pindarus, cycnus ille Poëtarum, qui totus eſt in celebrandis Olympionicis aliiſque ſacris certaminibus. *Nannius.* Intelligit ergò eos, qui in certaminibus Olympicis victores evadebant. Alii Caſtorem & Pollucem.

Dicam

Et juvenum curas, & libera vina referre.
Deſcriptas ſervare vices operumque colores,
Cur ego, ſi nequeo ignoroque, Poëta ſalutor?
Cur neſcire, pudens prave, quàm diſcere malo?
Verſibus exponi tragicis res comica non vult.
Indignatur item privatis ac prope ſocco

Dignis

Dicam & Alciden pueroſque Ledæ,
Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem. ——

Et pugilem victorem.] Pugnis & manibus acrem. *Et equum certamine.*] Equum, qui curſu vicit. *Equum certamine primum.*] Equi præcipue Epirotæ expetebantur, de quibus ita Virgilius:

—— *Eliadum palmas Epiros equarum.*

In ſacris certaminibus equos omnes fere Græci educabant ad vincendum, vel in Olympiis vel Iſthmiis. Curſus autem erat duplex, aut curulis, quando curru vehebatur victor, aut cum equo unus inſidebat, eumque agitabat, quem celetem vocabant. *Nannius.*

85. *Et juvenum curas.*] Nam, ut Naſo ait,

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Numquam deſunt curæ, ubi non deeſt amor. *Nann. Curas.*] Juvenum amores. *Et libera vina referre, &c.*] Sympoſia, in quibus ebrii operta recludunt libere.

86. *Deſcriptas ſervare vices.*] Nonum præceptum, de decoro obſervando in diverſis ſententiis, ac affectibus ſermone & geſtu repræſentandis. Hoc præceptum illuſtrat exemplo rerum Comicarum & Tragicarum, eique exemplo addit exceptionem. *Piſcator. Deſcriptas ſervare vices.*] Cur, inquit, Poëtæ mihi offertur nomen, ſi officia, ſi indoles, ſi qualitates ſingulorum poëmatum tueri nequeam. *Nannius. Deſcriptas ſervare vices.*] Suas cujuſque poëmatis partes ſervare. *Operumque colores.*] Multiplices poëmatum varietates, quæ ut res pictæ, coloribus diſtinguuntur.

87. *Cur ego ſi nequeo.*] Cur Poëtæ nomen mihi adſciſco? *Poëta ſalutor.*] *Salutor* idem quod appellor, efficacius tamen quam nominor, ut *ſalutare aliquem Conſulem, Cæſarem, Pontificem.* in quibus vocibus vis eſt quædam creandi. *Nannius.*

88. *Cur neſcire, pudens prave.*] Narrat prave quoſdam erubeſcere, qui poſita verecundia diſcere nolunt. Turpe ignorare, at turpius diſcere nolle. *Nannius. Cur neſcire, &c.*] Cur prave pudens, id eſt, turpiter & præpoſterè verecundus, malo neſcire, quam diſcere?

89. *Verſibus exponi Tragicis res comica non vult.*] Quælibet carmina ſuam materiam, ſuam habent indolem. Nam res Comica Tragicis exponi pedibus nequit. Comœdiæ autem verſus ſunt populares, in quibus omnia ad ſimilitudinem colloquiorum familiarium finguntur. In Tragœdia vero ſunt Heroës, Reges, debetque altius inſurgere. Sciendum porro Horatium hîc loqui de nova Comœdia, non de veteri. Nam vetus ſonantior ac ſublimior erat, ſiquidem & choros habebat, & grandiloquentia utebatur, multaque habebat, ut Ariſtophanes tradit, cum Tragœdia communia. *Nannius. Non vult.*] Non debet,

90. *Indignatur item.*] Contra probat res Tragicas & cothurno dignas, Comicis verbis non includi. *Nannius. Privatis ac.*] Humilibus, quales ſolent eſſe homines privati, qui magiſtratum non gerant. *At prope ſocco Dignis.*] Id eſt, dignis quæ pronuntientur in actione Comœdiæ ab hiſtrione induto ſoccis. *Piſcator. Prope ſocco.*] Stylo comico.

91. Cœna

Dignis carminibus narrari cœna Thyeſtæ.
Singula quæque locum teneant ſortita decenter.
Interdum tamen & vocem comœdia tollit,
Iratuſque Chremes tumido delitigat ore:
Et tragicus plerumque dolet ſermone pedeſtri.
Telephus & Peleus, cum pauper & exul uterque,
Projicit ampullas & ſeſquipedalia verba,

Si

91. *Cœna Thyeſtæ.*] Thyeſtes & Atreus fratres germani fuerunt. Thyeſtes fratris uxorem adulterio ſtupravit, quam rem ubi Atreus reſciviſſet, tam indigne tulit, ut fratris filios mactarit, coxerit, coctos, manducandos patri appoſuerit. Hinc *cœna Thyeſtea* dicitur quælibet cœna vel epulum ſanguinolentum, ubi inter pocula digladiantur convivæ: vel ubi humanæ carnes apponuntur. Capitur hic quo quavis materia Tragica & funeſta, qualis in Tragœdiis poſtulatur. *Nannius.* *Cœna Thyeſtæ.*] Tragœdia de Thyeſte ſcripta, ponitur hic pro omni Tragœdia.

92. *Singula quæque.*] Unaquæque materia, ſive comica, ſive tragica, ſuo carmine decenti & proprio tractetur. *Sortita.*] Ut ſors tulerit.

93. *Tollit, &c.*] Comœdia vocem tollit, quum aliquid indignum deſcribitur & infandum.

94. *Iratuſque Chremes.*] Apud Terentium. *Tumido delitigat ore.*] Tragicis verbis acriter litigat.

95. *Sermone pedeſtri.*] Quæcumque enim non aſſurgunt neque altius ſeſe efferunt, repere & pedeſtria eſſe dicuntur. Sic apud Romanos Senatores pedarii & minorum gentium, non erant tantæ auctoritatis in ſententia dicunda rebuſque decernendis, quantæ erant curules, & majorum gentium, qui in ſellis, vel curulibus in Capitolium deferebantur. *Nannius.* *Sermone pedeſtri.*] Humili dictione.

96. *Telephus & Peleus.*] Hactenus prima pars exceptionis, Quod interdum in comœdia locus ſit ſermoni grandi & Tragico; ſequitur hic pars exceptionis altera, Quod interdum in Tragœdia locus ſit ſermoni humili comico: Exempli gratia, quum Telephus & Peleus (perſonæ ſcilicet tragicæ) introducuntur ut pauperes & exules, conquerentes de ſua fortuna. *Piſcator.* *Telephus & Peleus.*] Tragicum etiam pedeſtri dolere ſermone probat Tragœdiis Euripidis, apud quem reges hi in ſcenam prodeunt. Videndum enim ut ſit apta fortunæ vox. *Telephus* porro Rex fuit *Myſorum*; ad quem cum Græci divertiſſent, agrumque vaſtaſſent, pugna commiſſa ab Achille vulneratus eſt: cumque vulneri medelam afferre nulla ratione poſſet, conſulto oraculo, reſponſum tulit, ab eadem qua vulneratus erat haſta, auxilium ſe conſequi poſſe. Hinc Ovid.

Vulnus Achilleo quod quondam fecerat hoſti,
Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.

Peleus autem, de quo hîc Horatius, fratrem occidit, ac proinde in exilium actus, regnoque exutus eſt. Omnes enim homicidæ apud veteres in exilium agebantur. Apte vero induxit has duas Tragœdias Poëta ingenioſiſſimus, ut probet miſericordiæ & commiſerationi concitandæ opus eſſe verbis flebilibus, ut voce miſerabili affectus moveatur. *Nannius.* *Telephus, &c.*] Telephus Myſorum rex in egeſtate verſatus tragicum argumentum præbuit, ampullas tamen, (id eſt, verba turgida & venti plena) omittit. Metaph. eſt ducta à vaſis vitreis, quæ artifices ſuo ſpiritu vehementer inflant. *Peleus, quum pauper*

& exul

Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela.
Non ſatis eſt pulcra eſſe Poëmata: dulcia ſunto,
Et quocumque volent animum auditoris agunto.
Ut ridentibus arrident, ita flentibus adſunt
Huma-

& exul uterque.] Peleus pater Achillis ejectus à patre Æaco ob Phocum fratrem interfectum, exulavit.

97. *Projicit ampullas.*] Non utitur verbis inflatis: quibus nimirum uti ſolebat aliàs in fortuna ſecunda. Vel, Rejicit verba inflata, ac turgida, animumque regium; & humili ſermone miſerias ſuas fortunamque proponit. Græci non diſſimili ratione dicunt φυσήμαζω, pro inani hominum futilium garrulitate: nam φύσα propriè follis dicitur, hinc accipitur pro flatu. hinc φύσημα, ἀλαζονίας, arrogantia: Ciceroni verborum inanitas. *Cruquius.* Vide Hadrian. Junium Adagiorum Cent. I. & Turneb. lib.7. cap.19. & lib.9. cap.3. *Projicit ampullas.*] Longe à ſe rejicit. *Seſquipedalia verba.*] Verba longa & nimium producta, pompoſa & magnifica.

98. *Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela.*] Si ſpectatorem ad commiſerationem movere ſtudet. *Tangere* eleganter dixit pro movere. *Nannius.* Pet. Victorii Var. lect. lib.14. cap.2. *Si curat cor.*] Si dolorem ſpectatoribus velit inurere, *Tetigiſſe querela.*] Commoviſſe querimonia.

99. *Non ſatis eſt pulcra eſſe.*] Expolitio noni præcepti, ubi primum ejus ratio continetur ab effectu, videlicet delectatione auditorum ac ſpectatorum: quæ ſententia illuſtratur à contrario. Deinde, cujuſmodi verba ac geſtus quamvis hiſtrionis ſententiam deceant, per ſpecies exponit. *Piſcator. Non ſatis eſt.*] Brevi hoc carmine totam poëſios indolem repræſentat, & quicquid artificium poëticum requirat, oſtendit. *Nannius. Pulchra eſſe poëmata.*] Poëmata diſerta & magnificis verbis redundantia. *Dulcia.*] Suavia, ψυχαγωγικά, animum moventia, pathetica, affectibus plena. *Nannius. Dulcia ſunto.*] Dulci oratione auditorum animos alliciant. *Sunto.*] Formula erat legiſlatoribus familiaris; quales ſunt & *agunto*, *dicunto*, *patiuntor*. Vult Horatius ut Poëta moveat in omnibus affectibus auditorem, in triſtibus mœreat, in lætis alacer ſit, &c. *Nannius.*

100. *Animum auditoris agunto.*] Animum agere dixit Cicero, voluntates hominum impellere quo velis, unde autem velis abducere. *Cruquius. Agunto.*] Impellant.

101. *Ut ridentibus arrident.*] Docet quomodo obtineamus id, quod jam ante dictum. Si quoſvis inſerere affectus velimus, opus erit ut tales efficiamur, quales cupiamus alios effici, ut docet Quinctilianus lib. VI. c. III. Prius efficiamur ipſi, ut alios efficiamus. Eſt namque συμπάθεια in vultu, ut, qualis quiſque videtur, talem aſſumat animum. *Nannius. Ut ridentibus arrident.*] Ita comparatos eſſe homines dicit Horat. ut in illorum animos & gaudium & mæror facile tranſmittantur, ubi recitatorem aut hilarem aut mæſtum audiunt. Itaque prorſus legendum: *ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent Humani vultus.* Illud ipſum eſt quod mox addit: *Si vis me flere dolendum eſt, &c.* De verbo autem *adflent*, nil cauſæ eſt, ut opinor, cur aliquid dicatur: nam apud Plautum reperitur in Perſa: En tibi:

Sed longè ab Athenis eſſe ſe gnatam autumet,
Et ut adfleat, quum ea memoret.

Iterum in Pænulo, *ut adflet!* Ita & *adplorare*, quo alibi uſus eſt Horatius. *Faber. Adſunt.*] Præſto ſunt, quia ſimiliter ſemper afficitur is qui audit, atque is qui affectus commovet dicendo.

102. *Huma-*

Humani vultus. Si vis me flere; dolendum eſt
Primum ipſe tibi: tunc tua me infortunia lædent
Telephe, vel Peleu. male ſi mandata loqueris,
Aut dormitabo aut ridebo. TRISTIA *mæſtum*
Vultum verba decent; iratum, plena minarum;
Ludentem, laſciva; ſeverum, ſeria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: juvat aut impellit ad iram,
Aut ad humum mœrore gravi deducit & angit:
Poſt effert animi motus interprete lingua.

Si

102. *Humani vultus.*] Φιλάνθρωποι, qui non duri nec rigidi, ſed mobiles adſunt & flexibili motu. *Nannius.*

103. *Tunc.*] Quum ipſe primus dolebis, O Telephe, vel Peleu, id eſt, tu hiſtrio, qui in ſcena hos repræſentas. *Tua me infortunia lædent.*] Tuæ calamitates me dolore afficient.

104. *Male ſi mandata loqueris.*] Si indecenter rem tibi mandatam exprimes, verbis utens à perſona vel fortuna tua alienis, aut dorm. &c. *Mandata.*] Si mandata tua negligenter egeris. *Mandata* ſunt partes perſonæ à Poëta commiſſæ. *Nannius.*

105. *Aut dormitabo.*] Id eſt, verba tua me non afficient, animum meum non agent in mœrorem propter tua infortunia de quibus conquereris. *Aut ridebo.*] Scilicet propter tuam in pronuntiando & perſona agenda ineptiam. *Piſcator.* *Triſtia mæſtum Vultum verba decent.*] Hactenus docuit qualem oporteat habere vultum: nunc quæ verba, ut ſinguli moveantur affectus, neceſſaria ſint, exponit. *Nannius.*

106. *Iratum plena minarum.*] Quis enim increpans alios: vel ira furens, ſi verbis placidis agat, excitabit affectum, quem excitare deſiderat? Sic Maroniana illa Juno:

Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta movebo. Nannius.

Plena minarum.] Verba minarum plena decent iratum.

107. *Ludentem laſciva.*] Verba jocoſa ac ludicra conveniunt iis, qui riſum, non fletum movere cupiunt. *Nannius.*

108. *Format enim.*] Commonſtrat, in re aliena condolere angique animo, ita ac ſi tua res ageretur, videri rem quodammodo impoſſibilem: quamquam Ariſtoteles doceat dextra ingenia omnes motus excitare poſſe, omneſque concupiſcentias exprimere, quia phantaſia imaginum capax. *Nannius.* *Intus ad omnem.*] In animo. *Ad omnem Fortunarum.*] Id eſt, ad omnis generis affectus ortos ex utraque fortuna, tum ſecunda, tum adverſa. *Habitum.*] Conditionem, ſtatum. *Piſcator.*

109. *Fortunarum habitum.*] Ad omnem fortunæ varietatem vultu & animo exprimendam. *Juvat.*] Si fortuna ſit ſecunda: naturâ gaudemus, & lætamur. *Aut impellit ad iram.*] Si fortuna ſit adverſa.

110. *Aut ad humum mœrore.*] Aut valde affligit. *Angit.*] Scilicet nos, quum premimur rebus adverſis, è quibus non poſſumus eluctari. *Piſcator.*

111. *Poſt effert animi motus.*] Natura deinde per orationem curas & perturbationes animi perſpicue eloquitur. *Lingua.*] Eſt munus linguæ animum interpretari.

112. For-

Si dicentis erunt fortunis abſona dicta,
Romani tollent equites peditesque cachinnum.
Intererit multum, Divuſne loquatur, an heros;
Maturúſne ſenex, an adhuc florente juventa
Fervidus; an matrona potens, an ſedula nutrix;
Mercatórne vagus, cultórne virentis agelli;
Colchus, an Aſſyrius; Thebis nutritus, an Argis.

Aut

112. *Fortunis abſona dicta.*] A ſtatu & conditione loquentis aliena.

113. *Romani tollent.*] Docet Poëtam, niſi digne & cum decoro explicet fortunas cujuſque, & verba fortunis accommodet, populum ad riſum excitari. *Nannius.* *Romani tollent equites, &c.*] Univerſus populus Roman. effuſe ridebit.

114. *Intererit multum.*] Tranſit ad decimum præceptum de decoro perſonarum; in quibus quatuor conſideranda docet; fortunam ſeu conditionem, ætatem, genus vitæ, regionem ſeu nationem. *Intererit multum.*] Scilicet ad decorum in comœdia obſervandum. *Piſcator.* *Intererit multum.*] Debet quoque conditionis & ætatis cujuſque ſervari ratio. Notanda etiam gentis cujuſque indoles, Gallus ne ſit an Italus, Anglus an Belga. *Divuſne loquatur an heros.*] Verſus hic diverſimode legitur. quidam:

—— Davuſne loquatur an heros.

Alii rurſum:

—— Diveſne loquatur an Irus.

Sic Eraſmus legebat. *Irus* vero pauperrimus fuit mortalium: unde proverbium, *Iro pauperior.* Nannius. Cruquius in codice quodam ſcripto, teſtatur ſic ſcriptum fuiſſe:

Intererit multum Davuſne loquatur an herus.

Diſpiciat lector, *herus* ne pro herili filio poſitus credi poſſit, cui ſervus erat Davus. Pet. Victor. Var. lib. 33. cap. 5. *Davuſne loquatur an Eros.*] Multum intererit ſervus ne ſubdolus & fallax loquatur, an Eros, id eſt, ſervus bene moratus & fidelis: verſiculus hic varie legitur, de quo Commentatores conſule.

115. *Maturuſne ſenex.*] Alia etiam oratio ſenis fingenda eſt, alia adoleſcentis. *Maturus*, grandævus, coctus ætate, ut ita dicam, epitheton proprium eſt ſenum, ut *immaturus*, adoleſcentum. Turneb. lib. 22. cap. 11. & cap. 18 *Nannius.* *Maturuſne ſenex.*] Ætate grandis. *Florente juventa Fervidus.*] *Fervidus*, vehemens, calidus. Proprius juvenum & adoleſcentum eſt fervor & calor naturæ. *Nannius.*

116. *Fervidus.*] Juvenis. *Matrona potens.*] Fœmina clariſſima. *Sedula nutrix.*] Nutrix officioſa.

117. *Mercatorne vagus.*] Qui lucri cauſſa quævis maria tranſcurrunt, & terras perluſtrant:

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes. Nannius.

118. *Colchus an Aſſyrius.*] Colchis regio in Scythia, ubi Phaſis fluvius decurrit, unde attulit vellus aureum Jaſon, Medeæ patria, regnum Æetæ. Colchus ergo ferox & barbarus; contra Aſſyrius mollis & enervatus, deliciis & aromatibus, unguentis & luxui deditus. Bene ergo præcipit Horatius, ut Poëta cujuſque nationis mores obſervet. Pro genio itaque patriæ fingere atque exprimere oportet indolem, obſervandumque ut indoli cujuſque verba noſtra attemperemus. *Nannius.* *Cholchus, an Aſſyrius.*] Quia multum differt natio à natione, locus à loco. *Thebis*

Aut famam ſequere, aut ſibi convenientia finge
Scriptor. honoratum ſi forte reponis Achillem:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer:
Jura neget ſibi nata; nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox, invictaque, flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Io vaga, triſtis Oreſtes.

Si

bis nutritus an Argis.] Oſtendit etiam diſcrimen ſervandum in ipſo nutrimento: Tales enim plerumque evadunt alumni, quales ſunt qui nutriunt, aut apud quos nutriuntur. *An Argis.*] Dicitur & *Argi Argorum*, & *Argos Argi*; hinc *Argivi* & *Argolici*, pro Græcis qui ad Trojam venerant; eo quod rex & dux militiæ Agamemnon Argivus eſſet. *Nannius.*

119. *Aut famam ſequere.*] Aliud præceptum in fingendis nimirum perſonis: ſequendum quidquid vulgo fertur, aut, ſi nolimus communem hominum ſequi opinionem, ſed novam fingere & inducere perſonam, fingamus talem, ut nihil ſit præter decorum & indolem perſonæ. *Nannius. Aut famam ſequere.*] Si certam hiſtoriam ſcribas, ſequere famam, prout ab aliis accepiſti. *Aut ſibi convenientia finge.*] Sin hiſtoriam fingas, habeat artem figmentum tuum, ita ut extrema cum primis, utraque cum mediis conveniant, & ſua cuique perſonæ convenientia tribuas.

120. *Honoratum.*] Ideo, quod omnium pæne Scriptorum præconiis celebretur, ac diis ipſis carus ſit. *Nannius. Honoratum ſi forte.*] Magnum & illuſtrem Achillem, ſi ad Homeri imitationem deſcribas. *Reponis.*] Iterum introducis in theatrum, jam antea ſcilicet ab aliis introductum. *Piſcator.*

121. *Impiger, iracundus.*] Velox ſit & ſtrenuus. *Iracundus.*] Iliadem ab ejus ira exorſus eſt Homerus. Iratus autem erat Achilles, abrepta ſibi Briſeide, Agamemnoni adeo, ut depoſitis armis domum redire deſtinaret, remque Græcorum pæne collapſam peſſum ire, eorumque caſtra à Trojanis expilari ſineret. *Inexorabilis.*] Exorari enim ab Agamemnone vix potuit, ut arma reſumeret, miſſamque ab eodem per honeſtiſſimos viros legationem repudiavit. *Acer.*] Id eſt, vehemens. Nam odiis, amoribus vehemens fuit, & ubique tam violentus, ut ipſi etiam Agamemnoni formidini fuerit. *Nannius.*

122. *Jura neget ſibi nata.*] Propria hæc ſunt militis violenter omnia invadere cupientis, qui nemini parcat, ſed omnia depopuletur. *Nannius. Jura neget.*] Sit legum contemptor. *Nihil non arroget armis.*] Omnia putet ſe armis conſequi poſſe.

123. *Sit Medea ferox.*] Nota vero ejus crudelitas è Senecæ tragœdiis. *Nannius. Sit Medea ferox.*] Sit Medea animoſa & vehemens, quæ Jaſonis perfidiam ulta, filios ei comedendos appoſuit, fratremque Abſyrtum obtruncavit. *Invictaque.*] Inſuperabilis, ſemper ad vindictam aſſurgens. *Flebilis Ino.*] Ino Athamantem maritum furioſum fugiens, ſe cum filio in mare præcipitavit.

124. *Perfidus Ixion.*] Perfidiæ pœnas luit apud inferos rotæ alligatus, teſte Marone VI. Æn.

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque? Nannius.

Perfidus Ixion.] Ixion ſocerum ſuum ad epulas ſumptuoſas invitans, in foſſam jam inflammatam cum fecit incidere, atque ita flammis conſumptus eſt. *Io vaga.*] Hanc cum adamaret Jupiter, eique appropinquaret Juno, mutavit in vaccam, Ovidius lib. I. Metam. *Nannius. Io vaga.*] Io in vaccam verſa œ-

ſtroque

Si quid inexpertum ſcenæ committis, & audes
Perſonam formare novam; ſervetur ad imum
Qualis ab incepto proceſſerit, & ſibi conſtet.
Difficile eſt proprie communia dicere; tuque
Rectiùs Iliacum carmen deducis in actus,
Quàm ſi proferres ignota indictáque primus.
Publica materies privati juris erit, ſi

Nec

ſtroque à Junone agitata, uſque eo vagata eſt, donec in Ægyptum pervenit. *Triſtis Oreſtes.*] Quomodo triſtem introduci vult Oreſtem? Nuſquam certe talis, ſed demens. *Triſtis*, quod notandum erat, eſt hoc loco, ὁ παραπλὴξ, *furioſus & inſanus.* Heinſius. *Triſtis Oreſtes.*] Triſtis propter conſcientiam occiſæ matris.

125. *Si quid inexpertum.*] Hactenus prior pars decimi præcepti, quæ fuit de perſonis notis & uſitatis: ſequitur pars altera, quæ eſt de perſonis novis, id eſt, nondum in ſcenam productis. Has perſonas cum notis confert, ut tractatu difficiliores. *Inexpertum.*] Id eſt, inſuetum, παθηλικῶς, pro eo quod eſt, cujus deſcribendi periculum nemo adhuc fecerit. *Piſcator. Inexpertum ſcenæ*] Ab aliis Poëtis non tractatum. *Scenæ committis.*] Exhibes in theatro. *Nannius.*

126. *Perſonam formare.*] De qua nullus alius Poëta dixit. *Servetur ad imum.*] Perſeveret ad extremum, qualis initio extiterit; ſibi conſentiat, nec moribus ingenioque diffideat. *Nannius. Ad imum.*] Ad finem uſque.

127. *Ab incepto.*] Ab initio. *Sibi conſtet.*] Sit ſemper idem, à ſuis moribus non recedens.

128. *Difficile eſt proprie.*] Difficile eſt communia, (id eſt, argumenta fabularum à nullo ante tractata) ita proprie dicere, (id eſt, ita præclare ſcribere) ut proprie tua jure dici poſſint. *Proprie.*] Ut tua fiant, ut poſteri jam tua veſtigia imitentur. *Communia.*] Quæ nondum ab aliis occupata & mancipata. *Commune* dicitur quod occupantibus cedit. *Nannius.*

129. *Rectius Iliacum carmen, &c.*] Fons ac fundus τῆς μυθοποιΐας Græcanicæ, Cyclus Epicus fuit. Nec pauca materiæ fabularis argumenta Homeri Poëſis ſubminiſtrat. Tam ex hac, quam ex illo, Tragici veteres Poëtæ, fabularum, quas ad ſcenam componebant, ὑποθέσεις plerumque hauſerunt. Plato Homerum vocat Τραγῳδίας ἡγεμόνα καὶ διδάσκαλον. Sic & Sophocles argumentum Tragœdiarum multarum duxit ex Epico Cyclo. Ergo Horatius hic docet argumentum Tragœdiæ melius ſumi ex jam vulgata μυθοποιΐᾳ, quam novum fingi. Per carmen Iliacum non Homeri tantum Iliaden fortaſſean intelligit, ſed etiam *parvam Iliada* Leſchis, & *Cypriam* Staſini, quæ & ipſæ ſuppeditarunt ὑποθέσεις Tragœdiarum antiquis Poëtis. *Salmaſius. Rectius Iliacum carmen deducis in actus.*] Commodius derivas belli Trojani hiſtoriam in fabulam Tragicam aut Comicam, quam ſi novum argumentum tractes numquam ab aliis tractatum. *Nannius. Iliacum carmen deducis.*] Argumentum tragœdiæ ex Homeri Iliade rectius in ſcenam producis quam, &c. *In actus.*] Actus in comœdia, pars eſt pleno perfectoque ſenſu, qua finita proſcenium vacuum relinquitur.

130. *Indictaque primus.*] Non dicta ab aliis.

131. *Publica materies.*] Præceptum undecimum de ratione imitandi veteres

 in

Nec circa vilem patulumque moraberis orbem.
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Inter-

in perſonis notis. Monet autem quatuor in imitatione eſſe obſervanda. Primò, Ne nimis diu immoremur in ſententiis vulgaribus. Secundò, ut in vertendis Græcis ſimus liberi, non ſerviles. Tertiò, Ne nimis arctè aliorum veſtigiis nos includamus. Quartò, Ne nimis tumidè & inflatè incipiamus ſeu proponamus. Id quod exemplis duobus contrariis declarat. *Piſcator. Publica.*] Id eſt, à multis tractata. Ilias Homeri quaſi publica materia eſt. Turneb. lib. 19. cap. 9. *Nannius. Publica materies.*] Argumentum ab alio publicatum vel tractatum tuum putabitur, ſi argumenti tantum ſpeciem referas, non etiam ſingula minutatim proſequaris. *Si Nec circa.*] Si non hærebis in circulo omnibus patente & contempto, id eſt, ſi tuum authorem, quem imitaris, non ſequeris ita religioſe, ut nihil addas de tuo, nihil invenias, nihil immutes.

132. *Nec circa vilem moraberis orbem.*] Vilis & patulus orbis eſt *Cyclus*, in quo publica fabularum ac Tragœdiarum materies veluti expoſita cuilibet patebat. Inde quiſque ſumebat quaſi ex publico materiam ſcribendis Tragœdiis; quam in privatum ſic eſſe tribuendam monet Horatius, ut non eo modo tractetur & ordine quo in Cyclo ipſo deducitur, hoc eſt, in poëmatis Cycli. Publicam materiem illam quæ ex Cyclo petitur, ita demum ſui juris & propriam ſibi fecerit, qui non circa ipſum Cyclum morabitur; ſimili modo & ordine res tractans, ut ibi expoſitæ habentur ſine ulla varietate & arte. Præcipit igitur μυθοποιΐαν tantum, & fabulæ ὑπόθεσιν ex Cyclo promendam eſſe, quæ calamiſtris propriis inurenda ſit & ἐπεισοδίοις varianda, ut hoc modo publica videri deſinat, in privatum jus ſcite tranſlata. Quæ ergo ſequuntur, fidem faciunt Horatium loqui de *Cyclo*. nam pergit improbare ſcribendi morem modumque Poëtarum Cyclicorum:

Non ſic incipies, ut ſcriptor Cyclicus olim.

Igitur *vilis & patulus orbis*, ἐπικὸς Κύκλος, qui non ulla virtute poëtica cenſebatur; ſed ſola fabularum materia, ordine, commendabatur, quas late & fuſe exponebat. Nam fabulas omnes Græciæ, ad Trojæ everſionem & Ithaci reditum continebat, ex variis Poëtis congregatus, quorum carmina omnium vulgaria habita, triviali moneta percuſſa: idcirco *vilem* vocat. *Salmaſius. Nec circa vilem patulumque moraberis orbem.*] Quid eſt orbis? Omne illud, quod eſt præter rem ipſam. Ita callidi ſervi, ait Ariſtoteles, in delicto aliquo ab heris deprehenſi, & de re interrogari, λέγουσι τὰ κύκλῳ. Cyclus enim Epicus, nihil erat aliud quam Poëtarum compendium; ſimplex ſine ullo ornamento ac digreſſionibus narratio. Nam contrahere Poëtas, & eorum orbes, ut Poëta loquitur, ſeu digreſſiones, hoc eſt, epiſodia præcidere ac amputare, Cyclici erat proprium. Neque alius eſt *ſcriptor Cyclicus* (de quo quid non excogitarunt docti?) quam Romanus Epicus aliquis, qui Trojanum bellum ab initio fuſe erat perſecutus. *Heinſius. Nec circa vilem patulumque moraberis orbem.*] Per *orbem patulum*, poëma κύκλος dictum intelligit, quod cyclicus ille ſcriptor τὰ ἰλιακὰ, κύκλῳ ſcripſerit, quaſi à gemino ovo, belli Trojani reliqua καθολικῶς *univerſe* complectens. *Vilem* vocat, qui projecti eſt animi κατ' πλάτος, καὶ παχυλῶς dicere: quomodo interpretatur Auſonium Joſ. Scaliger. *A. Schotus. Vilem patulumque, &c.*] Vilem appellat, quia non magni eſt ingenii, totam alterius inventionem ſequi.

133. *Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres.*] Horatius hic non alloquitur interpretem: ſed eum quem inſtituit, monet; ne, ceu fidi interpretis

officio

Interpres; nec deſilies imitator in arctum,
Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex:
Nec ſic incipies ut ſcriptor cyclicus olim:
Fortunam Priami cantabo & nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
PARTURIENT *montes: naſcetur ridiculus mus.*
Quanto rectiùs hic, qui nil molitur ineptè!

Dic

officio fungi volens, reddere verbum verbo curet. *Steph. Nec verbum verbo.*] Si non ſtudebis ut fidus interpres, auctorem tuum quem imitandum tibi propoſuiſti, verbatim exprimere.

134. *Nec deſilies imitator in arctum.*] Et ſi tu qui imitator es, non conjicies te in locum tam anguſtum unde te explicare honeſte non poſſis ſine pudore & reprehenſione.

135. *Referre pudor vetet.*] Diſcedere ab iis, quæ temere es aggreſſus. *Aut operis lex.*] Id eſt, conditio, pactum. Quicumque ergo ſingula ſingulis reddere volet, ſemel hac ſibi conſtituta lege, ab inſtituto ſuo niſi cum pudore digredi non poteſt. Turneb. lib. 19. cap. 9. *Nannius. Lex, &c*] Lex quæ jubet aut penitus non incipere, aut incepta perficere.

136. *Nec ſic incipies.*] Hoc præceptum nihil aliud continet, quam ut initio modeſti ſimus, nec petulanter nos oſtentemus, neque magni aliquid promittamus. Hac in re felices Græci, qui in principio nihil adferunt, ſed omnia à Muſis accepiſſe ſe dicunt. Sic Homerus:

Dic mihi Muſa virum. —— •

Quaſi non ipſe, ſed Muſæ dicerent. *Ut ſcriptor cyclicus olim.*] Ut ſcriptor quidam circumforaneus. Hunc quidam Antimachum fuiſſe autumant, qui Tragicus fuit ſuperbus atque arrogans, & Aſiaticæ dictionis, de quo Catullus:

At populus tumido gaudeat Antimacho.

Quidam vero Staſinum volunt. *Cyclici* autem Poëtæ erant: qui in vicis ac populi coronis carmina ſua decantabant, ut hodieque circumforanei cantores: hos Juvenalis & Martialis *Orbiculos* appellant. Alii *Cyclicos* Poëtas eos fuiſſe exiſtimant, qui verſus ex Homeri Rapſodiis conſarcinabant, eoſdemque decantabant. Turneb. lib. 1. cap. 4. & lib. 19. cap. 9. *Nannius. Ut ſcriptor Cyclicus olim.*] Atqui nullo acumine aut molimine erat opus. Cyclicus Poëta, eſt Poëta Epicus. Et quidem ὁ δεῖνα, certus, quem intelligit. Hunc poëtam cum Homero confert. *Heinſius. Ut ſcriptor, &c.*] Ut Poëta circumforaneus, qui in conventiculis, hominibus ſuos verſus obtrudat in orbem coactis.

137. *Fortunam.*] Infelicitatem.

138. *Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?*] Quid jactator hic verbis tam ſonoris ac ſublimibus dignum adferet? *Nannius. Tanto feret.*] Tam pleno ore, id eſt, tanta verborum granditate.

139. *Parturient montes.*] Reſpondet ad interrogationem præcedentem, quaſi dicat, Nihil dignum affert; ſed ridiculum ſe præbet, quum tractatio non reſpondeat exordio. *Piſcator. Parturient montes.*] Uſurpatur hoc proverbium in eos, qui aureos montes pollicentur, ſed minima præſtant. *Ridiculus.*] Qui riſum excitet, γελωτοποιός. *Nannius.*

140. *Quanto rectius hic.*] Propoſito exemplo abſurdo, à diſſimili oſtendit, quanto ſit rectius cum modeſtia ordiri poëma, & paulatim aſſurgere, quam initio velle tumere ſtatimque evaneſcere. *Nannius. Hic, qui nil molitur.*] Scilicet

Dic mihi Muſa virum, captæ poſt tempora Trojæ,
Qui mores hominum multorum vidit & urbes.
Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem
Cogitat, ut ſpecioſa dehinc miracula promat;
Antiphaten Scyllamque, & cum Cyclope Charybdim:
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec

cet Homerus, qui conatur nihil imperite ſcribere.

141. *Dic mihi Muſa virum.*] Initium eſt Odyſſeæ; quam ſatis ſimpliciter Homerus incepit,

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε·
Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω. &c. *Nannius.*

Dic mihi Muſa.] Duobus hiſce verſibus Horatius, utcunque expreſſit principium Odyſſeæ, tribus verſibus conſtans. *Virum.*] Ulyſſem. *Viri* nomen honorificum apud Græcos ac Romanos. Virgilius:

Arma virumque cano, &c.

Et alibi:

Vir Trojane quibus cœlo te laudibus æquem?

At hinc toties apud x. Græciæ Oratores reperias Ἄνδρες Ἀθηναῖοι. *Nannius.* *Virum.*] Ulyſſem.

143. *Non fumum ex fulgore.*] Id eſt, non ex luce & flamma ſeu ex ſplendido exordio, fumum ſeu ineptum ac obſcurum quid: ſed contrà potius ut ex fumo, ſeu tenui & humili exordio, daret & in medium proferret lucem ac fulgorem ſeu præclarum hoc poëma. *S.* *Non fumum ex fulgore.*] Hoc eſt, nititur non è magnis ad parva deſcendere, ſed à parvis & humilibus ad majora devenire. *Nannius.* *Non fumum ex fulgore.*] Fumus fulgorem ſubſequi proverbialiter dici poteſt, quando ex magnificis promiſſis tenuia & mediocria prodeunt: lux autem dicitur fumum ſequi, quando ex humilibus ſplendidiora exiſtunt, quam ſunt promiſſa.

144. *Ut ſpecioſa.*] Digna ſpectatu. *Nannius.* *Ut ſpecioſa, &c.*] Ut in proceſſu monſtra hominum vel ferarum dicat ſpecioſa, id eſt, immania. Nam corpora vaſta plus habent ſpeciei, quam exigua.

145. *Antiphaten.*] Læſtrigonum regem, hominum voratorem. *Scyllamque.*] Hecatæ filiam, cujus latera canibus latrantibus ſuccincta fuiſſe dicuntur. *Et cum Cyclope.*] Cum Polyphemo voraginem marinam in freto Siculo. *Cyclope.*] Cyclops hic Polyphemus dictus, cujus erga Galatheam amores eleganter deſcribit Theocritus & Ovidius in Metamorphoſi. *Charybdim.*] *Charybdis* monſtrum marinum fuit multo periculoſiſſimum, omnia vomens & revomens, ubi Ulyſſes naufragium paſſus eſt, & è caprifico ſe ſuſpendit. *Nannius.*

146. *Nec reditum Diomedis.*] Docuit hactenus Horatius quæ in Homero virtus in exordio eluceat, principio nimirum vitaſſe jactantiam, maluiſſe humilitatem, ut poſtea opus magnifice aſſurgat. Nunc ſubjungit non eſſe alte repetendum exordium, non errandum eodem ordine, quo alii; quædam etiam omittenda, quæ non ſatis ſplendoris habent. Ex obliquo autem taxatur Antimachus Cyclicus, qui reditum Diomedis principis Græcorum à Troja in Græciam narrans, eum incipit ab interitu Meleagri, quod procœmium nimis è longinquo petitum, reprehendit. *S.* Hiſtoriam porro Diomedis & Meleagri, fuſiſſime proſequitur Diodorus Siculus l. IV.

Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo.
Semper ad eventum feſtinat, & in medias res,
Non ſecus, ac notas, auditorem rapit; &, quæ
Deſperat tractata niteſcere poſſe, relinquit.
Atque ita mentitur, ſic veris falſa remiſcet,
Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.
Tu, quid ego & populus mecum deſideret, audi:
Si plauſoris eges aulæa manentis, & uſque
Seſſuri,

L. IV. & Ovidius Metamorph. Turneb. lib. 28. cap. 24. *Nannius. Nec reditum.*] Nec reditum Diomedis à bello Trojano, aut aliam narrationem nimis longe repetit, id eſt, non ſumit principium poëmatis à prima origine: præcipit enim Poëta longo prooemio non eſſe utendum.

147. *Nec gemino bellum.*] Qui bellum Trojanum narrat, vitioſè ex eo tempore incipit, quo Jupiter ſub ſpecie cygni cum Leda matre Helenæ concubuit: cum potius à raptu Helenæ ſit ordiendum. *S. Gemino bellum.*] Ex ovorum uno excluſi ſunt Pollux & Helena, ex altero Caſtor & Clytemneſtra.

148. *Ad eventum feſtinat.*] Feſtinat ad propoſitum ſcopum. *Et in medias res, &c.*] Omiſſis rerum principiis perinde ac ſi nota eſſent, rapit auditorem in res medias.

150. *Deſperat tractata niteſcere.*] Monet Homeri exemplo, ut delectus habeatur in rebus narrandis, utque non omnia, quæ in complexum hiſtoriæ atque orationis veniunt, narrentur. Quædam enim adeo horrida atque ſpinoſa exiſtunt, poliri ornarique ut nequeant. *Nann. Niteſcere poſſe.*] Oratione ſplendeſcere, ſeu verbis polite explicari.

151. *Atque ita mentitur.*] Atque ſic mentitur & falſa dicit, ut omnia inter ſe maxime cohæreant. *Remiſcet.*] Commiſcet.

152. *Primo.*] A principio.

153. *Tu, quid ego, &c.*] Præceptum duodecimum de decoro obſervando in exprimendis moribus cujuſque ætatis: qui quales ſint per ſingulas ætates, ordine exponit, videlicet primum pueritiæ, deinde adoleſcentiæ, tum ætatis virilis, poſtremo ſenectutis. Quibus ſingulatim expoſitis, ſubjungit enuntiatum, de ætatum effectis generale, ex contrariis compoſitum: ac tandem præceptum de decoro hic obſervando, vel potius de indecoro vitando repetit. *Piſcator. Tu, quid ego.*] Tu, ô Poëta, qui ſcribis aliquid audi.

154. *Si plauſoris.*] Id eſt, approbatoris. Mos erat, ut probata fabula manuum applauſu exciperetur, improbata pedum ſupploſione exſibilaretur. Hinc *ſtare & cadere fabula* dicitur Horatio & Terentio. Tu, inquit, ſi fauſto auditorum applauſu Poëmata tua probari deſideras, obſerva, quæ deinceps docebo. *Nannius. Si plauſoris eges.*] Si plauſorem expetis. *Plauſorem* autem intelligit ſpectatorem, qui plauſu approbat fabulam. *Aulæa manentis.*] Id eſt, exſpectantis remotionem aulæorum. *Piſcat. Si plauſoris eges.*] Nova ſignificatione uſurpat hic τὸ *egeo*, pro deſidero. *Si plauſoris eges aulæa manentis.*] Si ſpectatorem plauſu faventem cupis tibi contingere, qui tantiſper maneat in theatro, donec aulæa removeantur. Aulæis enim parietes ſcenæ fuerunt ornati. *Aulæa manentis.*] *Manet aulæa* is, qui exſpectat, dum tollantur. *Aulæa* ſunt periſtromata & peripetaſmata, quibus ſcena veſtiri antiquitus ſolebat, demiſſis quidem cum prodibant actores, ſublatis verò cum peracta jam eſſet fabula. Dictaque ſunt Latinis *aulæa* ab aula, quod in aula re-

gis

Seſſuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat:
Ætatis cujuſque notandi ſunt tibi mores,
Mobilibuſque decor naturis dandus & annis.
Reddere qui voces jam ſcit puer, & pede certo
Signat humum; geſtit paribus colludere, & iram
Colligit ac ponit temere, & mutatur in horas.
Imberbis juvenis, tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis canibuſque, & aprici gramine campi;
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper;

Uti-

gis Attali primum inventa fuerint, teſte Servio in III. Georg. *Uſque.*] Capitur hic pro eo uſque. *Nannius.*

155. *Donec cantor, Vos plaudite, dicat.*] Ubi per cantorem, Tragœdum intelligimus, quem Prudentius *tragicum cantorem* appellavit. Nam tragœdorum canere & cantare propria res: & *cantare fabulam* dicebatur tragœdus, cum agebat fabulam. *Salmaſius. Donec cantor.*] Id eſt, actor fabulæ, vel perſona aliqua de choro. Turneb. lib. 9. cap. 29. *Nannius. Donec cantor.*] Donec hiſtrio, peracta fabula, dicat, Vos plaudite. *Vos plaudite.*] Uſitata formula actum & fabulam concludentium. non enim ante, populi applauſum expetebant, quam omnes actus eſſent expleti, ne exſibilarentur. *Nannius.*

156. *Ætatis cujuſque notandi.*] Hoc præcepto monet pro ratione ætatis verba actioneſque eſſe formanda, & ſingulis ætatibus decorum ingenii, indolis, morumque attribuendum. Obſervandumque ſingulas ætates tres habere gradus. Ut enim *adoleſcentia* & *juventus* eſt *viridis*, *adulta*, *præceps*, eodem modo ſenectutis prima pars *viridis*, ut apud Virgilium VI. Æneid.

—— *Sed cruda deo viridiſque ſenectus.*

altera *adulta*, ut in Mezentio & Idomeneo rege; tertia *præceps*, qualis in Anchiſe & Latino apud Virg. *Nannius.*

157. *Mobilibuſque decor.*] Creſcentibus aut decreſcentibus naturis, ſuum cuique decorum eſt tribuendum. *Et annis.*] Et ſua cuique ætati proprietas eſt habenda.

158. *Reddere qui voces.*] Puer, qui ſcit ſingula articulate eloqui & ad interrogata reſpondere geſtit, &c. *Et pede certo.*] Et pede confirmato ita incedit, ut ſignet humum veſtigium imprimens.

159. *Paribus colludere.*] Cum æqualibus, qui ſunt ejuſdem fere ætatis. *Et iram Colligit.*] Repente iraſcitur ac facile placatur.

161. *Cuſtode remoto.*] Pædagogo remoto.

162. *Canibuſque.*] Venatione. *Et aprici gramine campi.*] *Apricum* autem *campum* vocat, qui ſoli expoſitus ſit. Feſtus Pompejus *apricum* à Græco vocabulo *φρίκης* appellatum tradit, quaſi *ἀφρίκης* ſine horrore frigoris. *Nannius. Et aprici gramine campi.*] Aprico campo, non opaco, licet hoc de campo Martio intelligere, in quo adoleſcentes ſe varie exercebant.

163. *Cereus in vitium flecti.*] Facilis, tractabilis, deductilis ad vitium. Oſtendit adoleſcentiam pronam in vitia eſſe, & inſtar ceræ facile ad quævis flagitia deduci. Videmus multos peſſum ire propter vitia in adoleſcentia contracta. Hinc pædagogi adhibiti, qui effrenes animi motus morum diſciplina caſtigarent. *Nannius. Cereus in vitium.*] Flexilis ad vitium. *Monitoribus aſper.*] Adhortantes ad bonam frugem odio Vatiniano proſequitur. *Nannius. Monitoribus aſper.*]

Utilium tardus proviſor, prodigus æris,
Sublimis, cupiduſque & amata relinquere pernix.
Converſis ſtudiis, ætas animuſque virilis
Quærit opes & amicitias: inſervit honori:
Commiſiſſe cavet, quod mox mutare laboret.
Multa ſenem circumveniunt incommoda: vel quòd
Quærit, & inventis miſer abſtinet, ac timet uti;
Vel quod res omneis timidè gelidéque miniſtrat,
Dilator, ſpe longus, iners, aviduſque futuri:
Difficilis, querulus, laudator temporis acti

Se

aſper.] Inimicus iis, qui eum peramanter monent.

164. *Utilium tardus.*] Quæ ſibi proſint. *Æris.*] Pecuniæ.

165. *Sublimis.*] Superbus, elatus. *Cupiduſque.*] Vehementer omnia concupiſcens. *Amata relinquere.*] Sunt enim adoleſcentes εὐμετάβολοι, καὶ ἁψίκοροι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας, ut ait Ariſtoteles. *Nannius. Pernix.*] Velox ad relinquendum quod concupiverat.

166. *Converſis ſtudiis.*] Cum ætate convertuntur ſtudia. *Animuſque virilis.*] Nunc virilem ætatem ſuis quaſi coloribus depingit; quæ omiſſis ludicris quærit honores, opibus coacervandis incumbit, magiſtratus & imperia ambit, & omni ratione cavet, id ne committat, unde poſtea doleat. *Nannius.*

167. *Inſervit honori.*] In honorum ſtudio occupatus eſt.

168. *Laboret.*] Conetur.

169. *Multa ſenem circumveniunt.*] Multa vitia ſenectuti adſcribit; ſed eam intelligit, quæ præceps & decrepita, quæ & *mala ætas* dicitur, ut *bona ætas* adoleſcentia. *Nannius. Circumveniunt.*] Premunt, gravant.

170. *Quærit & inventis miſer abſtinet.*] Idem ait Terentianus ille ſenex;

Ad omnia alia ætate ſapimus rectius:
Solum unum hoc vitium adfert ſenectus hominibus,
Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt.

Et quo minus vitæ reſtat, eo plus anxii de viatico ſenex, inquit Cicero. *Nannius. Quærit & inventis miſer abſtinet.*] Senex divitias quærit, quæſitis vero abſtinet, vere igitur miſer eſt & infelix.

171. *Vel quod.*] Senum incommoda in partes dividit. *Nannius. Timide gelideque.*] Nimium caute, & ſegniter adminiſtret. *Gelideque.*] *Gelidi* ſunt *ſenes*, vel quod fervor ille & ardor adoleſcentiæ deferbuerit, vel quod naturalis etiam calor membra deſtituerit: unde proprie à Poëtis *frigida* & *gelida ſenectus* dicitur. *Nannius.*

172. *Dilator.*] Rem ſemper procraſtinans. *Spe longus.*] Tenaciſſimæ ſpei. Videt rerum vices, ſemper ſperat meliora, nec inſtar adoleſcentum deſperat, ſed ſpem ulterius extendit. Et Cicero ait neminem eſſe tam ſenem, qui ſe annum non ſperet poſſe vivere. *Nannius. Spe longus.*] Longinqua ſperans, quum ſit morti proximus. *Iners.*] Segnis & ad agendum ineptus. *Aviduſque futuri.*] Præſentia enim diſplicent, inhiat futuris. *Nannius. Aviduſque futuri.*] Φιλόζωος, vitæ cupidus. Nam ſenex quia abeſt à vita longa, illam deſiderat.

173. *Difficilis, querulus.*] *Difficiles* ſunt *ſenes*, qui ſe minime faciles nec exorabiles atque obſequioſos præbent. *Queruli* μεμψίμοιροι, qui leviculis offenſis læduntur, & ſtatim expoſtulant. *Moroſi* qui nimium exacte in bo-

Se puero, cenſor caſtigatórque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda ſecum,
Multa recedentes adimunt. ne fortè ſeniles
Mandentur juveni partes, puerôque viriles;
Semper in adjunctis, ævôque morabimur aptis.
Aut agitur res in ſcenis, aut acta refertur.
Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quàm quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator. non tamen intus
Digna geri, promes in ſcenam, multaque tolles

Ex

nos mores anquirunt. *Nannius. Difficilis.*] Moroſus.

174. *Se puero.*] In pueritia ſua. *Cenſor caſtigatorque.*] Quaſi Cenſor caſtigans juniorum mores.

175. *Anni venientes.*] In juvenibus enim memoria, robur & agilitas creſcunt; quæ ſicut ſenſim creſcunt uſque ad juventutem plenam; ita ſenſim deficiunt, juventute recedente. Anni autem venire dicuntur ad 46. annum, inde abire. *S. Anni venientes.*] Anni ab incunabilis ad mediam ætatem. *Venientes.*] Id eſt accreſcentes. *Nannius.*

176. *Recedentes.*] Decreſcentes. *Nannius. Recedentes.*] Poſt mediam ætatem. *Ne forte ſeniles.*] Omnino diſcrimina ætatum & officia ſervanda. Nam ſi eo in genere prævaricemur, totum decorum extinguetur, nec indoles conſtabit perſonæ. *Nannius.*

177. *Juveni parteis.*] Ducta inde metaphora, quod actores partes in agendo dividerent. *Nannius. Partes.*] Partes pro officio.

178. *In adjunctis, ævoque.*] In iis moribus, qui ſunt appoſiti & unicuique ætati apti.

179. *Aut agitur res.*] Præceptum decimum tertium, de decoro ſervando in rebus in theatro agendis: ne ſc. omnia oſtendantur, & per actorem repræſententur: ſed quædam tanquam acta referantur ſeu narrentur; ut ſunt res nefariæ ac immanes, item impoſſibiles; quibus addendæ turpes ac fœdæ. Hoc præceptum illuſtrat primum diſtributione, qua res fabularum in duo genera diſtinguit: alterum earum quæ in theatro aguntur: alterum earum quæ narrantur. Deinde duo iſta rerum genera inter ſeſe comparat; & res quæ aguntur, alteris quæ commemorantur, præfert, tanquam ad motus animorum efficaciores. *Piſc. In ſcenis.*] *Scenæ* olim umbraculis & frondibus arborum tecta, (σκηνὴ enim Græcis umbra eſt. unde σκηνοπηγία feſtum Judæorum, cum ſub tentoriis & frondoſis habitaculis viverent) poſt tabulatis conſtructa: deinde contignationibus duabus aut tribus compacta; demum ſcena ac theatrum ex lapide ædificatum fuit. *Nannius. Aut acta refertur.*] Quia res eſt viſu fœda, vel nimis atrox & incredibilis.

180. *Segnius irritant animos.*] Illa quæ videmus movent vehementius, quam quæ audimus tantum. Hinc Plautinum illud:

Plus valet oculatus teſtis unus, quam auriti decem.

Unde & *fideles oculos* Poëta appellat. *Nannius. Demiſſa per aurem.*] Audita.

181. *Quam quæ.*] Quam quæ cernuntur. *Fidelibus.*] Ad fidem faciendam, magis valent oculi, quam aures.

183. *In ſcenam.*] In conſpectum. *Multaque tolles.*] Docet multa intus agenda, tollendaque ex oculis, quæ ſcilicet viſus exhorreat, tanquam incredibilia,

dibilia,

Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet:
Aut humana palàm coquat exta nefarius Atreus:
Aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem:
Quodcumque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.
Néve minor, neu ſit quincto productior actu

Fabu-

dibilia, turpiora & atrociora, quam ut oculi ferant. Hæc in ſcena referri, non agi vult Horatius; ita tamen, ut efficaciſſima eloquentia proferantur, ut non tam narrari, quam agi videantur. *Nann. Facundia præſens.*] Oratio diſerta coram ſpectatoribus.

185. *Nec pueros coram.*] Exempla ſubjicit eorum, quæ è conſpectu ſubmovenda ſunt. *Medea trucidet.*] Medea Scythico genere nata, Jaſonem ſecuta, relictaque patria & patre Æta, fratrem Abſyrtum occidit, corpuſque membratim diſcerpſit, ut ita patrem inſequentem reliquiis filii colligendis remoraretur. *Nannius.*

186. *Aut humana palam.*] Atrei & Thyeſtæ nota hiſtoria. Vide verſum 91. *Nann. Atreus.*] De quo vide Od: 16. l. 1.

187. *Aut in avem Progne.*] Superioribus exemplis docuit ſubmovenda quædam ex oculis, ut nimis atrocia: hîc docet non agenda illa, quæ fide careant. *Progne.*] Prognem Pandionis filiam uxorem duxit Tereus, ex qua Itin ſuſtulit. Poſt cum Philomela ſororem Tereo nuptam inviſere vellet, rex barbarus adamavit puellam, eamque per vim ſtupravit; & ne facinus evulgaretur, linguam abſtulit, atque in ſilvis occultavit. Philomela vero acu peplo rem ut facta erat intexuit, & depictam ad ſororem miſit. Quæ intellecta crudelitate & libidine mariti, Itin filium coxit, & Tereo epulandum appoſuit. Vide Pauſaniam, Ovidium Metam. l. vi. & interpretes Horat. l. iv. Od. xii. *Nann. Progne vertatur.*] Progne Ityn filium Tereo marito comedendum appoſuit; vide Od. 12. lib. 4. *Cadmus in anguem.*] *Cadmus* Agenoris filius miſſus à patre ad inveſtigandam ſororem Europam, à Jove tauri ſpecie raptam, tandem pervenit in Phocidem; cumque invenire illam non poſſet, ac ſocios aquatum miſiſſet, à dracone occiſi ſunt. Ipſe cognito ſociorum interitu draconem Marti conſecratum occidit, denteſque ſeminavit, ex quibus nati hoſtes, qui mutuis ſeſe vulneribus confoderunt. Tandem & ipſe ſenio confectus cum uxore in draconem mutatus eſt, ut fuſe habes apud Ovid. lib. iii. Metam. *Nannius.*

188. *Incredulus odi.*] Non credens, contemno & odio habeo.

189. *Neve minor quinto.*] Narrat quibus partibus debeat fabula conſiſtere. Exiguntur quinque *Actus*, teſte etiam Donato. *Scenarum* non tam certus numerus: quidam Actus plures Scenas habent: quidam unam tantum: ut in Eunucho Terentii Scena una Actum integrum abſolvit. Magna quoque virtus & difficultas, quando actus incipiat finiaturve dignoſcere. Olim facillimum erat diſtinguere. adhibebant ad finem Actus uniuſcujuſque choros & cantica. intelligebat tum ſpectator Actum finitum, alterum incipiendum. Poſtea ſuſtulerunt & chorum & cantica, ut perpetuo agi contextu videatur. *Nannius. Neve minor, neu ſit, &c.*] Præceptum decimum quartum, de fabulæ magnitudine: ne ſit nimium brevis, neve nimium longa: ſed quinque actibus conſtet. Fabula ergò ne habeat actus pauciores, nec plures, quam quinque. *Piſcat.*

190. *Fabu-*

Fabula, quæ poſci vult, & ſpectata reponi.
Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus
Inciderit: nec quarta loqui perſona laboret.
Actoris parteis chorus, officiúmque virile
Defendat: neu quid medios intercinat actus,

Quod

190. *Fabula, quæ.*] Tragœdia, vel Comœdia, neque paucioribus, neque pluribus quam quinque Actibus conſtare debet. *Quæ poſci vult & ſpectata reponi.*] Quæ placere vult, ſæpiuſque agi. *Nannius.* *Poſci vult.*] A populo, ut iterum agatur. *Reponi.*] Iterum doceri.

191. *Nec Deus interſit.*] Olim in fabulis, ubi ſe ex rebus difficilibus extricari non poterant, ad numinis præſidium confugiebant, deoſque machinatos, (ſic enim vocat Donatus,) hoc eſt, in machina conſtitutos, inducebant; qui Prologos narrarent, nodumque, ſi quis incidiſſet, ſolverent. Eraſmus Adagio, *Deus ex improviſo apparens*, ut & apud Suidam Prov. Ἀπὸ μηχανῆς θεός. Hic connectuntur duo præcepta: XV. Ne temere in theatrum introducatur Deus quiſpiam: ſed tum demum, cum inciderit difficilis aliquis nodus, qui humana ſapientia aut potentia enodari atque explicari non poſſit. XVI. vero, Ne colloquantur quatuor perſonæ, ſed vel duæ tantum, vel ad ſummum tres. *Piſcator.* *Nec deus interſit.*] Nec Deus in ſcenam inducatur. *Nodus.*] Res ardua & difficilis.

192. *Nec quarta loqui perſona laboret.*] Tres partes in Comœdiis ac Tragœdiis, *Canticum*, *Chorus*, & *Diverbium*. Singulæ certum perſonarum habent numerum: atque hinc factum, ut illas partes advocarent. *Canticum* eſt, ubi μελοποιὸς, id eſt, cantus artifex canit: ubi una tantum perſona requiritur, aut ſi altera, tacita ſubſiſtat; & ſi loquatur, ſecum loquatur. *Chorus* autem plures habet perſonas, conſtatque è viris aut mulieribus, aut ex utriſque permixtis: omneſque loquentes introducuntur, ſed confuſa voce, quaſi una ſit perſona. *Diverbium*, ſive *Deverbium*, ut Donatus vult, locus eſt, ubi perſonæ Actorum verſantur, & inter ſe hiſtriones colloquuntur: in quo tres ſolum perſonas eſſe neceſſe eſt, ſi vero quarta ſit (quod rarum eſt) aut tacita ſubſiſtat, aut ſecum loquatur, ut Birria apud Terentium:

Nunc noſtræ timeo parti, quid hic reſpondeat.

Nec quarta loqui perſona.] Nec plures perſonæ uno & eodem tempore in ſcenam prodeant loquuturæ, quam tres.

193. *Actoris partes.*] Præceptum XVII. de officio chori: quomodo is ſe gerere debeat, quaſve ſententias pronunciare aut canere. Hoc per partes exponit. Interſerit narrationem de tibia & tibicine & citharœdo & denique de ſententiis fabularum, & quomodo ſententiæ graviores ac ſublimiores in fabulis uſurpari cœperint. *Piſcator.* Turneb. lib. 19. c. 9. Pet. Nannii Miſcel. lib. 3. *Actoris partes chorus officiumque virile Defendat.*] Sequitur ut oſtendamus, quod ſit illud *officium virile*, quod tantopere doctos exercuit viros. *Virile* ergo, non eſt τὸ τοῦ ἀνδρὸς, ſed κατὰ τὸ δυνατόν. *Viriliter*, inquam. *Virile defendere*, ut *ſæve rubere*, *torvum tueri*; & cætera, quæ in triviis nota ſunt. Chorus ergo, inquit Flaccus, partes viriliter actoris agat: & quaſi unus ſit è reliquis actoribus. *Heinſ.* *Actoris partes chorus.*] Chorus ex quocunque ſexu aut numero conſtat, unius actoris loco habeatur, ſuumque ſermonem accommodet actioni proxime peractæ. *Virile.*] Officium virile, quamvis ſit mulierum cœtus, nam Maſculinum genus complecti ſolet fœmininum.

194. *Neu quid medios.*] Neu quid canat

Quod non propoſito conducat, & hæreat aptè:
Ille bonis faveátque & concilietur amicis,
Et regat iratos, & amet peccare timentes.
Ille dapes laudet menſæ brevis; ille ſalubrem
Juſtitiam, legéſque, & apertis otia portis.
Ille tegat commiſſa, Deóſque precetur & oret,
Ut redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.
Tibia non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque
Æmula, ſed tenuis ſimplexque foramine pauco
Adſpi-

nat inter medios actus, id eſt, in mediis actibus, quod ſit alterius argumenti, & à re propoſita alienum.

195. *Et hæreat apte.*] Quod non ſit ad rem præſentem aptum.

196. *Ille bonis faveatque.*] Virtutes Chori proponit, ut nimirum benevolentia bonos proſequatur, ſit φιλάνθρωπος, & inter ſe diffidentes amicitia conciliare conetur. Moderetur ira incenſos, bene moratos amet, laudet vitam frugalem, juſtitiam commendet, pacem, concordiamque civilem ac leges ſervandas ſuadeat, ſecreta non prodat, Deum ut mala averruncet, precetur, & cetera. Hæc officia Chori. Turneb. l. 19. cap. 9. *Nannius. Ille bonis faveatque.*] Ille chorus, cujus officium breviter docet Horatius. *Conſilietur amicis.*] Det conſilium amicis.

197. *Et regat iratos.*] Studeat iratos placare. *Timentes.*] Innocentes.

198. *Ille dapes laudet.*] Laudet parſimoniam & continentiam in victu. *Salubrem.*] Utilem. Nam ut ſalubritas corpus, ſic Juſtitia Remp. conſervat.

199. *Apertis otia portis.*] Turneb. lib. 19. cap. 9. *Apertis otia portis.*] Portæ clauſæ bellum, apertæ pacem indicant.

200. *Tegat commiſſa.*] Alii ſecreta exponunt: Cruquius mavult hic ſignari ſcelera & flagitia principum virorum, quæ tegi vult à choro, id eſt, non prodi, ne auctori ſuo ſint exitio; vel aliis malo exemplo: atque ideo ſubjicit, *deóſque precetur & oret*, ne ſcilicet ea principum delicta & impietates ſint exitio Reipub. miſeroque populo. *Commiſſa.*] Arcana fideicommiſſa ne prodat.

201. *Fortuna ſuperbis.*] Fortuna ſecunda.

202. *Tibia non ut nunc.*] Hoc loco de Cantico ſeu μελοποιΐας, ubi tibiæ introducuntur, ut apud Terentium: ACTA TIBIIS DEXTRIS VEL SINISTRIS, PARIBUS VEL IMPARIBUS. In *tibiis* autem quædam *dextra*, quæ & *Lybica* dicebantur; quædam *ſiniſtra*, quæ *Sarrana*. Quando vero Comœdia gravitatem quamdam, jocis valere juſſis, præ ſe ferebat, tum cantabat *dextris tibiis*: cum vero jocos tantum & luſus inducebat, quales in Eunucho Terentiana, tum *ſiniſtra* perſonabant: ſi porro argumentum ex utraque miſtum, ut quædam gravia & ſevera, quædam jocoſa & ridicula, tum *tibiis dextris & ſiniſtris* canebatur. *Nannius. Tibia non ut nunc.*] Quando ſcilicet Romana res pauper eſſet olim, non erant tam ingentes tibiæ ſicut nunc, nec ita ornatæ, nec tam multis foraminibus. Oſtendit autem luxuriam recentem & ambitioſam natam eſſe cum dilatata dignitate Reipub. *S. Tibia non, ut nunc.*] Tibia veterum tenuis fuit, & ſimplex, id eſt, veteres ſimplici Muſica in ſcenis uſi ſunt, at nunc imperio Rom. florente, tibia non ſolum ornatur orichalco, ſed tot habet foramina, ut ſonet tanquam tuba. *Tubæque Æmula.*] Par nimirum ob gravitatem ſoni. *Nannius.*

203. *Sed tenuis.*] Quò enim grandior,
dior,

Adſpirare & adeſſe choris erat utilis, atque
Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu.
Quò ſanè populus numerabilis, utpote parvus,
Et frugi, caſtúſque, verecundúſque coïbat.
Poſtquam cœpit agros extendere victor; & urbem
Latior amplecti murus, vinóque diurno
Placari Genius feſtis impunè diebus;
Acceſſit numeriſque modiſque licentia major.
Indoctus quid enim ſaperet, libérque laborum,

Ruſti-

dior, eò grandiorem excitat ſonum. Et ſimplicem fuiſſe tibiam ait, eique tria tantum fuiſſe foramina, per quæ gravem, acutum, & circumflexum edebat ſonum. *Nannius. Pauco, &c.*] Quatuor foraminibus.

204. *Aſpirare, &c.*] Adſpirando ſeu canendo juvare choros.

205. *Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia.*] Quaſi diceret, cum tenuis & anguſtus erat hominum conſeſſus, tenui & parva opus erat fiſtula; at cum cœperunt complere ſedilia, majori opus fuit tibia ac ſono, ut undequaque exaudiretur. *Nannius. Nondum ſpiſſa nimis complere.*] Sedilia nondum nimis referta. *Sedilia.*] In quibus ſedebant ſpectatores.

206. *Quo ſane populus.*] In quem locum. *Numerabilis, utpote parvus.*] Populus adeo paucus, ut facile poſſet numerari.

207. *Coïbat.*] Congregabatur.

208. *Poſtquam cœpit agros.*] Commutatis moribus à veteri parſimonia ad luxuriam eſt perventum. Tunc Tragici ac Comici indulgentius omnia agere, & ambitioſius inſtruere coacti ſunt. *Nannius. Agros extendere victor*] Imperium propagare. *Extendere.*] Proferre pomœria ditionis. Turneb. lib. 19. cap. 9. *Nannius.*

209. *Vinoque diurno Placari Genius feſtis impune diebus.*] *Impune*, id eſt, citra pœnam legum. Nam olim ſumtui, luxuriæ, epulis pœnæ conſtitutæ fuerunt, unde *Leges ſumtuariæ*, quæ legem ſumtibus præſcribebant, quales *Cornelia, Julia, &c.* Verum leges illæ mox neglectæ, & curari cœpit genius. Quis autem ſit *Genius*, & *Geniales dii*, variæ ſunt doctorum ſententiæ. Attribuebant autem gentiles illi ſingulis hominibus, ſimul atque nati eſſent, duos *Genios, bonum ac malum:* alterum ſaluti ſemper conſulere credebant, malum vero non placari niſi dulciſſimo ac jucundiſſimo vitæ genere; amat enim voluptates ac delitias. unde avari dicuntur *Genium defraudare*, & qui delicate vivunt, *Genio indulgere*. Plura Cenſorinus de die natali. Turneb. lib. 19. cap. 9. *Nannius. Vinoque diurno.*] De die convivari & potare.

210. *Impune diebus.*] Sine metu Cenſorum.

211. *Acceſſit numeriſque modiſque licentia major.*] *Numeri* ſunt verſus, *modi* cantus ac ſoni. Græci *tonos* φθόγγους vocant, *modos* τρόπους, *numeros* ῥυθμούς. *Nannius. Numeriſque modiſque.*] Et rythmis & cantui.

212. *Indoctus quid enim ſaperet.*] Homines ruſtici & indocti laboribus ſoluti, cum populo urbano & honeſto in ſcena commiſti nihil ſapuerunt. unde in arte Comica tanta crevit licentia ab antiquorum ſeveritate longe diſcrepans: poſtea vero plebs à ſenatu & equitibus diſcreta fuit ſubſelliis. *Liberque laborum.*] Feriatus à re ruſtica, ab agricultura, Turneb. libro 19. cap. 9. *Nannius.*

Ruſticus urbano, confuſus, turpis honeſto?
Sic priſcæ motúmque & luxuriam addidit arti
Tibicen, traxítque vagus per pulpita veſtem.
Sic etiam fidibus voces crevere ſeveris,
Et tulit eloquium inſolitum facundia præceps,
Utilíumque ſagax rerum, & divina futuri
Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.
Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,

Mox

mius. Liberque laborum.] Defuncti laboribus.

213. *Confuſus.*] Commiſtus. *Turpis honeſto.*] Livius de bello Macedonico lib. IV. ſcribit populum promiſcue cum Senatoribus ſpectaſſe ad A. U C. DVIII. neque diſcretos fuiſſe ordines Senatores inter & Equites, Plebem & Magiſtratum: nam ut locum quiſque occuparat, ita tenebat. In tanta igitur confuſione non mirum, ſi non fuerit ſtudium novæ artis. *Nannius.*

214. *Motumque.*] Geſtum corporis & ſaltationem. *Luxuriam addidit arti.*] Foraminum auctionem vel ſcenici ornatum ſumptuoſum.

215. *Traxitque vagus per pulpita veſtem.*] Locum hunc optime declarat Donatus his verbis: *Syrmata dicta ſunt ab eo quod trahuntur: quæ res ab ſcenica luxuria inſtituta eſt, &c.* Martialis l. XII.

Aptaſti longum tu quoque ſyrma tibi.

Eſt & genus veſtis Tragicorum humum verrentis. Intelligit ergo Horatius magnificum citharœdorum & hiſtrionum inceſſum ac comitatum. *Nannius. Traxitque vagus per.*] Uſus eſt veſte ad talos demiſſa, huc & illuc ſe per ſcenam circumferens.

216. *Sic etiam fidibus.*] Cum olim citharœdi in theatris canerent fidibus ſeveriter, graviter ac moderate: poſtea cœptum eſt cani licentioſius. Eloquentia etiam facta eſt multo ambitioſior. *Piſcator. Sic etiam fidibus, &c.*] Cave hæc cum ſuperioribus conjungas. Alteram enim μελοποιΐαν jam tractat; Tragicam nimirum, poſtquam de Comica egit. Tragœdiæ enim cithara erat. *Heinſius. Fidibus voces crevere.*] Citharis acceſſerunt, & multiplicati ſunt modi, & ſoni, id eſt, chordæ. *Severis.*] Ob res ſeveras, quas numero & harmonia citharœdus imitatur.

217. *Et tulit.*] Et protulit. *Facundia præceps.*] Scribe, *facundia præſens.* Heinſius. *Præceps.*] Celeriter fluens.

218. *Utiliumque ſagax.*] Superior verſus intelligendus de figuris dictionum, in quibus audaciſſimus Horatius: deinde de ſententiis, tropis, de ſchematibus rerum, exclamatione, &c. Turneb. lib. 19. cap. 9. *Nannius. Utiliumque ſagax rerum.*] Et ſententia, id eſt, prudens oratio perſonarum (ex quibus chorus conſiſtit) parum ab Apollinis oraculo deſtitit. *Et divina futuri.*] Divinans futurum.

219. *Sortilegis non diſcrepuit.*] Reſponſa dantibus. Dabat reſponſa Apollo Delphis, & ænigmata tortuoſa & obſcura. Jam ubi quis nimium abutitur figuris, & obſcuros verborum tropos inculcat, fit αἰνιγματώδης oratio, & Delphico oraculo ſimilis. Sunt autem *Delphi* in Phocide, ubi templum ſumtuoſiſſimum habuit Apollo, unde *Delphicus Apollo* dictus. *Nannius. Sortilegis non diſcrepuit.*] Unde ſortes, id eſt, oracula petuntur. *Non diſcrepuit.*] Non minus pro vera ac divina fuit habita, quam ſi pronuntiata eſſet ab Apolline Delphico. *Sortilegis.*] Hoc eſt, oracula edere ſolitis. *Piſcator.*

220. *Carmine qui Tragico.*] Tranſit jam ad præceptum XVIII. de decoro obſervando

ſervando

Mox etiam agreſteis Satyros nudavit, & aſper
Incolumi gravitate jocum tentavit: eò quòd
Illecebris erat, & grata novitate morandus
Spectator, functuſque ſacris, & potus, & exlex.
Verum ita riſores, ita commendare dicaces
Conveniet Satyros, ita vertere ſeria ludo;
Ne, quicumque Deus, quicumque adhibebitur heros,

Reg-

ſervando in Satyris. Primum narrat quæ fuerit origo Satyrorum. Deinde de decoro in iis ſervando præcipit. Tum exponit diſcrimen inter Satyram & Tragœdiam: tribuens illi ſententiarum levitatem & proterviam: huic contra gravitatem & pudorem. Atque hoc diſcrimen ſimilitudine ſaltantis matronæ, cum meretrice ſcilicet, collatæ, declarat, ibi, *Effutire, &c.* Piſcator. *Carmine Tragico.*] Præterea, qui ab hirco tragœdiam deflectunt, non hircum animal, ſed utrem hirci, muſto refertum, præmium fuiſſe contendunt, eoque alluſiſſe Virgilium,

Mollibus in pratis unctos ſalire per utres;

nimirum exhauſtos vino utres poſtea inflaſſe, atque per eos ſaltitaſſe Athenis in feſtis Bacchi, quæ *ἀσκώλια* dicebantur, hinc *ἀσκωλιάζω*, per utres altero pede ſalto. *Cruquius.* *Hircum.*] Hircus præmii loco Tragœdiarum ſcriptoribus datus eſt.

221. *Agreſteis Satyros.*] Silveſtres Faunos nudos introduxit. ita enim *Satyros* vocant, qui Latinis ſunt *Capripedes*, quod caprinas habeant facies, barbam item caprinam, & pedes caprinos, omnia denique caprina. Tales itaque Tragœdia producere ſolebat, qui petulanter torquerent ſcommata: noſtri Rhythmici moriones habent, qui ridicula ſalibus ſparſa effutiunt. Quod vero Satyros in fabulas inductos dixi, non peracta id fabula factum fuiſſe intelligendum, ſed in medio fabulæ, quaſi Choros. *Nannius.* *Nudavit.*] Satyros nudos introduxit verbis & moribus obſcœnis riſum moventes. *Et aſper.*] Primo aſper in tragœdia, mox aſperitatem facetiis condivit.

222. *Incolumi gravitate.*] Salva gravitate Tragœdiæ.

223. *Grata novitate.*] Religio primum adegit homines ad ſacras aras hoſtiaſque diis mactandas: deinde ad comiſſationes ab omnibus itum eſt & pocula: inter quæ, ne Lapitharum more, potu ſe perderent, à viris cordatioribus inventæ ſunt fabulæ, ad continendos omnes in officio. hinc patet, non voluptatis, ſed religionis ergò ludos à majoribus fuiſſe inſtitutos. *Cruquius.* *Morandus, &c.*] Delectandus novitate, quæ ſolet eſſe omnibus gratiſſima.

224. *Functuſque ſacris.*] Poſt ſacra & epulas ebrius & ſine lege vivens. *Potus & exlex.*] *Exlex*, Indomitus, *ἀθέμιστος*. Non mirum igitur, ſi aufugit auditor. Veteres in ſacrificiis lautiſſime epulabantur; unde Virgilius ſacris operatus, amicum invitat Eclog. II.

Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.

Talis itaque ſpectator jocis morandus & retinendus. *Nannius.*

225. *Riſores, &c.*] Satyri dicuntur riſores, vel quod riſum moveant, vel quod res rideant humanas. *Commendare.*] Inducere. *Nannius.* *Commendare.*] Auditorum auribus.

226. *Ita vertere ſeria ludo.*] Poëma ſerium, jocis ſatyricis ita commiſcere.

227. *Ne, quicunque deus, quicunque adhibebitur heros.*] Ne ſcilicet is, qui paulo ante dei inſtar aut herois in ſcenam fuit introductus, poſtea lacernoſus prodeat.

Regali conſpectus in auro nuper & oſtro,
Migret in obſcuras humili ſermone tabernas:
Aut, dum vitat humum, nubes & inania captet.
Effutire leveis indigna tragœdia verſus:
Ut feſtis matrona moveri juſſa diebus,
Intererit Satyris paullùm pudibunda protervis.
Non ego inornata, & dominantia nomina ſolùm,
Verbaque, Piſones, Satyrorum ſcriptor amabo:
Nec ſic enitar tragico differre colori,
Ut nihil interſit, Davúſne loquatur, & audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum,

Ant

prodeat. *Nannius.* *Adhibebitur heros.*] In tragœdia introducetur.

228. *Nuper.*] Paulo ante.

229. *Migret in obſcuras.*] Ne utatur ſermone humili & abjecto, qualis eſt tabernariorum & opificum oratio.

230. *Dum vitat humum.*] Dum comicam humilitatem reformidat, ne intumeſcat, captans magna ſupra vires, quaſi inter nubes & cœlum verſans. *Nubes & inania captet.*] Turn. l. 19. c. 9.

231. *Effutire leveis indigna Tragœdia verſus.*] Indicat quibus verbis utendum. non levibus, non teneris & delicatis, ſed gravibus, auſteris & ſeveris. Nam, ut lib. II. Triſt. ait Ovidius,

Omne genus ſcripti gravitate Tragœdia vincit.

Adfert ſimile à matrona, quæ feſtis diebus ante aras geſtu gravi ſaltabat licentius, ut religionis, non laſciviæ ergo facere videretur. Sic Virgil. IV. Æneid. ℣. 62. de Didone.

Aut ante ora Deûm pingues ſpatiatur ad aras.

Eſt autem in hoc verſu Græciſmus *indigna effutire*, pro indigna quæ effutiat atque effundat. *Nannius.* *Effutire leves indigna.*] Inepte loqui. Ordo & ſententia verborum hæc eſt: Tragœdia quæ indigna eſt, in qua verſus leves emittantur, intererit, id eſt, verſabitur inter ſatyras velut pudica fœmina, quæ non niſi coacta feſtis diebus modice ſaltat.

232. *Moveri.*] Saltare.

233. *Intererit Satyris, &c.*] Præceptum XIX. ut ſcilicet in Satyris ſervetur decorum perſonarum, & cuique conveniens ſermo tribuatur. Hoc præceptum exponit per prolepſin, qua improbat falſam opinionem de diſcrimine Satyræ & Tragœdiæ: quaſi illud conſiſtat in ſolis verbis; ut ſcilicet verba Satyrorum ſint propria & inornata, contrà tragœdiarum verba ſint tranſlata & exornata. *Piſcator.* Turneb. lib. 23. cap. 3.

234. *Inornata, &c.*] Nomina ſimplicia & incondita. *Dominantia.*] Id eſt, propria & uſu trita, Græci *κύρια* vocant. *Nann.* *Dominantia.*] Nomina propria, quæ in ſuo ſenſu dominantur, non expulſa de ſede ſua à tranſlatis, qualia ſunt verba ad Venerem ſpectantia: ut Mentula, Cunnus & ſimilia.

235. *Satyrorum.*] Si ego Satyras in tragœdia ſcriberem.

236. *Tragico differre colori.*] Id eſt, differre à Tragicis, ſermonis ornamentis, quibus ille velut coloribus pingitur. *Piſcator.* *Tragico, &c.*] A tragica magniloquentia.

237. *Davuſne loquatur, &c.*] Utrum Davus, Pythias, Simo, perſonæ Comicæ loquantur, an Silenus perſona ſatyrica.

238. *Emuncto lucrata, &c.*] Deluſo.

An cuſtos famuluſque Dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen ſequar, ut ſibi quivis
Speret idem, ſudet multùm, fruſtráque laboret
Auſus idem. tantum ſeries juncturáque pollet:
Tantum de medio ſumtis accedit honoris.
Silvis deducti caveant, me judice, Fauni,
Ne, velut innati triviis, ac pænè forenſes,
Aut nimium teneris juvenentur verſibus unquam,
Aut immunda crepent, ignominioſaque dicta.

Metaph. à quadrupedibus, quibus lac ſubtractum eſt.

239. *An cuſtos famuluſque.*] An tragica & gravior perſona loquatur, qualis fuit Silenus cuſtos & miniſter Bacchi nutricius. *Dei alumni.*] Id eſt, Bacchi: quia vinum modicè ſumptum alit vires. *Piſcator.*

240. *Ex noto fictum carmen ſequar.*] Comœdia enim res in ſcenam adducit vulgares, amores puellarum, lenonum impuritatem, meretricum avaritiam, ceteraque in vulgus nota. Nullus eſt, quin facile ſcribere ſe poſſe putat, qualis ebrius, qualis ſenex avarus: atque rem aggreſſus, longe aliter experietur. Et pauci ſunt qui Comœdiam & Tragœdiam recte tractant, ut, ſi quis noſtri temporis Comœdiographos excutiat, videre liceat quam infeliciter res iis ſuccedat, ſi cum veteribus componantur. *Nannius.* *Ex noto.*] Præceptum XX. in tractandis argumentis notis, obſervandam eſſe artificioſam ſeriem ſeu diſpoſitionem. Hoc præceptum exponit ſub forma gloriationis: nam hoc ipſum ſe facere poſſe, jactat. *Piſcator.* *Ex noto fictum.*] Ex re nota, non abſtruſa, fictum ſequar, id eſt, carmen ſatyricum fingam: atque ejuſmodi erit carmen, ut quivis ſperet ſe tale poſſe fingere.

241. *Sudet multum.*] Multum laboris ſumat.

242. *Auſus idem.*] Conatus idem. *Tantum ſeries.*] Tantum valent rerum diſpoſitio & verborum ſtructura, ut difficile ſit imitari.

243. *Sumptis accedit honoris.*] Rebus vulgaribus. *Accedit honoris.*] Id eſt, pulcritudinis, venuſtatis. *Nannius.*

244. *Sylvis deducti.*] Præceptum XXI. quod rurſum ad Satyras pertinet: ut in ſententiis Faunorum, qui in Satyris introducuntur, duo extrema vitia caveantur: nimia ſcilicet urbanitas, & nimia agreſtitas. Huic præcepto rationem adjungit ab effecto inutili, offenſione ſcilicet honeſtiorum civium: quam ſententiam amplificat antitheſi approbationis civium leviorum ac humiliorum per prolepſin ratiocinationis, à pari, cujus conſequentiam negat. *Piſcator.* *Sylvis deducti caveant.*] E ſylvis, id eſt, è proſcenio numeroſo producti in ſcœnam civilem. *Fauni.*] Quorum princeps eſt Pan. A Græcis ſatyri dicuntur.

245. *Ne, velut innati.*] Ne velut nati in triviis, id eſt, locis celeberrimis, ac penè in medio foro. *Innati triviis.*] Scurræ triviales. Nam alia eſt oratio in triviis, alia in foro. Hinc *verba trivialis* dicta parum elegantia. *Nannius.* Jocus ergo Satyrorum, non ſit urbanus & delicatus, ſed habeat ruſticitatem. Turn. lib. 19. cap. 9.

246. *Juvenentur verſibus.*] Ne verſibus nimium excultis juveniliter laſciviant.

247. *Aut immunda crepent.*] Ne ſcilicet contra decorum taxent hominum vitia & mordaciter nimis in ea invehantur. Quod vero Horatius *immunda crepent* dixit, Græci uno verbo *αἰσχρολογεῖν* efferunt. *Crepent*, cum quadam oſtenta-

Offenduntur enim, quibus eſt equus, & pater, & res:
Nec, ſi quid fricti ciceris probat & nucis emtor,
Æquis accipiunt animis donántve corona.
Syllaba longa brevi ſubjecta, vocatur ïambus,
Pes citus: unde etiam trimetris accreſcere juſſit
Nomen Iambeïs, cùm ſenos redderet ictus,
Primus ad extremum ſimilis ſibi; non ita pridem,
Tardior ut paulò graviórque veniret ad aureis,
Spondæos ſtabileis in jura paterna recepit
Commodus & patiens: non ut de ſede ſecunda
Cederet aut quarta ſocialiter. hic & in Accî
Nobili-

ſtentatione in ore habeant. *Nannius.* *Aut immunda crepent.*] Aut verba nimis obſcœna loquantur. *Ignominioſaque dicta.*] Quæ alicujus exiſtimationem lædant.

248. *Offenduntur enim.*] Turneb. l. 19. cap. 9. *Quibus eſt equus.*] Equites, patricii, & locupletes.

249. *Si quid fricti ciceris.*] Per *Fricti ciceris* & *nucis emtorem*, infimæ ſortis ac viliſſimos homines intelligit. *Cicer* leguminis genus, unde *Cicerones* dicti, ut à fabis *Fabii*, à piſis *Piſones*. Nannius. Turneb. lib. 19. cap. 9. *Fricti ciceris emptor.*] Fricti ciceris emptor, eſt homo pauper, & plebejus, qui cicere, interea dum agebantur fabulæ, & quovis alio tempore, famem levaret.

250. *Æquis accipiunt animis.*] Patienter audiunt. *Donantve corona.*] Remunerant. Nam bonos Poëtas hedera coronabant.

251. *Syllaba longa brevi.*] Præceptum XXII. de carmine Jambico: in quo monet cavendum, ne ſpondæus regionibus paribus recipiatur. Tum pedem Jambum definit. Deinde cauſam exponit, cur verſus Jambici ſenarii, nominentur trimetri. Tum diſtinguit carmen Jambicum in duo genera: unum antiquum quod ex puris jambis conſtat: alterum novum, quod locis imparibus etiam admittit ſpondæum. Ad extremum apponit exempla duorum, qui jambo in ſuis trimetris, rarius uſi ſint. *Piſcator.* *Syllaba longa brevi.*] Jambus ex duabus ſyllabis conficitur, priore brevi, poſteriore longa.

252. *Pes citus.*] Virilis, acer, & concitus, ut Terentianus ait. *Nannius.* *Pes citus.*] Pes celeriter currens, qui cito promitur, præſertim ſi comparetur cum ſpondæo tardo. *Unde etiam trimetris.*] Ex quo, quod Jambus ſit ita citus, juſſit Jambeos verſus ſenarios, trimetros quoque nominari. *Accreſcere juſſit.*] Trimetris addi.

253. *Quum ſenos.*] Quum haberet ſex pedes.

254. *Primus ad extremum.*] A principio ad finem, olim ex Jambis duntaxat conſtans. *Non ita pridem.*] Non diu eſt, quo inſeri cœperunt ſpondæi & alii pedes inter Jambos.

255. *Graviorque veniret ad aures.*] Vox tardior ad movendos animos aptior ſua mora, tametſi percipiatur ſegnius.

256. *Recepit.*] Jambus recepit Spondæos ſtabiles, (id eſt, graves & tardos) in ſua jura, ſed ita, ut è ſecunda aut quarta ſede non depelleretur.

257. *Commodus & patiens.*] Seſe accommodans & libenter locum dans ſpondæis.

258. *Socialiter.*] Mutuo, pariter. *Hic & in.*] Hic Jambus. *Atti.*] Attius &

 Ennius

Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni
In ſcenam miſſus magno cum pondere verſus
Aut operæ celeris nimium, curâque carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.
Non quivis videt immodulata Poëmata judex,
Et data Romanis venia eſt indigna Poëtis.
Iccircóne vager ſcribamque licenter? an omneis

Viſuros

Ennius in tragœdiis quas ſcripſerunt raros Jambos adhibuerunt. *Hic & in Acci.*] Hic, eſt ἐκεῖ, non ἐκεῖνος aut οὗτος, quod multos decepit. Ubi? in ſecunda ſede aut quarta. Jambus, inquit, in nobiliſſimis, ut vulgo volunt, Accii verſibus; etiam *hic*, hoc eſt, in ſecunda ſede aut quarta, rariſſime apparet. Et hoc verum eſſe novit, qui fragmenta Accii vel ſemel ſalutavit. Etiam graves illos Ennii, ut idem illi volunt, verſus, quos cum tanto pondere in ſcenam adferunt; idem jambus, cum nec quartum locum nec ſecundum obtineat, arguit aut αὐτοσχεδίους aut ἀτέχνους eſſe, id eſt, aut feſtinanti aut ignaro artis excidiſſe. *Heinſius.*

259. *Nobilibus trimetris.*] Id eſt, laudatis. Ironia eſt, vel qui extollunt ignobiles, vel qui omnium ſermone nobilitati. Ita enim *nobile* aliquando dicimus, non quod generoſum eſt, ſed quod multorum fama celebratum. Sic *nobilis latro, nobile ſcortum* dicitur. *Nannius.* Turneb. lib. 19. cap. 9.

260. *In ſcenam miſſos.*] Expolitio XXIII. præcepti, ubi primum cauſſas, efficientes exponit ſpondæi in carmine Jambico intempeſtive & odioſe uſurpati, negligentiam ſcilicet & ignorationem artis. Dein duas denuo cauſſas affert iſtius negligentiæ & licentiæ: primam, quod non quivis iſtud vitium animadvertat: alteram, quod Romanis Poëtis venia in iſto vitio dari ſoleat. Poſt monet licentiam illam in ſcribendo cavendam eſſe; quia non ſatis eſt culpam vitare; ſed inſuper opera eſt danda, ut laudem mereamur: imitanda ergo eſt diligentia Græcorum. *In ſcenam miſſus.*] Non *miſſos*, hoc ſenſu. Verſus Jambicus in ſcenam miſſus cum magno pondere, id eſt, cum multis ſpondæis, premit Poëtam crimine turpi, aut operæ celeris nimium, aut artis ignoratæ, &c. *Piſcator.* *Magno cum pondere verſus.*] Verſus crebris Spondæis tardatos.

262. *Premit artis crimine turpi.*] Jambus raro adhibitus premit, id eſt, indicat verſus præpropere & negligenter ſcribi, vel ſine arte & minus accurate.

263. *Immodulata Poëmata.*] Immodulata vocat *Poëmata*, quæ ſuis numeris non conſtant. *Nannius.* *Immodulata Poëmata.*] Quæ verſibus ſine cura atque arte factis conſtabant: quos αὐτοσχεδίους Critici dixerunt. *Heinſius.* *Immodulata Poëmata judex.*] Poëmata methodo & modulo Poëtico non recte efficta.

264. *Indigna Poëtis.*] Indigne, immerito.

265. *Iccircone vager, ſcribamque licenter?*] Ideone, inquit, veterum uſurpabo licentiam, eorumque inſiſtam veſtigiis, qui tam licenter ſua ſcripſere. *Nannius.* *Idcircone vager.*] Idcircone ſine arte ſcribere debeam, quia errata in ſcriptis meis nemo eſt animadverſurus? *An omneis Viſuros peccata putem.*] Difficiles ſunt hi verſus, nec interpretibus quicquam hic mentis aut ingenii eſt. Si anxius obſervavero leges metri, *hoc* efficiam, ut culpabilis non ſim; *ſi licenter*, ero in culpa: utpote *non ſervato*

vato

Viſuros peccata putem mea, tutus, & intra
Spem veniæ cautus? vitavi denique culpam,
Non laudem merui. vos exemplaria Græca
Nocturna verſate manu, verſate diurna.
At noſtri proavi Plautinos & numeros &
Laudavere ſales: nimium patienter utrumque,
Ne dicam ſtultè, mirati: ſi modò ego & vos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumque ſonum digitis callemus & aure.
Ignotum Tragicæ genus inveniſſe Camœnæ

Dici-

vato decoro. Cautus, inquit, hoc eſt, εὐλαβῶς ſcribam, ut intra limites conſiſtam, & dignus ſim cui venia debeatur. *Nannius.*

266. *Peccata putem mea.*] Vitia mei carminis. *Tutus & intra.*] Hic nominativus pendet à verbo *putem.* Senſus eſt: idque in eum finem ut ſim tutus, videlicet à reprehenſione propter peccata poëtica. & *extra ſpem veniæ cautus.* Et ut ſim cautus, quum intelligam, me eſſe extra ſpem veniæ poſitum, ſeu ademptam mihi eſſe ſpem veniæ, quæ Romanis Poëtis data eſt, ut antea dixit. Lego autem *extra*, cum Lambino: quum vulgares libri legant *intra.* Piſcator. *Intra ſpem veniæ.*] Dicit, non ita ſe ſcripturum inſipienter, ut erroris veniam poſcat, ſed tutius ſcribat artiſque præcepta ſervet diligenti ſtudio. nam *intra ſpem veniæ* eſſe, eſt ad ſpem veniæ non pervenire, nec quicquam vel ſcribere venia dignum; quod faciunt indocti ſtultique Poëtæ, qui potius quam non ſcribant, venia dignos ſe haberi malunt. hoc autem eſt, quod notat Horatius, artis quidem peritiam hoc præſtare ſolum poſſe, ut venia non ſit opus, ſed eam per ſe non mereri laudem, quam natura major, mentiſque divinior quidam inſtinctus parit perficitque, teſte Platone. vide Agellium lib. 12. cap. 13. *Cruquius.* *Intra Spem veniæ cautus.*] Ut nihil ſcribam venia dignum, ſed per ſe laudem merebitur.

267. *Vitavi denique culpam.*] Reprehenſionem effugi & probrum. *Nannius.*

268. *Non laudem merui.*] Is ſolus laudem meretur, qui recte facit, non qui culpam vitavit. *Vos exemplaria Græca.*] Quoniam nos à Romanis avocavit, ad Græcos remittit; apud eos enim felicius nata & producta omnia, atque adeo quicquid homini neceſſarium, cum maxime in arte Poëtica, tum etiam in aliarum artium cognitione. *Nannius.* *Vos.*] O Piſones. *Exemplaria Græca, &c.*] Græci optime & caute ſcripſerunt.

269. *Nocturna verſate.*] Nam ſtudioſis non eſt dormiendum nimis.

270. *At noſtri proavi.*] Pet. Victorius Variar. lect. lib 15. cap. 13. *Numeros.*] Numeros Poëticos.

271. *Sales.*] Facetias. *Utrumque.*] Numeros & ſales.

272. *Stulte mirati,*] Stulte ſentiebant, quia verum ignorabant. Stultitia autem oritur ex ignorantia. *Et vos.*] Vos ô Piſones.

273. *Inurbanum lepido.*] Inurbane dictum ab eleganti joco diſtinguere. *Seponere.*] Poſtponere, poſthabere. *Cruquius.*

274. *Digitis callemus.*] Digitis digerendo verſus in pedes, aure audiendo, an verſus ſit numeroſus.

275. *Ignotum Tragicæ.*] Sequitur narratio quadripartita: cujus prima pars eſt, de Tragœdiæ inventore. Secunda,

Dicitur, & plauſtris vexiſſe Poëmata Theſpis:
Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora.
Poſt hunc perſonæ pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus, & modicis inſtravit pulpita tignis,
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.
Succeſſit vetus his comœdia, non ſine multa
Laude

de ejuſdem amplificatore & exornatore. Tertia, de Comœdiæ veteris ortu & interitu. Quarta, de ſtudiis Comicorum Romanorum.

276. *Plauſtris vexiſſe Poëmata.*] Hæc initio: invaluit poſtea ſcena temporaria, quæ, actione exhibita, auferebatur, ut hodie. Deinde, auctore Pompejo Magno, firma theatris fundamenta jacta ſunt. Cur autem plauſtris circumveherentur Poëmata, cauſſa fuit hæc: quod olim, antequam Theſeus in unam civitatem coëgiſſet, vicatim Attica habitaretur, carmenque ſolemne circa compita vicoſque caneretur: unde & Comœdiam ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, id eſt, *laſcive agere*, vel ἀπὸ τῆς κώμης, id eſt, *vico*, Megarenſium lingua, natam quidam volunt. Moris etiam erat, ut ruſticus injuriam paſſus, occineret ad januam eorum qui injuriam intuliſſent. itaque injurioſos traducebant, ac vehicula per compita claro die inducebant: unde Prov. *De plauſtro loqui*, pro conviciis lacerare, quod etiam in Nebulis Ariſtophanis interpres notavit, explicans vocem τρυγοδαίμονες. *Nannius.* *Theſpis.*] Theſpis Athenienſis primus Poëta tragicus, tragœdias docuit, atque egit in plauſtris, quibus Poëtæ circa vicos fuerunt circumacti, antequam ſcena eſſet inventa.

277. *Quæ canerent agerentque.*] Hoc ad hiſtriones, illud ad Chorum refertur. *Nannius.* *Canerent agerentque.*] Ipſi Poëtæ. *Peruncti fæcibus ora.*] Habentes ora fæcibus vini peruncta. Nondum enim uſus erat perſonarum.

278. *Perſonæ pallæque repertor.*] Repertor larvæ, qua vera hiſtrionum facies fuit tecta, ne agnoſcerentur. *Honeſtæ.*] Pallæ decoræ, quæ ad imos uſque pedes eſſet demiſſa.

279. *Pulpita tignis.*] Scenam modicam inſtituit.

280. *Magnumque loqui.*] Perfectiorem eloquentiam. *Nitique cothurno.*] Geſtare cothurnum, quo nituntur incedentes.

281. *Succeſſit vetus his Comœdia.*] Eſt itaque *Comœdia vetus*, *media*, ac *nova*. Hæc à vetere quinque in rebus differebat (nam pauci admodum meminere Comœdiæ mediæ) *tempore*, nimirum, *argumento*, *ſtylo*, *apparatu* ac *metro*. Ac primo quidem *tempore*, quia vetus floruit bello Peloponneſiaco, ac tunc in populi libertate viguit. Nova vero exorta eſt extincta populi libertate, cum Philippus & Alexander rerum potirentur. II. *Argumento.* Nam vetere proſcindebantur magiſtratus, & qui Remp. compilabant, item belli duces proditione infames. Nova autem, nil niſi amores adoleſcentum, ſuſpiciones atque iras parentum, avaritiam meretricum. III. *Stylo*, ſive *phraſi* ſeu *dialecto*. Apud Græcos mira grandiloquentia, ſæpe aſſurgit ad ſpendorem vel Heroïcum vel Tragicum: in nova humilis ſtylus, phraſis familiaris, ſermo plebejus. IV. *Metro.* In veteri varia metrorum genera videas: at in nova unum, Jambicum nimirum, dominatur; ſunt admixta nonnumquam alia genera, ſed rariſſime. Poſtremo *apparatu* ſive τῇ παρασκευῇ. Nam mira fuit antiquitus in adornandis Choris, perſoniſque inſtruendis, luxuries. conſtabat viginti quinque perſonis. Nihil tale in nova

Comœ-

Laudi: ſed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi. lex eſt accepta, chorusque
Turpiter obticuit, ſublato jure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquere Poëtæ;
Nec minimum meruere decus, veſtigia Græca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta;
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret clariſve potentius armis,
Quàm lingua, Latium, ſi non offenderet unum-
quemque Poëtarum limæ labor & mora. vos ô
Pom-

Comœdia, è qua omnino ſublatus Chorus. *Media* cum libertate ipſa extincta eſt, cum Poëtæ ob mordacitatem in periculum capitiſque diſcrimen incidebant. *Nannius. His comœdia.*] Tragœdiis vetus comœdia fuit poſterior.

282. *In vitium libertas.*] Παῤῥησία ſcilicet dicendi. In Comœdia libertas illa nimia fuit, adeo ut eam flagellum populi nominarint. *Nannius. In vitium libertas excidit.*] Poſtquam cœperunt honeſtos maledictis & turpibus conviciis nominatim inſectari. *Et vim.*] Maledicentiam.

283. *Lex eſt accepta.*] De cohibenda maledicentia veteris comœdiæ.

284. *Turpiter obticuit.*] Obticuit, legis pœna perterritus: vel junge *turpiter* cum Gerundio nocendi. *Sublato jure nocendi.*] Adempta licentia maledicendi.

285. *Nil intentatum, &c.*] Pet. Victorius Variar. lect. lib. 31. cap. 34. *Nil intentatum noſtri, &c.*] Poëtæ Latini nihil in ſcribendo prætermiſerunt.

286. *Veſtigia Græca.*] Quum recederent à Græcis exemplaribus, & facta Romana ſcriberent.

288. *Prætextas, &c.*] Latinas fabulas in quibus prætextati, (id eſt, perſonæ nobiles) fuerunt inducti. *Docuere Togatas.*] *Docere* hic eſt exhibere in ſcena, more Græcorum, quibus διδάσκειν eſt agere. *Nannius. Togatas.*] Fabulas tabernarias, in quibus plebejæ & privatæ perſonæ fuerunt inductæ.

289. *Nec virtute foret clariſque potentius armis.*] Dicit non futuros ullo in genere eruditionis inferiores Romanos, ſi caſtigandi limandique ferre laborem poſſint. *Nannius. Nec virtute foret.*] A laudatione Poëtarum Romanorum: tranſit ad eorundem reprehenſionem: ac reprehendit in iis duo vitia: pigritiam in carminibus emendandis, & feſtinationem in iiſdem divulgandis. Dein reprehendit morem perverſum ac vitioſum in affectanda opinione inſaniæ, cujus moris occaſionem commemorat ex ſententia Democriti ſumptam. Tum etiam in tranſitu exponit propoſitionem hujus libri: ſibi ſcilicet propoſitum eſſe præcepta tradere de Arte Poëtica: hancque propoſitionem amplificat prolepſi ſuæ ipſius imperitiæ, eamque ſententiam illuſtrat eleganti ſimilitudine cotis. *Piſcator. Virtute foret.*] Virtute militari.

290. *Lingua.*] Eloquentia & re literaria. *Si non offenderet.*] Si unuſquiſque Poëtarum ſua ſcripta emendaret accuratius, &c.

291. *Limæ labor.*] Emendandi cura. Metaph. ab artificibus mechanicis, qui lima opus ſuum perpoliunt. *Et mora.*] Poëmatum editio in aliud tempus differenda.

Pompilius ſanguis carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coërcuit, atque
Perfectum decies non caſtigavit ad unguem.
Ingenium miſera quia fortunatius arte
Credit, & excludit ſanos Helicone Poëtas
Democritus: bona pars non ungues ponere curat,
Non barbam: ſecreta petit loca, balnea vitat,
Nanciſcetur enim pretium nomenque Poëtæ,

5

292. *Pompilius ſanguis.*] A Numa Pompilio originem ducentes, vos, ô Piſones reprehendite, &c.

293. *Et multa litura coërcuit.*] Olim in tabulis ceratis ſcribebant, quæ *pugillares* dicti. Ea quæ non placebant ſtylo inducebant, ut nos hodieque tranſverſo calamo delemus: atque hoc erat *ſtylum vertere.* Poſtea factum, ut omnem emendationem deletionemque *lituram* vocaremus. unde Horat. Epiſt. ad Auguſtum:

Sed turpem putat in ſcriptis, metuitque lituram. Nannius.

Multa litura, &c.] Frequens emendatio retinet invitum. *Coërcuit.*] Sicut ſcilicet ars agricolarum ferro amputans coërcet vitem ſerpentem, ne ſylveſcat ſarmentis. *Piſcator.*

294. *Perfectum decies non caſtigavit.*] Turnebus lib. 19. cap. 9. *Perfectum decies, &c.*] Non perfectiſſime polivit. Metaph. ducta à marmorariis artificibus, qui unguibus juncturas probant & opus perpoliunt.

295. *Ingenium miſera quia fortunatius.*] Nunc carpit eos, qui habitus, cultus, mores potius Poëtarum imitantur, quam ut æmulentur eruditionem. *Nannius. Miſera arte.*] Quia miſerè torquet eos, qui ipſam ſtudent obſervare. Turneb. lib. 19. cap. 9. *Ingenium miſera quia.*] Democritus Philoſophus Abderitanus putavit ingenium fortunatius, id eſt, multo melius eſſe ad ſcribenda poëmata, quam artem, quæ ſine ingenio miſera eſt.

296. *Excludit ſanos Helicone Poëtas.*] Submovet à Muſarum conſortio, & non habet in numero bonorum Poëtarum. nam in monte Helicone fingebant habitare Muſas, quæ vires ad Poëſin ſuppeditarent. *Excludit ſanos.*] Negat eos eſſe bonos Poëtas, qui non inſaniunt. Eſt Helicon mons Bœotiæ & Muſis ſacer. *Sanos.*] Non furentes, nec afflatos. *Nannius.*

297. *Democritus.*] Hic cum duobus fratribus patrimonium dividens, nihil præter pecuniam, quo aptior ad peregrinandum eſſet, elegit. Audivit in India Gymnoſophiſtas, Babylone *Magos*, in Ægypto Sacerdotes. Rediit ſapiens, ſed patrimonio centum talentorum abſumto, & à fratre Damaſippo nutritus fuit. Omnium rerum humanarum deriſor fuit; uti contra Heraclitus, qui res humanas putavit deflendas. *Bona pars non ungues.*] Hoc eſt, multi affectant poëtices famam, ſi neque unguium præſegmina, nec barbam tollant. Olim præter Philoſophos nulli barbam alebant: Hoc illis datum ſeveritati: in aliis argumentum inſaniæ fuit. *Nannius. Bona pars non ungues ponere curat.*] Magna pars Poëtarum non curat ungues præſecare eorumque ſordes demere.

298. *Secreta petit loca.*] Petit ſolitudines, uti omnes atra bile perciti ſolent. *Nannius. Balnea vitat.*] In balneis non lavatur.

299. *Pretium nomenque.*] Authoritatem & dignitatem Poëtæ.

Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam
Tonſori Licino commiſerit. ô ego lævus,
Qui purgor bilem ſub verni temporis horam;
Non alius faceret meliora Poëmata. verum
Nil tanti eſt. ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi:
Munus & officium nil ſcribens ipſe docebo:
Unde parentur opes: quid alat formétque Poëtam:
Quid deceat, quid non: quò virtus, quò ferat error.
Scribendi rectè, ſapere eſt & principium & fons.

300. *Si tribus Anticyris.*] Id eſt, ſumma vi & maxima copia hellebori. *Nannius.* *Si tribus Anticyris caput.*] Si inſani ſpeciem præ ſe ferat. In inſula Anticyra multum naſcitur hellebori, quo ſumpto dementes ſanantur. *Inſanabile.*] Caput quod helleboro ſanari non poſſit. *Nunquam Tonſori, &c.*] Si caput nunquam tondendum curaverit.

301. *Licino commiſerit.*] Tonſori opulentiſſimo, qui poſtea factus eſt Senator à Cæſare, quod odiſſet Pompejum. *O ego lævus.*] Id eſt, læva mente præditus. O me infelicem animi. Sic Virg. Æn. 11. & Ecl. 1.

—— Si non mens læva fuiſſet.

Nannius. *Lævus.*] Ego ſtultus.

302. *Qui purgor bilem.*] *Purgor*, ejicio, evomo bilem: & qui curo purgari meam bilem. Lambinus tamen legendum eſſe cenſet, *purgo*. Nannius. *Sub verni, &c.*] In vere, quod tempus purgationibus Hippocrates determinat.

303. *Meliora Poëmata.*] Meliora quam ego, niſi me purgarem. *Verum nil tanti eſt.*] Irridet per σαρκασμὸν Inſaniam. Tametſi, inquit, magni momenti ſit nomen Poëtæ, tamen ob id non cupio inſanire. At dicat quis, quid tu Horati, ſi Poëta non es, quare ſine inſania, quæ creatrix Poëtarum eſt, tradis artem Poëticam? Ego, inquit, cum Poëta eſſe nequeam, *fungar vice cotis*, hoc eſt, meis id præceptis efficiam, ut alios ad id, quo ipſe non contendam, excitem. *Nannius.*

304. *Nil tanti eſt.*] Nil tanti æſtimo, ut adduci poſſim ad imitandum hoſce Democriticos. *Ergo fungar vice cotis.*] Ergo ego cotis munus obibo. *Fungar vice cotis.*] Vide Pet. Victor. Variar. lect. lib. 15. cap. 14.

305. *Exors ipſa ſecandi.*] Sine ſorte & facultate ſecandi.

306. *Munus & officium.*] Docebo munus Poëtarum.

307. *Unde parentur opes.*] Iſta complent officium Poëtæ, ſi bene obſervata fuerint. *Nannius. Opes.*] Opes Poëticæ, id eſt, res & facultas Poëtica. *Quid alat formetque Poëtam.*] Ut nimirum vires nervoſque orationi ſubminiſtret. Hinc Cicero ne exareſceret, recurrit ad Poëtas, ut ſuum ſtudium quaſi oleo pinguefaceret. *Nannius. Quid alat.*] Inventio ſcilicet. *Formetque Poëtam.*] Quod informet & erudiat, nempe eloquutio & reliquæ partes.

308. *Error, &c.*] Artis & virtutis ignoratio.

309. *Scribendi rectè, ſapere eſt.*] Sequitur jam continuatio XXIII. præcepti: quod eſt, ſapientiam ſeu cognitionem rerum Poëtæ ante omnia neceſſariam. Hoc præceptum primum declarat expoſitione cauſæ efficientis, unde ſcilicet rerum cognitio petenda ſit. Deinde idem præceptum illuſtrat diſtributione, ſive

Diſcunt in parteis centum diducere. dicat
Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt
Uncia, quid ſuperat? poteras dixiſſe, Triens. eu,
Rem poteris ſervare tuam. redit uncia: quid fit?
Semis. at hæc animos ærugo & cura peculi
Cùm ſemel imbuerit; ſperamus carmina fingi
Poſſe linenda cedro, & levi ſervanda cupreſſo?
Aut prodeſſe volunt aut delectare Poëtæ,

At

partium Aſſis apud Scriptores. Sive enim tempus, ſive agros, ſive res per partes dividendas partiantur, explicant nominibus aſſium. *Nannius.*

326. *In parteis.*] In partes plurimas & minutiſſimas dividere.

327. *Albani, ſi de.*] Fœneratoris cujuſdam. *Quincunce remota eſt.*] De quinque unciis.

328. *Triens, &c.*] Quatuor unciæ. *Eu, &c.*] Bene. Verba ſunt patris, vel populi reſponſum pueri probantis.

329. *Rem poteris ſervare tuam.*] Ironicῶs hæc dicit. *Nannius. Redit uncia.*] Quincunci additur uncia.

330. *Semis.*] Dimidia pars libræ, id eſt, ſex unciæ. *Ad hæc.*] Legendum *At*, conjunctio adverſativa, non *ad*. Nunc Horatius apponit ſuam ἐπίκρισιν, qua educationem illam puerorum improbat: quippe qua impediantur illi ne unquam poſſint laudabile poëma ſcribere. *Ærugo.*]. Id eſt, hoc immodicum lucri ſtudium; quo animi puerorum tanquam ærugine corrumpuntur ac vitiantur. *Piſcator. Ærugo & cura peculî.*] *Ærugo* vitium æris, ut *ferrugo* ferri. Sed promiſcuus uſus apud auctores. *Peculium* autem pro quavis pecunia hîc accipitur: alioqui *peculium* ruſtici vocant, quod extra reliquam pecuniam ſepoſuerunt. Turneb. lib. 13. cap. 9. *Nannius. Ærugo, &c.*] Avaritia, qua præclara ingenia corrumpuntur. Metaph. ducta à metallis. *Cura peculî.*] Cupiditas opum.

331. *Fingi.*] Scribere poſſe.

332. *Poſſe linenda cedro.*] Cedrinus ſuccus obſtat corruptelæ, nec ſinit carnem putreſcere. Unde libros, quos volumus perpetuos, cedro linimus. Perſius Sat. I.

—— Et cedro digna locutus.

Nannius. *Linenda cedro.*] Quæ perpetuo vivant. ea etenim quæ cedri ſucco linuntur, non putreſcunt. *Et levi ſervanda cupreſſo.*] Arcet *cupreſſus* blattas & tineas: Veſtes enim cum in ciſtis cupreſſinis reponuntur, vermiculos non ſentiunt. Plinius lib. xv. cap. xi. *Nannius. Cupreßo.*] In capſa ex cupreſſo, arbore bene olenti.

333. *Aut prodeſſe volunt aut delectare Poëtæ.*] Triplex genus Poëtarum indicat, non tam genere carminum, quam ſcopo ſtudiorum. Sunt qui niſi voluptatem quærunt, ut Elegiographi, Epigrammatarii, ut Ovidius in Eroticis, & Martialis. Alii ſepoſita voluptatis cura prodeſſe cupiunt, toti in id intenti, ut adferant præcepta moralia, atque eruditionem. Hos vocamus *didaſcalicos*, qualis Empedocles de rerum natura, & Theognidis ἠθικαὶ γνῶμαι. Tertium genus miſtum habet ſtudium, cupitque & prodeſſe & oblectare, ut Heſiodi ἔργα καὶ ἡμέραι. Virgilii Georgica. *Nannius.* Vide Pet. Victorii Variar. lect. lib. 34. cap. I. *Aut prodeſſe volunt.*] Hinc conjunctim tradit duo præcepta. In primo ponit Poëtarum diſtributionem ex finibus in tria genera: quorum tertium duo priora complectitur. Deinde (ibi, *Quicquid præcipies.*) tradit præceptum xxv., ſumptum ex primo membro diviſionis, quomodo ſcilicet Poëta

debeat

Aut ſimul & jucunda, & idonea dicere vitæ.
QUIDQUID *præcipies, eſto brevis, ut citò dicta*
Percipiant animi dociles, teneántque fideles.
OMNE *ſupervacuum pleno de pectore manat.*
Ficta voluptatis cauſſa, ſint proxima veris.
Nec quodcunque volet, poſcat ſibi fabula credi:
Neu pranſæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo.
Centuriæ ſeniorum agitant expertia frugis:
Celſi prætereunt auſtera Poëmata Rhamnes.

OMNE

debeat docere. Eique præcepto annectit rationem ab effectibus duobus, quorum poſteriorem à contrario declarat. Tertio (ibi *Ficta voluptatis*) tradit præceptum XXVI., ex altero diviſionis membro ſumptum. Quomodo ſcilicet Poëta debeat delectare figmentis poëticis: quod rerum genus exemplo Lamiæ declarat. Poſtremo (ibi *omne tulit*) tertium genus poëmatis ex effectis commendat. *Piſcator. Volunt.*] Debent.

335. *Quidquid præcipies, eſto brevis.*] Expoſito Poëtarum genere, qui docere tantum volunt: præcipit jam quibus officiis præſtare debeant opus docentis. In docendo opus brevitate & perſpicuitate. Brevitas duo habet commoda, ut facilius diſcatur, & ut fidelius retineatur. *Nannius. Ut cito dicta.*] Ut animi dociles cito percipiant tua dicta.

336. *Dociles.*] Quod eſt ingenii. *Fideles.*] Quod eſt memoriæ.

337. *Omne ſupervacuum pleno de.*] Quæ ſupervacua ſunt, effluant, è memoria neceſſe eſt. *Pectore manat.*] Pectus pro Memoria ponitur.

338. *Ficta voluptatis cauſſa, ſint proxima veris.*] Admonet nos ſummus artifex ut in fingendis rebus veritatem ex proximo ſequamur, & quantum licitum, inſiſtamus rei veritati in materia veriſimili. *Nannius. Sint proxima veris.*] Veriſimilia eſſe debent.

339. *Poſcat ſibi fabula credi.*] Nam id artificium eſt fabulæ, ut ea quæ creditu difficilia, efficiat credibilia, mereaturque fidem aut veritate rerum, aut veriſimilium materia. *Nannius. Poſcat ſibi, &c.*] Poſtulet ſibi credi, id eſt, audeat ſpectatorum oculis atque auribus ſubjicere.

340. *Nec pranſæ Lamiæ.*] Supra dixit:
Quodcunque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.

Quæ probari oculis nequeunt, non ſunt ſubjicienda aſpectui. Non exhibebit Poëta Lamiam, ut quando devoravit puerum, rurſum deſecto utero vivum adhuc extrahat. Eſt autem *Lamia* terriculamentum quoddam pueros in cunis devorans: Hadr. Junius Centuria prima Adagiorum. *Nannius. Neu pranſæ Lamiæ vivum, &c.*] Neve fingat Poëta Lamiam devoraſſe infantem, atque eundem puerum alvo vivum fuiſſe exemtum, hoc enim abhorret à fide & natura.

341. *Centuriæ ſeniorum agitant.*] Hoc ei, qui auditores cupiat retinere, obſervandum: ſenes nihil niſi ſolidum ſententiis & rebus plenum delectare, quærere utilia; juvenes vero voluptatem ſectari, utilia commiſcere lætis. *Centuriæ.*] Hoc eſt, Tribus Senatorum. nam Romulus in Tribus diviſit populum, Tribus in curias, ac curias viciſſim in centurias *Nannius. Centuriæ ſeniorum agitant, &c.*] Senes Romani aſpernantur poëmata inutilia. Alludit ad Centurias, in quas ſingulæ tribus erant diviſæ.

342. *Celſi Rhamnes.*] Equites alti ac ſublimes

OMNE *tulit punctum, qui miſcuit utile dulci,*
Lectorem delectando, pariterque monendo.
Hic meret æra liber Soſiis: hic & mare tranſit,
Et longum noto ſcriptori prorogat ævum.
Sunt delicta tamen, quibus ignoviſſe velimus:
Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus & mens,
Poſcentique gravem perſæpe remittit acutum;
Nec ſemper feriet, quodcumque minabitur, arcus.

Verum

ſublimes equis inſidentes. *Nannius.* Turneb. lib. 19. cap. 9. & lib. 28. cap. 26. & lib. 29. cap. 35. *Celſi prætereunt.*] Juvenes excelſo animo contemnunt poëmata nulla voluptate condita. *Rhamnes, &c.*] Equites Romani à Romulo ſic appellati.

343. *Omne tulit punctum.*] Omne ſuffragium abſtulit ſeu meruit. Veteres ſuffragia ac ſententias per tabulas ferebant. unde *lex Tabularia* dicta ea, qua illius, cui quiſque aſtipularetur candidatorum aut competitorum, nomini punctum (vulgo *voces* vocamus) adſcribebat. Horat.

Suffragiorum puncta non tulit decem.

Nannius. *Omne tulit punctum.*] Omnibus & ſenum & juvenum ſuffragiis, præſtantiſſimus Poëta judicatur, qui dulcis eſt in poëmate & utilis.

345. *Hic meret æra liber.*] Talis liber ditat bibliopolas, & in multas terras diffunditur. *Hic meret æra liber.*] Iſtiuſmodi poëma pretium meretur & multos reperit emptores. *Soſiis.*] Soſii librarii inſignes fuerunt, qui maximum quæſtum vendendis libris faciebant: quorum etiam mentio Epiſt. 1. ad librum ſuum:

Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus.

Nannius. *Soſiis*, Bibliopolis ſeu ſcriptoribus librariis. *Tranſit.*] Ad exteras nationes.

346. *Et longum noto ſcriptori.*] Talis, inquit, liber fama auctorem nobilitat, & in multa ſæcula durat. Horat. de ſeipſo:

Exegi monumentum ære perennius.

Nannius. *Prorogat ævum*] Nam præſtantes Poëtæ etiam mortui vivunt.

347. *Sunt delicta tamen.*] Monet ignoſcendum eſſe delictis, quæ occurrunt pauca in opere longo. Hoc confirmat duobus ſimilibus; uno à citharœdis ſumpto; altero à ſagittariis. Cauſas autem ejuſmodi delictorum exponit duas, injuriam & ingenii imbecillitatem. Dein per antitheſin monet, non eſſe ignoſcendum, ſi injuria nimis magna ſit, ac proinde ſi delicta nimis multa, & contrà virtutes nimis paucæ. Hanc ſententiam confirmat item à ſimilibus duobus; quorum prius à librario, poſterius à citharœdo rurſus ſumptum eſt. *Piſcator.* *Sunt delicta tamen quibus.*] Sunt quædam Poëtarum errata. *Velimus.*] Ignoviſſe oportet.

348. *Nam neque chorda ſonum reddit.*] Probat ſuperiora, exemplo ſoni ac toni. Non enim ſemper deſtinata mentis aſſequi poſſumus, neque perpetuo quem optamus cithara ſonum reddet. Et hoc venia dignum, ſi rarum; ſi perpetuum, intolerabile. *Nannius.* *Chorda ſonum reddit.*] Ut Muſici aliquando errant, ſic etiam Poëtæ. *Quem vult manus.*] Sonum, quem manus & voluntas expetit.

349. *Poſcentique gravem.*] Citharœdo. *Remitti acutum.*] Reddit ſonum acutum.

350. *Nec ſemper feriet.*] Probat altera

Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura. quid ergo?
Ut ſcriptor ſi peccat idem librarius uſque,
Quamvis eſt monitus, venia caret; & citharœdus
Ridetur, chorda qui ſemper oberrat eadem:
Sic mihi, qui multum ceſſat, fit Chœrilus ille,
Quem bis terque bonum cum riſu miror, & idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.

Verum

tera ſimilitudine. Sæpiſſime aberrat ſagittarius, nec ſemper, in quodcumque collimabit, attinget. *Nannius. Feriet quodcunque.*] Sagittarius. *Minabitur arcus.*] Quodcunque arcus minabitur ferire.

351. *Verum ubi plura nitent.*] Ubi plures virtutes in carmine, non offendar, non ſtomachabor, non iraſcar paucis erratis. Haud dubium quin opus Æneidos quædam habeat, quæ, ſi viveret Virgilius, emendaret. ſed tanta eſt operis dignitas, ut ametur, quamquam nævi inſparſi pulcerrimo corpori. *Nannius. Plura nitent in carmine, &c.*] Plura ornamenta.

352. *Maculis.*] Erratis. *Incuria fudit.*] Negligentia. Quæ temere effluunt, illa effundi dicuntur. *Nannius. Incuria fudit.*] Quas negligentia non induxit.

353. *Aut humana.*] Aut quas natura humana non potuit cavere. *Quid ergo?*] Quid fiet illi ſcriptori, qui ſæpius peccat ad eundemque ſæpiſſime lapidem offendit? ille venia neutiquam dignus. *Nannius. Quid ergo?*] Quid ergo dicendum?

354. *Si peccet idem.*] Pro in una eademque re: Græciſmus, ſubaudiendo præpoſitionem *Secundum*, id eſt, κατ', qua notatur objectum. *Piſcator. Librarius.*] Ut ſcriptor librarius aſſidue ſi peccet idem, hoc eſt, eodem modo, quamvis monitus, venia eſt indignus; exemplo citharœdi, qui ridetur, quod idem ſemper decantet, &c. *Nannius. Uſque.*] Semper.

355. *Quamvis eſt monitus.*] Etiamſi fuerit monitus.

356. *Oberrat eadem.*] Semper unam, eandemque chordam tangendo.

357. *Sic mihi, qui multum ceſſat, fit Chœrilus ille.*] Alexander Magnus fortiſſimorum operum admirator & maximus Poëtarum cultor, poëtam habere non niſi peſſimum potuit Chœrilum, qui ſua geſta ſcriptis poſteritatique mandaret. Acron ita conveniſſe inter Alexandrum & Chœrilum ſcribit, ut quoties bonum ederet verſum, acciperet Philippicum; quoties malum, colaphum. Sed Poëta toties malos edidit verſus, ut colaphis perierit. Turneb. l. 19. c. 9. *Qui multum ceſſat.*] Lentus, iners eſt. alioqui *ceſſat* qui otioſus, & ſuum facere officium negligit. *Nannius. Chœrilus ille.*] Eſt ſimilis Chœrili mali Poëtæ.

358. *Quem bis terque.*] Quem mirari ſoleo ſi duobus vel tribus locis laudabiliter ſcribat. *Et idem.*] Et ego idem indigne fero, cum Homerum vel alium excellentem Poëtam lapſum eſſe animadvertam.

359. *Quandoque bonus dormitat Homerus.*] Fingit hic adverſarium, non raro delinquentem in carmine objicere: Bonus Homerus dormitat nonnunquam: Verum quidem, inquit, ſed opere in magno, ubi animus fatigatus non-

nihil

Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.
Ut pictura, Poëſis erit; quæ, ſi propiùs ſtes,
Te capiet magis: & quædam, ſi longiùs abſtes.
Hæc amat obſcurum: volet hæc ſub luce videri,
Judicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit ſemel, hæc decies repetita placebit.
O major juvenum, quamvis & voce paterna
Fingeris ad rectum, & per te ſapis, hoc tibi dictum
Tolle memor: certis medium & tolerabile rebus

Rectè

nihil ſe de contentione remittit. *Bonis* hîc non ad virtutem animi, ſed ad ingenii eruditionem refertur. Franc. Luiſini Parergon lib 3. cap. 26, *Nannius*. *Quandoque*] Quandocunque. *Dormitat.*] Errat.

360. *Obrepere ſomnum.*] Condonandum eſt, ſi quid excidat minus accurate dictum. *Piſc.* *Obrepere.*] In errorem incidere.

361. *Ut pictura poëſis erit.*] Hic naturam Poëſeos declarat, ſimilitudine picturæ; cujus duo genera facit: unum, cujus imagines & tabulæ placent prope: alterum quod placet, procul inſpicienti. Deinde duo hæc genera inter ſe diſcernit & comparat; ita ut prius poſteriori præferat. Sunt, qui volunt, ut poſt *Poëſis* ponatur punctum. *Piſcator.* *Ut pictura.*] Poëma ita ſe habet, ut pictura. Nam pictura eſt Poëſis loquens, Poëſis autem tacita pictura. *Erit; quæ ſi propius ſtes.*] Alia pictura reperitur omnibus numeris abſoluta, quæ in luce quo magis ſpectatur, eo magis placet; alia vero rudibus lineamentis tantum conſtans laudari poteſt, ſed procul ſpectata: ſic Poëſis perfecta, quo diligentius excutitur, eo videtur excellentior, at ſi ſit deterior, leviter tantum & obiter eſt legenda. *Quæ, ſi propius ſtes.*] Exponit paucis diſcrimina picturarum. Aliæ enim eminus, aliæ cominus placent: aliæ in tenebris, aliæ in propatulo videri cupiunt. Tabula male picta lucem reformidat. *Nannius.*

362. *Te capiet magis.*] Te magis delectabit.

363. *Hæc amat.*] Pictura deterior. *Volet hæc ſub.*] Pictura melior.

364. *Argutum quæ non.*] Limatum, politum, vel ſubtile ingenium Judicis, id eſt, lectoris.

365. *Hæc placuit ſemel.*] Poëſis mala, ſemel; at bona decies repetita placebit. *Decies repetita placebit.*] Hinc proverbium, Δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά. id eſt:

Quæ bona ſunt bis terque repetita placebunt.

de quo lege Eraſmi Chiliadas. Ea eſt natura bonorum librorum, ut non ſtatim ſatient, ſed ſemper novam adferant gratiam venuſtatemque. Sic Horatii carmina prima fronte horrida videntur, verum ſæpius repetita levia ac ſuavia fiunt. *Nannius.*

366. *O major juvenum.*] Monet hic Poëſin diſſimilem eſſe cæteris quibuſdam diſciplinis: illas enim mediocritate contentas eſſe: at Poëtis mediocribus eſſe non licere. Ex hac vero admonitione colligi poteſt præceptum XXVII. nempe, Si cui negatum eſt in Poëſi excellere, ut is Poëtæ nomen non affectet, ſed æquo animo relinquat. *Piſcator.* *O major juvenum.*] O Piſo, qui ex duobus fratribus ætate es provectior. *Voce paterna.*] Paternis præceptis.

367. *Fingeris ad rectum.*] Confirmatus ad rectam Poëtices imitationem.

368. *Tolle memor.*] Sume tibi quod dicturus ſum & memoria tene. *Certis*

medium

Recte concedi. conſultus juris, & actor
Cauſſarum mediocris, abeſt virtute diſerti
Meſſalæ; nec ſcit quantum Caſſellius Aulus:
Sed tamen in pretio eſt. MEDIOCRIBUS *eſſe Poëtis*
Non homines, non Dî, non conceſſere columnæ:
Ut gratas inter menſas ſymphonia diſcors;
Et craſſum unguentum, & Sardo cum melle papaver
Offen-

medium & tolerabile.]. Quibuſdam artibus & diſciplinis medioctitatem & tolerabilitatem (id eſt, non excellentem cognitionem) concedi, at Poëtica mediocris tolerabilis non eſt. *Tolerabile rebus.*] *Tolerabile* dicitur id, quod dignum ut feratur, non tamen ut ſupra modum laudetur: ut *tolerabiles mores*; qui utcumque ſuſtinentur; *tolerabilis eloquentia*, quæ non uſque adeo eximia, ſed quæ ferri poteſt, & cui mediocritas ineſt. *Nannius.*

370. *Virtute diſerti.*] Ab eloquentia Meſſalæ Corvini abeſt, id eſt, Meſſalo diſerto multo eſt inferior.

371. *Nec ſcit quantum.*] Non eſt tam doctus in jure civili, quam Aulus Caſſellius.

372. *In pretio eſt.*] Quamvis ſit mediocris. *Mediocribus eſſe Poëtis.*] Verum ut Poëtæ ſint mediocres, non homines, non, &c.

373. *Non Dii.*] Quid diis cum Poëtis? Niſi dicamus & deos laudes ſuas ab excellentiſſimo Poëta libenter deſcribi: vel intelligamus Apollinem & Muſas Poëtarum deos: quod certe malim, quam deos in atriis depictos intelligere. *Non conceſſere columnæ.*] Librarios intelligo, qui ad columnas vendebant opera Poëtarum, ut lib. I. Sat. IIII.

Nulla tabella meos habeat neque pila libellos.

Nam & bibliopolæ hodieque ac typographi non libenter obvia & trivialia Poëtarum carmina typis evulgant, niſi eximia ſint & divina. *Nann.* *Columnæ.*] Columnæ, quæ in theatris fuerunt erectæ, vel ad quas libri proſtiterunt venales.

374. *Ut gratas inter menſas.*] Admonitionis modo factæ ſententiam declarat, exemplo læti atque hilaris convivii; cui intempeſtiva delectamenta adhibentur; cujuſmodi tria commemorat. Tum Piſcator, in opinione eſt, non hic vitia convivii commemorari, ſed delectamenta, verum intempeſtiva; & hoc colligit ex iſtis verbis: *Poterat duci quia cœna ſine iſtis*, hoc eſt, poterat cœna hilariter, videlicet hilaribus colloquiis, traduci ſeu extendi, etiam ſine iſtis delectamentis: quæ intempeſtive adhibita hilaritatem cœnæ corrumpunt. Malunt enim viri docti tempus traducere colloquiis ſuavibus, tanquam animorum oblectamentis; quam iſtis oblectamentis ſenſuum. *Piſcator.* *Ut gratas inter menſas.*] Adfert rationem à ſimili, cur mediocres non patiamur Poëtas. Ut enim ineptum foret convivio ſplendido apparatoque muſicam diſſonam ac diſſolutam inducere; menſæque ſecundæ ad delitias comparatæ fercula inferre palato ingrata: ita Poëta qui delectare debet, niſi adferat auribus arridentia, exſibilandus eſt. *Symphonia diſcors.*] Adhibebantur apud priſcos cantores in conviviis, qui luſus & acroamata, delectandi cauſſa, adferrent. *Nannius.* *Symphonia diſcors.*] Muſica nullum concentum reddens.

375. *Et craſſum unguentum.*] Unguentum obtuſi odoris, quo veteres in cœna caput ſibi unxerunt. *Sardo cum melle papaver.*] Vide Servium ad illud Virg.

Fff Imo

Offendunt, poterat duci quia cœna ſine iſtis:
Sic animis natum inventumque Poëma juvandis,
Si paullum ſummo diſceſſit, vergit ad imum.
Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis,
Indoctúſque pilæ, diſcíve, trochíve quieſcit,
Ne ſpiſſæ riſum tollant impunè coronæ:
Qui neſcit verſus, tamen audet fingere. quid ni?
Liber

Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis. Porro his omnibus probat Horat. delitias omnes, niſi ſint planæ delitiæ, contemtui eſſe; cumque Poëma natum ſit ad delectationem, niſi veriſſimas habeat illecebras, ſimiliter contemni. *Nannius. Sardo cum melle.*] Quod deterrimum eſt propter herbas amaras, ex quibus apes mel ibi conficiunt.

376. *Duci quia*] Produci, extrahi.

378. *Si paulum.*] Si paulum ab excellentia receſſerit. *Vergit ad imum.*] Extremi ordinis fit, diſplicet, & vix ullo eſt numero.

379. *Ludere qui neſcit.*] Sequitur ad illuſtrandum præceptum XXVII. querela de audacia quorundam ſuæ ætatis, qui cum nec ab arte ad Poëſin eſſent inſtructi, verſus tamen fingere & in lucem edere audebant. Hanc audaciam amplificat antitheſi diſſimilium, videlicet eorum, qui quum campeſtrium ludorum imperiti ſint, ab armis campeſtribus abſtineant: quam ſententiam illuſtrat inductione, id eſt, trium exemplorum enumeratione. *Piſcator. Ludere qui neſcit.*] Huic præcepto aptum Prov. *Quam quiſque norit artem, in illa ſe exerceat.* At indocti in carmine quidvis audent; unde Perſius,

Scribimus indocti doctique Poëmata paſſim. Nannius.

Ludere qui neſcit.] Luctari, haſtam jacere, ſalire, & ſimilia. *Campeſtribus abſtinet armis.*] Fuit hic campus Romæ inter urbem & Tiberim, ager olim Tarquiniorum, conſecratus Marti, unde dictus *Martius*: eo in loco ludicra edebant ſpectacula Romani. *Nannius. Campeſtribus abſtinet.*] Abſtinet armis, quæ in Campo Martio tractabantur.

380. *Diſcíve.*] *Diſcus* genus inſtrumenti luſorii. lapis ingens fuit, cujus in medio amentum, quo lapidem ejaculabantur. Vel rotunda erat moles plumbea ſeu ferrea; cujus jactu juvenes inter ſe certabant, fortior judicandus, qui aut altius in ſublime aut longius in tractu ultra deſignatum ſpatium projeciſſet. Alii aliam inſtrumenti fuiſſe formam perhibent. *Nann. Diſcíve.*] Vide Od.8 l.2. *Trochíve.*] Erat olim *trochus* æreus & concavus, trahebatque in medio annulum magno cum ſtrepitu. Martialis lib.X. Epigr.XXIII.

Quin celer arguto qui ſonat ære trochus.

Idem lib.XIV. Epigr.CLIX.

Garrulus in laxo cur annulus orbe vagatur,
Cedat ut argutis obvia turba trochis?

Dictus ἀπὸ τοῦ τρέχειν, *à currendo.* Inter ornamenta & phaleras refertur & apud Pollucem in Onomaſtico *trochus.* Turneb. lib.27. cap.33. *Nannius. Trochíve quieſcit.*] Trochus ad ludum puerilem eſt excogitatus.

381. *Ne ſpiſſæ riſum tollant.*] Ne frequentes ſpectatores cachinnentur, qui in Campum Martium ſpectatum venerunt & corona conſtiterunt. *Impunè.*] Merito.

382. *Qui neſcit.*] Qui caret arte. *Neſcit.*] Licet artis Poëtices ſit imperitus, audet nihilominus componere carmina, & verſificari. Atque hoc eſt, quod lib.I. Epiſt.I dixit;

Scribimus indocti doctique Poëmata paſſim. Nannius.

Quid-

Liber & ingenuus, præſertim cenſus equeſtrem
Summam nummorum, vitioque remotus ab omni.
TU *nihil invita dices facieſve Minerva.*
Id tibi judicium eſt, ea mens. ſi quid tamen olim
Scripſeris, in Metii deſcendat judicis aureis,
Et patris, & noſtras, nonumque prematur in annum.
Membranis intus poſitis delere licebit,
Quod non ediderit: NESCIT *vox miſſa reverti.*

Sylve-

Quidni.] Verba ſunt Poëtæ indocti. Cur, inquit, verſus non faciam, quum ſim liber & ingenuus, &c.

383. *Liber & ingenuus,*] *Liber* eſt, qui in præſens non ſervit: *Ingenuus* qui numquam ſerviit: *libertus* idem, qui manumiſſus: *libertinus* vero, qui inde natus. *Liber* itaque facit omnia, niſi impediatur legibus: atque huc alluſiſſe puto Horatium. *Nannius.* *Cenſus equeſtrem.*] Repertus habere in bonis quadringenta millia æris. *Equeſtrem Summam.*] In cenſendo deprehenſus habere ſummam equeſtrem: ſecundum Budæanam ſupputationem, & ut colligit doctiſſimus Anglorum Tonſtallus, decies mille coronatorum Gallicorum. *Nannius.*

384. *Vitioque remotus ab omni.*] Liber ab omni infamia: quando non notatus cenſoria virga, cum pater equeſtri ordine dignus, cum liber ipſe & ingenuus, quidni utatur hac libertate carminis fingendi? *Nannius.* *Vitioque remotus.*] Nullis vitiis coopertus.

385. *Tu nihil invita dices, &c.*] Monet hic majorem natu Piſonum, ne nimium bonitate naturæ ſuæ confiſus, præpropere ſua Poëmata, ſi quæ compoſiturus ſit, in lucem edat: ſed prius acrium & fidorum cenſorum judicio permittat, quales tres enumerat. Tum etiam ne editionem nimis feſtinet, ſed diu ſupprimat, quod jam præceptum XXVIII. eſt, cui duplex ratio annexa eſt: prior à facultate emendandi; poſterior ab irrecuperabilitate famæ ſemel amiſſæ. *Piſcat.* *Tu nihil invita.*] Quantumcumque ſis nobilis, ſi non faveat Genius, ſi Minerva artium præſes parum tibi indulgeat, ſi denique non optimum adſit ingenium, à ſcribendo abſtinendum. Per metonymiam *Minerva* pro re ab illa inventa. Turneb. l. 17. c. 17. *Nannius.* *Tu nihil.*] Tu ô Piſo. *Invita dices.*] Repugnante natura, id eſt, tuo ingenio vel naturali propenſione reluctante.

386. *Ea mens.*] Ea eſt tibi prudentia. *Olim.*] In poſterum.

387. *In Metii deſcendat.*] *Metius* iſte, teſte Porphyrione, iis temporibus ſummus criticus fuit, & perdiligens carminum æſtimator. *Nannius.* *Metii deſcendat.*] Sp. Metii Tarpæ, critici, de quo Sat. 10. lib. 1.

388. *Et patris.*] Patris tui. *Nonumque prematur in annum.*] *Premimus* ea, quæ in lucem venire nolumus; *edimus* vero, quæ luci & oculis hominum permittimus & emergere ſinimus. Proverbium vulgatum quadrat in hanc rem, Ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει, *Canis feſtinans cæcos parit catulos.* Extemporalia immatura ſunt, adhibendaque maturitas, ut res quaſi longa mora concoquatur, nec edatur cruda. *Nannius.* *Nonumque prematur in annum.*] In multos annos ſupprimatur, ut acriore lima corrigatur.

389. *Membranis intus.*] Si libros domi contineas, ne foras exeant.

390. *Neſcit.*] Virgilius:

—— *Volat irrevocabile verbum.*

Homerus ῥήματα πτερόεντα dixit. *Nann.* *Miſſa reverti.*] Vox ore emiſſa.

Silveſtreis homines ſacer interpreſque Deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus:
Dictus ob hoc lenire tigreis rapidóſque leones,
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa movere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quò vellet. fuit hæc ſapientia quondam:
Publica privatis ſecernere, ſacra profanis,
Concubitu prohibere vago: dare jura maritis:

Oppida

391. *Sylveſtres homines.*] Annectit narrationem de vario uſu Poëſeos, ad vim ejus ac præſtantiam commendandam. Primum enim narrat quomodo Poëſi uſi ſunt antiquiſſimi illi Orpheus & Amphion; qui carminibus ſuis complexi ſunt præcepta moralia. Dein hanc narrationem ſpecialem auget narratione generali de ſapientia veterum: quæ narratio conſtat brevi ac ſuccincta partium enumeratione. Tandem annectit epiphonema de ſapientiæ iſtius effectu, fama ſc. & gloria. *Piſcator. Silveſtreis homines.*] Commemorat quid olim tractarum à ſummis Poëtis, qui omnia ſacra civilia primum carmine complexi ſunt. *Nann. Sylveſtres homines.*] Homines feros & immanes. *Sacer interpreſque deorum.*] *Sacrum* vocat *Orpheum*, quod ſacra ceremoniaſque invenerit, vel ut aliis placet, quod Poëtas, deorum filios & θεόφιτας veteres dixerint. *Nannius. Sacer.*] Vates divinus.

392. *Cædibus & victu fœdo.*] Homicidiis & ἀνθρωποφαγίᾳ. Humana enim carne olim ſilveſtres homines veſci ſoliti, membraque inciſa in cibos vertebant. Et hanc barbariem primus ſuſtulit Orpheus. *Nannius. Cædibus & victu.*] Mutuis cædibus & victu ferino. *Orpheus.*] Calliopes & Apollinis filius.

393. *Dictus ob hoc.*] Nihil magis frequentatum apud Poëtas, quam Orphea convocaſſe trigrides, leones: quod ſcilicet homines brutos ac feroces in communem traxerit civilis vitæ ſocietatem. Ovidius lib. III. de Arte amandi:

Saxa feraſque lyra movit Rhodopeïus Orpheus,
Tartareoſque lacus, tergeminumque canem.

Rapidoſque leones.] Vel ad celeritatem referendum, vel ad impetum, ut *feras rapaces* dixit Lucretius, qui cum impetu feruntur. Alii legunt *Rabidos*, id eſt, feroces. *Nannius.*

394. *Dictus & Amphion.*] Tradunt Poëtæ hunc cantu ſuo Thebas condidiſſe. Solinus cap. XIII. *Thebas condidit Amphion, non quod lyra ſaxa duxerit, neque par eſt ita geſtum videri; ſed quod affatus ſuavitate homines rupium accolas, & incultis moribus rudes, ad obſequii pellexerit diſciplinam.* Nannius. *Amphion Thebana.*] Amphion Jovis & Antiopæ filius, Muſicus præſtantiſſimus.

395. *Sono teſtudinis.*] Cytharæ cantu. *Prece blanda.*] Prece, quam cum ſono ſociabat, ut Muſici faciunt.

396. *Fuit hæc ſapientia.*] Aliquando fuit hæc ſapientia in Poëtis, ut docerent publica à privatis ſeparare, &c.

397. *Publica privatis ſecernere*] Hæc nimirum officia veteris Poëticæ; quæ rem videlicet privatam à publicis dividebat. *Publica* totius ſunt populi: *privata* ſingulorum. *Nannius.*

398. *Vago.*] Promiſcuo. Nam paulatim leges in aliis atque aliis provinciis conditæ arctiores, præſertim maritales. *Vago.*] Concubitu meretricio. *Dare jura maritis.*] Tam viris, quam fœminis dare leges, quibus cogantur matrimonii caſtitatem inviolatam ſervare.

399. Oppi-

Oppida moliri: leges incidere ligno.
Sic honor & nomen divinis vatibus atque
Carminibus venit. poſt hos inſignis Homerus
Tyrtæúſque mares animos in Martia bella
Verſibus exacuit. dictæ per carmina ſortes,
Et vitæ monſtrata via eſt, & gratia regum
Pieriis tentata modis; luduſque repertus,
Et longorum operum finis: ne fortè pudori
Sit tibi Muſa lyræ ſollers, & cantor Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,

Quæſi-

399. *Oppida.*] Urbes ædificare. *Leges incidere ligno.*] Tabulis ligneis antiquitus leges incidebantur, & ſic à Solone conſcriptæ fuere, vocabanturque tabulæ illæ ἄξονες. Apud Romanos in æs incidebantur, affigebanturque in foro, loco ad hoc deſtinato, ut populus legeret. *Nannius. Ligno.*] In ligneis tabulis leges deſcribere, cunctiſque legendas proponere.

401. *Carminibus venit.*] Quæritur autem Horatius Poëtis omnem gloriam & honorem ademtum, poſtquam Theologicis atque civilibus relictis artibus, ad amores aliaſque frivolas narrationes ſe contulerunt. *Poſt hos inſignis Homerus.*] Homerus primum exorſus bella ſcribere, auctor fuit, ut animi Græcorum ad fortia facta & virtutes incitarentur. *Nannius.*

402. *Tyrtæuſque mares.*] De hoc Juſtinus in Epitoma Trogi Pompeii l.III. Fuit Tyrtæus ut genere Athenienſis, claudus, luſcus, & omni membrorum parte deformis. Nota hiſtoria de Lacedæmoniis & Meſſeniis: quorum illi conſulto oraculo juſſi ducem ab Athenienſibus petere, Tyrtæum Poëtam membris mutilum receperunt. *Nannius. Mares animos.*] Animos fortes & ſtrenuos.

403. *Exacuit.*] Excitavit & tanquam ad cotem acuit. *Dicta per carmina ſortes.*] Vates deinde, inquit, & Phœbades Apollinis non niſi carminibus, idque plerumque Heroico, oracula retulerunt. unde etiam verſum Heroicum oraculo Pythio debemus, ut auctor Plinius lib. VII. *Nannius. Sortes.*] Oracula ab Apolline data.

404. *Et vitæ monſtrata via eſt.*] Ratio vivendi à Poëtis indicata: quale eſt carmen Empedoclis Phyſicum, & Lucretii de rerum natura poëma, ac Theognidis Moralia. *Nann. Gratia.*] Amicitia regum carminibus comparata eſt.

405. *Pieriis tentata.*] Carminibus Muſarum, quæ Pierides appellantur. *Luduſque repertus.*] Seriis relictis ad ludos ventum: repertæ fabulæ ſpectaculis exhibendæ. *Nannius. Ludus.*] Oblectatio animorum, ſc. Comœdiæ & Tragœdiæ.

406. *Et longorum.*] Et requies animi poſt longos labores. Animos enim feſſos verſus & lyra relaxant. *Ne forte pudori.*] Hæc, inquit, eò recenſui, ut, quàm olim res arduas poëtica tractaverit, cognoſcas, & ne Muſas contemnas, atque in Poëtarum referri numerum erubeſcas. *Nannius. Ne forte pudori.*] Hæc dixi, ô Piſo, ne te pudeat Poëtam eſſe.

407. *Solers.*] Perita. *Apollo.*] Apollo inventor citharæ, qui Muſis præeſt.

408. *Natura fieret, &c.*] Tractat hic quæſtionem de cauſis efficientibus Poëſeos. Et primum quæſtionem proponit per oppoſitionem cauſarum duarum, naturæ ſcilicet & artis. Deinde reſpondet duas illas cauſas non eſſe ſeparan-

 das,

Quæſitum eſt: ego nec ſtudium ſine divite vena,
Nec rude quid proſit video ingenium, alterius ſic
Altera poſcit opem res, & conjurat amicè.
QUI *ſtudet optatam curſu contingere metam,*
Multa tulit, fecitque puer: ſudavit, & alſit:
Abſtinuit Venere & vino. qui Pythia cantat
Tibicen, didicit priùs, extimuitque magiſtrum.
Nunc ſatis eſt dixiſſe, Ego mira Poëmata pango.

Occa-

das, ſed conjungendas. Tum hanc ſententiam illuſtrat à contrario, videlicet reprehenſione ignaviæ, petulantiæ, atque ambitionis, & denique impudentiæ quorundam Poëtarum ſui temporis. *Piſcator. Natura fieret laudabile, &c.*] Multi affirmant poſſe ſolo ingenio quemquam Poëtam evadere: alii nihil ingenio, omnia inſtitutioni atque arti tribuunt. Horatius alterum ſine altero inutile ac mancum eſſe tradit. *Nannius.*

409. *Quæſitum eſt.*] In controverſiam vocatur, utrum Poëta naſcatur, an fiat. *Studium ſine.*] Ars ſine fœcundo ingenio.

410. *Rude quid proſit.*] Ingenium arte non expolitum. *Alterius ſic.*] Sic natura & doctrina mutuis ſe opibus juvant.

411. *Conjurat amice.*] Oſtendit utrumque ſe invicem requirere, ita ut & natura & arte Poëtam formari dicendum ſit. *Nann. Conjurat.*] Conſentit.

412. *Qui ſtudet optatam.*] Cum per ſe non ſufficiat ingenium, omnia laboribus perenda eſſe pronuntiat, & in primis annis ſudandum; idque exemplis eorum, qui ob coronam floribus contextam, mox marcidam futuram, innumeros ſubeunt labores. *Curſu contingere metam.*] Loquitur de σταδιοδρόμοις, hoc eſt, iis qui in ſtadio currunt. Locus autem unde curſus initium erat, *carcer*; ubi finis, *meta* dictus. *Nannius. Curſu contingere.*] Labore & opere ad finem pervenire ſibi propoſitum.

413. *Multa tulit.*] Mira ſunt quæ de athletarum & curſorum abſtinentia tradunt auctores. Antequam enim ſeſe ad certamen ipſum accingebant, quotidie per aliquot menſes in gymnaſio exercebantur, verbera à magiſtro accipiebant, concubitu abſtinebant, tenui cibo & vix ad vitam tolerandam ſufficienti ſe ſuſtentabant, frigida in potum dabatur: quæ omnia Græci, voce ἀναγκοφαγίας comprehendunt, meminitque Ariſtoteles lib. VIII. Polit. cap. III. *Nannius.* Vide & Pet. Victorii Variar. lect. lib. 7. cap. 21. *Puer.*] Παῖς ὤν, cum eſſet puer. *Sudavit & alſit.*] Calorem ſenſit & frigora pertulit.

414. *Abſtinuit Venere & Baccho.*] Hoc eſt, libidine & ebrietate. Cui ſimile Terentii illud in Eunucho: *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Pet. Victor. Var. lect. l. 6. c. 2. *Nann. Vino.*] Romæ poeti vino abſtinebant. *Qui Pythia cantat.*] Tibicen, adhibitus ad canendas laudes Apollinis in Pythiis, (id eſt, in ludis celebratis in honorem Apollinis, qui Pythonem ſerpentem occiderat) hic Tibicen didicit, &c. *Pythia cantat.*] Docet altero exemplo tibicinis, neminem cum arte naſci, ſed magiſtrorum primò judicium ſubeundum eſſe. *Pythia* olim fuit Citharœdicum tantum certamen, ubi citharœdi de laude carminis certabant: quo reſpexit Horatius. Poſtea Empedocles etiam alia inſtituit certamina, ut palæſtram, ut diſcum. Fuere & *Pythia* certamina in honorem Apollinis inſtituta, quæ initio ſingulis novenniis, poſt quinquennio quoque celebrata ſunt. primus ea Apollini dicavit Diomedes. Turn. l. 11. c. 25. *Nannius.*

416. *Non ſatis eſt dixiſſe.*] In aliis eſt, *Nunc ſatis eſt dixiſſe, &c.*

Si le-

Occupet extremum ſcabies; mihi turpe relinqui eſt,
Et, quod non didici, ſanè neſcire fateri.
Ut præco, ad merceis turbam qui cogit emendas;
Aſſentatores jubet ad lucrum ire Poëta
Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis.
Si verò eſt, unctum qui rectè ponere poſſit,
Et

Si legas, *Non ſatis eſt*, ſimplex erit Oratio; ſi vero *Nunc ſatis eſt*, oratio tota εἰρωνικῶς effertur. Nam id, quod videtur aſſeverare, miris modis negat. *Nannius. Nunc ſatis eſt dixiſſe.*] His miſeris temporibus. *Pango.*] Compono, id eſt, Ego poſſum mira poëmata componere, inquit malus Poëta.

417. *Occupet extremum.*] Metaph. ducta à luſu puerorum ſe mutuo ad currendum cohortantium, qui ſcabiem imprecantur ei, qui ultimus ad calcem pervenerit. Sic indoctus & glorioſus Poëta non vult in extremo ordine verſari, ſed ſuam ignorantiam tegit jactatione & audacia. *Mihi turpe.*] Inhoneſtum poſt alios currere, non antevertere. *Relinqui* autem idem hic eſt quod Græcis ἀπολείπεσθαι. *Nannius. Relinqui eſt, &c.*] In curſu relinqui.

418. *Et, quod non didici.*] Hæc verecundia ſtulta. Pueri hac ambitione plerumque laborant, ut quæ ignorant, ſimulent ſe ſcire, ne non videantur ingenium omnibus modis inſtructum. Verum vituperanda illa arrogantia. nemo enim tam doctus, cui non multa reſtent diſcenda. *Nannius. Et, quod non didici.*] Et ſane turpe eſt mihi (inquit malus Poëta) fateri, quod non didici.

419. *Ut præco ad merces.*] Præceptum XXIX, quales carminum noſtrorum auditores, cenſores ac judices adhibere debeamus, nempe non adulatores, ſed ſinceros. Ad hoc præceptum tranſit reprehenſione Poëtarum ſui temporis, qui hac in parte delinquebant, & ita reprehenſionem paulò ante inſtitutam continuat. Reprehenſionem autem hanc illuſtrat primum ſimilitudine præconum: deinde expoſitione cauſarum adulationis, id eſt, beneficiorum quibus ditiores ſibi comparant aſſentatorum gratiam & applauſum. *Piſcator. Ut præco ad merces.*] Damnat eos, qui auditores corrogabant, & muneribus devinciebant, ut deprædicarentur. Hunc etiam morem taxat Martial. lib. VI. Epigrammatum:

Quod tam grande ſophos clamat tibi turba togata,
Non tu Pomponi, cœna diſerta tua eſt.

Cum comiter excipiuntur prandio, laudant Poëtam & lectorem. Sic Perſius his verbis:

Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

Carpit ſimiliter eos qui invitatiunculis corrogant auditorium, ad laudes decantandas. Tales aſſentatores dicuntur Plinio *laudicœnæ*. Nannius. *Cogit emendas.*] Qui congregat.

420. *Aſſentatores jubet, &c.*] Sic Poëta locuples, aſſentatores ad poëmata ſua vel indoctiſſima laudanda beneficiis provocat.

422. *Si vero eſt unctum.*] Si ſit Poëta, qui unctum, id eſt, convivium lautum dare poſſit: *Unctum qui recte ponere poſſit.*] Qui liberaliter in convivio tractat adulatores, qui munera dat, qui ſportulas, qui teſſeras, miror qui verum amicum à ficto dignoſcat. Hoc malum divitiæ ferunt, ut nuſquam internoſcant veros à falſis amicos, ſibique adulatores & geſticulatores concilient, unde recte Diogenes: Κρεῖττόν ἐστιν ἐς κόρακας ἀπελθεῖν ἢ ἐς κόλακας. *Præſtat in corvos quam in adulatores incidere.* Nam corvi non niſi cadavera devorant

Et ſpondere levi pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum: mirabor, ſi ſciet inter-
noſcere mendacem, verúmque beatus amicum.
Tu ſeu donaris, ſeu quid donare voles cui,
Nolito ad verſus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ: clamabit enim, Pulcrè, benè, rectè:
Palleſcet ſuper his: etiam ſtillabit amicis
Ex oculis rorem: ſaliet: tundet pede terram.
Ut, qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo: ſic
Deriſor vero plus laudatore movetur.
Reges dicuntur multis urgere culullis,

Et

vorant, adulatores vivos etiam abſumunt homines. *Unctum.*] Quicquid laute & opipare inſtructum, id *unctum* vocamus. *Nannius.*

423. *Et ſpondere levi.*] Et ſe vadem conſtituere pro paupere levi, qui quavis impellitur emolumenti ſpe. *Levi pro paupere.*] Hoc eſt, infido, cui fides non habeatur. Græcis ἀναξιόπιστος dicitur paupertas, ut quæ ſuſpecta. *Nannius.* *Atris.*] Triſtibus.

424. *Internoſcere.*] Diſtinguere.

425. *Beatus.*] *Beatus* hîc Horatius non pro divite & opulento, ut alias, ſed cum quo bene agitur, quod ob ſtuporem ſuas adverſitates non intelligat. Ita in Miſcellaneis docuimus l. III. *Nannius.* Vel tanquam beatus: quod ſi ſciret, eſſet beatus, in hac ſaltem parte. *Beatus amicum, &c.*] Beatus, ut ipſe ſe cenſet eſſe.

426. *Tu ſeu donaris.*] Docet Horatius, quomodo adulatores poſſint cognoſci. *Cui.*] Alicui.

427. *Tibi factos.*] Ad verſus abs te ſcriptos. *Ducere plenum.*] Tecum adducere adulatorem lætitia affectum ob ſpem utilitatis.

428. *Pulchre, bene, recte, &c.*] Verba ſunt aſſentatoris, poëmata tua ficte approbantis.

429. *Palleſcet.*] In admirationem ac ſtuporem rapietur. *Nannius.* *Super his.*] Ad hæc palleſcet, quaſi novo genere poëmatis obſtupefactus. *Etiam ſtillabit amicis, &c.*] Non ſtatim clamabit *Euge*, ſed prius contrahet pallorem, quaſi extra ſenſum rapiatur, & quaſi miraculum audiat, deinde lacrymabitur. Gaudium ingens & dolor ingens ex diverſis cauſſis eumdem habent effectum, ut oſtendit Alexander Aphrodiſienſis in Problematis. *Nannius.* *Stillabit amicis Ex oculis, &c.*] Effundet lachrymas (quæ ſunt ros oculorum) ſimulans ſe gaudere.

430. *Tundet pede terram.*] Præ gaudio ſaltabit.

431. *Ut qui conducti plorant.*] Ut præficæ, quæ in funeribus conductæ, lacrymas excitant, queritantur, ploratum edunt, pectus tundunt, vellunt crines ob hominem defunctum, non minus quam liberi parentibus aut parentes liberis orbati ſolent; ita aſſentator & geſticulator plures oſtendit affectus quam verus laudator. *Nannius.*

432. *Ex animo.*] Τῆς καρδίας, vere ſine fuco.

433. *Deriſor vero plus.*] Aſſentator. *Movetur, &c.*] Movetur ficte non ex animo.

434. *Multis urgere culullis.*] *Culullis*, id eſt, poculis. diminutivum à culeis. Hinc *cululli* proprie calices fictiles, quibus

Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent,
An ſit amicitia dignus. ſi carmina condes,
Numquam te fallant animi ſub vulpe latentes.
Quinctilio ſi quid recitares, Corrige, ſodes,
Hoc, ajebat, & hoc. meliùs te poſſe negares,
Bis terque expertum fruſtrà: delere jubebat,
Et malè tornatos incudi reddere verſus:
Si defendere delictum quàm vertere malles,
Nullum ultrà verbum aut operam ſumebat inanem;
Quin ſine rivali téque & tua ſolus amares.
Vir bonus & prudens verſus reprehendet inerteis,

Culpa-

bus Pontifices & virgines veſtales in ſacris utebantur. poſtea promiſcuè pro omni genere poculorum uſurpati. Horatius lib. 1. Carm. Oda xxxi.

——— *Dives & aureis*
Mercator exſiccet culullis, &c.

Nannius. *Urgere.*] Poculis explorare.

435. *Torquere mero.*] Vinum ingeniorum lene eſt tormentum. *Perſpexiſſe.*] Ad plenum cognoſcere. *Nannius.*

437. *Numquam te fallant.*] Si conditurus es carmen, & amici judicium adhibiturus, perſpice an cenſuram ingenuam ac candidam adhibeat. Nam laudabit forte omnia, ut beneficiolum aliquod exſculpat, ut vulpecula illa Æſopica. *Nannius. Animi ſub vulpe.*] Animi doloſi, vafri, inſidioſi.

438. *Quintilio ſi quid recitares.*] Quintilio Varo Poëtæ Cremonenſi. Hic fuit alienorum ſcriptorum ſincerus & incorruptus judex: de hoc Quintilio vide Od. 18. & Od. 19. lib. 1.

439. *Melius te poſſe negares.*] Si negares te melius poſſe id præſtare, poſtquam bis vel ter, id eſt, ſæpius tentaſſes.

440. *Delere jubebat, &c.*] Quintilius jubebat adhuc corrigere vel certe diſcindere, ne carmina legerentur.

441. *Et male tornatos incudi.*] Et verſus non ſatis rotundos, id eſt, male perpolitos emendare. Duæ ſunt Metaph. à fabris lignariis & fabris ferrariis ductæ.

442. *Vertere malles.*] Corrigere.

443. *Nullum ultra.*] Nullum amplius verbum dicebat.

444. *Quin ſine rivali.*] *Rivales* dicuntur, qui eandem amant, quaſi ad unum eumdemque rivum, potum veniant. alioqui *rivales* ſunt, qui ex eodem fonte rivos ducunt. Nonius Marcellus: *Rivales dicti ſunt, quaſi in unum amorem derivantes.* Nannius *Sine rivali.*] Sine æmulo.

445. *Vir bonus & prudens.*] Occaſione exempli Quintilii, exponit nunc in genere officium boni & prudentis emendatoris: cujus officii partes ſeptem enumerat; quæ tamen ad quatuor revocari poſſunt. Primò, ut tollat ſupervacanea; verſus ſcilicet inertes & ambitioſa ornamenta. Secundò, ut addat, quæ deſiderantur, hoc eſt, parum claris lucem det. Tertiò, ut commutet deteriora cum melioribus, nempe minus ſignificantia cum ſignificantioribus; ſententias ineptas cum acutis, &c. Quartò, μεταθέσεις. Verba enim in verſibus alio atque alio loco collocata, numerum faciunt molliorem. ut, *Si curat cor ſpectantis, &c.* Melius ſic, *Si cor ſpectantis curat, &c.* Piſcator. *Vir bonus & prudens.*] Hæc duo in cenſore requiruntur, ut ſit candidus, ſincerus, &

 peritus.

Culpabit duros: incomtis allinet atrum
Tranſverſo calamo ſignum: ambitioſa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambiguè dictum: mutanda notabit:
Fiet Ariſtarchus: nec dicet, Cur ego amicum
Offendam in nugis? hæ nugæ ſeria ducent
In mala, deriſum ſemel exceptúmque ſiniſtrè.
Ut, mala quem ſcabies aut morbus regius urget,
Aut fanaticus error, & iracunda Diana,
Veſanum tetigiſſe timent fugiuntque Poëtam,
Qui ſapiunt: agitant pueri, incautíque ſequuntur.
Hic, dum ſublimeis verſus ructatur, & errat,

Si

peritus. Talis admonebit, quæ vitioſa ſint, nec quidquam ſubterfugiet aut ſubticebit, quod dedecori eſſe poſſit ſcriptori. *Nann. Inertes.*] Verſus arte carentes.

446 *Duros.*] Maleſonantes. *Allinet atrum*] Tranſverſo calamo notabit & lituram inducet.

447. *Ambitioſa recidet.*] Crebriora Epitheta & ornamenta nimis florida amputabit.

448. *Parum claris lucem dare coget.*] Obſcuris lucem adferet & illuſtrabit. Maximum autem in oratione vitium obſcuritas; nam totum ſermonis officium extinguit, cum in hoc adhibeatur, ut intelligatur. *Nannius. Parum claris.*] Parum apertis.

449. *Arguet ambigue dictum.*] Amphibologias vituperabit. *Notabit.*] Signo calami.

450. *Ariſtarchus.*] Fiet caſtigator ſeverus, qualis Ariſtarchus Grammaticus clariſſimus qui in Homeri verſibus ſelegendis germanis, & in nothis rejiciendis judex fuit acerrimus. *Nec dicet.*] Sic ut multi adulatores dicunt.

451. *Nugis.*] In re levi. *Hæ nugæ.*] Hæc vitia (inquit Horatius) quæ nugas eſſe ducis, Poëtam ſemel ab aſſentatore deceptum, in mala ſeria deducent, ita ut optimum ſe Poëtam eſſe ſibi perſuaſerit. *In ſeria ducent mala.*] Id eſt, in publicam & apertam reprehenſionem ſi non fuerit emendatus. *Nannius.*

452. *Exceptumque ſiniſtre.*] Male deluſum ab amico adulatore.

453. *Ut mala quem ſcabies.*] Hic exponit, quid evenire ſoleat Poëtæ veſano, id eſt, vanæ gloriæ cupiditate laboranti, quique emendari recuſat: illum, nempe, à ſapientibus fugi, à pueris exagitari, dicit. Et hoc illuſtrat tribus ſimilibus: Comparat enim ambitionem ſtulti Poëtæ primum porrigini; deinde morbo regio, tum lunatico. Tum ſimilitudinem aucupis in foveam lapſi addit: ubi deſcribit ambitioſi Poëtæ geſtum; & aucupis querelam per proſopopæiam exponit. *Piſcator.* Turneb. l. 6. c. 25. *Ut mala quem ſcabies.*] Qui ſapiunt non ſecus timent fugiuntque malum Poëtam, quam illum quem ſcabies, &c. *Morbus regius.*] Icteritia, qua facies tota hominum fit crocea.

454. *Fanaticus error.*] Turneb. lib. 19. cap. 9. *Fanaticus error.*] Morbus fanaticus, quo laborant furiis correpti. *Diana, &c*] Diana lymphatos efficit.

455. *Veſanum tetigiſſe timent.*] Poëtam furore quodam, non ſtudio & doctrina cum ingenio conjuncta excitatum. *Timent.*] Qui ſapiunt, veſanum tamquam ſcabioſum fugiunt. *Nannius.*

456. *Agitant pueri.*] Perſequuntur. *Incautique.*] Parum cauti.

457. *Hic dum ſublimes verſus.*] Hic pluri-

Si veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum foveámve: licet, Succurrite, longùm
Clamet, iò cives, non ſit qui tollere curet.
Si quis curet opem ferre & demittere funem:
Quî ſcis, an prudens huc ſe dejecerit, atque
Servari nolit? dicam, Siculíque Poetæ
Narrabo interitum: Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Inſiluit. ſit jus, liceátque perire Poëtis.
INVITUM *qui ſervat, idem facit occidenti.*
Nec ſemel hoc fecit: nec, ſi retractus erit, jam
Fiet homo, & ponet famoſæ mortis amorem.
Nec ſatis apparet, cur verſus factitet, utrùm
Minxe-

plurimum ſibi tribuens. *Sublimis.*] Μετέωρος, qui vultu in cælum ſublato incedit. *Nannius.* Guil. Canterus Novar. lect. lib. 4. cap. 12. *Ructatur.*] Dum putidos verſus quaſi ructus edit. *Et errat.*] Et errat animo & corpore.

458. *Si veluti merulis intentus, &c.*] Si, ut auceps qui merulis avibus inſidias ſtruit, in foveam, (id eſt, in perſpicuos errores) incidit.

459. *Licet, ſuccurrite.*] Quamvis longum, id eſt, diu clamet, iò cives ſuccurrite, ſuccurrite.

460. *Clamet, Io cives.*] *Io* vox jubilantis, ut in triumphis; hîc vero quiritantis, dum Quiritum opem implorat. *Non ſit qui tollere curet.*] Quia ignorat an ultro ſe dejecerit, an ſi extractus eodem ſe præcipitabit. *Nannius. Tollere curet.*] Attollere.

461. *Demittere funem.*] Demittere funem in foveam.

462. *Prudens huc.*] An ſciens & de induſtria.

463. *Servari nolit.*] Servari non vult ne emendetur. *Dicam Siculique Poëtæ*] Ne videatur incredibile tantum ineſſe Poëtis furorem, ut cupiant perire, & ſi admoveas manum auxiliatricem, habituri ſint pro maleficio, non pro beneficio, narrat mortem Empedoclis Agrigentini, qui avidiſſimus gloriæ, in Ætnam inſiluit, ut hominum opinione in cœlos ſublatus putaretur. *Nann. Siculique Poëtæ.*] Empedoclis Agrigentini.

465. *Frigidus Ætnam.*] *Frigidus*, ſtultus & vecors. Nam quibus ſanguis eſt frigidior, corde ſunt plerumque vecordiore. Elegans hîc eſt antitheſis, qua frigiditas bilis atræ opponitur ardoribus ignis Ætnæ. *Nannius. Frigidus Ætnam.*] Frigidus præſentis mortis horrore. vel, Frigidus, id eſt, atra bile affectus. Eſt enim Melancholia, frigidiſſima.

466. *Poëtis, &c.*] Poëtis qui ſe nolunt corrigi.

467. *Invitum qui ſervat, &c.*] Vide Pet. Victorii Variar. lect. l. 10. c. 22. & l. 36. c. 21. *Idem facit occidenti.*] Idem facit ac ſi occideret. *Idem* pro *ſimile.*

468. *Si retractus erit.*] Ab Ætnæ incendio.

469. *Fiet homo.*] Fiet rationis particeps & ſanus. Inſanus enim, homo non eſt. *Et ponet famoſæ.*] Nec deponet amorem, id eſt, curam non abjiciet famoſæ mortis, id eſt, mortis infamis. Nam ſeipſum occidere (quod fecit Empedocles) infame eſt.

470. *Nec ſatis apparet.*] Hic furorem ambitioſi

Minxerit in patrios cineres, an triſte bidental
Moverit inceſtus. certè furit, ac velut urſus,
Objectos caveæ valuit ſi frangere clatros,
INDOCTUM *doctumque fugat recitator acerbus.*
Quem verò arripuit, tenet, occiditque legendo,
Non miſſura cutem, niſi plena cruoris, hirudo.

ambitioſi Poëtæ aliis ſimilibus declarat. Primum comparat illum furioſo, qui ob nefanda ſcelera furiis exagitatur. Dein comparat cum urſo, qui è caverna eruperit: poſtremo comparat eum hirudini, qui cutem invaſerit. Atque ita hanc de arte Poëtica præceptionem concludit, ut doceat plurimum referre, ut Poëta non ſit ambitioſus; ſed contra, ut in poëmatis ſuis vitia quam diligentiſſime inquiri curet, eaque demonſtrata emendare ſtudeat. *Piſcator. Nec ſatis apparet cur verſus factitet.*] Non ſatis perſpicuum eſt, utrius ſceleris pœnam luat malus Poëta, dum verſus factitet; ſepulchrine violati, an ſublati bidentalis.

471. *An triſte bidental Moverit.*] Omnis locus fulmine ictus, ſtatim erat religioſus. At ſacer fiebat, ara ibidem extructa, & ſacrificio facto. Sacrificium autem ex bidentibus ovibus. Unde & BIDENTAL vocarunt Romani locum fulmine tactum, & bidentibus ovibus expiatum, conſecratumque. Eum locum nec ingredi, nec calcare fas erat. Sepiebantque eum muro ut ingreſſus arceretur. *Salmaſ. In patrios cineres.*] In patrium ſepulchrum. *Minxerit in patrios cineres.*] An violarit ſepulchrum patris, id eſt, furore divinitus plectatur propter violatum ſepulchrum patris. Nihil tam ſanctum, quam religio ſepulturarum, unde in medio belli tumultu petebant victi inducias ad ſepelienda mortuorum cadavera, quod illis non negabatur. *Nannius. Bidental.*] Locum in quem fulmen decidit, ita appellatum, quod hoſtiis bidentibus & ara extructa à ſacerdote expiaretur.

472. *Moverit inceſtus.*] *Inceſtus*, impius, flagitioſus. *Inceſta* ea ſunt, ubi ceſtus non adeſt. Eſt autem *Ceſtus* Veneris cingulum, quo amores conglutinantur. *Inceſtum* vitium eſt, quod vel in Veſtalem, vel in viduam, vel in cognatam committitur. *Nannius. Moverit inceſtus.*] Pollutus flagitio, in ſororem, ſacerdotem, vel affinem commiſſo. *Certe furit.*] Quæ ergo cauſa vel culpa ſiet, qua iſte ambitioſus Poëta ſibi attraxerit furorem, non conſtat: hoc ſaltem planum, eum furere. *Piſcator. Ac velut urſus.*] Poëta, qui moleſtus ſua ubique ingerit carmina, ſimilis urſo hactenus in carcere clauſo, qui poſteaquam ruptis cancellis evaſit, omnia perturbat: quem ut fugiunt omnes, ita & inſania Poëtæ fugienda. *Nannius.*

473. *Valuit ſi frangere.*] Si forte potuit frangere. *Clathros.*] Sepimenta vel cancellos, quibus feræ tanquam portis, è cavea ne exeant, coërcentur.

474. *Recitator acerbus.*] Poëta in recitandis carminibus ſuis moleſtus.

475. *Quem vero arripuit.*] Quem auditorem nactus fuerit.

476. *Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.*] Poëta φίλαυτος, ſibique nimium placens, quaſi hirudo eſt: hodie ſanguiſugam vocant, animal reptile aquatile, quod natantes invadit, Græci αἱματοπότας appellant. Hoc autem Horatii carmen proverbio uſurpatur in eos, qui hominem garrulitate moleſtiaque enecant, nec dimittunt. *Nannius. Non miſſura cutem niſi.*] Tanquam ſanguiſuga, quæ tam diu hæret corpori affixa, donec ſanguine completa exciderit.

APPEN-

APPENDICIS

Loco addita quædam.

Lib. I. Sat. VI. ℣ſ. 22.

De corrigiis ſeu ligulis calceor. patricior.] Patricii calcei quatuor corrigias ſeu ligulas habebant, quæ ad medium uſque crus perveniebant, quod Horatius innuit:

Nam ut quiſquam inſanus nigris medium impediit crus

Pellibus.] Id eſt calceus hic altius crus tegebat. Quum enim calcei plebeii unicam tantum ligulam ſive corrigiam haberent, qua religabantur; patricii quatuor corrigiarum erant, ut Iſidorus ait, quæ inter ſe implexæ ad medium uſque crus aſcendebant. atque has corrigias Seneca *lora patricia* vocat. Vide Martial. lib. 2. Epigr. 29. Has autem corrigias in calceis patriciis & ſenatoriis ex nigra aluta fuiſſe indubitatum eſt. Et ex Juvenal. elicitur, haud quaquam totum calceum, ſed, partem ſolummodo ſuperiorem ad tibias pervenientem nigram fuiſſe, ut Sat. VII. *Adpoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.* Si enim Lunula hæc quæ circa talos adſuta erat, ſubtexebatur nigræ alutæ; ergo pars quidem calcei quæ ſuprà talos erat, & crus impediebat, ex nigra aluta erat; non illa quæ talos & pedem tegebat. unde mihi perſuadeo corrigias quidem & lora patricia ex nigra aluta fuiſſe; non verò ipſos calceos; qui vel albi erant, vel coccinei, vel aurati, vel etiam χρυσωτοί. Vide Martial. l. 7. Ep. 32. Tamen etiam aliqua differentia fuiſſe videtur inter calceos patricios & ſenatorios in ipſa inflexione ligularum, quod elicio ex Zonara lib. 2. Annal. τοῖς γὰρ εὐπατρείδαις, inquit, τὰ ὑποδήματα ἀσυγκρὶ καὶ τῇ τοῦ ι ἐπαλλαγῇ τῶν ἱμάντων καὶ τῷ τύπῳ τοῦ γράμματος ἐκεκόσμητο. Alterum patricii calcei ornamentum erat lunula adſuta. Luna autem, ut Iſidorus ait, in eis non ſideris formam, ſed notam centenarii numeri ſignificabat, quod initio Patricii ſenatores centum fuerint. Communis doctorum opinio, fuiſſe fibulam eburneam Lunæ corniculantis ſpecie, in malleolo pedis: quæ tamen non ſatisfacit mihi; video enim in antiquis ſtatuis fibulas calceorum non apponi malleolis pedum, ſed in ſuperiori parte pedis. Alii per Lunulam patriciam, uncinum intelligunt, in fronte prima calcei infixum; unde uncinatos ſive repandos calceos cum Lunatis confundunt; ita Cl. Salmaſius in notis ad dedicat. Statuæ Regillæ, & Boxhornius ad quæſt. Rom. quos ſatis refellit Philoſtratus, dum ait, Lunulas has non in parte anteriore calcei, ſed circa talos & malleolos pedis fuiſſe appoſitos. lib. 2. de Vitis Sophiſtar. in Herode Attico. ubi videmus Lunulam Patriciorum fuiſſe ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηνοειδῆ. Unde arbitror antiquorum Heroum ocreas, quæ erant ἑανοῦ κασσιτέροιο, Id eſt, ex candido ſtanno, circa talos aut malleolos pedum ornamenta quædam habuiſſe ex argento vel auro, quæ Homerus ἐπισφύρια vocat, quia malleolos pedum tegunt. atque ita etiam Patricios Romanorum calceos eodem in loco ornamenta eburnea ad formam mediæ Lunæ habuiſſe, quod à Philoſtrato ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηνοειδὲς vocatur. *Rubenius.*

Lib. I. Sat. VI. ℣ſ. 25.

De Tribuni laticlaviis.] Tribuni alii ex equeſtri ordine, alii ex plebe militum legebantur: & illi qui ex equeſtri aut ſenatorio genere erant, Laticlavii dicti; plebeji vero Tribuni anguſticlavii. Equites autem qui ad

ad Senatorium ordinem aut per urbanos honores aut per militiam adſpirabant, facile latum clavum adipiſcebantur, etiam ante honores geſtos. Ita Metius Celer Equeſtri genere natus, primis ſtipendiis jam Latum clavum geſtabat: Statius,

——puer hic ſudavit in armis
Notus adhuc tantum majoris munere clavi.

Ita & Severus longo tempore antequam tribunatum gereret Latum clavum impetravit à D. Marco, ut Spartianus de eo refert: imò equites etiamſi antea Latum clavum nondum obtinuerant, cum tamen ad Tribunatum perveniebant, eum adipiſcebantur: hinc Seneca, ait, eos *Senatorium per militiam auſpicari gradum.*

Ut igitur in urbe ii Laticlavii, qui Senatorio vel Equeſtri genere orti ἐπὶ τῇ τῆς βȣλῆς ἐλπίδι Latum clavum portant; ita & Tribuni Laticlavii ſunt, non ſolum qui ex ſenatu lecti ſunt; ſed qui ex Equeſtri vel Senatoria ſtirpe ad Tribunatus dignitatem pervenerunt, ea ſpe, ut per Tribunatum in Senatum ingrediantur. Etenim tam expedita erat via per Tribunatum ad Senatoriam dignitatem, ut etiam Senatu moti regrederentur in Curiam per eum. Horat. lib. 1. Sat. 6. *Quo tibi Tulli Sumere depoſitum clavum fierique Tribunum.* Hic enim Tullius Senatu motus, atque ita depoſito clavo lato, in Equeſtri ordine conſiſtens, ut rurſus Senatorium ordinem acciperet, militiæ ſe dederat, atque ita ad Tribunatum perveniens, Latum clavum iterum ſumpſerat. Male etenim Torrentius, qui tribunum plebis eum factum credit.

Tribuni ergo Laticlavii ſunt, non qui Senatores ſunt, ſed qui ex equitibus Tribunatum militum gerunt, ut per eum ad Senatorium ordinem perveniant. Laticlavia enim dignitas non ipſe ordo Senatorius eſt, ſed gradus ad eum. Non rectè ergò Caſaubonus in Sueton. Auguſt. hos juvenes Laticlavios ſecundi ordinis appellatos fuiſſe exiſtimat, primo gradu iis conceſſo qui domum Auguſtam vel ſanguine, vel affinitate aut aliqua neceſſitudine contingerent: & adfert locum Statii in præfatione lib. IV. Sylvar. *proximum & Lyricum carmen ad Septimium Severum juvenem, uti ſcis inter ornatiſſimos ſecundi ordinis.* cum tamen ipſe Statius hunc Septimium contentum arcto lumine purpuræ vixiſſe teſtetur. Rectius igitur Domitius ſecundum ordinem Equeſtrem interpretatur. *Labens.*

LIB. I. SAT. VI. ℣. 27.

De calceis Romanor. ac primum de mulleis.] Horat.

Nam ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus
Pellibus & latum demiſit pectore clavum.

Olim in ipſo naſcentis Reipub. exordio, tam Senatores, quam alii, perones, id eſt, calceos cavos ex crudo corio portabant, ſoli illi qui magiſtratum curulem geſſerant, calceos ex aluta habebant, & quidem mulleos, id eſt, rubros aut puniceos. Feſtus in *mulleos.* Apertè id Cato indicat lib 7. Origin. *Qui magiſtratum curulem cepiſſet, calceos mulleos alutacinatos, cæteri perones.* Qui locus mirum in modum torquet interpretes. Ego accedo iis, qui *mulleos alutatos* legunt, aut ſi mavis aluminatos; ſic enim & Marcellus *pellem aluminatam* dicit. Illo igitur tempore de quo Cato loquitur, non alii calcei ex aluta in uſu erant, niſi mullei, qui vel nomen à colore mulli piſcis acceperunt, ut Iſidorus aſſerit, vel id nomen piſci illi à colore mulleorum calceamentorum, ut Feneſtella exiſtimat, datum.

Hos autem mulleos Albanorum reges portarunt, deinde & Romanorum reges: ſed expulſis regibus & Reipub. forma mutata, mulleorum uſus perſtitit penes eos, qui magiſtratum curulem geſſerant, ſi Feſto credimus, nec tamen exiſtimo, eos ſemper & ubique iis calceis uſos; ſed diebus ſolennibus ſolum, & quando ludos celebrabant,

aut

aut thenſas ducebant; hinc enim etiam palmatam & cætera ornamenta portabant: unde credo etiam calceos mullos inter inſignia triumphantium fuiſſe; illi enim eodem, quo priſci Romæ Reges cultu utebantur, ut Dionyſius tradit; atque ita conjunguntur veſtis triumphalis & calcei punicei in veteri inſcriptione de C. MARIO DE MANUBIIS CIMBRICIS ET TEUTONICIS ÆDEM HONORI VICTOR FECIT. VESTE TRIUMPHALI CALCEIS PUNICEIS. Julius Cæſar autem inſolens in eo viſus eſt, eſſe, quod diebus etiam non feſtis, mulleos calceos geſtabat, nempe ut ſe ab Regibus Albæ oriundum teſtaretur. & Dio lib. XLIII. dicit fuiſſe ſolo alto & colore puniceo; unde Salmaſius haud male colligit, hos mulleos eoſdem fuiſſe cum Tuſcis aut Tyrrhenicis calceis. Quod ſi verum eſt, longè ſanè differebant à patriciis aut ſenatoriis Romanor. calceis, qui cavi erant, & totum pedem tegebant, cum Tyrrhenici ex ſandaliorum genere eſſent; & ſanè mulleos ſimiles eſſe cothurnorum, Iſidorus ait. utrique enim punicei, & ſolo alto; utrique etiam tibiatim calceabantur: de cothurnis Virgil. *purpureoque alte ſuras vincire cothurno*. Crepidæ autem ſeu ſandalia appellantur omnia calceamentorum genera, quæ digitos pedum haud includunt. Poſtea tamen omnes Romani cœperunt uti calceis ex aluta, qui tamen ut perones erant, & totum pedem tegebant; quos ideo Tertullianus Perones effœminatos vocat, quia crudi perones magis viriles ſunt. Patricii tamen calceis à plebe differebant, quos, recentiores cum mulleis confundunt. malè. Si enim omnes patricii iis utebantur, non video, quare Jul. Cæſar notatus, Julium enim Patricium fuiſſe omnes norunt. Adhæc mullei erant crepidæ; quum calcei urbani Romanor. tam patricii quam Plebeii cavi eſſent, & totum pedem tegerent. *Rubenius.*

LIB. I. SAT. VI. ✻ſ.28.

Definiuntur clavi ex Rubenii ſententia.] Ego cenſeo clavos veſtium fuiſſe zonas quaſdam ex purpura, auro, vel alio colore, quæ non quidem ad extremitates veſtium aſſuebantur, ſed per medias veſtes, rectæ veluti viæ quædam deducebantur. Zonæ verò per mediam tunicam tranſverſim ducebantur. Ac dico ex *auro*, *purpura vel alio colore*: quidam enim clavi aurei erant, quidam albi, alii purpurei, alii punicei, alii etiam picti. Addo quæ non ad extremitates veſtium aſſuuntur, ſed per medias veſtes deducuntur, ut clavos diſtinguam à limbis aut ſegmentis, quæ imas veſtium oras ornant, & à purpurea prætexta. Adjunxi *veluti via quadam*, ſecutus Tibullum:

Illa gerat veſtes tenues quas fœmina Coa
Texuit auratas diſpoſuitque vias.

Servius ad ☾. Æneid. de virgatis ſagulis Gallorum: *quæ habebant in virgarum modum deductas vias*. Sic & H. Rabanus Maurus de Inſtitut. Clericorum de Dalmatica: *habet quoque; & purpureos tramites ipſa tunica à ſummo uſque ad ima, ante & retro deſcendentes*. Dixi etiam per medias veſtes, ut includam non ſolum tunicæ clavos, ſed etiam eos qui chlamydes, lænas, trabeas, pænulas, mappas, mantilia, &c. ornabant. *Rubens.*

Scutulata veſtes quæ? Salmaſ. ad Vopiſc. fol. 405. & 513. contendit ſcutulam idem eſſe quod virgam, atque hinc virgatas & ſcutulatas veſtes eaſdem eſſe. ſed negamus omnes virgatas ſcutulatas fuiſſe. Scutulam enim appellarunt veteres omne id quod Rhombi figuram habebat. Sic in emplaſtratione Plin. lib. 17. cap. 16. jubet eximi ſcutulam ex Catone quatuor digitorum longitudinem & trium latitudinem. Sic & in pavimentis ſcutulæ dicuntur, quando à rhombis diſtinguuntur, Vitr. lib. 7. cap 1. Hinc & lances ῥομβοειδεῖς ſcutulas aut ſcutellas vocarunt. Martial. lib. XI. *Et leves ſcutulas cavaſque lances.* Nam quod Salmaſius ait, cum ſcutulæ rotundæ fuerint non quadratæ, ab his ſcutulatum rete & ſcutulatas veſtes dici non poſſe. Profecto fugit eum ratio:

tio: ſcimus enim pleraſque antiquorum lances quadratas fuiſſe, non rotundas. Vide Juvenal. Sat. 2. vſ. 97. *Rubens.*

De Umbone togæ, In quo explicando viri docti valde æſtuant: Optimè omnium Lipſius, qui ait, Latinos, veſtis poſitum, qui ad pectus exibat in tumorem, umbonem vocaſſe. cui aſſentior, & exiſtimo umbonem dictum fuiſſe partem illam togæ quæ circà humerum ſiniſtrum in varias rugas contracta deſcendebat in pectus & imponebatur balteo illi qui ſub humero dextro ad ſiniſtrum oblique ducebatur atque ita umbonem cingebat. ut enim umbo dicebatur σιδηροῦς κόγχος, quæ aptabatur clypeo ſuprà duplex tabulatum, Polybio teſte; ita etiam umbo dicebatur in toga, pars illa togæ quæ imponebatur duplicatæ togæ, & umbonis quidem partem de lævo ita promittebant, ut infrà balteum ipſum deſcenderet. At umbo togæ à Macrobio *artifex nodus* vocatur, quia totam togæ ſtructuram ſtringebat. Tum iis prætertis, umbo, ſi non totus purpureus, ſaltem purpuratus erat; namque cum magna ex parte formabat ſumma togæ ora, quæ purpurea erat; non enim ſolum prætexta purpuram in infima orâ, ſed circum circà habebat. *Rubens.*

FINIS.

ALDI

ALDI MANUTII
DE
METRIS HORATIANIS
TRACTATUS.

Carminum genera, quibus HORATIUS *in Odis utitur, ſunt undeviginti.*

PRIMUM genus: ut Ode 1. lib. I., quæ eſt monocolos. Sunt enim omnes verſus Choriambici Aſclepiadei tetrametri acatalecti: qui conſtant è ſpondeo, & duobus choriambis, & pyrrhichio, vel jambo: hoc modo,

Mæce -- nas atavis -vv- edite re -vv- gibus vv
O & -- præſidium & -vv- dulce decus -vv- meum vv
-- -vv- -vv- vv
-- -vv- -vv- v-

Primi generis Odæ 3.

Lib. I., Ode 1. *Mæcenas atavis edite Regibus.*
III., Ode 31. *Exegi monimentum ære perennius.*
IV., 8. *Donarem pateras, grataque commodus.*

SECUNDUM genus: ut Ode 2., quæ eſt dicolos tetraſtrophos. Primi quique tres verſus ſunt hendeca ſyllabi Sapphici pentametri acatalecti; qui conſtant è trochæo, ſpondeo, dactylo, & duobus trochæis: vel ſpondæo ultimo: ſic,

Iam ſa -v tis ter -- ris nivis -vv atque -v diræ --
Grandi -v nis mi -- ſit pater -vv & ru -v bente -v
Dexte -v ra ſa -- cras jacu -vv latus -v arces --

Quartus autem quiſque Adonius dimeter catalecticus, ex dactylo & ſpondeo vel trochæo: ſic,

Terruit -vv urbem --
-v -- -vv -v --
-v -- -vv -v -v
-v -- -vv -v--
-vv --

Secundi generis Odæ 26.

I., 2. *Iam ſatis terris nivis atque diræ.*
10. 12. 20. 22. 25. 30. 32. 38.
II., 2. *Nullus argento color eſt.*
4. 6. 8. 10. 16.
III., 8. *Martiis cælebs quid agam Kalendis.*
11. 14. 18. 20. 22. 27.
IV., 2. 6. 11. *Pindarum quiſquis ſtudet æmulari.*
Epod. 18. *Phœbe ſilvarumque potens Diana.*

TERTIUM genus: ut Ode 3., quæ eſt diocolos diſtrophos. Primus quiſque verſus Choriambicus Glyconius trimeter acatalectus: conſtans è ſpondeo, choriambo, & pyrrichio, vel jambo: ſic,

Sic te -- diva potens -vv- Cypri v-

Secundus vero quiſque, Choriambicus, Aſclepiadeus tetrameter acatale-

talectus: è ſpondeo, duobus choriambis, & pyrrhichio, vel jambo: ſic.
Sic fra -- tres Helenæ -vv- lucida ſi -v- dera vv
-- -vv v-
-- -vv- -vv- vv

Tertii generis Odæ 12.

I., 3. 13. 19. 36. *Sic te diva potens Cypri.*
III., 9. 15. 19. 24. 25. 28. *Donec gratus eram tibi.*
IV., 1. 3. *Intermiſſa Venus diu.*

QUARTUM genus: ut Ode 4., quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Dactylicus Archilochius heptameter acalectus: conſtans è quatuor primis pedibus ſpondeis, vel dactylis, indifferenter, ut in verſu Heroïco: deinde è tribus trochæis, vel ſpondeo ultimo: ſic,

Solvitur -vv acris hy -vv ems gra -- ta vice vv veris -v & Fa -v voni --

Secundus verò quiſque eſt Archilochius, conſtans ex penthemimeri jambica, id eſt, ex jambo vel ſpondeo. jambo, & ſyllaba. Deinde è tribus trochæis, vel ſpondeo: ſic,

Trahúnt -v que ſic v- cas - machi -v næ ca -v rinas -
-vv vv-- -vv -v -v--
v- v- - -v -v -

Quarti generis Ode una.

I., 4. *Solvitur acris hyems grata vice veris & Favoni.*

QUINTUM genus: ut Ode 5., quæ eſt tricolos tetraſtrophos. Primi quique duo verſus ſunt Aſclepiadei, qualis ille, *Mæcénas atavis edite regibus.* Scanduntur enim ſic,

Quis mul- ta gracilis -vv- te puer in -vv- roſa v-
Perfu -- ſus liquidis vv urget odo -vv- ribus vv

Tertius autem quiſque eſt Pherecratius Heroïcus trimeter acatalectus: conſtans è ſpondeo, dactylo & ſpondeo: ſic,

Grato - Pyrra ſub -vv antro --

Quartus vero quiſque eſt Glyconius: qualis ille, *Sic te Diva potens Cypri.* Scanditur enim hoc modo,

Cui fla -- vam religas -vv- comam v-
-- -vv-- -vv v-
-- -vv -vv- vv
-- -vv --
-- -vv- vv

Quinti generis Odæ 7

I., 5. 14. 21. 23. *Quis multa gracilis te puer in roſa.*
III., 7. 13. *Quid fles Aſterie quem tibi candidi.*
IV., 13. *Audivere Lyce Dii mea vota.*

SEXTUM genus: ut Ode 6., quæ eſt dicolos tetraſtrophos. Primi quique tres verſus ſunt Aſclepiadei, qualis ille, *Mæcenas atavis edite regibus.* Scanditur enim hoc modo,

Scribê --ris Vario -vv- fortis & ho -vv- ſtium vv
Victor — Mæonii -vv- carminis a -vv- lite vv
Quam rem -- cunque ferox -vv- navibus aut -vv- equis v-

Quartus autem Glyconius, qualis *Sic te diva potens Cypri.* Scanditur ſic,

Miles

Miles -- te duce geſ -vv- ſerit vv

-- -vv- -vv- vv

-- -vv- -vv- vv

-- -vv- -vv- v-

-- -vv- vv

Sexti generis Odæ 9.

I., 6. 15. 24. 33. *Scribêris Vario fortis, & hoſtium.*
II., 12. *Nolis longa feræ bella Numantiæ*
III., 10. 16. *Extremum Tanaïm ſi biberes Lyce.*
IV., 5. 12. *Divis orte bonis optime Romulæ.*

SEPTIMUM genus: ut Ode 7., quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Heroïcus hexameter catalecticus in duas ſyllabas: conſtans è ſex pedibus, dactylo & ſpondeo indifferenter in omnibus locis. quanquam in quinto aliquando ſpondeus ponitur, & in ſexto dactylus: ubi etiam ſæpe pro ſpondeo trochæus admittitur. Sed de verſu Heroïco multa diximus in inſtitutionibus noſtris Grammaticis. Scanditur autem ſic,

Lauda -- bunt ali -vv i cla -- ram Rhodon -vv aut Mity -vv lenen --

Secundus autem quiſque eſt dactylicus Alcmanius tetrameter catalecticus, habens quatuor ultimos pedes Heroïci verſus, ſic,

Aut Ephe -vv ſum bima -vv riſve Co -vv rinthi --

-- -vv -- -vv -vv -v

-vv -vv -vv --

Septimi generis Odæ 3.

I., 7. 28 *Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen.*
Epod 12. *Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barris.*

OCTAVUM genus: ut Ode 8., lib. I., quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Ariſtophanius dimeter acatalectus: conſtans è choriambo, & bacchio, ſive amphimacro: hoc modo,

Lydia dic -vv- per omnes v--

Secundus autem quiſque eſt Choriambicus Alcaïcus tetrameter acatalectus: conſtans ex epitrito ſecundo, duobus choriambis, & bacchio, ſive amphibracho, hoc modo,

Te Deos o -v-- ro Sybarim -vv- cur properes -vv- amando v--

-vv- v--

-v-- -vv- -vv- v--

Octavi generis Ode unica.

I., 8 *Lydia dic per omnes.*

NONUM genus: ut Ode 9., quæ eſt tricolos tetraſtrophos. Primi quique duo verſus ſunt Dactylici Alcaïci acatalecti; qui conſtant ex penthemimeri jambica, id eſt, ex jambo, vel ſpondeo, jambo & ſyllaba, quæ dicitur cæſura: deinde è duobus dactylis, vel ultimo amphimacro: hoc modo,

Vides v- ut al v- ta - ſtet nive -vv candidum -vv
Sora v- cte, nec v- jam - ſuſtine -vv ant onus -vv

Tertius autem quiſque eſt Jambicus Archilochius dimeter hypercatalectus: conſtans quatuor pedibus: primo & tertio, jambo vel ſpondeo: ſecundo & quarto, jambo duntaxat deinde ſupereſt ſyllaba, hoc modo:

Sylvæ -- labo v- rantes -- gelú v- que v

Quartus autem quiſque eſt Dactylicus Alcaïcus acatalectus : conſtans ex Dimetro Heroïco , & dimetro Trochaïco , id eſt, è duobus dactylis, & duobus trochæis : vel ultimo ſpondeo ; hoc modo,

Flumina -uu conſtite -uu rint a -u cuto --

u u - - -uu -uu

u- u- - -uu -uu

- u- - - u-u

-uu -uu -u -

Noni generis Odæ 37.

I., 9. *Vides ut alta ſtet nive candidum.*

16. 17. 26. 27 29. 31. 34. 35. 37.

II., 1. *Motum ex Metello conſule civicum.*

3. 5. 7. 9. 11. 13. 14. 15. 17. 19. 20.

III., 1. *Odi profanum vulgus & arceo.*

2. 3. 4. 5. 6. 17. 21. 23. 26. 29.

IV., 4 9. 14. 15. *Qualem miniſtrum fulminis alitem.*

DECIMUM genus : ut Ode 11., quæ eſt monocolos. Sunt enim omnes verſus Choriambici Alchaïci pentametri acatalecti : qui conſtant è ſpondeo, tribus choriambis, & pyrrhichio, vel jambo : hoc modo,

Tu ne -- quæſieris -uu- ſcire nefas -uu- quem mihi quem -uu- tibi uu

Finem -- Dii dederint -uu- Leuconoë -uu- nec Babylo -uu- nios u-

-- -uu- -uu- -uu- uu

-- -uu- -uu- -uu- u-

Decimi generis Odæ 3.

I., 11. 18. *Tu ne quæſieris ſcire (nefas) quem mihi, quem tibi.*

IV., 10. *O crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens.*

UNDECIMUM genus : ut Ode 18., libri II., quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt jambicus Archilochius dimeter acatalectus : conſtans amphimacro , & duobus jambis, vel ultimo pyrrhichio : hoc modo,

Non ebur -u- nequ' au u- reum u-

Secundus quiſque verſus eſt Jambicus Archilochius trimeter catalecticus : conſtans è quinque jambis & ſyllaba : recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo : hoc modo,

Mea u- reni u- det in u- domo u- lacu u- nar u

-u- u- u-

u- u- u- u- u- u

Undecimi generis Ode una.

II., 18. *Non ebur neque aureum.*

DUODECIMUM genus : ut Ode 12. libri tertii, quæ eſt dicolos triſtrophos. Primi quique duo verſus ſunt Ionici à minore , Sapphici, trimetri acatalecti : qui conſtant è tribus Ionicis, à minore , vel ultimo pæone tertio : hoc modo,

Miſerar' eſt uu-- nequ' amori uu-- dare ludum uu--

Neque dulci uu-- mala vino uu-- laver' aut ex uu--

Tertius item verſus eſt Ionicus à minore , Sapphicus, acatalectus, ſed tetrameter : conſtans è quatuor Ionicis, à minore : hoc modo,

animari uu-- metuentes uu-- patriæ ver uu-- bera linguæ uu--

uu--

vv-- vv-- vv--
vv-- vv-- vv--
vv-- vv-- vv-- vv--

Duodecimi generis Ode una.

III., 12. *Miſerarum eſt, neque amori dare ludum.*

DECIMUMTERTIUM genus, ut Ode 7., libri IV., quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Heroïcus hexameter catalecticus: qualis, *Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen*, hoc modo,

Diffu-- gêre ni -vv ves rede -vv unt jam -- gramina -vv campis --

Secundus quiſque eſt Dactylicus Archilochius dimeter hypercatalectus: conſtans duobus dactylis & ſyllaba: hoc modo,

arbori -vv búſque co -vv ma -
-- -vv -- vv --
-vv -vv -

Decimitertii generis Ode una.

IV., 7. *Diffugere nives, redeunt jam gramina campis.*

DECIMUMQUARTUM genus: ut lib. V., Ode 1., quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Jambicus Hipponacteus trimeter acatalectus: conſtans è ſex Jambis: recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Ibis -- Libur v- nis in - ter al v- ta na v viumvv

Secundus quiſque eſt Jambicus Archilochius dimeter acatalectus: conſtans è quatuor jambis: recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Ami v- ce pro v- pugna -- cula vv
-- v- -- v- v- vv
v- v- - vv

Decimiquarti generis Odæ 10.

Epod. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *Ibis Liburnis inter alta navium.*

DECIMUMQUINTUM genus: ut Ode 11., quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Jambicus Hipponacteus trimeter acatalectus: qualis ille, *Ibis Liburnis inter alta navium*. hoc modo,

Pecti -- nihil v- me ſic -- ut an v- tea v- juvat vv

Secundus verò quiſque eſt Sapphicus: conſtans penthemimeri heroïca & dimetro jambico, id eſt, è duobus dactylis, & ſyllaba, deinde è quatuor jambis: recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Scribere -vv verſicu -vv los - amo v- re per v- culſum -- gravi v-
-- v- -- v- vv
-vv -vv - v- -- v-

Decimiquinti generis Ode una.

Epod. 11., *Pecti nihil me ſicut antea juvat.*

DECIMUMSEXTUM genus: ut Ode 13., quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Heroïcus hexameter catalecticus: qualis ille, *Laudabunt alii claram Rhodum aut Mitylenen*: hoc modo,

Horrida -vv tempe -- ſtas cœ -- lum con -- traxit & -vv imbres --

Secundus vero quiſque eſt Archilochius, conſtans dimetro jambico, & pentemimeri Heroïca, id eſt, è quatuor jambis: recepto tamen in

locis imparibus etiam ſpondeo. Deinde è duobus dactylis, & ſyllaba: hoc modo,

Nivéſ v- que de v- ducunt -- Iovem v - nunc mare -vv nunc ſiliū -vv æ -

-vv -- -- -- -vv -·

v · v· -- v- · vv -vv -

Decimiſexti generis Ode una.

Epod. 13., *Horrida tempeſtas cælum contraxit & imbres.*

Decimumseptimum genus: ut Ode 14., quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt, qualis, *Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen:* hoc modo,

Mollis in -vv ertia · vv cur tan -- tam dif -- fuderit -vv imis --

Secundus autem quiſque eſt Jambicus Archilochius dimeter acatalectus: qualis ille, *Amice propugnacula*; hoc modo,

Obli -- vio v- nem ſen -- ſibus vv

-vv -vv · -- -- -vv --

-- v- -- vv

Decimiſeptimi generis Odæ 2.

Epod. 14. *Mollis inertia cur tantam diffuderit imis.*

15. *Nox erat, & cælo fulgebat luna ſereno.*

Decimumoctavum genus: ut Ode 16., quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Heroïcus hexameter: hoc modo,

Altera · vv jam teri · vv tur bel - lis ci -- vilibus vv ætas --

Secundus verò quiſque eſt Jambicus Hipponacteus trimeter: qualis ille, *Ibis Liburnis inter alta navium.* Quanquam in hac Ode ſecundus quiſque verſus conſtat è ſolis jambis, quod ſemel tantùm legitur feciſſe Horatius. Quamobrem verſus ille, *Eamus omnes execrata civitas*, ſic eſt legendus, *Eamus omnis execrata civitas*. Quod & Porphyrioni placet, ut ſit figurata locutio, *Eamus omnis civitas execrata hæc & quæ poterunt reditus abſcindere dulces*. Sunt enim omnes jambi hoc modo,

Suis v- & ip v- ſa Ro v- ma vi v- ribus v- ruit vv

-vv vv -- -- -vv --

v v- v- v- v- vv

Decimioctavi generis Ode una.

Epod 16., *Altera jam teritur bellis civilibus ætas.*

Undevigesimum genus: ut Ode 17., quæ eſt monocolos. Sunt enim omnes verſus Jambici Hipponactei trimetri acatalecti: qualis ille, *Ibis Liburnis inter alta navium.* hoc modo,

.Iam j'ef -- fica v · ci do -- manus v ſcien v · tia v-

Supplex -- & o v- ro re -- gna per v - Proſer -- pina v-

-- v- -- v- v- v-

-- v- -- v- -- v-

Undevigeſimi generis Ode una.

Epod. 17., *Iam jam efficaci do manus ſcientiæ*

INDEX

INDEX AUCTORUM

In commentariis citatorum.

ÆLianus.
Æſchines.
Æſchylus.
Æſopus.
Aetius.
Agellius.
Agretius.
Alciatus.
Alexander Aphrodiſæus.
Anacreon.
Apollodorus.
Appianus.
Ariſtippus.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Aſconius Pædianus.
Athenæus.
Attius Poëta.
Auguſtinus.
Auſonius.
Avicenna.
Bion.
Boëthius.
Brutus.
Budæus.
Cælius.
Cæſar.
Caper Grammaticus.
Cajus Juriſconſultus.
Callimachus.
Cariſius.
Cato.
Catullus.
Cebes.
Celſus.
Cenſorinus.
Cicero.
Claudianus.
Columella.
Democritus.
Dio.
Diodorus.
Diogenes.
Diomedes.
Dion Caſſius.
Dionyſ. Halicarnaſſ.
Dioſcorides.
Donatus.
Ennius.
Epicurus.
Euripides.
Euſebius.
Euſtathius.
Eutrapius.
Favorinus.
Feſtus.
Flavius Vòpiſcus.
Florus.
Fulgentius.
Galenus.
Gaza.
Gellius.
Herodotus.
Heſiodus.
Heſychius.
Hieronymus.
Hippocrates.
Homerus.
Horus Apollo.
Hyginus.
Iſidorus.
Iſocrates.
Juſtinianus.
Juſtinus.
Juvenalis.
Lactantius.
Laërtius.
Lampridius.
Leſchius.

Lilius Gyraldus.
Livius.
Lucanus.
Lucianus.
Lucilius.
Lucretius.
Macrobius.
Martialis.
Mela.
Menander.
Mimographus.
Modeſtinus.
Nigidius.
Nonnius.
Oribaſius.
Oroſius.
Orpheus.
Ovidius.
Palæphatus.
Papinius.
Paulus J&tus.
Pauſanias.
Perſius.
Petronius.
Phalarides.
P. Phocylides.
Pindarus.
Platina.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plin. Epiſt.
Plutarchus.
Pollux.
Polybius.
Priſcianus.
Propertius.
Prudentius.
Ptolemæus.
Pythagoras.
Quintilianus.
Salluſtius.
Sedigitus.
Seneca.
Seneca Trag.
Servius.
Servius Sulpitius.
Siculus Flaccus.
Sidonius.
Silius.
Simonides.
Sineſius.
Socrates.
Solinus.
Sophocles.
Spartianus.
Staſinus.
Statius.
Stephanus de urb.
Stobæus.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Tacitus.
Terentianus.
Terentius.
Tertullianus.
Themiſtius.
Theocritus.
Theodoretus.
Theophilus.
Theophraſtus.
Thucydides.
Tibullus.
Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Valla.
Varro.
Vegetius.
Vellejus Paterculus.
Verrius.
Virgilius.
Vitruvius.
Ulpianus.
Xenocrates.
Xenophon.
Zenobius.

INDEX

INDEX RERUM AC VOCUM MEMORABILIUM

In his VARIORUM in HORATIUM Commentariis.

O. *Odas, prior num. librum: alter numerum* Odarum: *tertius verſum deſignat.* S. *Satyras notat; prior num. librum, alter Satyræ librum, tertius verſum.* E. *Epodon: prior num. eſt Oda, alter verſus.* Ep. *Epiſtolas, prior numerus librum, alter Epiſtolam, tertius verſum ſignificat.* A. *Artem poëticam deſignat & numerus verſum.*

A.

A *Furno, redemtes.* Sat.1.4.37
Abdomen & ſuilla vulva. Ep.1.15.41
Ablui flumine. Sat.1.5.24
Abnormis. Sat.2.2.3
Abortivum. Sat.1.3.47
Ab ovo uſque ad mala. Sat.1.3.7
Abrotonum herba. Ep.2.1.114
Abſtemius. Ep.1.12.7
Academia, locus Athenis. Ep.2.2.45
Accerſere. Ep.1.5.6
Acciſæ opes, quæ? Sat.2.2.114
L. *Accius poëta.* Art.258
Acclinis. Sat.2.2.6
de *Accumbendi more veterum copioſius.* O.1.27.8
Accumbentium in menſa ordo. S.2.8.207
forma. Sat.2.4.39
Acer etiam de femina intelligitur. E.2.31
Acerra vas thuris. O.3.8.2
Aceti vis. Sat.2.3.240
Acetum in pectore habere. Sat.1.7.32
Achæmenes Perſarum rex. O.2.12.18. E.13.12
Achæmenei Perſæ dicti. ibid.
Achaia, pars Græciæ. O.1.14.35
Achaicus currus, pro Græco. O.4.3.5
Achelous fl. Tauri forma cum Hercule congreſſus. O.4.14.25
Acherontia. O.3.4.14
Achilles Phthius, Lariſſæus. O.2.4.1 *honoratus.* Art.120. *iracundus, impiger.* ibid.121. *inexorabilis.* ibid. *acer.* ibid. *Briſeidam amavit.* O.2.4.3. *Trojam an ceperit.* O.4.6.3
Acidæ linguæ homo. Sat.1.7.32
Acinaces teli genus quale. O.1.27.5 *& unde.* ibid.
Acipenſer piſcium Romæ nobiliſſimus. Sat.2.2.47
Acriſius Danaës pater. O.3.16.5
Acroceraunia. O.1.3.20
Actiaca victoria. O.1.37.1. E.9.21
Actorum in Scena partes. Art.179
Actus in Comœdia quot, ut ſcenæ. Art.189
Acutum. O.1.9.3
Acuta belli. O.4.4.76
Ad cyathum puer. O.1.29.8
Ad unguem factus homo. Sat 1.5.33
Adamantis durities. O.1.6.13
Adamantini clavi. O.3.24.5
Adhibere. Ep.1.2.67
Adcredere. Ep.1.15.25
Addicere & Addictus. Ep.1.1.14
Adjuro, quidnam ſignificet. Sat.2.3.179
Admiratio quæ vitioſa, quæ non. Ep.1.6.1
Admiſſionum magiſtri. O.1.28.9
Adoleſcentium ingenia & artes. Art.162
Ador, farris genus. Sat.2.6.89
Adria an Hadria ſcribend. O.1.3.15. *pro mari Adriatico.* O 2.11.3
Adventitia cœna, & viatica. O.1.36.2
Adulter, pro mœcho. E.5.57
Adulterorum pœna. Sat.1.2.37
Adulterari, virorum. E.16.32
Adultera, eadem venefica. O.3.6.19
Addicere judicem. O.2.7.25
Ador. Sat.2.6.89
Adueo. O.4.4.40

Adverſus. O.4.4.40
Æacus inferorum judex. O.4.8.25
Æaci genus. O.3.19.3
Ædes pro domo. O.1.30.4
Ædes & villa differunt. Ep.1.14.46
Ædium altitudo ab Auguſto definita. O.3.29.10
Ædilitas. Sat.2.3.180
Æditumus & Æditimus. Ep.2.1.230
Ægeum mare. O.3.29.63. *unde dictum.* ibid. & O.2.162
Ægeum mare juxta Cycladas vadoſum. O.1.14.19
Ægis Palladis. O.1.15.11. *cur Palladi tributa.* O.3.4.57. *item Jovi.* ibid.
Ægri animo & corpore qui. A.7
Ælia gens clara. O.3.17.1. *ejus familiæ ſeptem.* ibid.
Q. Æmilius Paulus Coſ. O.1.12.37
M. Æmilius Scaurus. O.1.12.37
Q. Æmilius Lepidus Coſ. Ep.1.2.28
Æmonia ab Æmone dicta. O.1.37.14
Æneas an patriæ proditionis reus. Carm. Sæc.41.
Æneatores qui. O.1.1.23
Æolis regio. O.2.13.24
Æolium carmen pro Leſbio. O.2.13.24
Æqua tellus pauperi recluditur, &c. O.2.18.32
Æquor mare dictum. O.2.9.2
Ærugo quid. Sat.1.4.101
Æs pro pecunia. Art.164
Æs quis primus conflarit. Sat.2.3.23
Æs Corinthium. Sat.2.3.21
Æs triplex. O.1.3.9
Æſchylus poëta. Ep.1.19.2
Æſula & Æſulani. O.3.29.6
Æſopi Phrygis de mantica fabula. Sat.2.3.299. *ejus dictum.* O.1.35.2
Æſopus quid in hominis fabrica deſiderarit. O.1.18.16
Æſtus momordit oleam. Ep.1.8.5
Æſopus Tragicus. Ep.2.1.82
Æſula oppidum quale. O.3.29.6
Ætas, ſpatium 30. annorum. E.16.1
Ætatum gradus varii. Art.158
Ætas virilis qualis. Art.166. *Robuſta.* O.3.2.2. *Fluxa.* O.1.11.7. *Mala & bona.* Art.169
Æternare. O.4.14.5
Ætna, Siciliæ mons. O.3.4.76
Ætolia. Ep.1.18.46. *ab Ætolo* [illegible] *filio.* ib
Affectus Stoïcis tollendi. O.2.[illegible]
Affligere humi. Sat.2.2.[illegible]
Afore, an Abfore ſcrib. Sat.1.4.1[illegible]
L. Afranius Togatam ſcripſit. Ep.2.1.[illegible]
Africa fertilitas. O.1.1.[illegible]
Africa procella. O.3.29.[illegible]
Africa ultima. O.2.1[illegible]
Africus ventus ab occaſu. O.1.1.15. *unde & Notus dictus.* O.1.3.[illegible]
Agave inſaniens. Sat.2.3.[illegible]
Ager unde dictus. Sat.2.6.[illegible]
Agere triumpho. O.1.12.5[illegible]
Agna cur tempeſtate oblata. E.10.[illegible]
Agnati & gentiles furioſos ex lege XII. curabant. Sat.2.3.218
Agylla, idem quod Cære. Ep.1.6.62
Agreſtis, & ſcurra oppoſiti. Ep.1.18.6
Agricolæ, deos venerabantur. O.3.23.2
Agrippa, unde dicti. O.1.6.1
M. Agrippa gentile nomen Vipſanius cur celetur. O.1.6.1. *Ejus laudes.* Sat.2.3.186. *Ejuſdem Pantheon.* Ep.1.6.26. *porticus ejuſdem.* ibid. *Cantabriam domuit.* O.2.6.2. *Bello navali clarus.* O.1.6.3
Agros vaſtare & ſimilia. Art.208
Agrorum modus apud Rom. Sat.2.6.1
Agyieus Apollo dictus quod viis præſit. O.4.6.28
Ahala Serviliorum cognomen. Ep.1.15.tit.
Ajax Telamone natus. O.2.4.5
Alæ morti attributa. Sat.2.1.58
Albani agri frigidi. Ep.1.7.10
Albanum vinum. O.4.11.2
Albata factio. O.1.1.3
Albati quinam. Sat.2.2.61
Albicare, vox Pliniana. O.1.4.4
Albi, pro leviter ſapientibus. O.1.11
Albus, qui morbis obnoxius. Sat.2.2.21
Albi equi in triumphis. O.4.2.59
Albius Tibullus. Ep.1.4.1. *an pauper.* ibid. *an Epicureus.* Ep.1.4.4
Albinovanus, Poſtumiorum cognomen. Ep.1.8.1
Albunea dea oraculum. O.1.7.12
Albutia gens. Sat.2.1.48
T. Albutius Græce ſalutari volebat. Sat.2.2.67. *curioſus in convivas.* Sat.2.2.67
Alcæus poëta. O.4.9.7. *Leſbius poëta.* O.1.32.5.

O.1.32.5. *inde carmen Alcaicum.* ibid. *inter arma ſcripſit.* O.1.32.7. *aureo plectro donatus.* O.2.13.26
Alcmæon Amphiarai F. O.3.16.11
Alcinous. Ep.1.2.28
Alea legibus vetita & à quibus. O.3.24.58
Alec, an piſcis nomen, & non Halec. ſcribend. Sat.2.4.73
Alere & Aleſcere, pro creſcere. O.4.2.6
Ales, pro auſpicio. O.1.6.2. O.4.6.23
Alexandri Magni de Apelle edictum. Ep.2.1.234
Alexander M. in Apellis officina. Ep.2.1.242
Alexandri Severi lararium. O.4.5.34
Alexandria quando ab Auguſto capta. O.4.14.33
Alex piſcis qualis. Sat.2.4.73. *muria vitium.* ibid.
Alecarii. ibid.
P. Alfenus Jureconſultus. Sat.1.3.130
Alfinius Varus Cremonenſis. Sat.1.3.130
Alfius fenerator. E.2.65
Algidus mons. O.1.21.6
Alica. Sat.2.3.155
Aliphana, pocula majora. Sat.2.8.39
Alio ſole calentes terra. O.2.16.18
Alite ſecunda. E.16.23
Alites. O.3.27.1
Alius & Alienus cum gignendi caſu Græcorum more. Sat.2.3.208. E.1.16
Alliſe oppidum. Sat.2.8.39
Allium, unde dictum. E.3.3. *theriaca eſt ruſticorum, Galeno.* ibid. 4
Allobroges qui. E.16.6
Alloqui, pro ſolari. E.3.27
Allocutiones. ibid.
Almus dies. O.4.7.7
Alpinus. Sat.1.10.36
Alta periculis obnoxia. O.2.10.10. & 12
Altum, pro mari, &c. O.2.10.1
Aluta, corium. Sat.1.6.28
Amantes januas effringere ſolebant. O.3.26.7
Amantium perjuria. O.2.8.13
Amatores unguentis delibuti. E.5.59
Amazonia ſecuris. O.4.4.20
Ambegua bos. S.1.2.1
Ambire. O.1.36.17
Ambitioſus. O.1.36.17
Ambitioſior ederis. O.1.36.20
Ambubaja. S.1.2.1
Amethyſtina. Ep.2.1.207
Amica, ſorores ab amatoribus dictæ. S.2.3.57
Amici magni & potentes pro patronis. E.1.2
Amicitia quænam appellanda. S.1.4.132
Amicitia principum infida. O.2.1.3
Amicitia ollaris, Prov. O.1.35.26
Amicorum communia omnia, Prov. O.2.17.5
Amicum diis. O.2.17.2
Amor, otium eſt & inertia. E.14.tit.
Amor acer qui amantem torquet. O.1.33.15. *anxius.* A.85
Amoris immoderati vis. O.1.13.5
Amor mutuus. O.1.27.11
Amor ingenuus quis. O.1.27.16
Amoris linea. O.1.13.13
Amoris remedium. E.11.40
Amphiaraus augur. O.3.16.11
Amphion, Thebarum conditor. A.394
Amphion & Zethus gemelli. Ep.1.18.41
Amphora quid. O.1.9.8. *quantum contineret.* S.1.1.74
Ampulla, vaſculum. Ep.1.3.14. A.97
Ampullari. Ep.1.3.14
Amyntas Chous. E.12.18
Amyſtide vincere quid? O.1.36.14
Anacreon poëta. O.1.17.18. *Tejus fuit.* O.4.9.9
An aurus fl. quod auram non exhalet. O.3.4.8
Ancilia ſcuta brevia numero XII. O.3.5.10
Ancillariola qui dicti. O.2.4.1
Ancus à poëtis laudatus. O.4.7.15
Andromeda Cephei filia. O.3.29.17. *Perſeo nupſit.* O.3.29.17
Angaria provincialium neceſſitas. S.1.5.46
Angerona an fortuna. O.1.35.tit.
Anguillis caſi pueri, puella ferula. S.1.3.119
Anguis in lecto quibus viſus. O.3.4.17
Anguſticlavii. S.1.6.28
Animadvertere, verbum lictorum. O.2.16.9
Animantium voces querela. E.2.26
Anima in amicis una. O.2.17.5
Anima Thracia, pro ventis. O.4.12.2
Animi ſub vulpe latentes. A.437

Animi

Animi tranquillitas emi non poteſt. S.2.16.13
Animo obſequi. O.4.7.19
Anio pomifer. O.1.7.13
Anni quovis tempore potabant veteres. O.1.9.6. O.3.29.17
Annibal Romanis deteſtatus. E.16.8
Annibal dirus & durus. O.2.12.2
Annius Milo. S.1.2.64
Annus inverſus, quis dicatur? S.1.1.39
Anſeris jecur in deliciis. S.2.8.88
Antecœna. S.2.4.24
Anteros cur à Venere editus. O.1.19.1
Anteſtari quid. S.1.9.76
Anticyra. S.2.3.83. *ejus ſitus.* ibid.
Antilochus ab Hectore victus. O.2.9.13
Antimachus. A.136
Antiphates Leſtrygonum Rex. A.145
Antiqui homines pro ſimplicibus. Ep.1.5.1
Antiquarii. ibid.
Ant. Auguſtini laus. S.2.1.68
Ant. Muſa Auguſti medicus. Ep.1.15.2. *ejus mors.* ibid.
M. Antonii & Cleopatræ comitatus. E.1.13. *ejus ebrietas.* O.1.37.12. *Oſiris dictus.* O.1.37.14
M. Antonini Aug. clemens dictum ad Fauſtinam. O.1.17.13
Anulorum uſus apud Rom. S.2.7.9
Anus libidinoſa ac viroſa. E.12.17
Anxur, Jupiter, unde dict. S.1.5.26
Anxur Volſcorum oppidum. S.1.5.26
Anyti reus, pro Socrate. S.2.4.3
Apella Judæus. S.1.5.100
Apelles Alexandro gratiſſimus. Ep.2.1.239
Apenninus mons celſus. E.16.29
Aper Calydonius. A.146. *Lucanus.* S.2.8.6. *umber Lucanus Marſus.* O.1.1.28. S.2.4.40
Aperire, pro detegere. Carm. Sæc. 13
Apes in labris ſeſſitarunt Pindari, Platonis & B. Ambroſii. O.4.2.27
Apex. O.3.21.20
Apium in funere & in ludis Græcia. O.2.7.23. *item in conviviis.* ib. & O.4.11.2
Appius Claudius. S.1.6.20
Apollo & Diana. C.Sæc.2. *an in Delo orti.* O.1.21.10
Apollo ἀλεξίκακος *malorum depulſor.* O.1.21.13. *Averruncus deus.* S.1.9.78. *morbos averruncat.* Ep.2.1.136. *& noxius & ſoſpes.* O.2.10.19. *dextra Gratias, ſiniſtra arcum geſtat.* ibid. *cur arcus ac cithara attribuantur.* Carm. Sæc. 33
Apollinis inventa & artes quatuor. Carm. Sæc. 61. *divinationi præfect.* O.1.2.32. *diis ſuggeris.* ibid.
Apollinis Genitoris in Delo ara. O.1.19.14
Apollinis Pythii oracula. O.1.16.5. & 6
Apollo Latous cur dictus. O.1.31.18. *intonſus & Phœbus cur dictus.* O.1.21.2 *Delius & Patareus quare dictus.* O.3.4.64. *nube amictus.* O.1.2.31. *ejus lucerna.* ibid. *ab Auguſto dedicatus.* O.1.31.1. *Muſagetes.* O.4.6.25. *Agyieus.* O.4.6.28.
Apollinis opus Roma. Carm. Sæc. 37
Apotheca quando, & qua domus parte u- ſtituta. O.3.28.7
Appia via, regina viarum. E.4.14
Apricari ſenum. Ep.1.20.24
Apricus campus quis. A.162
Aprilis Veneri ſacer. O.4.11.16
Aptare idonea bello. S.2.2.110
Apulia an fabuloſa. O.3.4.9
Apulia nutricia Horatii & provinciæ nomen. O.3.4.9
Apum ſtudium circa flores. O.4.2.28
Aquæductus Romæ. Ep.1.10.20
Aquam eliciendi apud Romanos & Græcos mos. Ep.2.1.135
Aquila Jovis ales. O.4.4.1
Aquila cum dracone pugna. O.4.4.9
Aquileces & Aquileges, qui. Ep.2.1.135
Aquilicia feſta quibus eliciebantur aquæ. Ep.2.1.135
Aquilo. O.3.10.2. *ſiccus ventus.* S.2.2.41
A quis, pro Ab quis. S.2.7.34
Ara, primum anſa dicta. O.3.23.17
Ara Dianæ. A.16
Aram ponere. Ep.2.1.16
Arabia Romanorum avaritia exhauſta. O.3.24.1
Aratrum everſis urbibus inductum. O.1.16.20
Arbiter pugnæ. O.3.20.11
Arbiter bibendi συμποσίαρχος. O.2.7.26
Arbitria vulgo compromiſſa. O.4.7.21
Arbores adamatæ. O.3.13.2. *finium ter-*

- *animi quâ.* Ep.2.2.170. *loquentes ſibilo.* O.3.13.15.
Arcanum non ſcrutaberis. Ep.1.18.37
Arces poëtis pro editioribus locis. O.2.6.23
Arceſſere. Ep.1.5.6
Archilochus Jamborum auctor. A.79. *maledicus fuit.* E.6.13
Archilochia edicta quæ. E.6.13
Archytas Tarentinus. O.1.28.tit. *ejus columba lignea.* ibid. *Pythagoræ auditor.* ibid. *ejus ſcripta: mors naufragii.* ibid. *Geometra.* O.1.82.2
Arcta decet ſanum comitem toga. O.1.18.30
Arctici circuli deſcriptio. O.1.22.21
Arcturus ſidus. O.3.1.27
Ardere rigida tentigine vulva. E.12.11
Ardere virginem, virgine, & in virgine. O.3.9.5
Arduus. O.3.23.44
Area & ager. Ep.1.15.46
Area & campus quid differant. O.1.9.18
Arellii duo, pater & filius. Ep.1.10.tit.
Argentum quando ſignatum. O.3.3.49
Argyrippa. O.1.7.9. *antè* Argos Hippium *dicta.* S.1.5.71.& 92
Argivi quales. A.118
Argos. O.1.7.9
Ariadnæ hiſtoria in cælum relata. O.2.19.13
Aricia. S.1.5.1
Ariſtarchus caſtigator ſeverus. A.450
Ariſtippus Cyrenaicus. Ep.1.1.16. *ejus ad Dionyſium dictum.* Ep.1.15.11. *ejuſdem chlamys & pannus.* Ep.1.17.23
Ariſtius Fuſcus. O.1.22.tit. & Ep.1.10.tit.
Ariſtotelis acroamatica & exoterica. S.2.2.7
Arma in ære milites Romani non numerabant. E.9.13. *ad Arma vocare.* O.1.35.15
Arma prima mortalium, ungues, pugna, &c. S.1.3.101
Armi leporum. S.2.4.44
Armorum fulgor. O.2.1.19
Arrius Rom. S.2.3.240
Arrogare ſibi omnia armis. A.122
Artem deſinentes diis inſtrumenta ſuſpendebant. Ep.1.1.5
Arthritis. Ep.1.15.6
Aſinius Pollio Conſul. O.2.1.tit. *Hiſtoricus & poëta fuit.* ibid. *ejus ſcripta.* ibid. *laus.* O.2.1.13
Aſpergere, pro dictis falſis carpere. S.1.4.88
Aſſaracus. E.13.19
Aſſi piſces elixis oppoſiti. S.2.4.37
Aſſyrius mollis. A.117
Aſſis diviſio. O.3.19.9
Aſſis pretium. S.2.2.99. S.2.3.156
Aſſita arbor pro terminali. Ep.2.2.170
Aſſueta ægrè relinqui. E.2.65
Aſtures. O.3.8.22. *ab Auguſto devicti.* ibid.
At, particula initio orationis. E.5.1
Atabulus, Apuliæ infeſtus. S.1.5.78
Athenienſium exercitationes in palæſtra, muſica, &c. Ep.2.1.32
M. Atilius Regulus. O.1.12.37.
Atlanticum mare remotiſſ. O.1.31.14
Atlantis, filia Maja. O.1.10.1
Atlas qualis mons ſit. O.1.34.12
Atreus. A.186
Atrox animus. O.2.1.23
Atroces qui. O.2.1.23
Atta. Ep.2.1.79
Attagen Ionius & Phrygius. E.2.49
Attalicæ conditiones. O.1.1.12
Attalicæ veſtes. A.154
Attalus Philometor. O.2.18.5. *pop. Rom. heredem reliquit.* ibid.
Attentare, pro offendere. Ep.2.2.22
Attentus nimis. Ep.1.7.91
Attici acuti. Ep.2.1.244
Attinet. O.1.19.12
Attonitus. S.2.3.223
Avaritia fugienda. O.2.10.17. *Rom. Remp. perdidit.* O.3.3.49. *moroſos reddit.* S.1.1.1. & 27. & 37. *& deinceps.*
Avarus ab avendo. O.4.11.25
Avara ſpes. ibid.
Avarus eget. Ep.1.2.56
Avarorum excuſatio. S.2.3.127. *reprehenſio.* ibid. 131
Auctorati qui dicti. S.2.7.59
Auctoramentum. S.2.7.59
Auctumnus, qui ſcrib. O.2.14.15. O.4.7.11. *pomifer.* O.3.23.8
Audax nauta. O.1.1.14
Auditus ſenſus. A.180
Avernales aquæ quæ? E.5.26
Aufidii Fundani fuerunt. S.1.5.34

Aufidio-

Aufidiorum cognomina. ibid.
Aufidius Prætorius. S.1.5.34
Aufidus fl. O.4.14.26
Augures & Geographi cœli regiones quomodo dividant. O.3.27.11
Auguſti Cæſaris geneſis. O.1.12.50. *natalis.* Ep.1.5.9. *ſidus natale.* O.2.17.19
Auguſtus in Carinis educatus. Ep.1.7.48
Auguſtus Divi filius. O.4.5.1. *cuſtos Reip. Rom.* O.4.5.2. O.4.15.17. *Deus nominatus.* O.4.5.31
Auguſti in Cantabros expeditio. Ep.1.12.26. *an in Britanniam bellum adornarit.* O.3.5.3. *duo externa bella geſſit.* O.3.14.1. *ſigna Craſſo adempta à Parthis recepit.* O.4.15.6. *pater patriæ dictus.* O.1.2.50. Ep.1.16.21
Auguſtus, legibus morum licentiam refrenavit. O.4.15.10. *ſucceſſoribus imperandi formulam reliquit.* O.4.15.12
Auguſto hymni conſcripti. O.1.12.1
Auguſtus otium optavit. O.3.4.38
Auguſtus Apollinis filius fingebatur. O.1.2.41. *Julii Cæſaris mortem vindicat.* O.1.2.44. *templum Marti Ultori fecit.* ibid.
Auguſti de Q. Haterio dictum. O.3.10.10
Auguſti laus. O.3.3.11. & 43
Avidum mare. O.1.28.18
Avidus & Avarus, quid differant. S.1.4.126
Avi mala, pro malo omine. O.1.15.5
Avidienus, canis dictus. S.2.2.55
Avis Aſia. E.2.53
Aulæum. A.154
Aulæa quæ. Ep.2.1.189. *tolli & premi quando dicantur.* ibid.
in Aulide Græci conjuravere. O.1.15.9
Aulon mons fertilis. O.2.6.18
Aura, pro ſplendore & pro vento. O.2.8.23. S.2.5.1
Aurea, pro pulcro. O.2.10.5
Aurea mediocritas diligenda. O.2.10.5
Aurelia gens. O.3.21.1
Aurem ſubſtringere quid? S.2.5.95
Aures oppigneratæ. S.2.3.239
Auris, memoriæ ſedes. S.1.9.76
Auris rimoſa. S.2.6.46
Aurum & argentum quando ſignata. O.3.3.49
Auro omnia pervia. O.3.16.8. & 15
Aurum fulmine potentius. O.3.16.9
Aurunculeia gens obſcurior. O.3.21.1
Auſpiciis vincere. O.4.14.5
Auſpicia in exercitu penes Imperatorem. O.1.7.27
Auſter, qui & Notus. O.1.7.15. *ventus concitatus.* O.4.14.15. *æſtuoſus.* S.2.2.41. *cur plumbeus.* S.2.6.18. *nimborum pater.* ibid.
Antonianæ naves. E.1.1
Automata quæ. S.2.7.8
Avus, abavus, atavus, &c. O.1.1.1

B.

Babylon, caput Chaldæorum. O.1.11.2
Bacca quæ. E.8.13
Bacchæ Euripidis. O.2.19.19
Bacchi cognomenta. O.3.25.9. & 19
Bacchi numine plenus, quid? O.3.19.13
Bacchus idem qui & Sol. O.3.3.14
Bacchus Thyoneus & Semelejus an idem. O.1.17.23
Bacchi copia. O.2.19.10. *cornua.* ibid. 29
Bacchus quando verecundus. O.1.27.2
Baccho caprea offerebatur. O.3.8.6
Baiæ. Ep.1.1.83. *amœnæ.* O.3.4.24
Baiana aqua. Ep.1.15.2
Balanus ſive glans. O.3.29.4
Balatrones unde dicti. S.1.2.1
Balba verba ferire. S.2.3.274
Balbutire. S.1.3.47
Balnea Romæ obſcura. S.1.4.76
Bantia Apuliæ urbs & Bantini. O.3.4.15
Barathrum Athenis. S.2.3.166
Barba tenus ſapiens. S.2.3.17
Barba, philoſophi inſigne. S.2.3.17
Barbari pro Phrygibus. E.9.6
Barbitos. O.3.26.3
Barbitos & lyra. O.1.32.4
Bardi inſulſi. S.1.3.57
Baria Sabinorum oppidum. Ep.1.14.3
Barides Ægyptiorum naves. E.1.1
Barion oppidum. S.1.5.97
Barrus. S.1.6.31
Barri elephanti. Ep.12.tit. *an hominis nomen, quæſitum.* ibid.
Baſſareus Bacchus cur dictus. O.1.18.11
Baſſaris veſtis genus. ibid.
Bathylli duo. E.14.10
Beata bona. O.1.29.1

Beati an mortui dicendi. S.1.9.28
Beatus Epicuro quis. S.1.1.61
Beatus. S.2.8.1
Bellerophon unde dictus. O.4.11.28. *ejus errores.* ibid.
Bellerophon nubibus inſultans. O.3.12.7. *equus inventor.* ibid.
Bellerophontis vera hiſtoria. O.1.27.24
Bellona, belli dea. S.2.3.223
Belli paciſque artes. O.4.15.12
Bellua centiceps, pro Cerbero. O.2.13.34
Bellua multorum capitum. Ep.1.1.76
Bellum Siculum. E.16.1. *Marſicum ſeu Italicum.* E.16.3
Belluoſus Oceanus. O.4.14.47
Belli Trojani exordium ab Homero cur omiſſum. A.147
Bella civilia Romæ. E.16.1
Benè, augendi vim habet. Ep.1.6.25
Beneventum. S.1.5.71
Benignitas, Auguſti vocabulum. E.1.31
Berecynthea ſacra. O 1.18.13
Beſtiæ. Ep 1.15.37
Bidentes. O 3.23.14
Bibere ſoliti veteres amicorum nominibus. O.3.19.9
Bibere auribus. O.2.13.32
Bibliotheca à quibus primò inſtitutæ. S.1.4.22
Bibliotheca Palatina. Ep.1.3.17
Bibulus quando conſul fuerit. O.3.28.8
Bidental, quid, & unde dict. A.471
Bigamia. O.3.14.5
Bilis. S.2.2.75
Bilis vitrea, atra. S.2.3.141
Bimum merum. O.1.19.15
Bion poëta maledicus. Ep.2.2.60
Biones plures. ibid.
Bipedalis forma humani corporis minima. S.2 3.308
Bithynia mercaturis apta. O.3.7.3
Bithyna carina. O.1.35.7
Bitumen. E 5.82
Blanduſiæ fons. O.3.13.1
Blaterare. S.2.7.35
Blatta vermiculus. S.2.3.119
Bœoti ſtupidi. Ep.2.1.244. A.118
Bœotum in aëre natus. Ep.2.1.244
Bola opidum, vide Bolani. S.1.9.11
de Bombycina veſte copioſè. S.1.2.101
Bona, quæ. S.1.1.79
Bona verba dicere. O.3.1.1
Bonos etiam repulſam pati. O.3.2.17
Bonus A.399
Boſporum, pro quolibet mari. O.2.13.14
Boſporus unde dictus. O.2.13.14
Brevitas rerum & verborum. A.25
Britannica Aug. expeditio. O.1.35.30
Britanni, hoſpitibus feri. O.3.4.33
Bruta fulmina. O.1.34.9
Bruta tellus. ibid.
M. Brutus Prætor. S.1.7.18
Buccas inflare. S.1.1.20
Buccini color. Ep.1.10.26
Bulla, puerorum inſigne. E.5.12 *unde ſic dicta.* ibid.
Bullatius, homo verſatilis. Ep.1.11.1.
Bupalus pictor. E.6.14
Buſtuarii gladiatores. O.2.1.28.
Byſſina ac ſericæ veſtes differunt. O.1.2.31.

C.

Cadavera lota ungebantur. E.17.11
Cadmus in anguem mutatus. A.187
Cadmus lictor. S.1.6.39
Caducum poëtis & Juriſconſ. O.2.13.11
Cæcilius Gallus Comicus. Ep.2.2.59. A.53
Q. Cæcilius Metellus. S.2.1.67
Cæcubum vinum. O.1.20.9. E.9.36
Cælebs unde dictus. O.3.8.1 *quomodo ſcrib.* Ep.1.1 88
Cæmentum, propriè quid? O.3.1.35
Cære urbs. Ep.1.15.8
Cære & Cærite. Ep.1.6.62 *unde derivetur.* ibid.
Cærites primi omnium municipes facti, ob Veſtales virgines bello Gallico receptas. Ep.1.6.62
Cærulei oculi Germanorum. E.16.7
Cæſaris horti. S.1.9.18
Cæſaris de Sylla Dictatura jocus. Ep.1.18.13
Cajus & Lucius principes juventutis O.4.12.17.
Cala & Calones. O.3.11.47
Calabria æſtuoſa & torrida. O.1.31.5
Calabri hoſpitis munera. Ep.1.7.14
Calamiſtri. S.1.2.98
Calathus. O.3.12.4
Calatores. Ep.1.14 42

Calcanda

Calcanda ſemel via lethi. O.1.28.16
Calceus pedi aptandus. Ep.1.10.42
Calena vina. O.1.20.9
Falernis comparata. O.1.31.9
Calenda in Junonis ditione. O.3.8.1
Calendis reddebant pecuniam. S.1.3.87
Calere morbo mentis, &c. S.2.3.82
Calices inaquales, qui? S.2.6.68
Calida manus. O.3.23.17
Caliendrum. S.1.8.48
Callus ovi. S.2.4.14
Calones ſervi viliores. S.1.6.103. Ep.1.4.42
Calatores. ibid.
Calumnia contemnenda. Ep.1.16.38
Cameram percutere ſeminibus, quid? S.2.3.273
Camilli juſtitia. O.1.12.42
Cammarus. S.2.4.58
Campana trulla. S.1.6.118.
in Campeſtribus exercitationibus nudi Romani. Ep.1.11.18
Campus & area. O.1.9.18
Campus Martius. O.1.8.3. S.1.1.91
Candere & Candeſcere. S.2.6.103.
Candicare. O.1.4.2
Candidiores anima. S.1.5.41
Candium oppidum inter Capuam & Beneventum. S.1.5.51
Cane pejus & angue. Ep.1.17.30
Canephora virgines. S.1.3.10
Canere & Cantare pro celebrare. S.1.2.105
Canes feminino genere. E.2.31
Canes ad venandum. O.1.29.7. E.2.31
Canes nobiliſſimi Moloſſus & Lacon. E.6.5
Canes Stygia, Hecata, Proſerpina, ac Diana ſacra. S.1.8.34
Canicula, & dies Caniculares. O.3.13.9
Canidia venefica. S.2.1.48
Canis non abſterretur à corio. S.2.5.83
Cantabria ab Agrippa devicta. O.2.6.2
Cantabri Hiſpanorum ultimi. O.3.8.22
Canticum Comœdia pars. A.192
Canum fidelitas. O.1.1.27
Canum cuſtodia & fides. O.3.16.2
Canus. O.4.13.12
Canuſium. S.1.5.92. *ubinam ſitum.* ibid.
Canuſini bilingues. S.1.10.30
Capena porta triumphalis. E.7.8
Caper Baccho oblatus. O.3.8.6
Capite minutus. O.3.5.42
Capitis nives pro canitie O.4.13.[illegible]
Capitolinus quarum gentium cognomen. S.1.4.94
Cappadoces ſervili ingenio. Ep.1.6.[illegible]
Capra ſidus. O.3.[illegible]
Caprea quando dulces. S.2.4.[illegible]
Capro ſub alis fœtor. Ep.1.5.[illegible]
Capricornus Heſperia unda tyrannus. O.2.17.19
Caprificus nunquam matureſcit. E.[illegible]
ſepulcris enaſci imprecabantur [illegible] ibid.
Capripedes. A.[illegible]
Capſa librorum. S.1.4.[illegible]
Captare teſtamenta. S.2.5.[illegible]
Captivorum Diaria. S.1.5.[illegible]
Capua ejuſque magnitudo. E.16.[illegible]
Caput hominis principale membrorum. O.2.8.5. *ei imprecari ſolebant.* ibid.
Caput velare quinam ſoliti. S.2.3.[illegible]
Caput fontis quod? O.1.1.22
Caput movent minantes. S.1.5.58
Caput ſcabere meditantis eſt. S.1.10.71
Cardiacus morbus. S.2.3.161
Carpathus Inſula. O.4.5.[illegible]
Camelopardalis. Ep.2.1.195
Carere etiam de inanimatis. E.16.13
Carina vicus Romæ. Ep.1.7.48
Carmen amantium ad oſtium. O.1.25.7
Carmina pro precibus. O.1.2.27
Carmine perpetuo celebrare. O.1.7.6
Carminum genera quatuor. A.73
Carnes pecudum à lupo morſa an teneriores. E.2.60
Carpere diem quid? O.1.11.8
Carpere oblivionem. O.4.9.33
Carthaginis & Romæ diſcidium. E.16.10
Cartibulum. S.1.6.116
Caſſa nuce pauperare. S.2.5.36
Caſſandra virgo. O.2.4.7
Agamemnoni in prædam ceſſit, & cum eo occiſa. ibid.
Caſſius Severus qualis. E.6.tit.
Caſſius Etruſcus. S.1.10.59
an idem Parmenſis. S.1.10.60
Caſſii tres. ibid.
Caſſius Parmenſis quis? Ep.1.4.3
Caſtalia virgo. O.3.4.61
Caſtores fratres gemini. O.1.12.27
à Romanis culti. O.1.12.25
Caſtores ſalutares. O.1.3.2

Orbilii

Oebalii & Therapnei dicti. ibid.
Campanus morbus quis. S.1.5.62
ſuperbia. ibid.
Caſtor equis gaudens. O.1.12.26
Caſtor & Pollux. A.147
per Catadromum decurrere. Ep.2.1.210
Caſtra nil cupientium petere. O.3.16.14.
Catellæ matronis in deliciis. Ep.1.17.55.
Catellus quid? S.2.3.259
Catillus. O.1.18.2
Catilliones. S.2.6.10
Catius Fronto Orator. S.2.4.1
M. Catius Epicureus. S.2.4.1
ejus ſcripta. ibid.
Catonis de protervia jocus. Ep.1.15.39
Catonis de Græcis vaticinium. Ep.2.1.156
Cato Uticenſis. Ep.1.19.13
an vinoſus. O.3.21.11
Priſcus cur dictus. ibid.
Catonis Uticenſis laus. O.2.1.23
Caucaſus mons Scythiæ. O.1.22.5. & 6
Caudam trahere & jactare. S.2.3.53
Cave canem. S.1.4.34
Cauſam tenere. Ep.1.16.43
Cautus tardo opponitur. S.1.3.57. & 58
Cecropio cothurno, pro ſtylo tragico. O.2.1.12
Cecrops Cecropiæ conditor. O.4.12.6
Cedet in uſum mihi, tibi, &c. S.2.2.134
Cedere pro incedere. S.2.1.65
Cedrus à carie conſervat. A.332
Celſus Corneliorum & Papiorum cognomen. Ep.1.8.1
Cenſus Senatorius. Ep.2,1.247
Cella ſervorum tenuiorum manſio. S.1.8.8
Cellaria in templis & divitum ædibus. ibid.
Cenotaphium. O.2.20.21
Cenſorini duo L. & C. Marcii. O.4.8.1
Cenſus equitum. Ep.1.1.57
Centeſima uſura apud Romanos. S.1.2.14
Centeſima uſuræ quales. E.2.70.
Cepheus in aſtra relatus. O.3.29.17
Cera prima, media & ima. S.2.5.53
Cerata penna. O.4.2.2
Cerberus triceps. O.2.13.34
Cerea brachia, quæ? O.1.13.2
Cerea imagines. Ep.2.1.265
Cerebroſus quis dicatur? S.1.5.21
Ceres ſpicis coronata. C.S.30
Cereus in vitium flecti. A.163
Cerinthus adoleſcens formoſus. S.1.2.81
Cerritus & Ceritus. S.2.3.278
Cervi timidi. O.1.15.29
Cervius quadruplatoris nomen. S.2.1.47
Cervix roſea. O.1.13.2
Ceruſſa. E.12.10
Ceſpes vivus. O.1.19.13
Cethegi olim eloquentiſſimi. A.50
Characteres dicendi tres. A.27
Charites Veneris Comites. O.1.30.5
Charmides. Ep.1.15.2
Charybdis monſtrum marinum. A.145
Charybdis fabula. O.1.27.19
Chia & Lesbia vina. E.9.34
Chimæra. O.2.17.13
triformis. O.1.27.23
Chius maris expers. S.2.8.15
Chium vinum. O.3.19.5. S.1.10.24
Chlamys. Ep.1.17.29
Chloris uxor Ibyci. O.3.15.1
Chœrili plures, Samius & Obſonator. Ep.2.1.233
Chœrilus. A.357
Choreæ nocturnæ deorum & ſagarum. O.1.4.6
Chori officia. A.196
Chorus. A.189. *quot perſonarum ſit.* ibid. 192.
Chryſippi mors. S.2.3.103
Ciboria poculi genus. O.2.7.22
Cibyra Phrygiæ urbs. Ep.1.6.33
Cicer, Faba, Lupinis, quando ſpargebantur, & in quem finem. S.2.3.182
Ciceris fricti emptor. A.249
Cicero an bonus interpres. A.134
Cicero Urbanus. S.1.10.14
Cichorium pro intuba. O.1.31.16
Cicuta, herba qualis? Ep.2.2.53
Cilliba menſa. S.1.6.116
Cilnia gens & familia. O.1.1.1
Cilnius Mæcenatis nomen. Ep.1.19.tit. S.1.1.1
Cinctuti pro cincti. A.50
Cinerarii, qui? S.1.2.98
per Cineres jurabant antiqui. O.2.8.9
item per ſidera & ſuperos. O.2.8.10
Cibaria. Ep.1.14.40
Cimex animal fœdiſſimum. S.1.10.78
Citum quid ſignificet. E.9.20

Ciniflones. S.1.2.98
Cippis in ſepulcris quænam inſculpi ſoleant. S.1.8.12
Circenſes currus. O.2.16.35.
Circenſes ludi Rom. O.1.1.3. & 4
Circes fabula. Ep.1.2.23
Circeii populi. S.2.4.32
Circus locus Romæ celeberrimus. S.1.6.113
Circi ſpatia. Ep.1.14.6
à Circo ſumiæ tralationes. O.1.1.4
Ciſtæ Bacchi quomodo veſtitæ. O.1.18.12
Citare, id eſt, per præconem vocare. S.1.3.7
Citharæ ſtrepitus. O.4.3.18
Citria mala. S.2.8.38
Citrus arbor duplex. O.4.1.20
Citrea menſa. ibid.
Clarare. O.4.3.4
Claßicum & Claßis unde & quid. E.2.5
Claßis pro una navi. O.3.11.47
Claudia gens. O.4.4.36
Claudiæ gentis in plebem ferocia. S.1.6.20
M. Claudius Marcellus. O.1.12.46
Clavi in veſtimentis & calceis. S.1.6.29
Clavi adamantini O.3.24.5
Clavi trabales, qui? O.1.35.18
Clavum Clavo pellere. E.11.40.
Clazomenis urbi Thraciæ. S.1.7.5
Clementia Romanum crevit imperium. O.4.15.12
Cleopatræ adverſus Arabas Æthiopaſque bellum. O.3.6.14
Clienta & Cliens, & ſimilia. O.2.18.8
Clientibus illata gravis injuria. O.2.18.25
Clivus Capitolinus ſacer. O.4.2.35
Cloacaris. Ep.1.1.77
Clodius Æſopus. S.2.3.239
Cluſium Etruriæ Oppidum. Ep.1.15.8
Clypeum abjicere, infame. O.2.7.10
Cnidus & Gnidus. O.1.30.1
Coa & bombycina veſtis. S.1.2.101
Coa purpura. O.4.13.13.
Coactores qui dicantur. S.1.6.86
Cocceius Nerva Juriſc. S.1.5.27
Coccei plures. ibid.
Cocytus unde dictus. O.2.14.18
Codrus Athenis imperavit, ejus mors. O.3.19.2
Cœlo demiſſus, prov. O.1.2.45
Cœlo Muſa beat. O.4.8.29
Cœlum non animum mutant, qui, &c. Ep.1.11,27
Cœmeteria. S.1.8.1[illegible]
Cœna adventitia ac viatica amicos abeuntes redeunteſque excipiebant. O.1.3[illegible]
Cœna dubia. S.2.2.7[illegible]
Cœnandi apud Rom. hora. S.2.7.[illegible]
Cœnacula, ædium contignationes. Ep.1.1.[illegible]
Cœnacularius & cœnaculariam exerc[illegible] ibid.
Cœnare, quo corporis ſitu, & habitu [illegible] ſoleant. O.1.2[illegible]
Cœno evellere Plautam. S.2.7.[illegible]
Cognoſcere juris verbum. S.2.5.[illegible]
Cognitor quis Juriſconſultis? S.2.5.[illegible]
Cognati & Cognatio. S.2.3.[illegible]
Cohors. Ep.1.8.[illegible]
Colchis Scythiæ regio. A.117
Ponti oppidum. E.5.24
Collecta. O.4.12.17
Collyria unde dicta. S.1.5.30
nigra. ibid.
Colobion veſtis genus. S.1.6.29
ejus forma. ibid.
Columba in arboribus non nidificant. O.1.2.10
Coma religata. O.1.5.4
Coma arborum. O.4.7.2
Comati impuberes dicti. O.4.10.3
Coma quando præciſa & à quo. ibid.
Comati ad cyathos pueri. O.1.21.2
Comedere bona. Ep.1.15.40
Comeſſari non Commiſſari. O.4.1.11
Comis, Comiter. S.1.10.41
Comites variorum. O.3.18.6
Comitia. A.341.
Committere & commißiones quæ. O.4.9.11. S.1.7.20
Comœdiarum tria genera, nova, vetus, & media. A.280
Comœdia nova & vetus. A.89
Comœdiæ veteris auctores. S.1.4.1
Comœdiæ partes tres. A.192
Compede grata. O.1.33.14
Compoſita bona, quæ? O.1.9.20
Compilare. S.1.1.78
Compitalia. S.1.8.30
Componere. S.1.7.20
Componere diem. O.1.9.20
Componere verſus. S.1.4.8
Conceptis verbis jurare. E.15.4
Concha ſalis puri. S.1.3.14
Conchylia, oſtrea, & conchæ. S.2.4.30

Conciliatrices. E.12.17
Concordia diſcors. E.1.12.19
Concubinarum varia genera. S.1.2.47
Condere & componere. Ep.1.1.12
Condita horrea. Ep.2.1.140
Conducti nummi. S.1.2.14
Congiaria. Ep.2.2.32
Conopeum unde dictum. E.9.16
Conſolatio Crantoris. Ep.1.2.4
Conſtituere diem. O.1.9.20
Conſul pro anno à Martia depoſitus. O.4.13.15
Conſulere & Conſultares. S.2.3.192
Conſultus Iuris. O.1.34.2
Contendere. Ep.1.10.26
Contendere oculos. Ep.1.1.28
Contentus, qui ſe continet. O.3.16.25
Contento poplite. S.2.7.97
Continentia veterum. O.2.15.14
Contundere pro opprimere. Ep.2.1.10
Contudit, media brevi & longa. ibid.
Convenienter natura vivere. Ep.1.16.12
Convertere humanas vices. E.2.66
Convicium unde dictum. S.1.5.11
Convivia intempeſtiva. O.1.1.20
  matura. Ep.2.2.98
  mutua. O.3.19.7
  privata. O.4.15.25
Convivalis libatio. S.2.2.124
Conviviorum magiſter qui & modimperator. O.1.4.18
Convivium ſolemne nullum ſine unguentis & coronis vel floribus. S.2.7.22
Copia Cornu. Ep.1.12.28
Copia cornu in nummis. O.1.17.14
Cor cervinum. O.1.15.29. O.1.22.8
Corculum Scipionis cognomen. Ep.1.2.25
Cordati. Ep.1.2.25
Corinthus bimaris. O.1.7.2.
Corinthium æs. S.2.3.21
C. Cornelius Gallus. S.1.10.36
L. Corn. Siſenna. S.1.7.8
Cornua, litui, tubæ. O.1.1.23
Cornua in funeribus. S.1.6.44
Cornua cur Baccho tributa. O.2.19.29
Cornua fluminibus cur affingantur. O.4.14.25
Cornu bilibre, quod? S.2.2.61
Cornix in prognoſticis. O.3.27.10
Corona myrtea. O.1.38.5
Corrugari nares. Ep.1.5.23
Cortex. O.3.9.9
Corticem adſtrictum dimovere. O.3.8.10
Cortynia ſpicula. O.1.55.17
Corvus. O.3.27.1
Corvi auſpicium. O.3.27.11
Corybantia æra. O.1.16.8
Cothurnus Cecropius. O.2.1.12
Cothurnus, Tragicorum. A.80
Cotiſon Getarum Rex. O.3.8.18
Cotis vice fungi. A.304
Cotys dea. E.17.56
Cotyttia ſacra. ibid.
Cragus montis Tauri pars. O.1.2.18
Crantoris de luctu liber. Ep.1.2.4
Cratera. O.3.18.7
Cratera vetus Horatio, quæ? S.2.4.80
Cratera Veneris ſodalis. O.3.18.6
Crateres tres in convivio. O.3.28.13
Craterus medicus. S.2.3.161
Cratinus Comicus. S.1.4.1
Crepare quid. O.1.18.5. E.16.48. Ep.1.7.84
Creſcentem ſequitur cura pecuniam. O.3.16.8
Creſimus veneficii accuſatus. E.2.3
Creta ad formæ lenocinium utebantur feminæ. E.12.10
Crinem nodo cohibere. O.3.14.22
Criſpinus Stoicus. S.1.4.14
Criſpini ſcrinia lippi. S.1.1.120
Crocodili nomen unde. E.12.11. ejus genera duo. ibid.
Crocodili ſtercore fucatus color. E.12.11
Crocus in theatro. Ep.2.1.79
Cruda. E.8.6
Crudi morbis obnoxii. S.1.5.49
Cteſibus cur aſymbolus. O.1.27.8
Cubito remanere preſſo quid? O.1.27.8
Cuculus avis inſuavis cantus. S.1.7.31
Cuculi homines quinam dicti. ibid.
Cucurbita Ep.2.2.52
Culices pati rotundos dixit Hadrianus Imp. O.4.10.3
Culpa potare magiſtra. S.2.2.123
Culpam pœna premit comes. O.4.5.24
Cultus in bonam & malam partem. S.2.2.65
Culullis urgere, & quid ſint? A.434
Cumera vas. S.1.1.53
Cumerum. ibid.
Cuminum. Ep.1.19.18

Cumque pro quandocumque. O.1.32.15
Cupa vas vinarium. S.2.2.123
Cupediæ à copia. O.1.17.14
Cupidines numero plurali. O.4.1.5
Cupidines plures. O.1.19.1
Cupiditati mos non gerendus. O.3.16.10
Cupido Veneris comes. O.1.32.9
L. Cupiennius Libo Auguſti familiaris. S.1.2.36
Cupreſſus in funere cur uſurpata. O.2.14.23
Curæ edaces. O.2.11.18
Curæ mordaces. O.1.18.4
Curatio & Curatores. S.2.3.218
Curioſus quis. S.2.3.19.
M. Curius Dentatus. O.1.12.41
Currere pro navigare, & Currus pro navi. O.1.28.36. O.4.4.43
Curruca. S.1.7.31
Curſus pro navigatione. O.1.28.36
Curtum pro mutilo. S.1.6.105
Curule certamen quale. O.1.1.4
ad Cyathum pueri. O.1.29.7
ad Cyathos ſtare. S.1.6.117
Cutem curare quid? Ep.1.2.29
Cybeles ſacerdotes Galli. O.1.16.5
Cyclici poëtæ. A.136
Cyclopa ſaltare. S.1.5.63
Cycnea cantio. O.2.20.10. *poëtis comparata.* ibid.
Cycnus an in funere canat. O.4.3.19
Cycni an purpurei. O.4.1.10
Cynicè vivere. S.2.2.55
Cynici unde dicti. Ep.1.17.18
Cynthius Apollinis non ſemper cognomen. O.3.3.66
Cypriæ merces. O.1.1.13
Cypria Venus unde dicta. O.1.19.10
Cyprus inſ. O.4.1.20

D.

Daci & Davi iidem. O.3.6.14
Daci & Geta. S.2.6.50
Dædali fabula. O.4.2.2
Dædala pro artificioſis. ibid.
Dædala, natura, lingua, &c. O.1.3.34
Dalmatica tunica. S.1.6.29
Dama ſervile nomen. S.2.5.18
Damalis bibax. O.1.36.13
Damaſippus Iuniæ gentis cognomen. S.2.3.1
Damnoſa quid non imminuit dies? O.3.6.45
Danaës fabula. O.3.16.1
Danaides. O.3.11.25
Dapes inemtæ agricolis. E.2.48
Dapes pro ſacrificii adipe. O.2.7.17
Dare quàm accipere præſtat. O.4.7.19
Dare amori ludum. O.3.12.1
Dare damnas eſto formula teſtamenti. S.3.3.85
Dare verba, pro fallere. S.1.3.22
Dathos. Ep.2.2.49
Daunia Apuliæ pars. O.1.22.13
Daunia militaris. O.2.1.34
Daunia Camena quæ. O.4.6.27
Daunus Danaës F. O.3.30.11
Daunus fl. ibid.
De particula minuit & auget. A.94
De tenero ungui, proverb. O.3.6.24
Debellare. O.1.18.8
Debemur morti, nos, noſtraque. A.63
Debere ludibrium, an Græciſmus. O.1.14.16
Decedere duplici ſignificatione. O.2.6.14
Decempeda. O.2.15.14
Decies ſeſtertium, & ſimilia. S.1.3.15
Decipi laborum. O.2.13.38
Decipimur ſpecie recti. A.25
Declamandi mos. Ep.1.2.2
Decolorare vox proba. O.2.1.34. O.3.5.27
Decorum perſonarum à Marone ac Terentio obſervatum. A.176
Decuriones in coloniis. S.1.5.34
Deducere lunam quid ſignificet. E.5.45
Defendere pro arcere. O.1.17.3. & S.2.5.30
Defleta corpora. O.1.12.29
Defluere pro fluere deſinere. O.1.12.29
Defodere. S.1.1.42
Defundere. Ep.1.5.4
Defundere vinum. S.2.2.58
Dejicere è ſaxo cives. S.1.6.39
Delibutus. E.3.13
Delibutus gaudiis, Terentio. ibid.
Dellii duo. O.2.3.4
Delphicum oraculum unde ortum. O.1.16.5
Delphinus. A.30
Delphinum ſilvis appingere. E.2.66
Demens ſtrepitus. O.1.37.7

Demen

Demenſum ſervorum. S.1.5.69
Demetrii philoſophi dictum. Ep.1.16.38
Diminutio capitis major & minor. O.3.5.42
Demittere aures. S.1.9.20
Democriti vita. A.297
Democritus patrimonium negligens. Ep.1.12.12. *ejus de vita privata dictum.* Ep.1.17.10. *de vulgo dictum.* O.2.16.39
Democritus ridens. Ep.2.1.194
Denarrare pro ordine narrare. S.2.3.315
Denſum humeris vulgus. O.2.13.32
Dentes animalia quæ acuant. O.3.20.10
Deorum genera apud antiquos. O.4.8.29
Deorum agreſtium laſcivia. O.3.18.1
Deos antiqui variis nominibus invocabant. Carm Sæc.15
Depellere lacte. O.4.4.15
De plano. Ep.1.10.21
Deprendi miſerum eſt. S.1.2.134
Depyges. S.1.2.93
Deripere & Diripere diverſa. O.1.9.23
Deſcribere non diſcribere pro partiri. O.2.13.23
Deſignare. Ep.1.5.16. Ep.1.7.6
Deſignatores funerum arbitri. ibid.
Deſinere pro relinquere cum accuſ. & genit. O.2.9.17
Deterere laudem. O.1.6.11
Detergere. O.1.7.15
Deteſtata παθητικῶς. O.1.1.24
Detrahere pellem, quid? S.2.1.64
Deverra, à ſcopis. O.3.18.4
Devocare ſidera cœlo. E.17.5
Devoti ſanguinis ætas. E.16.9
Devotus. O.3.23.10
Deus ex machina. A.191
Deus quando in ſcenam inducendus. ibid.
Deus metuendus. O.3.6.5. *fortes adjuvat.* S.1.9.59
Deus punit parentum delicta in filiis. O.3.6.1
Dextram oſculari. O.1.36.6
Dexter an ſiniſter locus honoratior. S.2.5.17
Dexterè fortuna uti. S.1.9.45
Dialogorum mos. O.3.9.tit.
Diana unde dicta. O.3.22.1. *Trivia.* O.3.22.4. *ei pinus ſacra.* ibid. 5. *venatrix.* O.3.28.12. *ei canes ſacri.* ibid. *latrix dicta.* ibid. *noctivaga νυκτιλαμπετὴς.* O.4.6.37. *eadem, quæ Luna.* S.1.8.21. *magiæ & nocti præſt.* E.5.51. *lunaticos reddit.* E.17.3
Diana Epheſia. O.1.21.10
Diana Aricina templum. O.4.7.25
Diaria quæ. Ep.1.14.40
Diis immortalibus ſe parem putat. O.1.1.6
Dibapha veſtis. E.12.21
Dicere juris verbum. O.2.7.25
Dictare propriè litteratorum. S.1.10.75
Dictator. E.1.18.13
Dies unde dictus. O.1.34.5
Dies atri & nefaſti. S.1.9.73
Dies ſolidus. O.1.1.20
Diem diffindere. S.2.1.79
Diem frangere. O.1.1.20
in Diem vivere. O.1.9.13
Differre pro dividere. E.10.6
Diffidere an juris vocabulum. S.2.1.79
Diffindere. O.3.16.13. *juris vocabulum.* S.2.1.79
Diffingere quid. O.1.35.38. O.3.29.47. S.1.10.37
Diffuſa vina. Ep.1.5.4
Digito monſtrari. O.4.3.22
Dignum laude virum Muſa, &c. O.4.8.28
Dii magni. E.15.3
Dii patrii. O.2.7.4
Dii tutelares in navibus. O.1.14.10
Dii pro Troja & contra Trojam. O.3.3.19
Dii cur nube tecti apparerent. O.1.2.31
Dijudicare litem. O.3.5.54
Dilectus potiùs quàm delectus, & diligens, diligenter. O.2.4.18
Diludia quæ. Ep.1.19.47
Diluere & Dilutum. S.2.3.240
Diluvies. O.4.14.28
Dimovere an demovere. O.1.1.13
Dindymene. O.1.16.5
Diogenes Cynicus. Ep.1.2.35. *primus pallium duplicavit.* Ep.1.17.25
Diogenes Cynici dictum. Ep.2.2.141
Dionyſius & Damocles. O 3.1.17
Diæta quid. O.1.9.8
Diras exſolvi poſſe negabant antiqui. E.5.89
Diris aliquem agere. E.5.89
Diſcernere. O.2.13.23

Diſcinctus. S.2.1.73
Diſcinctus pro ignavo. E.1.34
Diſcincti milites. E.1.34
Diſcibolos Plinio. O.1.8.11
Diſcumbere & accumbere. O.1.27.8
Diſcumbebant terni in lectis. S.1.4.86
Diſcus ludus. O.1.8.11.A.380
Diſpenſator. Ep.1.14.1
Dithyrambi audaces, & cur Bacchus ſic dictus? O.4.2.10
Diverbium A.192
Dives quis cenſeatur O.3.16.21
Dives, qui ſorte ſua contentus. Ep.2.2.146
Dives, ovis inſtar aureo vellere. Ep.1.2.49
Dividere carmina. O.1.15.13
Divini conjectores. S.1.6.114
Divitiæ cur timidæ. S.1.1.76
Divitiæ ſtultis imperant, ſapienti ſerviunt. Ep.1.10.47
Divitiæ vitioſos reddunt. Ep.1.18.21. & 28. *ſtultæ.* ibid. & 31
Divitiarum acervus. O.2.3.18
Divitiarum modus. O.3.1.25
Doctrina vim promovet inſitam. O.4.4.33
Dolus pro delicto. S.1.6.90
Dolus malus & bonus Juriſconſultis. O.1.3.28
Domini appellatio Romæ inviſa. O.4.14.44. *Auguſtus refugit.* O.4.14.44
Domini in ſervos vitæ neciſque poteſtatem habuere. S.2.7.1
Domini terrarum qui? O.1.1.6
Domo Nuceria, & ſimilia. Ep.1.7.53
Domus pro gente. O.3.16.13
Domus pater. S.2.6.88
Donaria. Ep.2.2.32
Dorſo cognomen Fabiæ gentis. Ep.2.1.173
Dorſennus Comicus Atellanarum ſcriptor. Ep.2.1.173.
Dos eſt magna parentium virtus. O.3.24.21
Dos mulierum magna intolerabilis. O.3.24.19. & 21
Dos in adulterio an viro ceſſerit. Sat.1.2.131
Dracones in ſepulcris Heroum. E.16.14. *viſus iis acutus.* S.1.3.27. *Æſculapio cur ſacri.* ibid.
Druſo fenerator. S.1.3.86
Ducere pro bibere. E.14.3
Ducere æra. Ep.2.1.244
Ducere oblivia. S.2.66
Ducere ſuccos nectaris. O.3.3.34
Ductu & auſpiciis bellum gerere. O.4.14.33
Duellum. Ep.1.2.7
Duilius conſul, prælio navali Carthaginenſes primus delevit. O.2.12.2
Dulce eſt deſipere in loco. O.4.12.28
Dulce & decorum pro patria mori. O.3.2.13.
Dum vitant ſtulti vitia, &c. S.1.2.24
Duplex ficus. S.2.2.122
Duplex pannus. Ep.1.17.25
Duplex Ulyſſes. O.1.6.7
Durare, qua notione. O.1.34.5
Durum: ſed levius fit patientia, quicquid corrigere eſt nefas. O.1.24.14.
Durus. O.2.12.3
Dyrcæus Cycnus, Pindarus. O.4.2.25
Dythyrambus in Bacchi honorem. O.4.2.10

E.

E *Pro I dandi caſu.* E.17.67
Ebriorum pugna. O.1.27.2
Ebrius amore, & ſimilia. O.1.37.11
Echinus terreſtris & marinus. E.5.27. S.1.6.117. *an vas aquarium, an unguentarium.* S.1.6.117
Echini inter teſtacea & cruſtata numerantur. S.2.4.32
Echo vocis imago. O.1.12.3
Ecquis particula. S.2.7.34
Edera tenax. E.15.5. *ſacra Baccho.* O.4.11.4. *an ebrietatem arceat.* ibid. *poëtis dicata.* O.1.1.29
Edicere. S.2.2.51
Edim. E.3.3
Edonis. O.1.18.9. O.2.7.27
Eduliorum varietas à quibus inventa. E.2.49
Effractores. O.3.26.7
Effutire. A.231
Ego nova ſignificatione. A.154
Egnatia urbs. S.1.5.97
Ejectum cadaver. S.1.8.8
Ejulatus viro indignus. E.10.17
Elagabali Cæſaris libido. E.12.17
Elegia triſtibus convenit. O.1.33.2
Elegiacum carmen. A.75

Elenchi aurium ornamenta. E.8.13
Eliminare. Ep.1.5.25
Elis Peloponneſi. O.4.2.17
Elei labores. ibid.
Elleborus, melancholiam purgat. S.2.3.82
Eloquentiæ vis in Hermeracla expreſſa. O.1.10.2
Elutius. S.2.4.16
Emancipatus quis. E.9.11
Emathia. Ep.2.2.49
Emirari. O.1.5.8
Emovere pro ernere extirpare. O.4.15.11. Ep.2.2.46
Emptio & permutatio quid differant. S.1.4.29.
Emunctæ naris. S.1.4.8
Emungere aliquem. A.238
Enceladus. O.3.4.56
Endojacere in legibus XII.Tab. O.1.17.26
Ennius Rudiis Calabriæ ortus. O.4.8.20 *quando natus & obierit.* ibid. *Latinorum Homerus.* Ep.2.1.50. *è familia Meſſapi.* ibid. *tricor dictus.* ibid. *ejus de Homero ſomnia.* ibid. *vinoſus.* Ep.1.19.7
Enthuſiaſmus poëtarum. O.3.19.10
Enyo. S.2.3.223
Ephyra Corinthus dicta. O.1.7.2
Epicharmus Siculus. Ep.2.1.58
Epicuri dictum. Ep.1.17.10. *ejus ſententia nihil juſtum eſſe natura.* S.1.3.111
Epicurea vita. Ep.1.4.12
Epicurei Iovi fulmen eripiebant. O.13.4.7
Epicureum carmen. A.73
Epimethei fabula. O.1.16.13
Epiſtolas carmine etiam ſcribi ſolitas. Ep.1.1.tit.
Epodon liber unde ſic dictus. E.tit.
Epos. Ep.2.2.59
Equarum libido. O.1.25.14
Equeſter. Ep.2.1.185
Equeſtris ordo & equeſtria. S.1.10.76
Equeſtria, equitum in theatro locus. Ep.1.1.67
Equi inventor Bellerophon. O.3.12.7
Equi Circenſes. Ep.1.1.8
Equus Marti ſacer. O.3.3.16
Equotuticum. S.1.5.80
Eraſmus Euripidis qualis interpres. A.135
Eros & Anteros. O.1.19.1
L. Erotis liberti epitaphium. S.2.3.84
Erro. Ep.1.10.19
Eruca. S.2.8.51.
Ervum, ſpecies leguminis. S.2.6.117
Erycina Veneris templum. O.1.2.33
Erymanthus, mons Arcadiæ. O.1.21.7
Eſquiliæ Romæ ubi. E.5.100. E.17.56. *in Eſquiliis hominum viliſſimorum ſepulcra.* E.5.100. *Carnificum ibidem habitatio.* ibid.
Eſquiliæ ſalubres. S.1.8.21
Eſquilina porta, quæ & Matia. E.5.100
Eſſe pro edere. Ep.1.2.40
Eſſeda, vehicula Gallica. Ep.2.1.192
Eſt modus in rebus. S.1.1.106
Eſt quodam prodire tenus, &c. Ep.1.1.32
Eteſiæ venti. O.1.28.21. O.4.12.2
Evagari ordinem. O.4.15.10
Euchias an Bacchi nomen. O.3.25.9
Everriculum. S.2.3.235
Evius Bacchi cognomen. O.1.18.9. O.3.25.9.
Eunuchi. O.1.37.9
Eunuchorum grex. E.9.13
Evoë bacchantium vox. O.2.19.5
Eupolis Comicus. S.1.4.1
Euripides ab Ariſtot. reprehenſus. A.96. & 119. *item ab Ariſtoph. & Æſchylo.* 96
Europa & Africa diviſio. O.3.3.46
Europa Tauri ſpecie à Iove per mare vecta. O.3.27.28
Eurus aquoſus. E.16.54
Eurydice. O.3.11.17
Euterpe. O.1.1.33
Examen pro multitudine. E.2.65
Examen juvenum ab apibus. O.1.35.30
Examinare. O.3.12.3
Ex animo dolere. A.432
Excipere aprum. O.3.12.12. Ep.1.1.79. S.1.5.1
Excipere juris verbum. Sat.2.3.285
Exilium ſcrib. O.2.3.28
Expedire & impedire contraria. O.1.4.9
Experiens & expertus. Ep.1.17.42
Expilare & expilatores Iuriſconſultis. S.1.1.78
Explicare frontem ſeu exporrigere. O.3.29.16
Explicuit frontis contractæ ſeria. S.2.2.125
Ex re. S.2.6.78
Ex ſomnis. O.3.25.9

Exſurdant vina palatum. S.2.8.38
Extendere. Ep.1.5.9
Exſilium an exilium ſcrib. O.2.3.28
Extrema linea amoris. O.1.13.13

F.

FAba Pythagoræ cognata. S.2.6.63
Faber ſtatuarius. A.33
Fabia tribus. Ep.1.6.52
Fabii duo Quinctius & Paulus. O.4.1. tit. & 10
Fabio vel judice vincam. S.1.2.134
Fabius loquax. S.1.1.14
Fabius Perſicus avarus. S.1.1.64
C. Fabricius Luscinus. O.1.12.40
Fabricius pons. S.2.3.36
Fabula quid. O.1.4.16
Fabula ſumus. E.11.11
Facere pro ſacrificare cum quarto & ſexto caſu. O.1.4.12
Facetum. S.1.2.26
Faces in nuptiis præferri ſolita. O.3.11. 33
Factiones Romæ è coloribus. O.1.1.3. *quando ſublata.* ibid.
Factum pro elaborato. S.1.10.58
Fax vetula. O.3.15.16
Falernum in Italia. S.1.10.24
Falerni genera. O.1.27.9
Fallere pro latere. O.3.16.31
Falx ruſticum inſtrumentum. S.1.8.4
Falx unde dicta. O.1.31.9
Falx fœnaria, arboraria, vineatica, ſtramentaria, ruſcaria. ibid.
Fama. A.119
Fama cum pennis. O.2.2.7
Familiæ Romanorum è quibus oppidis oriundæ. O.3.17.6
Famoſum carmen legibus vetitum. Sat.1. 4.3
Famoſi libelli lege XII. tabularum vetiti. S.2.1.81
Famoſæ dictæ impudicæ mulieres. O.3.15. 3. S.1.4.5
Fanaticus error, qualis? A.454
Fannius Cæpio. S.1.10.79
Fannius Quadratus. S.1.4.21
Far frumenti genus antiquiſſimum. O.4. 4.40
Faſtidia. Ep.1.10.25
Faſtigium quid. ibid.
Favere linguis. O.3.1.1
Favillam lachryma ſpargere. O.2.6.23
Faviſſa pro theſauro. S.2.6.11
Favonius ventus qualis. O.3.7.1
Favonii & Eteſiæ. O.4.12.2
Fauna quæ & Fatua. O.1.4.11
Faunus pecorum deus. O.1.4.11. *à Romanis cultus.* ibid. & O.1.17.1. *idem qui Silvanus.* O.2.17.28. O.3.18. *cur inter ſidera.* ibid.
Faunus terreſtris & infernus. O.3.18.7
Faunus quo tempore anni cultus. O.3.18.1. *ejus ædes.* O.3.18.9. *agna, hædus, & capra ei immolabatur.* O.1.4.11
Fauſta Sulla Felicis filia. S.1.2.64
Febris à fervore dicta. O.1.3.30
Fecula uvæ pinguis. S.2.8.9
Fecunda culpæ & virorum. O.3.6.17
Felices qui appellati. S.1.9.28
Felix cerebri, & ſimiles belleniſſimi. S.1. 9.11
Fellis & jecoris officium. O.1.13.4
Femina leænæ comparata. O.3.20.2
Femina libidinoſa. O.3.7.19. *alios falſo ſtupri accuſant.* ibid.
Feminarum cultus in fronte. O.1.33.5
Feminarum perjuria. O.2.8.13
Feminæ ſedentes accumbebant. O.1. 27.8
Fenus an fœnus. E.2.4
Fenum in cornu. S.1.4.34
Ferentinum oppidum triplex. Ep.1.17.8
Ferentum & Ferentini. O.3.4.16
Feriæ conceptivæ. Ep.1.7.76
Ferire ſidera vertice. O.1.1.36
Feronia dea eadem quæ Juno & Proſerpina. S.1.5.24. *libertorum dea.* ibid.
Ferre ſecundas. S.1.9.46
Ferrum Hiſpanæ optimum. O.1.29.16
Fervet olla, vivit amicitia. O.1.35. 26
Ferula pædagogorum arma. S.1.3.119
Ferum pro agreſti. Ep.1.1.39
Ferus pro equo. Ep.1.13.7
Feſcennia Etruriæ oppidum. Ep.2.1.145
Feſcennini verſus, & Feſcennina licentia. ibid.
Feſti dies & profeſti. S.2.2.83
Ficus arbor ejuſque natura. S.1.8.1
Ficus bifera. S.2.2.122

Fidelis

Fideles canti. O.1.1.27
Fide pro Fidei antiquè. O.3.7.4
Fides cur cana. O.1.35.21
Fides incorrupta. O1.24.6
Figere ac refigere legem. O.1.28.11
Figere modum. O.3.15.2
Fila atra ſororum. O.2.3.15
Filix, herba inviſa agricolis. S.1.3.37
Findere & diffindere diem. O.4.11.16
Fingere quæ fas ſit. A.151
Flagella quæ dicuntur. S.1.3.119
Flagellorum pœna. ibid. *an ignominioſa.* ibid.
Flagitium quid. O.3.5.26
Flamma virens. E.17.33
Floralia feſta. S.2.3.182
Flores verni, æſtivi, & autumnales. O.2.11.9
Florum honos. ibid.
Florum etiam uſus in funere. O.4.11.2
Focalia. S.2.3.255
Fodere latus. Ep.1.651
Fodicare. ibid.
Fœcunda culpa ſæcula. O.3.6.17
Fœcundi calices, quem non fecere diſertum. Ep.1.5.19
Fœnebris pecunia. S.1.2.14
Fœnum habet in cornu. S.1.4.34
Fomenta amoris. E.11.22
C. Fonteïus Capito. S.1.5.32
Formalis Epiſtola. S.2.3.45
Formicæ natura & ſedulitas. S.1.1.33
Formia Lamiorum oppidum. S.1.3.37. *unde dicta.* O.3.17.6
Formianum Ciceronis prædium. O.3.17.6
Formica, exemplar laboris. S.1.1.33
Formidoloſus. O.2.17.17
Formula, juris vocabulum. S.2.3.45
Fornix. S.1.2.30
Fors pro Fortuna. S.1.2.2
Forſit pro Forſitan, O.1.28.31. S.1.6.49
Fortes creantur fortibus, &c. O.4.4.29
Fortis pro honeſto. S.2.5.66
Fortiter largiri pecuniam. Ep.1.14.27
Fortis mulier. ibid.
Fortunæ plures. O.1.35.tit. *redux.* O.1.36.2
Fortuna Antias. O.1.35.tit.
incerta ac levis. O.3.29.53. *ei deberi omnia.* O.1.35.10. *ejus ſimulacrum aureum à Servio ſacratum.* ibid. *per Fortunam Auguſti jurabant.* O.1.35.10
Fortunæ quid tribuendum. O.1.3.52. *olim à variis culta.* O.1.35.5. *ejus bona.* Ep.2.2.172.
Frangere pro interimere. O.1.23.10
Frangere diem. O.1.1.20
Frangere guttur, cervicem. E.3.2
Fraus bona. O.1.3.28
Frena quis invenerit. O.1.8.6
Frena lupata. ibid.
Frigida manus. O.3.23.17
Frigidus rumor. S.2.6.50
Frigus cur rigidum. Ep.1.18.105
Frigus ignavum reddit. O 1.22.17
Frigus pro morte & Frigere. S.2.1.62
Fritillum. S.2.7.17
Frivola & Frivolarii. Ep.1.7.65
Frons hominis index. O.3.29.16
Frons tenuis. O.1.33.5
Frontem explicare & exporrigere. O.3.29.16
Frugalitas Romanorum olim. O.1.12.41
Frugi & nequam antitheta. S.2.7.3
Fruges. Ep.1.16.10
Frui. Ep.1.12.2
Fucus, quid? hinc fucum facere. O.3.5.28
Fufidius. S.1.2.12
Fuſius Romanorum nomen. S.2.3.60
Fugere pro in exilium ire, & Fuga pro exilio. O.2.16.19
Fugitivus & erro. S.2.7.113
Fugitivus ſervus. S.2.5.16. Ep.1.10.10
Fulcra. S.2.8.40
Fulgor armorum. O.2.1.19
Fulguratio & fulmen. O.1.34.6
Fulmen Jovis. O.1.12.59
Fulmen in Jovis dextera. O.1.2.2
Fulmen in nubibus fit. O.1.34.6. *ſereno cœlo.* O.1.34.7
Fumo vina maturari. O.3.8.11
C. Fundanius. S.1.10.42
Fundus undè dictus & quid. Ep.1.15.46
Fune contento & laxo laborare. S.2.7.20
Funem ducere. Ep.1.10.48
Funem per extentum ire. Ep.2.1.210
Funera ferò ducebantur, & cornua ac tubas adhibebant. S.1.6.43

Funerare. O.3.8.7.
Fur à furvo. S.1.3.117
Fur manifeſtus. Ep.1.16.55
Furca, & furcillis expellere. Ep.1.10.24
Furere inter pocula. O.2.7.28
Furere Inachiam. E 11.11
Furiare. O.1.25.14
Furippus apud Martialem. O.1.1.3
Furius Bibaculus poëta. S.2.5.40
Furnii duo. S.1.10.79
Furor pro morbo. S.2.3.185
Furtum à furvo. O.2.13.21
Furtum per lancem & licium. Ep.1.10.10
Furvum pro atro & nigro. O.2.13.21
Furum dea Laverna. Ep.1.16.60
Fuſcus Arelliorum & Ariſtiorum cognomen. Ep.1.10.tit.
Fuſtes unde dicta Iſidoro. S.1.3.119
in Futurum conſulere. S.2.2.89

G.

GAbii. Ep.1.11.6. Ep.1.15.9
Gades, oppidum Hiſpaniæ. O.2.2.10. *vel Hiſpaniæ inſula quæ.* O.2.6.1
Galba Juriſconſulti. S.1.2.46
Galeni decretis quando ſtandum. S.2.4.22
Galeſus fl. Taras antea dictus. O.2.6.11
Galli Sacerdotes Cybeles. O.1.16.5
Gallina tenerior ut reddatur. S.2.4.20
Gallina gladiatoris nomen. S.2.6.44
Gallio. S.2.2.47
P. Gallonius. ibid.
Gallorum in bello audacia & quare. O.4.14.49
Gallus Gallinaceus. S.1.1.10. ἀλέκτωρ *unde dictus.* ibid.
Garganus, Apuliæ mons. 2.9.7. Ep.2.1.202
Garum. S.2.8.46
Garum ſociorum. ibid.
Gauſape, Gauſapina, &c. S.2.8.11
Gaza beata. O.1.29.1
Geloni ſagittiferi. O.2.9.23
Gemere urſorum. E.16.15
Gemma quid. O.3.24.45
Genaunia Brenni, qui populi. O.4.14.10
in Genibus robur. E.13.6
Genitalis & Genitabilis. Carm. Sæc.16
Genitales dii. Ep.1.1.87
Genius omnibus naſcentibus datus. O.[illegible] 39. & Ep.2.2.187.
Genius vino & floribus celebatur. C[illegible] 12.2
Genio ture libabant antiqui. Ep.2.1.1[illegible]
Genium defraudare. ibid. A.209. & [illegible] 3.17.12
Genio indulgere. O.3.17.[illegible]
Gens & Gentilis. S.2.5.[illegible]
Gentium variarum varii mores. A.1[illegible]
Genua ſupplices amplectebantur. Ep.1.1[illegible] 28
Genua virent. E.13[illegible]
Genus pro ſtatu hominum. E.4[illegible]
Genus regium. O.2.4.15
Gerere abſolutè poſitum. S.2.1.71
Germani cæruleis oculis. E.167
Getæ an Daci. O.3.8.18. S.2.6.5[illegible]
Getæ cur rigidi. O.3.24.11
Gigantes è dentibus nati. A.187
Gigantes terræ filii, unde dicti. O.2.12.7.
Gigantomachia. O.3.4.64
Gladiatores parmularii, Galli extraordinarii, hoplomachi, retiarii, ſecutores, laquearii, arenarii. S.2.6.44
Gladiatorum leges. ibid.
Gladiatores in conviviis. Ep.2.2.98
Gladiatoria munera publice picta propoſita S.2.7.99
Gladiatorum paria. S.2.3.85
Glandes variarum arborum. O.3.29.4
Glomus & Glomerare. Ep.1.13.14
Gloriæ cupiditas. Sat.2.2.95
Glyconis invicti membra. Ep.1.1.30
Gnatia. S.1.5.97
Gnidus. O.1.30.1
Gnoſſus Cretæ civitas. O.1.15.17
Gracchi oratores. Ep.2.2.89
Gracilis. O.1.5.1
Gradum corripere. O.1.3.33
Græca Latinis miſcentes. Sat.1.10.22. & 25. & deinde.
Græcari, & Græco more bibere. Sat.2.2.10
Græcorum mos majoribus poculis bibendi. S.2.8.35.
Græcorum juxta Caphareum naufragium. E.10.13.
Græcorum lectio poëtarum obſervanda. A.268
Græciæ certamina quatuor. A.84

Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo Muſa loqui. A.323.

Grammatici Cenſores. Ep.1.19.40. *Critici dicti.* ibid.

Grandinis & nivis portentum. O.1.2.1

Graſſari. S.2.5.93

Gratia malè ſarta, quæ? Ep.1.3.31

Gratiæ tres. O.1.30.5. *ſolutis ſunt zonis.* ibid. *Veneri adjunguntur.* ibid. *invicem ſeſe amplectuntur.* O.3.21.22. *nudæ.* O.4.7.5

Gratiis litandum de Xenocrate dictum. O.1.30.5

Gratia Veneris ac Charitum donum. Ep.1.6.49

Gratia in forma. O.4.13.22

Gravari cum accuſandi caſu. O.4.11.28

Groſphus Romanus & Siculus. O.2.16.7. & 33.

Groſphus Sicilienſis. Ep.1.12.22

Gryna, unde Grynæus Apollo. S.1.7.5

Gulo digna Harpyiis. S.2.2.40

Gul. Rondeletii laus. S.2.2.47

Gurges matrimonii. S.2.3.166

Guttum vas. S.1.6.117

Gyas centimanus. O.2.17.14

Gyges & Gyes. O.2.17.14.

H.

Habena, impuberum pœna. Ep.2.2.15

Hac lupus urget, hac canis. S.2.2.64

Hadria non Adria ſcrib. O.1.3.15

Hadilia an Hædulia. O.1.17.9

Hæmus mons Thraciæ. O.1.12.6

Hærere alicui. O.1.32.9

Halyattes Crœſi pater. O.3.16.41

Hannibalis perfidum ingenium. O.4.4.47. & 65. *Vide ſup. Annibal.*

Hanno Carthaginenſium dux. O.2.13.4

Hebrus fl. nivalis. Ep.1.3.3. O.1.25.19.

Hecatombe ſacrificium apud Græcos maximum. O.2.14.5

Hectoris laus. O.2.4.10

Helena ex ovo orta. A.147

de Helena reddenda ſenum judicium. Ep.1.2.9

Helena ſidus. O.1.3.2

Helicon mons. A.296

in Heraclidem Ponticum dictum. S.1.3.10

Herba ſacra quæ. O.4.11.6

Herculis labor pro Hercule, Græciſmus. O.1.3.36

Hercules vagus. O.3.3.9. *à Gladiatoribus cultus.* Ep.1.1.5. *decimæ ei offerebantur.* S.2.6.10

Heredes ſecundi. S.2.5.48

Heredipetæ qui. S.2.5.23

Hermæ cur imberbes. O.1.10.2. *quæ forma.* ibid.

Hermæ in compitis tot capitum quot vias indicabant. O.1.10.18

Hermathena. O.1.10.2

Hermogenes, cantor optimus. S.1.9.25

Heroës cœlo demiſſi eodem redeunt. O.1.2.45

Heroïcum & Hexametrum differunt. A.73

Heroïcum unde dictum. ibid.

Heroum geſta ad lyram canebantur. O.1.12.13. *iis de eorum laudes permittebantur.* ibid.

Heſperia ultima, pro Hiſpania. O.1.36.4

Hic murus aëneus eſto, Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa. Ep.1.1.60

Hiemat mare. S.2.2.17

Hiems claudit. O.1.4.1

Hiems, an pro tempeſtate. O.1.11.5

Hilla quid. S.2.4.58

Himuleus & Hinnulus. O.1.23.1

Hippolyta quot nominibus appellata. O.3.7.18

Hippolyti interitus, uſque ad vitam revocatus. O.4.7.25. *Virbius cur dictus.* ibid.

Hippomanes. O.1.25.14

Hipponax poëta maledicus. E.6.13

Hipponacteum præconium. ibid.

Hippopera. S.1.6.106

Hircus alarum. Ep.1.5.29

Hircus Tragicorum præmium. A.220

Hirſuti audaces magis quàm ingenioſi. Ep.1.3.22

Hirundo æſtatis nuntia. Ep.1.7.13. *à Græcis invitata.* ibid.

Hirundines Attides. O.4.12.5

Hiſpania ferrum optimum. O.1.29.16

Hiſpida facies, & Hiſpidus ager. O.2.9.1

Hiſtoriæ ſcriptio periculoſa. O.2.1.6

Hoc age, præconis formula. O.3.14.11. S.2.3.152

Hoc habet. S.2.3.59
Hædi, ſigna cæleſtia. O.3.7.6
Homeri patria incerta & cognomina. O.4.9.5. *unde Iliados initium duxerit.* A.147. *interdum dormitat.* A.359. *ejus laus.* A.74. *an cæcus.* ibid. *vinoſus.* Ep.1.19.7
Homicida. E 17.12
Honeſtum quod modum non excedat. Ep.2.2.32
Honores pro ornatu. E.11.9
Horæ pro anni partibus. O.1.12.15
Horam Romani Quirino uxorem dedere. O.1.30.7
Horatius quando natus. O.3.14.28. Ep.1.20.28. *Epicureus.* O.1.34.1. & 2. *Bruto duce militavit.* O.1.2.37. & 39. *à quibus ſervatus.* O.2.7.13. *ejus opes.* O.3.16.29. *ſcriba forſan fuit.* S.2.6.36. *quando obierit.* O.1.24.5. O.2.17.9. *à Mæcenate verſibus deploratus.* ibid.
Horatii vita an Suetonii. Ep.2.1. tit.
Herna vina, quæ? E.2.47
Hornæ fruges, quæ? O.3.23.3
Hornus, poëtis. ibid.
Hornotinus, Ciceroni & aliis. ibid.
Horrendum, ad metum armorum & ad admirationem refertur. O.3.3.45
Horrere in ſacris quid. Ep.1.18.11
Horreum quid. O.3.28.7
Hortorum luxus. O.2.15.6
Hortus unde. S.2.6.1
Hoſpitii violare jura. O.2.13.7
Hoſtia ſecuri feriebatur, cultris jugulabatur. O.3.23.12
Humani vultus, qui? A.102
Humilis pavor. O.1.34.9
Hyades. O.1.3.14
Hybridæ unde dicti. S.1.7.2
Hydaſpes fabuloſus. O.1.22.8
Hydræ fabula. O.4.4.61
Hydram ſecare. ibid.
Hydrops & Hydropicus. O.2.2.13
Hymettia vina. O.2.6 14
Hymettia trabes. O.2.18.3
Hymni in Auguſti laudem. O.1.12.1
Hyperborei populi. O.1.22.17. O.2.20.16
Hypſæus Plautiorum cognomen. S.1.2.91.

I.

Iaculari. O.2.16
Jambus mordax carminis genus. O.16.2. A.79. *unde dictus.* E.14.1
Jambi in Tragœdiis & Comœdiis communes. A.5
Ianthina veſtis. Ep.2.1.2
Janua amantium. O.1.2
Janus Quirini. O.4.1
Janus deorum antiquiſſimus. S.2.6.2 *temporibus præeſt.* ibid. *biceps & quadriceps.* ibid. *pater dictus.* ibid.
à Jano cur auſpicetur laudes rei ruſticæ Horatius. S.2.6.20. & 21
Jani an tres. Ep.1.1.54
Janus medius. S.2.3.18
Jani templum bifores habuit portas. S.1.4.61
ad Janum Bibliopola. Ep.1.20.1
Janus an idem qui Apollo. Ep.1.16.59
Iapyx ventus. O.1.3.4 O.3.27.29
Iber an Hiber ſcrib. O.2.20.19
Iber peritus Horatio cur dictus. ibid.
Ictus pedum. A.253
Ida Troadis mons. O.3.20.15. *de quovis monte excelſo dici ſolitum.* O.3.20.15
Idibus nomina exigebantur. E.2.70
Idulia ſacra. O.3.30.9
Idus Etruſcorum vocabulum. O.4.11.16
Jecoris, fellis, & cordis officia. O.1.13.4
Jejunia & pervigilia in Iſidis ſacris. S.2.3.291
Ignis ultima ſyllaba anceps. O.1.15.31
Ignis, amor. O.1.27.11
Ignis Imperatoribus prælatus. S.1.5.36
in Ignem portenta miſſa. O.1.16.3
Ignem gladio ne fodito. S.2.3.275
Ilia quæ. Ep.1.1.9
Iliacum carmen in actus deducere. A.129
Iligna glande nutritus. S.2.4.40
Ilionam edormire. S.2.3.61
Ilius. ibid.
Iliæ virginis mors. O.1.2.17
Ilienſes à Romanis beneficiis affecti. O.3.3.59
Ilithyia parentibus præeſſe credebatur. O.3.22.1

Ilium

Ilium cur ſacrum dictum. O.3.19.4
Illacrymare & illacrymabilis Horatio. O.2.14.6
Illiteratis minus nervi rigent? magiſve languet faſcinum? E.8.17
Illuvies. O.3.29.40
Imagines doctorum in Bibliothecis. S.1.4.22
Imagines in funere. E.8.11
Imagines & umbræ mortuorum. O.1.24.15
Ima ſummis mutare. O.1.34.12
Imago jocoſa, pro Echo. O.1.12.3. O.1.20.6
Imbuere. Ep.1.2.67
Immane pro magno. O.1.27.6
Immane quantum. ibid.
Immolare. O.1.4.12
Immortalia ne ſperes. O.4.7.7
Immunis ἀσύμβολος. O.4.12.22. O.3.23.17
Impedire caput myrto. O.1.4.9
Impeditus & expeditus contraria. O.1.4.9
Impellere labantem. O.3.5.45
Impensò & Impensè. S.2.3.245
Imperatorum auſpicia. O.4.14.33
Imperii pericula & infelicitas. O.3.1.17
Imperioſus. O.1.14.6
Imperitorum voces contemnendæ. Ep.1.16.38
Impetigo morbus. S.1.5.62
Impiger extremos currit mercator. Ep.1.1.45
Importunus & importuna paupertas. O.4.13.9. O.3.16.37
Imprecationum exempla. E.5.89
Imum in ſenſibus quid? E.14.1.
Imus lectus in triclinio. S.2.8.40
In particula auget interdum. E.11.19. & 33
In diem vixi. O.3.29.42
Inachus primus Argivorum Rex. O.2.3.21. O.3.19.1
Inanes pro ſtolidis. S.1.4.76
Incerto ferebar pede. E.11.30
Incontinens. O.3.4.77
Incorrupta fides. O.1.24.6
Increbreſcere. S.2.5.93
Increpare pro agitare. E.17.28
Increpare lyra. O.4.15.2
Incruſtare. S.1.3.50
Incubi. E.16.31
India Oceano propior. O.1.29.9
Indictum. O.3.25.8
Indi imbelles. Carm. Sæc. 55
Indignatio quid. E.4.10. S.1.6.44
Indocilis grex. E.16.37
Ineptus quis Horatio. S.1.3.50
Iners & bruta tellus. O.3.4.45
Infacetum. S.1.10.44
Inferiæ mortuorum ſacra. O.2.1.28
Infidum vulgus. O.1.35.25
Infractus. E.11.40
Infrequens pro inſolens. O.1.34.1
Ingenium durum. O.3.21.13
Inhorreſcere. O.1.23.5
Inhoſpita. O.1.22.6
Injicere manum Jureconſultorum formula. O.1.17.26. *aliquando pro verberare.* ibid.
Injuges. O.2.5.1
Ino, Leucothea cur dicta. A.123
In præſens. A.44
In reſectum pro non reſecto. E.5.47
Inſania & furor. S.2.3.43
Inſanus Damaſippus. ibid.
Inſani fulgores. S.2.2.5
Inſanum Adverb. O.1.37.7
Inſeneſcere libris. Ep.2.2.82
Inſerere ſtellis. O.3.25.6
Inſitionis cauſſa unde proveniat. E.2.14
Inſolens. O.1.5.8. O.2.4.3
Inſtita veſtimenti genus. S.1.2.29
Inſtitor operis. O.3.6.31
Inſueſcere, rara conſtructione. S.1.4.105
Inſuevit pater hoc me. ibid.
Inſularius. Ep.1.14.1
Inſulæ Fortunatæ incertum ubi ſitæ. O.4.8.27. E.16.42
Integer vitæ. O.1.22.1
Integrum pro firmo. O.1.26.61
Inter arma ſilent leges. O.3.2.44
Interior & exterior. S.2.5.17
Interiore gyro diem trahit. S.2.6.26
Interiùs flectere. O.1.1.4
Interlunium. O.1.25.11
Intermenſtruum Varroni. ibid.
Interminatus & interminari. E.5.39
Interpellare Aſconio. S.1.9.26
Interpretis boni officium. A.133. *tria obſervanda interpreti.* ibid.

de In-

de Interpretibus Nanni judicium. ibid.
Inteſtabilis quis. S.2.3.181
Intuba. O.1.31.16
Inverecundus. E.11.19
Inui & Sucubi. O.3.18.1
Invidia virtutis comes. O.2.20.4. S.1. 6.44
Invidus alterius macreſcit, &c. Ep.1. 2.57
Invitum qui ſervat, idem facit occidenti. A.467
Inundatio Romæ. O.1.2.5
Inula. S.2.8.51
Inulæ acidæ. S.2.2.47
Involvere ſe ſua virtute. O.3.29.55
Io cur vaga. A.124
Iò Bacche. S.1.3.7
Iocus, deus. O.1.33.12
Iolcos Theſſaliæ oppidum. E.5.21
Iones molles. O.3.6.21. *coronarum in convivio inventores.* ibid.
Ionica ſaltatio. ibid.
Jovis tutela. O.2.17.22.
Jovi vini primitias libabant. O.1. 31.2
Jovis in lucos fulmen. O.1.12.59
Ira furor brevis eſt. Ep.1.2.62
Ira hieroglyphicè dicta. O.1.16.15
Irriguus hortus. S.2.4.16
Irritare an Iritare ſcrib. O.3.29.40
Iſis Romæ culta. Ep.1.17.59
Iſthmus bimaris. O.1.7.2
Iſthmia certamina. O.4.3.3
Itia gens non Iccia. Ep.1.11.tit.
Itys in phaſianum verſus. O.4.12.5
Jubæ tellus pro Mauritania & Africa. O.1.22.15
Juba Rex. O.1.22.15
Judæi pervicaces. S.1.4.143. *Verpi cur dicti.* S.1.5.100. *mutili & recutiti.* ibid. *fœtentes.* ibid. *inviſi omnibus.* ibid.
Judices ſelecti. S.1.4.123
Jugera. O.3.24.12
Jugum, Juges. O.2.5.1
Julia Auguſti F. impudica, ejuſque dictum. O.4.5.23
Iulium ſidus. O.1.12.47
Julius Cæſar in cœlum adſcriptus. O.3. 25.6.
Iulus Antonius M.F. O.4.2.tit.
Iulus an prænomen. [illegible]
Juno feminarum dea. Ep.2.2.187. *lu[...] tem peperit.* O.3.3.31. *ejus incęſ[...]* S.1.3.10
Jupiter pro aëre. O.3.1[...]
Jupiter Anxurus. S.1.5.24. & 26. *Dri[...] piter.* O.1.34.5. [illegible] E.1[...] *pluvius.* E.2.1.135. *redux.* O.1.[...]
Jupiter tonans pro aëris inclementia. E.[...] 29
Jura. S.2.[...]
Jurare, Jurejurare Livio, & Ju[...] rare. O.2.[...]
Jurare in verba. E.1[...]
Jurare per oſſa & cineres ſuorum. O.[...] 8.9.
Jurejurando obſtringere. S.2.3.1[...]
Jurgare & Jurgari. S.2.2.[...]
Juriſconſultorum formulæ. S.2.1[...]
Jus album & nigrum. S.2.4[...]
Ius anceps. S.2.5.3[...]
in Ius vocatus ſequi coactus. O.1.1[...] 26
Iusjurandum violare nefas. O.2.8.[...]
Iuſtitia cum Parcis conjuncta. O.2.17. 15
Iuvenalis de inferorum pœnis ſententia. O.1.4.16
Iuvenilis calor. O.3.14.25
Iuvenis partes. A.177
Iuventus, Iuventa, Iuventas & Iuvenilitas. O.4.4.5
Iuventas pro ætate ipſa. O.1.30.7. O.2. 11.6.
Iuventas Latinis quæ ſit. O.1.30.7. *Hebe Græcis dicta.* ibid. *Hora à veteribus dicta.* ibid.
Iuventutis inſtituendæ ratio. S.1.4.106
Iuventus pravi docilis. Carm. Sæc.45
Ixion perfidus. A.124

K.

K*Alendæ Martiæ.* O.3.8.1
Kalendis fœnerabantur Rom. E.2.70

L.

L*Abare.* O.3.5.45
Labeone inſanior. S.1.3.82
Dec. Laberius Mimographus. S.1.10.6

Labrax

Labrax. S.2.2.31
Lacedæmon patiens, cur dicta. O.1.7.10
Lacenæ mulieres incomtæ. O.2.11.23
Laceſſere. O.1.35.7
Lachanum. S.1.6.115
Lachanizare. ibid.
Lacrymis defunctum proſequi. O.2.6.23
Laconicæ purpuræ. O.2.18.7
Laconum ſeveritas. O.3.10.12
Lacuna. Ep.1.13.10
Lacunar, Lacunarium, & Lacunare. O.2.18.2
Lacus Romæ publici. S.1.4.37
Lacus Albanus. O.4.1.19
Lacus Lucrinus. Ep.1.1.84.
Læſtrigones populi immanes. O.3.16.34
Lætitiæ ſigna in animantibus. O.2.13.34
Lætus in præſens animus. O.2.16.25
Lætus ſorte tua vive. Ep.1.10.44
Lævinus Valeriorum cognomen unde dictum S.1.6.12
Lævum pro contrario. O.3.27.13
Lævum latus tegere. O.3.26.5
Laganum placentæ genus. S.1.6.115
Lagois animal. S.2.2.22
Lama. Ep.1.13.10
Lambere pro alluere. O.1.22.8
Lamia familia Æliæ nomen. O.3.17.1
Lamiæ duo. Ep.1.14.6
Lamus Læſtrigionibus quando imperarit. O.3.17.6
Lana Apula. O.3.15.14
Lana Tarentina. O.2.6.18
Lanea primùm corona. O.1.38.2
Lanea effigies in Compitalibus. S.1.8.30
Lapathum. S.2.4.28
Lapathus. E.2.57
Lapitharum pugna. O.1.18.8
Laquearium. O.2.18.2
Laribus porcus cur immolaretur. S.2.3.164. Ep.2.1.144. *iiſdem frugum primitiæ dabantur.* O.3.23.3
Lariſſa plures Græciæ urbes. O.1.7.11
Laſanum. S.1.6.109
Λάθε βιώσας. Ep.1.17.10
Laſthenes Olynthi proditor. O.3.16.14
Lati clavi forma & materia. S.1.6.29
Latusclavus pro ipſa dignitate Senatoria. ibid. *Tunica dictus.* ibid.
Latinis non par in Carminibus cum Græcis libertas. A.135
Latium ferox. O.1.35.10
Latrare canum. S.2.1.85
Latrare cum accuſandi caſu. E.5.58
Latratus canum moleſtus amantibus. ibid.
Latus incedere. S.2.3.183
Laudare. Ep.1.11.21
Laudis omnes avidi. S.2.2.95
Lavere pro humectare. O.2.3.18
Laverna furum dea. Ep.1.16.60. *ejus ara.* ibid.
Lauri apud Rom. celebritas. O.2.15.6
Lauri poëtis ſacra. O.1.1.29
Laurus & edera poëtarum premia. Ep.1.19.26
Laurus Myrto cur juncta. O.3.4.19. *Apollini conſecrata.* O.3.30.13. O.4.3.6
Lebedum. Ep.1.11.6
Lecti diſcubitorii. S.1.4.186
Lecti duorum generum fuere. Ep.1.5.1
Lectica in conclavi. S.1.2.98
Lecticarii. E.17.74
ad Lecticam homines, & ſimilia. O.1.29.7
Lectus genialis. Ep.1.1.87
Leæna pro catulis dimicans ferociſſima. O.3.20.2
Legem figere. O.1.28.11
Leges Juliæ variæ. O.4.15.22
Leges olim tabulis ligneis inciſæ. A.399
Leges ſanctæ. S.2.1.81
Leges ſine moribus, nil valent. O.3.24.35
Lemniſci in coronis. O.1.38.2
Lenæus Bacchus. O.3.25.19
Leve damnum. Ep.1.16.56
Lentum quid. E.15.6
Lentus amor & Lenta vincula. O.3.19.28
Leo ungue maxime metuendus. O.3.20.10
Leones in heroum ſepulcris. E.16.14
Lepades concharum genus. E.19.5
Leporem ſectari. S.1.2.105
Leporum fecunditas. S.2.4.44
Lesbium vinum. O.1.17.21
Lethargus, quid & unde dict. S.2.3.30
Lethum pro morte, an per h *ſcribendum.* O.1.3.32
Leucatæ promontorium, unde amantes ſeſe præcipitabant. O.3.27.61

Leuconoë. O.1.11.tit.
Lex de feneratoribus. S.1.2.12
Lex de jure Magiſtratuum. O.2.1.1
Lex Julia à quo lata. O.4.5.22
Lex Julia de adulteriis. S.1.2.47: & 131. de Legationibus. S.1.5.46. de maritandis ordinibus. Carm.Sæc.19
Lex Poppæa. O.4.15.22
Lex Papia Poppæa de conjugiis. O.2.4.22. & Carm.Sæc.19
Lex theatralis à L.Roſcio Othone lata. E.4.16
Libelli in jure. S.1.4.66
Libelli Stoïci Horatio qui. E.8.15
Liber terminus. Ep.1.1.88
Liberi ſimiles parentibus. O.4.5.23
Libertina & Liberta. O.1.33.14
Liberti & Libertini. S.2.3.281
Liberti quomodo fierent. S.2.7.76
Libitina dea. S.2.6.19. unde dicta. ibid.
Libitinarii. ibid.
Librorum emtor. S.2.3.104
Libum unde dictum. Ep.1.10.10
Liburnæ naves. E.1.1. earum celeritas & magnitudo. ibid.
Liburni populi. O.1.37.29
Licet conſulere? formula. S.2.3.192
Licet rogare. ibid.
Licia amoris vincula. S.1.8.50
L. Licinius Varro Muræna. O.2.10. tit. ejus exitus triſtis. ibid.
Lictores quot habuerint conſules? O.2.16.10. eorum officium & munus. ibid.
Ligna ferre in ſylvam, quid? S.1.10.34
Ligurrire unde derivatum. S.1.3.81
Ligurrire jus tepidum. ibid.
Limare. Ep.1.14.36
Linea pro meta ſtadii. Ep.1.16.80
Lingua mentis interpres. A.111
Lippis pila nocet. S.1.5.49
Liquare quid. O.1.11.6
Liquida pro aqua. S.1.1.54
Liris flumen. O.3.17.7
Litigioſi & litigioſa res. S.2.3.285
Litui, tubæ, cornua. O.1.1.23
Litus fluctifragum. O.1.11.5
Livia Druſilla Auguſta. O.3.14.5. ejus pudicitia & dictum. ibid. duobus nupſit. ibid.
Livius Andronicus. Ep.2.1.6[illegible]
Locandi publicè mos in provinciam emittendi. S.1.5.46
Loculi. S.1.6.74
Locum virtutis deſerere. Ep.1.16.67
Locus ingenium non mutat. Ep.1.11.28
Loligo. S.1.4.100
Lolliana clades. O.4.9.[illegible]
M. Lollius Palicani cognomento. ibid. ejus mores & geſta. ibid. & O.4.9.3[illegible]
Lollius. Ep.1.2.1
Lucanus cur diſſimilem induxerit Cæſaris perſonam. A.126
Luceria. O.3.15.14
Lucerna in fornicibus quando uſurpata. S.2.7.48
Lucernarum in conviviis uſus. O.1.27.5. O.3.21.23
Lucilius Baſſus Auruncus Satyræ inventor. S.1.4.6. S.1.10. tit. & 48. de ejus doctrina Fabii & Horatii judicium. S.1.4.5
Lucina parientium dea. O.3.22.1
Lucretilis, mons in Sabinis. O.1.17.1
Lucrina conchylia. E.2.49
Lucrinus lacus. O.2.15.3
Luctus Romanorum. O.1.8.8
Luculli in ædificiis luxus. Ep.1.6.40. Xerxes Togatus dictus. ibid.
Lucus. A.16
Lucus diis conſecratus. Ep.1.6.31
Ludi à Lydis dicti. S.1.6.1
Ludii iidem qui hiſtriones. ibid.
Ludiones Romæ. ibid.
Ludi convivalis genus cameram attingere. S.2.3.273
Ludi funebres. S.2.3.85
Ludi ſæculares quando ſub Auguſto fuerint O.1.21.13
Ludum dare. O.3.12.1
Ludus. Ep.1.14.36
Ludus gladiatorius. Ep.1.1.3
Lugubres cantus, qui? O.1.24.2
Luna eadem quæ Diana veneficiis præſt. S.1.8.21
Luna ſilens. O.1.25.11
Lunæ celeres. O.4.7.13
Luna æternitatis ſymbolum. ibid.
Lunam devocare, deripere, &c. E.17.5
Lupa Romuli & Remi nutrix. O.1.17.9

Lupata Gallorum inventum. O.1.8.6
Lupi robur. O.1.17.9. *Martius cur dictus.* ibid.
Lupi & agni diſcordia. E.4.1
Lupi caput foribus affixum contra incantationes. S.1.8 42
Lupinum. Ep.1.17.23. *ejus in ſcena uſus.* ibid.
Lupus & Lupata. O.1.8.6
Lupus piſcis Romæ inter duos pontes. S.2.2.31. & S.2.4.31
Luſcinias prandere. S.2.3.245
Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, &c. Ep.2.2.214
Luſtra quæ. S.1.6.68
Luſtrum ſæculare. Carm.Sæc.67
Lux ſiderum regina. E.15.2
Luxus Romanorum in epulis. O.1.37.2
Luxuriam privatam oderant Romani. S.2.2.53
Lycimnius Cæſaris libertus. O.2.1.13
Lycymnia. ibid.
Lycurgi duo. O.2.19.16
Lycurgus cur vites ſuſtulerit. ibid.
Lycus Alcæi puer. O.1.32.11
Lydi populi. S.1.6.1. *Reges vocati.* ibid.
Lydii pueri. ibid.
Lympha fugax. O.2.3.12
Lympha prætereunte reſtringuere vinum. O.2.11.20
Lynchi in conviviis. O.3.21.23
Lyncei viſus. S.1.2.90
Lyra Apollinis inventum. O.1.21.12. *et à Mercurio data.* ibid. *eidem ſacra.* O.1.32.13. *uſus Lyræ in conviviis.* ib. *deorum laudibus apta.* O.1.12.1. & 13. *Heroum geſta ad Lyram canebantur.* O.1.12.13
Lyra ſeptem chordarum & Tetrachorda. O.3.11.3
Lyſippus, inſignis ſtatuarius. Ep.2.2.240
Lyrici carminis propria virtus. A.83.

M.

M*Acellum Romæ.* S.2.3.229
Macies & febris quid differant. O.1.3.30
Madere arte. O.3.21.9
Mæcenas male per æ ſcribi. O.1.1.1. *Cilnia gentis cognomen & Meſſiæ.* ibid. *an & Aquiliæ.* ibid.
Mæcenas Cilnius L. F. ibid. *ejus dignitates.* ibid. *ejus libertas dicendi & ſcripta.* ibid. *nobilitas, mors.* ibid. & O.2.17.9. *ejus laus.* O.1.1.2. *ejus eloquentia.* O.3.8.6. *urbi præfectus.* O.3.8.17.& 26. *ingenium quale.* O.2.12.9. *Actiaca pugna non interfuit.* E.1.2. *unguentis delectatus.* O.3.29.4
Mæcenatis inſomnia unde. O.3.1.17
Mæcenates varii. O.1.1.1
Mænas quis apud Horatium. E.4.tit.
Mænas Licinii cognomen. Ep.1.7.55
Mænia columna. S.1.3.21
Mænia porta Romæ quæ. E.5.100
Manius. S.1.1.101. Ep.1.14.26
Mæonii carminis ales, pro Homero. O.1.6.2
Magia artium vaniſſima. Ep.2.1.212
Magiæ auctores. E.17.4
Magicus rhombus, trochus, turbo. ibid.
Magica ſacra nocturna. E.5.51
Magiſtri navis. O.3.6.31
Majeſtas imperii. O.4.15.15
Majores qui. O.1.1.1
Malè nominata verba. O.3.14.11
Maledici, canibus comparati. E.6.tit.
Malignus pro difficili. S.1.5.4
Malobathrum Syrium quod dicatur. O.2.7.8
Maltha. E.5.65. S.1.2.25
Maltinus unde dictus. ibid.
Malva herba ſativa & ſilveſtris. E.2.75
Malvæ cur molles. O.1.31.16
Mamurra an gentis alicujus cognomen. S.1.3.37.
Mancipare. E.9.11
Mancupium quid. ibid.
Mancipatio. Ep.2.2.159
Mancipii lex. Ep.2.2.18
Mancus ſine manu. Ep.2.2.21
Manes fabuloſi. O.1.4.16
Manes quis evocarint. S.1.8.29
Mangones. Ep.2.2.13
Mania Larium mater. O.3.23.4. S.2.3.164. *ejus cultus.* ibid.
Manium vox tenuis. S.1.8.41
Manlia & Mallia gens. O.3.21.1
Manlius Torquatus. ibid. O.4.7.tit.
Manni Burichi & Burdones dicti. E.4.14

Manubiæ Jovis. O.1.2.2
Manumittendi ſervos ratio. S.2.7.76
Manum arripere, quid? S.1.9.4
Manum injicere, quid? O.1.17.26
Manus pura. S.1.4.68
Marcelli Siculorum patroni. S.2.6.55
Marcellini. ibid.
Marcellus Auguſti nepos laudatus. O.1.12.46
L. Marcius Philippus. Ep.1.4.46. *ejus eloquentia, luxus, dicteria.* ibid.
Marcor. Ep.1.8.10
Mare Apulicum. O.3.24.4
Myrtoum. O.1.1.14
Mare quando clauſum. O.1.4.2. *planum eſt.* O.2.9.2. *turgidum & turbidum.* O.1.3.19
Margaritarum in Romanis inſania. Ep.1.6.6
Marica. O.3.17.7
Marioticum vinum. O.1.37.14
Maritus uxorem adulteram occidere an potuerit. S.1.2.131
Marmora notis publicis inciſa. O.4.8.13
Marmoreum pro candido poëtis. O.1.19.6
Mars Romuli pater. O.1.2.35
Marſi & Sabelli. E.17.28
Marſi in Italia venenis præſtantes. E.5.76
Marſi fortiſſimi milites. O.3.5.9
Marſicum bellum idemque Servile. O.3.14.18. *à gladiatoribus ortum.* ibid.
Mars tunica adamantina tectus. O.1.6.13
Marſyas tibicen ab Apolline victus. S.1.6.120. *ejus Romæ ſtatua.* ibid.
Martiæ Kalendæ quomodo celebrari ſolitæ. O.3.8.1. *dona miſſitabant.* ibid.
Maſſagetæ, populus Scythiæ. O.1.35.40
Maſſica vina. O.1.1.19. S.2.4.45
Matinus mons Calabriæ. O.3.16.33
Matinum promontorium. O.1.28.3
Matris nomen. S.2.3.60
Mater te appello. ibid.
Matronæ & meretricis diſcrimen. Ep.1.18.3
Matrona quæ matrimoniis præeſt. O.3.4.59
Matronæ domeſticus labor laudatus. E.2.39
Matronalis veſtitus palla, ſtola, inſtita. S.1.2.29
Maturus, ſenis epitheton. A.115
Maurus adjectivum. O.1.22.2
Mauri ſagittandi periti & venationibus ſe exercentes. ibidem. *magni.* O.1.2.39
Medea crudelis. A.185
Medi, Parthi, & Perſæ à poëtis confunduntur. O.1.2.51. O.1.27.5. O.3.3.34. O.3.5.3
Mediaſtinus quis. Ep.1.14.14
Mediocribus eſſe Poëtis Non homines, non Dî, non conceſſere columnæ. A.372
Mediocritas aurea. O.2.10.5
Meditari diluvium. O.4.14.28
Meditantium ſigna. S.1.10.71
Medium certis rebus concedi. A.368
Medius lecti tricliniaris locus. S.2.8.20
Mel Tarentinum & Matinum. O.3.16.33
Meleager ejuſque hiſtoria. A.146
Melimela. S.2.8.31
Mellatio. E.2.16
Mellificium. ibid.
Melle vina mitigare. S.2.2.15
Melpomene lugubris cantus. O.1.24.3
Membrana charta. S.2.3.2
Memoria. S.2.4.7
Memphis Veneri ſacra. O.3.26.10
Menelaus Helenam ſed non concubinam habuit. O.2.4.3
Menenia gens. S.2.3.287
Menenius qualis. ibid.
Mens animi. Ep.1.14.9
Mens & corpus ſanum optabile. O.1.31.18
Mens provida Reguli pro Regulo. O.3.5.13
Menſa piſcium venalium. S.2.4.36
Menſæ ſecundæ quæ. O.4.5.31
Menſa pomorum eadem quæ ſecunda. S.1.3.6
Menſa tripes pauperum. S.1.3.13
Menſæ acernæ & citreæ. S.2.8.10. *marmorea.* S.1.6.116
Menſæ amicus. O.1.35.26
Mentagra. S.1.5.62
Mento ſolum tangere. O.2.7.12
Meraca. Ep.2.2.137
Mercator vagus. A.117. *verſipellis.* A.118
Merces. S.1.2.14
Mercurius peregrinantium deus. O.1.36.2. *mercium deus.* O.1.10.3. S.2.3.25. *lyræ inventor.* E.13.16. *ſuperus & infernus.*

Inferus. O.1.10.18. & 19. mortuorum animas ducere creditus. O.1.10.17
Mercurii caduceus. O.1.10.18
Mercurius imberbis. O.1.10.2. unde & Hermes dictus. O.1.10.5. Veneris comes. O.1.30.8
Mercurii varia epitheta. O.1.10.1. & 5
Mercuriales. S.2.3.25
Meretricum toga. S.1.2.63
Merx proba facile emptorem reperit. Ep.2.2.10
Meſſalla Corvinus. O.3.21.7
Meſſius Cicerrus. S.1.5.52
Metati agri. S.2.2.114
Metatio agrorum. S.2.6.55
Metaurus Umbriæ flumen. O.4.4.37
Q. Metellus Celer Conſul quando. O.2.1.1
Metiri ſe quemque ſuo modulo. Ep.1.7.98
Metiri viam. Ep.1.-
Metus mutui. S.1.6.57
Metuere pro cavere. O.2.2.7
Miles arma amittens. Ep.1.16.67. transfuga. O.3.5.8. lupo comparatus. Ep.2.2.28. ex agricolis optimus. O.3.6.37
Militaria dona. Ep.2.2.32.
Militare juſjurandum. O.2.17.9
Militiæ deſertor. O.2.7.10
Mileſiarum veſtium mollities. Ep.1.17.29
Mille hominum, & ſimilia. S.1.6.111.2.3.197
Millenaria. Ep.1.6.34
Milvius alitis nomen. S.2.7.36
Milvius hamum metuit. Ep.1.16.51
Milvius triſſyllabum poſitum à poëtis. E.16.32
Milvius pons. S.2.7.36
Mimnermus. Ep.1.6.65
Minerva variè armata. O.1.15.11
Minerva operoſa. O.3.12.4
Mingere in patrios cineres. A.471
Minois cognomen Διὸς ὀαριστής. O.1.28.9
Minores qui. O.1.1.1
Minturnæ paludes. Ep.1.5.5
Minucia via. Ep.1.18.20
Mirari pro obſtupefieri. O.4.14.43
Miſta ſenum ac juvenum denſantur funera. O.1.28.19.
Miſſilia dona fortunæ debita. Ep.1.7.14
Mite ſolum. O.1.18.2
Mitulus. S.2.4.28
Mitylene urbs & inſ. O.1.7.1. Ep.1.11.17
Mixtum lyra vel fiſtula carmen. E.9.6
Modi muſici. A.211
Modulatè παθητικῶς. O.1.32.5
Mœchari & Mœchi. O.1.25.7
Mœchorum ſupplicium. S.1.2.37
Mola in ſacrificiis. O.3.23.20
Mola ſalſa. S.2.3.197
Moles propriè maris & fluminis. O.3.1.34
Mollis pro maturo. O.1.7.19
Mollis in ſaltatione geſtus feminarum O.3.6.21.
Moloſſus & Lacon, canes nobiliſſ. E.6.5
Monæſes & Pacorus Parthorum Regis filii. O.3.6.9.
Monogamia etiam Romanis laudata. O.3.14.5
Monopodia, divitum menſæ. S.1.3.13
Monumentarii. S.1.6.44
Monſtra marina. O.1.3.18
Mora quando edenda. S.2.4.22
Morbus acutus & ſonticus. S.2.3.163. S.2.7.15
Morderi opprobriis. Ep.1.16.38
Mori pro amicis qui non recuſarint. O.3.9.9
Mori pro patria dulce. O.3.2.13
Moriendum omnibus præſtantium exemplo. O.1.28.7
Morientibus praeeſſe Proſerpina credita. O.1.28.19.
Mors & ſomnus germani. O.1.24.5. O.3.11.38. fugacem ſequitur. O.3.2.14. tempeſtiva. Ep.1.16.74. linea ultima rerum. Ep.1.10.80
Mortales primi beluis comparati. Sat.1.3.99
Mortalia facta peribunt. A.68
Mortis & mortuorum memoria. O.1.24.9
Moſchus Rhetor à Torquato defenſus. Ep.1.5.9
Mucia gens. Ep.1.6.21
Mucius Juriſconſultus. Ep.2.2.89
Mulier maris inſtar inconſtans. O.1.5.11 erudita ne ſit. O.3.7.19. officium ejus ſervare domum & ſilentium. O.3.7.29
Mulieres ſolutis crinibus an ſemper fuerint. O.2.11.23. earum in crinibus cultus. S.1.2.98. formam fuco ornant. O.4.13.3. rariùs inebriantur. O.1.36.13 in accum-

in accumbendo apud Rom. locus. S.2.8.20
Mullei calceamenti genus unde. S.1.6.25. & S.2.2.33
Mulli piſces, & magnitudo eorum. S.2.2.33
Mulſum & Promulſis differunt. S.2.4.24
Multa fidem promiſſa levant. Ep.2.2.10
Multa petentibus deſunt multa. O.3.16.43
Multa renaſcentur, quæ jam cecidere, &c. A.70
Munatius. Ep.1.3.31
L. Munatius Plancus Coſ. O.3.14.28. quæ geſſerit. O.1.7.tit. Lugdunum in Gallia condidit. ibid. Orator, Conſul, &c. ibid.
Mundus quid. O.3.3.53
Mundus, qui non offendit ſordibus. S.2.2.65
Mundus muliebris. O.1.5.4
Muræna gravida. S.2.8.44
Murena, Liciniorum cognomen. S.1.5.38
Murex unde dictus. S.2.4.32
Muria. S.2.8.46
Murmur in amantibus. O.1.9.19
Murus aheneus. Ep.1.1.60
Muſæ à locis dictæ. O.1.26.9
Muſarum contubernium, earumque commoda. O.1.26.1
Muſarum & Sirenum certamen. Ep.1.2.23
Muſarum mythologia. O.4.3.1
Muſica in conviviis. O.3.11.6. Ep.2.2.9
Mutare merces. S.1.4.29
Mutitare. O.3.19.7
Mycenæ. O.1.7.9
Mygdones Macedoniæ populi. O.2.12.22. O.3.16.41
Myrreus crinis. O.3.14.22
Myrra color. ibid.
Myrteta. Ep.1.15.4
Myrtoum mare. O.1.1.14
Myrtus & Myrta. O.3.23.16. ejus tria genera. O.1.25 18
Myrti in coronis uſus. O.1.38.5. & O.2.7.23
Myrtus Veneri ſacra. O.1.4.9
Myrtea Venus cognominata. O.1.25.18

N.

NÆnia funebre carmen. O.2.1.38. etiam convivale. ibid. unde conveniens. O.3.28.13
Nænia ſoricina. Ep.1.1.62
Nævius poëta ejuſque fabulæ, ſcripta, & ætas. Ep.2.1.54
Nupta. E.5.65
Nardo vina mereri. O.4.12.25
Naris obeſæ, qui dicantur. E.12.3
Naſidienus Rufus. S.2.8.1
Naſo ſuſpendere. S.1.6.5
Naſum nidore ſupinor. S.2.7.38
Natalis, pro die natali & origine. Ep.2.2.210
Natalibus reſtituere. ibid.
in Natali vina condi & arbores inſeri ſolebant. E.13.9
Natalis Mæcenatis & Horatii. O.4.11.tit.
Natatio Romanorum. O.1.8.8
Natta Pinariorum cognomen. S.1.6.124
Natura gentium diverſa. Ep.2.1.244
Naturæ convenienter vivere. Ep.1.10.12
Naturam expellas furca, tamen, &c. Ep.1.10.24
Natus pro factus. S.2.3.8
Nave magna ferri, quid? Ep.2.2.200
Navem agere ignarus navis timet. Ep.2.1.114
Naves roſtratæ, æratæ. E.4.17
Naves ſubducere & deducere contraria. O.1.4.2
Navis Remp. refert. O.1.14.tit.
Naufragorum tabula. O.1.5.13
Naufragi in tabula depicti. A.20
Navigandi temeritas & pericula. O.1.3.17. O.1.3.23
Nauta Juriſconſultis olim in honore. E.17.20. libidinoſi. ibid.
Ne currente retro funis eat rota. O.3.10.10
Ne particula interdum confirmandi. S.1.10.21
Ne ſupra pedem calceus. Ep.1.10.42
Neapolis otioſa cur. E.5.43
Neceſſitas dea. O.3.1.14. Fortunæ comes. O.1.35.17. dira. O.3.24.5
Necyomantia. E.17.79

Nefas ἀδύνατον. O.1.11.1
Nefaſtum quid. O.2.13.1
Nemus. O.3.10.5
Nemora & ſilva in domibus. ibid.
Neomeniæ, Calendæ. S.1.9.69
Nepenthe Homerica. Ep.1.19.7
Nepotis etymon. E.1.34
Nepotes Latinis pro prodigis. ibid.
Neptunalia quando fieri ſolita. O.3.28.1
Nequitia quid. S.2.3.244. *pro libidine ſumta.* O.3.4.79. *frugalitati oppoſita.* S.2.7.3
Nereus vates. O.1.15.5
Nero Druſus. O.4.4.tit. *de Germanis triumphavit.* ibid. *ejus mors.* ibidem. 27
Neronum familia patricia. O.4.4.36
Neſcit vox miſſa reverti. A.390
Neſtor, non vixit trecentos annos. O.2.9.13
Niger. S.1.4.85
Nigri oculi. O.1.32.11
Nihil agere. S.1.9.15
Nihil eſt ab omni parte beatum. O.2.16.27
Nihil ſcire vita jucundiſſima. Ep.2.2.140
Nili fontes incerti. O.4.4.45
Nilus inundans irrigat Ægyptum. O.3.3.48
Nimio plus. O.1.33.1
Niobes fabula. O.4.6.1. *ejus liberi quot.* ibid. *ejus arrogantia.* ibid.
Niphates mons & fl. O.2.9.20. *cur rigidus Horatio.* ibid.
Nireus & Nereus. O.3.20.15
Niſus pro volatu. O.4.4.8
Nitere. S.2.2.128. S.2.5.12
Niti & nixari de avibus. O.4.4.8
Nix cana. O.1.9.1
Nobile, quod omnium ſermone nobilitatum. A.259
Nocet empta dolore voluptas. Ep.1.2.55
Noctiluca Diana. O.4.6.37
Nocturnus pro fure. S.1.3.117
Nodus dignus vindice videtur. S.2.1.1
Nomenclatores & Nomenculatores. Ep.1.6.50
Nomentanus guloſus. S.1.1.101
Nomina pro debitis. Ep.2.1.105
Nomina facere. ibid.
Nomina ſectari. S.1.2.16
Nomina in adoptionibus aucta. Ep.2.2.101
Nomina amicorum inter vina celebrari ſolita. O.4.15.25
Non cuivis homini contingit adire Corinthum. Ep.1.17.36
Non miſſura cutem, niſi plena, &c. A.476
Non poſſidentem multa vocaveris recte beatum. O.4.9.45
Non ſi male nunc, & olim ſic erit. O.2.10.17
Norici enſes. O.1.18.9
Norici ubi ſiti. ibid.
Norma, Normatum. S.2.6.9
Nos numerus ſumus, &c. Ep.1.2.27
Noſter Jupiter. O.4.15.6
Nota an littera. O.4.8.13
Notus animi. O.2.2.6.
Notus ventus. O.3.27.22. *idem qui & Africus.* O.1.3.14. *item pro quocumque vento.* O.4.5.9. *Orionis comes.* O.1.28.21
Notus albus. O.1.7.15
Novem cyathos pro Muſis hauriebant veteres. O.3.19.9
Novendiales ludi, ſacrum, feria. E.17.48
Novus liquor Horatio quid. O.1.31.2
Novum pro pulcro. ibid. *pro mirando.* O.1.26.10
Nox pro morte. O.1.24.5
Nox una manet omnes. O.1.28.15
Nullius addictus jurare in verba magiſtri. Ep.1.1.14
Numatius. Ep.1.3.31
Numerus ſumus. Ep.1.2.27
Numicia gens patricia & plebeia. Ep.1.6.tit. *unde orta.* ibid.
Numida Plantiorum cognomen. O.1.36.3
Numidia feris & marmore abundans. O.2.18.4
Numina rebus omnibus à Rom. aſſignata. O.3.13.2
Nummo addicere S.2.5.109
C. Numonius Vabala. Ep.1.15.tit.
Nuptiæ juſtæ. O.3.5.6
Nuptiæ nec nuptiæ. O.3.24.59
Nuptiis conciliandis Suadela & Venus præſto ſunt. Ep.1.6.38

O.

OBducere frontem. E.13.7
Obeſus, pro ſtupido. E.12.3
Obligare ſe votis. O.2.8.5
Obligatus. E.17.67
Obliquus rivus. O.2.3.11
Oblivioſus. O.2.7.21
Obſignare lagenas. Ep.2.2.134
Obſitus. O.1.18.12
Obſtipo capite ſtare. S.2.5.92
Obterere laudem. O.1.6.11
Occentare. S.2.1.81
Occupare pro antevertere. Ep.1.7.66
Occupet extremum ſcabies. A.417
O cives cives quærenda pecunia, &c. Ep. 1.1.53
Oceanus belluoſus. O.4.14.47
Octavia Auguſti ſoror. O.3.14.7
Octavius. S.1.10.79
Octuſſis. S.2.3.156
Oculatus teſtis unus plus valet, &c. A. 180
Oculi irretorti. O.2.2.23. recti. ibid.
Oculos defigere. Oculis capi. ibid.
Oculi nigri in honore. A.37
Oculi quando natare dicantur. O.1.36.17
Oculos in funere reſignare. Ep.1.7.9
Oda quid ex Euſtathio. S.1.1.tit.
Oderunt peccare boni virtutis amore. Ep.1. 16.52
Odium pro moleſtia. S.1.7.6
Ofella cognomen Lucretiorum. S.2.2.tit.
Ofellus. S.2.1.tit.
Ofellius ruſticus. S.2.2.3
Offenſus activè. E.15.15
Oleaſtro Hercules coronatus. O.1.7.7
Olens pro fœtido. E.10.2
Oleum adde camino. S.2.3.321
Olivum. S.1.6.123
Olus pro herba, omne edule. S.2.1.74
Olympici ludi. O.1.1.3
Olympionicarum quanta laus. O.1.1.6
Olynthum vendidit Laſthenes. O.3.16. 14
Omaſum. Ep.1.15.34
Omen quid. O.3.37.1
Ominata verba & nominata. O.3.14. 11
Omne tulit punctum qui, &c. A.243
Omnes eodem cogimur. O.2.5.25
Omnia orta occidunt. O.3.6.45
Omnis enim res, virtus, fama, &c. divitiis parent. S.2.3.94
Onychites. O.4.12.17
Onyx pro vaſculo. ibid.
Operoſa carmina. O.4.2.31
Opes pro auxilio. O.3.3.28
Opes Attalicæ prov. O.1.1.12
Opidum unde dictum. S.1.3.125
Opimia gens. S.2.3.142
Opimianum vinum. O.3.28.7
Oppedere. S.1.9.70
Optare. Ep.1.1.67
Optat ephippia bos piger, &c. Ep.1.14.43
Opulenti qui. Ep.1.16.2
Opus & Ὀπῦς urbs. O.1.27.10
Orantis habitus, manus tollere. O.3. 23.1
Orbilius Grammaticus. Ep.2.1.70
Orca. S.2.4.66
Orcheſtra. A.279
Orcus quid. O.3.27.50
Orcus ab urgendo. O.2.3.24
Orci ſatelles quis. O.2.18.34
Ordinarii Conſules & Suffecti. O.4.11. 20
Ordo triplex, materialis, naturalis, & artificialis. A.43
Ore rotundo loqui. A.323
Oreſtes furioſus. S.2.3.131. parricida. ibid. durus. A.124
Organorum tria genera. E.9.6
Orichalcum. A.202
Oricum. O.3.7.5
Orion ſidus. O.1.28.21. etymon. ibid. O.3.27.18
Orion venator. O.2.13.39
Orpheus & Eurydice. O.3.11.17
Orpheus lyra inſignis. O.1.12.7
Orpheus interpres. A.391
Os ferreum. O.1.3.9
Oſci Romanis ob linguam & mores inviſi. S.1.5.53
Oſcines. O.3.27.1
Oſculorum genera. O.1.36.6
Oſculandi mos Perſarum & Romanorum. ibid.
Oſiris Romæ ut Æſculapius cultus. Ep.1. 17.59
Oſtreorum nomen generale. S.2.4.30. & 32.

Otium laudabile & à doctis optatum. O.2.16.1. *etiam ab Auguſto.* ibid.
Ovatio minor triumphus. E.9.22
Oves infirmæ. E.2.16
Oves Tarentinæ. O.2.6.10

P.

PAcem duello miſcere. O.3.5.38
Pacorus. O.3.6.9
Pactumejus quis. E.17.50
Padus. E.16.28
Pætus. S.1.3.44
Palæmon Grammaticus. S.1.10.38
Palatinus Apollo. E.1.3.17
Palæſtra apud Græcos inſania. O.1.8.8
Palæſtræ exercitatio. O.1.10.3. *inventor Mercurius.* ibid.
Palinodia. O.1.16.26
Palinurus promontorium an in Sicilia? O.3.4.28
Palla unde dicta. S.1.2.29. & 63. & 99
Palla ſuccincta. S.1.8.21
Palla Gallicana & Latina. A.278
Pallas armata. O.1.15.11
Pallere amore argenti, &c. S.2.3.78
Pallere pro timere. O.3.27.28
Pallida mors æquo pulſat pede, &c. O.1.4.13
Pallor luteus, albus, & luridus. E.7.1.5
Palmarum in Circenſibus genera. S.1.9.46
Palpari, palpum obtrudere. S.2.1.17
Pan Arcadiæ deus. O.1.17.1. *nemorum deus.* O.3.18.5. *Nomius dictus.* ibidem 9
Panætius Stoïcus. O.1.29.14. *ejus ſcripta.* ibid.
Panarium. S.1.1.47
Panis ſecundarius, tertiarius. Ep.2.1.123
Pannus. Ep.1.17.29
Pantilius Cimex. S.1.10.78
Pantolabus ſcurra. S.1.8.11
Paphia Venus. O.1.19.14
Parare pro reparare. O.1.31.12
Pararius. S.2.3.69
Parcæ urbium & hominum originibus præfectæ Carm. Sæc.27
Parcere, pro omnino nolle. O.1.34.1
Parcus. ibid.
Parentes pro majoribus. E.16.8
Pares in amore. E.15.14
Paris comptis capillis. O.4.9.13
Parium marmor. O.1.19.6
Paros Cycladum inſ. ibid.
Parochus ejuſque officium. S.1.5.46
Paros inſ. Archilochi patria. Ep.1.19.23
Parra in auguriis. O.3.27.1
Parrhaſius, pictor egregius. O.4.8.6
Parthi an mendaces. Ep.2.1.112. *fugiendo pugnant.* ibid. & O.1.19.11. *Auguſto ſigna remiſerunt.* O.1.12.53. O.3.8.19.
Parthi, Medi & Perſæ ſæpè pro iiſdem. O.3.5.3
Parthi Perſæ dicti. O.1.2.22
Parturient montes, &c. A.139
Parvum parva decent. Ep.1.7.44
Paſſer & olor Veneris currum trahebant. O.4.1.10
Paſtillus ejuſque in medicinis uſus. S.1.2.27
Pataici dii in navibus. O.1.14.10
Patella. Ep.1.5.2
Pater patriæ. O.3.24.27
Patera vinum in ſacrificiis fundebatur. O.1.31.2
Patera unde dicta. ibid.
Patienter ferenda adverſa. O.1.24.19
Patinarii elixi piſces. S.2.4.37
Patres qui. S.1.3.127
Patria nihil jucundius. O.3.2.13
Patria eſt ubi benè cuique. O.1.7.21
Patriciorum calcei. S.1.6.28
Patriæ multum debetur. A.312
Patris appellatio communis. S.2.1.12
Patrua lingua. O.3.12.3
Pavimentorum luxus. Ep.1.10.19
Pavo avium formoſiſſimus. S.2.2.26. *Romam quando elatus.* ibid.
Pavor quid. Ep.1.6.10
Pauper quis dicendus. O.3.16.17. Ep.1.12.4
Paupertas læta. O.4.9.45. *audax.* Ep.2.2.51. *ludibrio eſt.* Ep.1.18.28. *virtutis rudimentum.* O.3.2.1
Paupertatis laus. O.1.12.43. *ſæva quomodo dicta.* ibid.
Pauſias pictor. S.2.7.95
Peccata æqualia Stoïcis. S.1.3.96
Pectines & pectunculi. S.2.4.34
Peculium. A.330

Pecunia pro anima. Ep.1.6.36
Pecunia diis conſecrata. O.3.24.45
Pecunia quibus imperet & ſerviat. Ep. 1.10.47
Pecuniæ obediunt omnia. O.3.16.8. & 15
Pecuniæ augendæ cupiditas. O.3.16.17
Pecus etiam de marino dictum. O.1.2.7
Pedeſtres hiſtoriæ. O.2.12.9
Pedeſtria pro humilibus. A.59
Pedacia fragilis. S.1.8.39
Pedibus trahi. O.3.20.11
Pedibus terram pulſare. O.1.4.7
Q. Pedius Conſul. S.1.10.27
Pedius Valeriorum nomen. ibid.
Pedo Albinovanus poëta. Ep.1.8.1
Pedum Latii oppidum. Ep.1.4.2
Pedanus unde dictus. ibid.
Peleus fratrem occidit. A.96
Pelignum oppidum, quale? O.3.19.8
Pelle in propria quieſcere. S.1.6.22
Pellex à pelliciendo. O.3.10.14
Pelliculam curare. S.2.5.38
Peloris unde dicta. S.2.4.32
Penates iniqui. O.2.4.15
Penelopa pro Penelope & ſimilia. O.1. 19.2
Penicillo exprimere, tempeſtatem, ventos, &c. A.20
Per auget ſignificationem. E.16.38
Per extentum funem ire. proverb. Ep.2. 1.210
Percunctatorem fugito, cur? Ep.1.18. 69
Percuſſus pro admirabundo. O.1.7.11
Percuſſus amore. E.11.3
Perdocere. Ep.1.1.54
Perducere. S.2.5.77
Periſcelides. Ep.1.17.56
Permutatio olim mercatura erat. O.1. 31.12
Pernicii pro Perniciei apud Cic. O.3.7.4
Pernix quid & unde. E.2.42
Perprimere cubilia inominata. E.16. 38
Perſæ pro Parthis. O.2.2.2. & *Medi.* O.1.2.51. O.3.5.3
Perſarum mos oſculandi. O.1.36.6
Perſarum Regum luxus. O.1.38.1
Perſarum frugalitas. ibid.
Perſæ unguenti inventores. ibid.
Perſica unguenta. ibid.
Perſonare aures vocibus. Ep.1.1.7
Perſtringere aures murmure. O.2.1.1
Pervidere. S.1.3.25
Pes aquæ. E.16.48
Petere & poſcere differunt. O.1.32.1
Petere & Petitiones gladiatorum. S.2. 7.99
Petillius. S.1.4.94
Petitor pro actore & candidato. O.3. 1.11
Petorrita vehiculum Gallicanum. S.1.6. 104
Petrinum. Ep.1.5.5
Pexus. Ep.1.1.95
Phæax. Ep.1.14.21
Phalantus Araci filius. O.2.6.11
Phaſis in Colchide fl. A.117
Philippenſe bellum. Ep.2.2.49
Philippus Macedonum Rex. O.2.16.14
auro pleraque expugnabat. ibid. *ejus dicta.* ibid.
Philodemus poëta Epicureus. S.1.2.121
Philomela in Luſciniam mutata. A.187
Philoſophorum frugalitas. Ep.1.12.7.
Dipondii dicti. ibid.
Philoſophorum ſectæ. Ep.1.1.14
Philoſopho an gerenda Reſp. Ep.1.1.16
Phimus. S.2.7.17
Phocæ. O.1.2.7
Phocæa civitas. E.16.17
Phocis regio. ibid.
Phocæi fugientes maſſam ferream in mare conjecerunt. E.16.25
Phraates Rex. O.2.2.17
Phrygia tibia quæ. E.9.6
Phrygius lapis. O.3.1.41
Phryne quomodo judicio abſoluta. E.8.7
Picata vaſa. O.3.8.10
Picta veſtes in triumphis. S.1.6.29
Pictoribus atque Poëtis, æqua libertas. A.9
Pictura tacita poëſis. A.1
Pictura. A.361
Pila & taberna. S.1.4.71
Pila lippis inimica. S.1.5.49
Pilæ luſus. A.380
Pilumnus à Pilo. O.3.18.4
Pimplea Muſa. O.1.26.9
Pindarus Lyricorum princeps. O.4.2.3
Pindus, mons Arcadiæ. O.1.12.6
Pinguis quis. S.1.3.57

Pingues

Pingues toga. S.1.3.15. Ep.1.17.25
Pinus cur Dianæ ſacra. O.3.22.5. *Neptuno item & Baccho.* ibid.
Piplea. O.1.26.9
Piſces delicatorum fuerunt. Ep.1.12.20
Piſo Calpurniorum nomen. A.6
Piſones unde originem duxerint. A.292
L. Piſo Philodemo operam dedit. S.1.2.121
Pitholeon poëta. S.1.10.22.
Pituita. S.2.2.75
Placidejanus gladiator. S.2.7.96
Planus pro impoſtore. Ep.1.17.58
Plantanus ſterilis eſt. O.2.15.4
Platona ſtipare Menandro. S.2.3.11
Plauſus in theatro. O.1.20.3
Plauſus in theatro, Circo & foro. Ep.1.6.7
Plautinos numeros & ſales proavi laudavere. A.270
Plebejus. S.2.3.188
Plebs & Plebejus. A.248
Plinius & Cicero quid de inferis ſenſerint. O.1.4.16
Plorare, pro miſerum eſſe, & dolere. S.2.5.69
Ploſtello adjungere mures. S.2.3.247
Ploſtra pro planſtra. S.1.6.42
Plumbeus homo. S.2.6.18
Plus nimio. O.1.33.1
Plutonis regnum cur exile. O.1.4.17
Pluvius Iupiter. Ep.2.1.135
Pocula è cornibus. O.2.19.29
Poëmatum tria genera. A.1
Poëmata quæ ætatem ferunt. E.2.1.34
Pœna libertorum ingenuorumque diverſa. E.4.11
Pœna, pede claudo venit. O.3.2.32
Pœni navigationibus clari. O.2.13.14
Poëta initio tumens. A.137
Poëtæ immortalitatem polliceri conſueverunt. O.4.8.12. *perſonas decorè inducunt* Ep.1.3.14. *coronati.* O.1.7.7. *multiplices deos unum faciunt.* O.1.19.1. *cygnis comparati.* O.2.20.10. O.4.2.25. *maledici qui.* E.6.13. Ep.2.2.141. *iracundi.* Ep.1.20.25. *placabiles.* ibid. *bibaces.* Ep.1.19.2
Poëtica laus ex Platone. O.1.10.2
Poëtis nomen mutare proprium, licitum. O.1.17.25
Poëtis ſui prædicatio familiaris. O.2.20.1
Politianus quam felix Moſchi interpres. A.135
Polyhymnia. O.1.1.33
Pollen. Ep.2.1.123
Pollice & pedum plauſu verſus metiebantur. A.253. & 274
Pollicem vertere. Ep.1.18.66
Pollice utroque laudare, quid? Ep.1.18.66
Pollio Aſinius. O.2.1.tit.
Pollucere. S.2.6.10
Polluctum. ibid.
Pollux. O.3.3.9
Pollux pugnis præſtat. O.1.12.16
Polubrum. S.1.6.117
Polyphemus. A.145
Polypus tumor in naribus. E.12.5. S.1.3.40
Poma varia. S.2.4.70
Pomparum inceſſus. S.1.3.10
Sex. Pompejus Dux Neptunius dictus. E.9.7
Pompeja Porticus. Ep.1.6.26
Cn. Pompeji Conſulatus. O.2.1.1
Pompilia gens. A.292
Pondus addere nugis. Ep.1.19.42
Ponere pro fingere. O.4.8.7
Ponere ſigna novis præceptis. A.34
Ponere totum neſcit. τιθέναι. A.34
Pontina tribus. O.1.1.1
Pontificales cœnæ. O.1.37.2. O.2.14.28
Popinones. S.2.7.39
Poppyſmus. S.1.9.70
Poppyſma equorum. S.2.1.17
Populus nigra & alba. O.2.3.9. *Herculi ſacra arbor.* O.1.7.27. *vino ferendo apta.* E.2.10.
Populus & plebs quid differant. O.4.14.1
Porcus & Porca ſacrificandi initia. Ep.2.1.143
Porcus Laribus immolabatur. O.3.23.4
Porca Cereri. ibid.
Porphyrion Gigas & avis. O.3.4.54
Porrigo. S.2.3.126
Porrum pauperum cibus. Ep.1.12.20
Porſena Etruſcorum Rex. E.16.4
Porta triumphalis Romæ. E.7.8
Portus Lucrinus. A.6

Poſcere, petere, flagitare differunt. O.1.32.1.
Poſcere majoribus poculis. E.9.33
Poſteri non luebant parentum delicta Romæ. O.3.6.1. *ne quidem in perduellionis crimine.* ibid.
Poſticum. Ep.1.5.31
Poſtgeniti. O.3.24.27
Poſtumi qui Juriſconſ. O.2.14.1. *de ejus vocabuli ſcriptura.* ibid.
Potare parta victoria. O.1.37.5
Potens ſui. O.3.29.41
Potio pro veneno. E.5.73
Præ ſignificationem verbi auget aliquando. O.4.3.10
Præbere aquam. S.1.4.88
Præcidanea porca Cereri mactata. O.1.28.26
Præcidere cauſam belli. Ep.1.2.9
Præcones auctionibus præerant. S.1.6.86
Prædium à prædibus dictum. S.1.1.11
Præneſte unde dicta, à quo condita. O.3.4.21
Prænitere pro præferri. O.1.33.3
Prænomine carebant ſervi. Ep.5.10.10
Præpetes aves. O.3.27.1
Præſagire. O.1.27.21
Præſens Deus quomodo dictus. O.1.35.2
Præſentia non faſtidienda. Ep.2.1.34
Præſentibus acquieſcendum. O.3.29.32. S.2.6.4
Prætexta ingenuitatis inſigne. S.1.6.29 *quando depoſita.* E.5.7
Prætoris officium. S.1.5.34
Prætoris formula, pacta ſervabo, judicium dabo. Ep.1.19.8
Prætura. S.2.3.180
Prævertere quid. S.1.3.38
Praſina factio. O.1.1.3
Pratum quid. S.2.4.20
Pratum quaſi paratum. S.2.6.1
Preces pro execrationibus. O.1.28.33. E.5.86
Precariam vitam agimus, &c. O.1.24.11
Premere crimine artis ignoratæ. A.262
Premere vites. O.1.31.9
Pretioſus emtor & pretioſi. O.3.6.32
Pretium ponere. S.2.3.23.
Priapus hortorum cuſtos. S.1.8.1. *ruber.* ibid. *quare ficulnus.* S.1.8.1. *Ithyphallus.* ibid. *ex quo ligno potiſſimum fabricatus.* ib.
Prima terræ epitheton. S.2.2.[illegible]
Primores populi. S.2.1.[illegible]
Principibus placuiſſe viris, non ultima laus eſt. Ep.1.17.35
Principum in ſuos auctoritas. O.3.1.5
ad Principum colloquium ægre admiſſi. O.1.28.9
Principum amicitia infida. O.2.1.[illegible]
Priſcum pro ſevero. O.3.21.[illegible]
Priſcus Mœchus. S.2.7.15
Privilegium unde dictum. S.2.5.11
Privum pro proprio. ibid.
C. Proculejus & elogium. O.2.2.5. *ejus fratres qui.* O.2.2.[illegible]
Prodere rem pro perdere. S.1.2.15
Prodigum unde dictum. O.1.16.[illegible]
Prodiga in ſacrificiis. S.1.5.99
Prodocere. Ep.1.1.54
Prodigi ad agnatos miſſi. S.2.3.225
Prœti fabula. O.3.7.13
Profani à ſacris arcebantur. O.3.1.1.
Progne in quam avem converſa. O.4.12.5 *in hirundinem.* A.187
Prometheus Caucaſo alligatus. O.2.13.37
Promethei fabula è luto hominem fingentis. O.1.16.13
Promulſis. S.2.4.24
Propertius Callimachus Romanus dictus. Ep.2.2.100
Propitius à prope eundo. O.1.35.2
Propria pro perpetuis. S.2.6.5
Proprium pro ſempiterno. Ep.2.2.172
Prorſus. Ep.1.1.75
Proſerpina flores legens. O.3.27.29
Proſerpina morientibus præeſt. O.1.28.19.
Protervia à proterendo. O.1.19.7
Proteus. O.1.2.7. O.1.15.5
Protinus. Ep.1.12.8

PROVERBIA.

Ab ovo ad mala. S.1.3.6.
A teneris unguiculis. O.3.6.24
Ad umbilicum adducere. E.14.8
Alcinoi menſa. Ep.1.2.28
Ἀνω ποταμῶν. O.1.29.10
Archilochia edicta. E.6.13

Arenam metiri. O.1.28.2
Βατράχοις οἰνοχοεῖν. O.2.11.20
Bœotia ſus. Ep.2.1.244
Caritum tabula. Ep.1.6.62
Cappadoces. Ep.1.6.39
Caudam trahere. S.2.3.53
Χθὲς καὶ πρώην. O.1.32.2
Codro generoſior & antiquior Codro. O.3.19.1
Cœlum non animum mutant, &c. Ep.1.11.27
Cortice levior, & ſine Cortice nare, O.3.9.3
Cuculo aſtutior. S.1.7.31
Cum lacte nutricis. O.3.6.24
Cynicè vivere. S.2.2.55
Danaidum dolium. O.3.11.23
Δεύτεραι φροντίδες. O.1.34.3
Δεύτεροι πλῶν. ibid.
Difficilia quæ pulcra. S.1.9.59
Dii laneos pedes habent. O.3.2.31
Ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχειν. S.2.7.27
Equis viriſque. Ep.1.11.28
Fervet olla, vivit amicitia. O.1.35.26
Γῆν πρὸ γῆς. O.2.16.18
Gratiis litare. O.1.30.5
Hipponacteum præconium. E.6.13
Hydram ſecare. Ep 2.1.10
Hymettia mella. O.2.6.14
Intrà pellem ſe continere. S.1.6.24
Junonium ingredi. S.1.3.10
Κρατίνου κάδιον. Ep.1.19.1
Κυπαρίττου καρπός. O.2.14.23
Labor improbus omnia vincit. S.1.9.59
Μύρμηξ ἢ κάμηλος. S.1.1.33
Numerus ſumus. Ep.1.2.27
Optat ephippia. Ep.1.14.43
Orco implacabilior. O 2.3.24
Pari jugo. O.1.35.28
Patrua lingua. O.3.12.3
Pergræcari. S.2.2.10
Phocenſium execratio. E.16.17
Principium dimidium totius. Ep.1.2.40. & 45
Remis veliſque. O.3.11.34
Sardi venales. Ep.1.6.39
Siculæ dapes & Syracuſana menſa. O.3.1.18
Sileni Alcibiadis. O.2.19.1
Surdo narrare, &c. Ep.2.1.200
Tantali talenta. O 2.18.37
Thyeſtæa cœna. A.91
Tithoni ſenectus. O.2.16.30
Tranſire per ignes. O.2 1.7
Ὁ τρώσας ἰάσεται. E.17.8
Ventis tradere. O.1.26.3
Vineta cadunt mea. Ep.2.1.220
Una hirundo non facit ver. Ep.1.7.13
Vocatus & non vocatus deus. O.2.18.40
Providentia divina cuncta diſponi. O.1.35.2
Proximus & ſupremus. O.1.12.19
Prudens. E.17.47
Ptiſana. S.2.3 155
Publica, unde Publicani. Ep.1.1.77
Pudicus qui dicatur. O.4.7.25
Pudor infans. S.1.6.57
Puera & Pueri. O.3.14.10
Pueri pro filiis. O.1.12.25
Pueri an in Dianæ tutela. O.4.6.33
Pueri ter novem in ludis Sæcularibus. C. Sæc.6
Pueri ad pocula. O.1.29.7
Puerorum ingenia. A.158
Puerorum inſignia prætexta & bulla. E.5.12
Puerorum ludus, Rex eris. Ep.1.1.59
Pugillares. A.293
Pulla, quid? O.1.25.18
Pullus blandientis vocabulum. S.1.3.44
Pulmenta & Pulmentaria. S.2.2.20
Pulpitum. A.27
Pulſare terram. O.1.4.7. O.1.37.1. O.3.18.15
Pulvis & umbra ſumus. O.4.7.16
Pumex aridus. O.1.11.5
Punctum tollere. A.343
Pupius & Pupia gens. Ep.1.1.67
Puræ plateæ. Ep.2.2.71
Puri oppoſiti profanis. Ep.1.1.37
Purpura dibapha. O.2.16.35. *Tyria Tarentina, &c.* Ep.1.10.26
Purpureum pro pulcro. O.4.1.10
Puſus & Puſillus. S.2.3.216
Puteal locus Romæ ubi & qualis. S.2.6.35 Ep.1.19.8
Putere. S.2.4.66
Puteſcere. S.2.3.194
Putreſcere. ibid.
Putres oculi. O.1.36.17
Pyramides Ægyptiæ. O.3.30.2

Pyrgum. S.27.17
Pyrrhica ſaltatio. Ep.2.1.190
Pyrgoteles ſculptor. Ep.2.1.240
Pythagoræ ſtirps. O.1.28.10. *ejus dictum, Nihil admirari.* Ep.1.6.1. *ejus ſymbolum.* Ep.1.2.23. μετεμψύχωσις. Ep.2.1.53. *à fabis cur abſtinuerit.* S.2.6.63
Pithagorea ſomnia, quæ? Ep.2.1.52
Pythagorici omnia conſtare numeris volebant. O.1.28.2
Pythius Apollo. O.1.16.5. & 6
Pythia cantare, quid? A.414

Q.

QUadra. Ep.1.17.49
Quadrans. ibid.
Quadrans balneatoris merces. S.1.3.137
Quandrantaria res. ibid.
Quadriga Circenſes. O.2.16.35
Quadruplatores. S.1.4.65
Qualem commendes, aſpice. Ep.1.18.76
Qualis haberi vis, eſto. Ep.1.16.17
Qualus. O.3.12.4
Quam quiſque norit artem in illa ſe exerceat. A.379
Quandoque pro quandocumque. O.4.2.34. S.2.6.61
Quandoque bonus dormitat Homerus. A. 359
Quaſillus. O.3.12.4
Quatere pro movere. O.1.18.12
Quatinus & Quatenus. S.1.3.76
Quatinus pro quoniam. S.1.1.63
Querela animantibus omnibus tributa. E.2. 26
Qui ſtudet optatam curſu contingere metam, &c. A.412
Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi. Ep.1.2.14
Quinctia gentis cognomina. O.2.11.2. Ep.1.16. tit.
Quinctilii à Quinctio. Ep.1.16.tit.
Quinctius Hirpinus. O.2.1. tit. *an Criſpinus.* ibid.
Quinctilius Varus. O.1.24.5. S.1.6.55
Quinquatrus, feſta Minervæ. Ep.1.2.197
Quinqueviri an magiſtratus. S.2.5.55
Quo ſemel eſt imbuta recens. Ep.1.2.69
Quod ab aminor, formula. E.16.8
Quod ſatis eſt. Ep.1.2.45

R.

RAdit terras Aquilo. S.2.[illegible]
Ranarum plura genera. E.5.[illegible]
Rancidus aper. S.2.2.[illegible]
Rapere in jura. S.2.3.72
Ravus color. O.3.[illegible]
Recantare. O.1.16.[illegible]
Recidere. S.1.10.[illegible]
Redantruare. Ep.2.1.[illegible]
Redemptores. O.3.1.[illegible]
Redigere nummos. E.2.[illegible]
Redimere opus. O.3.1.[illegible]
Reducere. S.2.3.1[illegible]
Refigere legem. O.1.28.1[illegible]
Refixa ſidera. E.17.[illegible]
Reges ad deos originem referre. O.4.2.1[illegible]
Regia Numæ. O.1.2.15
Reguli mors. O.3.5.49. *ejus ſupplicium.* ib.
Regnavit populorum, & id genus bellissimi. O.3.30.12
Regium genus. O.2.4.15
Relegere. E.3.65
Religare claſſem. O.1.32.7
Religare funem, pro ſolvere. ibid.
Relinere vaſa. O.1.20.[illegible]
Rem gerere & Res gerere. S.2.3.74
Renidere, de animatis & inanimatis. O.2.18.2. O.3.27.67
Reponere. A.120
Reponere in ſedem. E.13.11
Repotia. S.2.2.60
Res. A.248
Res pro lite. S.1.9.41
Reſcribere. S.2.3.75
Reſidere. O.3.3.30
Reſignare. O.3.29.54. Ep.1.97
Reſorbere in bellum. O.2.7.15
Reſpondere propriè conſultorum. Ep.1.16. 43
Reſponſor. ibid.
Reſponſare pro reſpondere. S.2.7.103
Reſponſare pro obniti. S.2.4.17
Reſpublica navi comparata. O.1.14.tit.
Reſtio Antiorum cognomen. S.1.6.124
Retuſum. O.1.35.38
Revincire. O.2.18.34
Rex pro rectore. O.1.36.8
Rex pro potente. Ep.1.17.43
Rhadamantus judex apud inferos. O.4.1. 25

Rhæti

Rhæti populi ubi ſiti. O.4.4.17. O.4.14. 15. *à quibus devicti.* O.4.4.17
Rhæti Vindelici. O.4.4.18
Rhodanus Galliæ fl. O.2.20.20
Rhodope Thraciæ mons. O.3.25.12
Rhodus, Epheſus, Mitylene deliciis affluentes. O.1.7.1
Rhœtus Gigas. O.2.19.23
Rhombus magicus. E.17.7
Rhombus piſcis unde dictus. S.2.2.48
Rhudia. S.1.5.97
Ridentem dicere verum, Quid vetat. S.1.1.24
Ridere etiam de inanimis. O.4.4.40
Ridere dulce. O.1.22.22
Ridiculum quid. S.1.10.14
Rimoſa auris. S.2.6.46
Riſu auditorem ſolvere, quid? S.1.10.14
Riſus amoris illex. O.1.2.33
Ritus à cæde expiandi. O.2.1.5
Ritus deos plures invocandi. O.1.2.35
Rivi. Ep.1.16.12
Rixa pro jurgio, interdum pro pugna. O.1.18.8. O.1.27.4. O3.27.69
Robuſta ætas. O.3.2.2
Rodere aliquem. S.1.6.46
Rhœtus. O.3.4.55
Roma omnia venalia. O.3.16.15
Roma urbs æterna, domina. O.4.3.13. O.4.6.23. *Septicollis.* Carm. Sæc.7. *Albanorum colonia.* Carm. Sæc.54. *à Regibus pomeriis aucta.* A.209
Romæ & Carthaginis diſtidium. E.16.10
Romani civis inſignia. S.2.7.53. *ſine his in publicum prodire flagitioſum.* ibid.
Romani accepta à Græcis fecere meliora. Ep.2.1.28
Romani ſervos ſuos ſepeliebant. S.1.8.9
Romanorum hiberna. O.3.4.38
Romanorum ex re pecuaria quæſtus. E.1.27
Romanos rebus ſecundis ſapere dixit Haſdrubal. O.3.27.74
Romuli parens Mars. O.1.2.35
Ros pro ingenti liquore. O.3.4.61
Roſa hieme in deliciis. O.1.38.3
Roſa in unguentis. O.1.5.2
Roſcius Comicus. Ep.2.1.82. *ejus ſcripta.* ibid.
Roſeus, epithetum variis tributum. O.1.13.2
Roſmarinus. O.3.23.15
Rotundare. Ep.1.6.34
Rotundentur mille talenta. Ep.1.6.34
Rubeta ranarum genus. E.5.19. S.2.3.16
Rubor verecundiæ ac pudoris ſignum. E.17.21
Rubos an Campaniæ oppidum. S.1.5.94
Rubi ubi fuerint. ibid.
Ructari ſublimes verſus. A.457
Rudis. Ep.1.1.2
Rude donari & Rudiarii ibid.
Rufa in amoribus. S.2.3.216
Rumex. E.2.57
Rumor ſecundus. Ep.1.10.9
Rumpere. O.1.23.10
Runcare agros. O.1.1.11
Rupilia gens Romana. S.1.7.tit.
Rura optat Maro. O.1.1.30
Rurales dii. Ep.2.1.143
Ruſſata factio. O.1.1.3
Ruſticus. A.213
Ruſticus exſpectat dum, &c. Ep.1.2.42
Ruſticorum feriæ horreis conditis. Ep.2.1.140
Rutilii. S.2.1.68
Rutilius Lupus. ibid.

S.

SAbbata unde dicta. S.1.9.69
Sabelli & Marſi. E.17.28
Sabini rigidi. Ep.2.1.34
Sabinum fœdus. Ep.2.1.24
Sabinum vinum. O.1.20.1
Saccare vinum. O.1.11.6
Sacci nummarii. S.1.1.70
Saccularii. ibid.
Sacer quid in legibus xij. tabb. S.2.3.181
Sacra quæ. S.1.1.71
Sacra Junonis ferebant lento gradu. S.1.3.10
Sacrificium nullum ſine thure ac fidibus. O.1.36.1
Sacrilegus. S.1.3.117
Sacrificia qualia veterum. O.3.23.18
Sacrorum puritas. S.2.3.281
Sacramentum militare. O.2.17.9
Sacrum quid. O.3.19.4

Sacula-

Secularium ludorum tempus. C.S.4. & 21
Seculum quot annorum. E.8.1. C.S.21
Sæva paupertas. O.1.12.43
Sævus pro duro. Ep.1.6.50
Saga pro venefica, unde dicta? O.1.27.21
Sagire. ibid.
Sagitta. O.3.37.6
Sagitta venenata. O.1.22.3
Sagum militare & Sagati. E.9.27
Sal nigrum & album. S.2.4.74. *nigrum & purum.* S.1.3.14. *in ſacrificiis.* ibid. *divinum.* O.2.16.13. *primo loco in menſa apponitur.* ibid.
Salernum. Ep.1.15.1
Saliare. Ep.2.1.86
Saliares epulæ. O.1.37.2
Salinum deorum. O.2.16.13
Salis apud veteres uſus. S.2.2.17
Salluſtii Hiſtorici duo. O.2.2.2 *alterius avaritia ex Agellio.* ibid.
Salluſtius Hiſtoricus an adulter. S.1.2.48
Saltare Cyclopa. S.1.5.63
Salmoneus. O.1.34.7. *Tonitru effinxit, ejus mors.* ibid.
Salindienus Rufus. S 2.8.1
Samnites. Ep.2.2.9
Samothrace. Ep.1.11.2
Samus triplex. ibid. *Junoni ſacra.* ibid.
Sandapilarii. S.1.8.9
Sanguis ultima ſyllaba producta. O.1.15.31
Sapere eſt principium & fons rectè ſcribendi. A.309
Sapere pro vivere. O.1.11.6
Sapiens quis dicendus? S.2.4.44 *an omnia ſit.* S.1.3.124. *uno minor eſt Jove.* Ep.10.16. S.1.3.124
Sapientia Læli. S.2.1.71
Sappho maſcula. Ep.1.19.28
Sardo cum melle papaver. A.375
Sardis. Ep.1.11.5
Sarire ſegetem. O.1.1.11
Sarmentus Scurra. S.1.5.52
Sarmenti duo. S.1.5.55
Sarſenna an Sarſerna. S.1.7.8
Satura lanx & lex. A.222
Saturejani fundi. S.1.6.59
Saturnalia Decembri menſe celebrata. S.2.7.4
Saturnalibus quæ dona mitterentur. O.3.8.1
Saturnius verſus. Ep.2.1.[illegible]
Saturni Sidus noxium. O.2.[illegible]
Satyra unde dicta. A.222 *triplex.* A.[illegible]
Satyra Romana. S.1.[illegible]
Satyri cornuaque imago. O.2.19.4 & [illegible] 220
Saxum ſupplicii genus. S.1.[illegible]
è Saxo Tarpejo dejicere. [illegible]
Scæva. S.2.[illegible]
Scæva quorum cognomentum. Ep.1.17.[illegible] *unde dictum.* [illegible]
Scævola unde. S.1.[illegible]
Scalpo & ſculpo. O.3.1[illegible]
Scarus piſcis Græcum nomen. E.[illegible] *Romæ in deliciis.* [illegible]
Scauri. S.1.3.[illegible]
Scaurorum familia. O.1.12.[illegible]
Scena. A.1[illegible]
Scipio Africanus extra patriam mor[illegible] E.9.25
Scobs auri. S.2.4.[illegible]
Scomber Iberus. S.2.8.[illegible]
Scopa Theſſali dictum. Ep.1.6.[illegible]
Scorpius formidoloſus. O.2.17.1[illegible]
Scortari. O.1.25.[illegible]
Scribæ quæſtorii, ædilitii, prætorii, &c. S.1.5.66
Scribarum ordo an in honore. ibid.
Scribarum decuriæ Romæ. S.2.6.3[illegible]
Scribere, pro mutuo ſumere. S.2.3.7[illegible]
Scribimus indocti, doctique, &c. Ep.2.1.117
Scrinia librorum capſulæ. Ep.2.1.11[illegible]
Scriptor pro auctore. A.3[illegible]
Scrobes magicæ. S.1.8.[illegible]
Scruta & Scrutarii. Ep.1.7.6[illegible]
Scurra unde dictus. Ep.1.18.[illegible]
Scurræ & oratoris diſcrimen. Ep.1.18.[illegible]
Scutror ego ipſe mihi. Ep.1.17.1[illegible]
Scutica flagelli genus. S.1.3.11[illegible]
Scylla Niſi filia. A.145. *alia, Phorcidis filia.* ibid.
Schythæ temulenti. O.1.27.2. O.1.36.14. *profugi.* O.4.14.41. *vagi.* O.1.35 9. O.3.24.10. *fortes.* Carm.Sæc. 55. *arcus tractant.* O.3.4.35
Schytharum incognitæ cur urbes. O.3.4.34.
Se vincere, maxima victoria. O.2.2.9
Secare rem. S.1.10.15
Sectari matronas juris verbum. S.1.2.78

Secernere. O.2.13.23
Secretum petere. S.2.1.71
Secundarius. Ep.1.18.14
Secundas agere. ibid.
Securis Penthesileæ inventum. O.4.4.20
Securi hoſtia feriebatur. O.3.23.12
Sedere, ignaviæ proprium. Ep.1.17.36
Sedere judicum. S.1.6.40
Sedere, pro perplacere. E.13.11
Sedes inferorum. O.2.18.29
Seges à ferendo. Ep.1.7.87
Seges pro meſſe & pro quovis agro. O.1.31.3
Selecti judices, dii. S.1.4.123
Sellæ faſceſque, magiſtratuum inſignia. S.1.6.97
Semel pro poſtremum. E.5.39
Semele Bacchi mater. O.1.19.2
Semper avarus eget. Ep.1.2.56
Senatorum in theatro locus. A.213
Senatorum calcei. S.1.6.28
Senatus ſanctus. O.4.5.3
Senectus ætas mala. S.2.2.85. A.169. *moroſa, arida.* O.2.11.6. *placida.* C. Sæc.45
Senes avari. A.170 *gelidi.* ibid. 171. *apricationibus gaudent.* Ep.1.20.24
Senium pro tædio. E.13.7. Ep.1.7.85
Senum lenta conſilia. A.118
Sepeliendi ritus. O.1.28.36
Sepia. S.1.4.100
Septimius. O.2.6.1. Ep.1.9.1
Septimiorum cognomina. Ep.1.9.1
Sepulcra communia. S.1.8.10
Sepulcra clarorum violare nefas exemplis oſtenſum. E.16.14
Sepulcrorum cuſtodes. E.17.47
Serica veſtis. S.1.2.101
Seri ſtudiorum. S.1.10.21
Sermonum Horatii libri. S.1.1.tit.
Serpens Epidaurius. S.1.3.27
Serpens volitans. E.3.14
Serpentum ſagitta. O.3.37.6
Severus, durus. Ep.1.5.13
Servus à ſervando. Ep.1.16.70
Servi fugitivi & errones. S.2.7.113 *catenati, annulati, literati.* S.1.5.65. *venalitii.* Ep.2.2.7. & 10. *manumiſſi pileum in templo Feroniæ capiebant.* S.1.5.24. *prænomine carebant.* S.2.5.32.
Servi in magnis familiis. S.2.7.79
Seſquipedalia verba, quæ? A.97
L. Seſtius Conſul quando. O.1.4.1
Sex ſeptem. Ep.1.1.57
Sextarius cyathos xij. continet. S.1.1.74.
Sextarii diviſio. O.3.19.9
Sextilis menſis. Ep.1.7.2
Si particula redundans. S.2.7.39
Sibyllinorum interpretes XV. *viri.* Carm. Sæc.70
Sica à ſecando. S.1.4.4. *quæ forma.* ibid.
Sica gentis cognomen. ibid.
Sicambri Rheni accolæ. O.4.2.36
Sicambros Cæſar in Galliam traduxit. O.4.14.51
Siccis omnia dura Deus propoſuit. O.1.18.3
Siccus pro ſobrio O.1.18.3
Siccus uncto opponitur. Ep.1.17.12
Sicilia Triquetra & Trinacria cur dicta. S.2.6.55
Sicilia pecore abundans. O.2.16.33
Sicilicitare. S.1.10.30
Siculi trilingues quare dicti ibid.
Sidonii navigandi peritiſſimi. E.16.59
Signare. O.3.29.54
Signa vocum. S.2.4.2
Signorum Romæ quanta inſania. S.1.4.28
Silentia Lunæ, Virg. O.1.25.11
Silenus imago docentis. O.2.19.1. *unde dictus.* ibid.
Silicernium cœna funebris. S.2.3.86
Siligo. Ep.2.1.123
Siliquæ. ibid.
Silva nigra quæ. O.1.21.7
Silvanus deus. O.3.18.4
Silvanus finium tutor. Ep.2.1.143
Simia pro imitante. S.1.10.18. *pro Sycophanta Plauto.* ibid.
Similago. ibid.
Simonides Ceus poëta Threnos ſcripſit. O.2.1.38. O.4.9.7
Simonidis cadaver humantis hiſtoria. O.1.28.32.
Sinu laxo ferre, quid? S.2.3.172
Sinueſſa. Ep.1.5.5
Sirenes unde dictæ. Ep.1.2.23
Sirenes à Muſis differunt. ibid.
Siſenna quorum cognomentum. Satyr.1.7.8

Siſer herba. S.2.8.9
P. Siſer. ibid.
Siſyphus Æoli F. O.2.14.20. *ejus vaſritiæ & ſaxum.* ibid.
Siſyphus dicitur ab inferis rediiſſe. O.1.6.7
Sithonia. O.1.18.9
Siticines ad tibiam in funere canebant. O.2.1.38. S.1.6.44
Smyrna & Colophon oraculis clara. Ep.1.11.5
Socci calcei Comicorum. A.80
Societas. O.3.24.60
Socrates, à quo Socratici. O.1.29.1[illegible]
litteram nullam reliquit. ibid.
Socratica domus. Ep.1.1.13
Soldum reddere, quid? S.2.5.65
Solea calceamenti genus, mulierum proprium. S.2.8.77
Solenne pro conſueto. Ep.1.1.101
Soles candidi, pro diebus. O.4.5.8
Solidus dies. O.1.1.29
Solvere navem, vela, &c. E.10.1
Solvere oram. E.10.1
Solum pro deſerto. O.1.25.10
Somni portæ duæ. O.3.27.41
Somnus pro morte. O.1.24.5. O.3.11.38
Sonare pro loqui. S.2.3.274
Soracte. O.1.9.1
Sorites ratiocinationis genus. Ep.2.1.47
Sors à ſerie dicta. S.1.1.2
Sorte ſua contentus nemo. S.1.1.1. & 14
Sortes amorum in conviviis. O.1.27.10
Sortiri judices, magiſtratus, &c. O.1.4.18
Sortiri regna talis. O.1.4.18
Soſia gens. Ep.1.20.2
Spadones apud Juriſconſultos. O.1.37.9
Spadones & Eunuchi rugoſi. E.9.13
Sparſiones croci & florum in theatris. Ep.2.1.79
Spartacus. E.16.5
Spartaria Carthago cur dicta. ibid.
Spartum in Hiſpania frequens. E.4.3.
Species. Ep.1.6.49
Speculum formæ conſilium. O.4.10.6
Spes mortalibus relicta in Pandoræ dolio. O.1.35.21
Spe nihil vanius. Ep.1.5.17
Spes mala & bona. Ep.1.[illegible]
Sperare pro timere. [illegible]
Sponda lecti pars. E.[illegible]
Spongia. S.1.[illegible]
Sponſi. Ep.1.2.[illegible]
Sponſio pro promiſſione. S.[illegible]95
ex Sponſa agere. [illegible]
Spurcum pro impuro. S.2.[illegible]
Squilla. S.2.4.[illegible]
Staberius medicus. S.2.3.[illegible]
Stans pede in uno. S.1.4
Stare. O.3.2[illegible]
Stare animo, pro ſanæ mentis eſſe. S.2.[illegible]213
Stare quid in coctis. S.2.4.[illegible]
Stare propriè Judicum. S.1.[illegible]
Statores. ibid.
Stat fabula. Ep.2.1.1[illegible]
T. Statilius Taurus. Ep.1.5.4. *ejus amphitheatrum.* ibid.
Statuæ victoribus poſitæ. O.4.2.[illegible]
Stella à Cæſaris cæde apparens. E.15.[illegible]
Stella ſolitaria & gemina quæ. O.1.12.27
Stellis inſerere. O.3.25.6
Stenelus Caparei F. militia clarus. O.1.15.23
Stertinius quis. Ep.1.12.20
Steſichorus poëta. O.4.9.7
Stoïci libelli. E.8.15
Stoïci animum æquum ſibi tribuerunt. O.1.34.12
Stoïcorum Paradoxon. S.1.3.96
Stola matronarum veſtis. S.1.2.29
Stomachus pro ira. O.1.6.6. O.1.16.16. & 22
Strabus quis. S.1.3.44
Stragula veſtis. S.2.3.115. S.2.4.[illegible]
Stramentum. S.2.3.11[illegible]
Stridor pro ſonitu. O.1.34.15
Stringere. S.1.1.8
Strictura. ibid.
Strix avis quæ. E.5.20. *unde dicta.* ibid.
inauſpicata fuit. ibid.
Structores menſarum. S.2.6.105
Stulti dum vitant vitia, &c. S.1.2.[illegible]
Stultitia pro quovis errore Stoïcis. O.1.3.38
Stultitia præſentibus gaudet. O.2.16.25
Stultitiam patiuntur opes. Ep.1.18.39
Stultorum plena ſunt omnia. S.2.3.50

Stultus

Stultus opinione dives. Ep.2.2.128
Stylum vertere. S.1.10.72
Styli aculeus. S.2.1.36
Suada & Suadela. Ep.1.6.38
Suadela, Gratia, & Mercurius Veneris comites. O.1.30.8
Sub divum rapere. O.1.18.13
Sub furcam ire, quid? S.2.7.66
Subare quid ſignificet. E.12.11
Suber. O.3.22
Subjungere. Ep.1.1.19
Subjuges. ibid.
Sub divo potiùs quàm ſub dio. O.2.3.23
Sublimis anhelitus. O.1.15.31
Submittere flores, vites, &c. O.4.4.63
Suboles an Soboles. O.3.13.8.O.4.3.13
Subſellia. S.2.8.40
Sub pedibus ponere & habere. O.3.20.11
Subſidere & Subſeſſores. E.16.31
Subſtringere aurem. S.2.5.95
Sub terra eſſe. Ep.1.6.24
Sub veteribus, ſub novis. S.1.4.71
Subucula viris, & fœminis communis. Ep.1.1.95
Subura vicus Romæ. E.5.58. *unde dictus.* ibid.
Sucula quæ & Hyades. O.1.3.14
Sudor pro tremore. S.1.9.10
Sudare pro laborare. ibid.
Sufflamen. O.3.10.10
Suffragia quomodo lata. A.343
Sumite materiam, æquam viribus. A.38
Summovere littora. O.2.18.17
Summovere, lictorum eſt. O.2.16.9
ad Summum. Ep.1.1.106
Super cœnam, ſuper merum. O.1.18.8
Superbum merum. O.2.14.27
Supercilium tollere. Ep.1.18.94
Supernè peccare. S.2.7.61
Superſtitioſi qui. S.2.3.295
Supinum & jacens. O.1.17.11
Suppilare Plauto. S.1.1.78
Supremus qui. O.1.12.19
Surdo canere, proverb. Ep.2.1.200
Surire de ſuibus. E.12.11
Suſcitare pro depellere. S.2.5.45
Suſpendere naſo. S.1.6.5
Suſurrus amantium. O.1.9.19
Suum cuique pulchrum. Ep.1.19.45
Symbola. O.4.12.17. & 22
Syrma muliebris veſtis. A.215
Syrtes ubi. O.1.22.5
P. Syrus & Laberius æquales. S.1.10.6
Syrus gladiatoris nomen. S.2.6.44

T.

T*Abella amatoria.* E.12.2
Taberna unde dicta. S.1.4.71
Taberna Caditia Caſſutiana, &c. ibid.
Taberna varia. O.1.4.13
Tabula. S.2.3.69. S.2.3.76
Tabula pro judicum ſubſelliis. S.2.1.86
Tabula votiva naufragorum Neptuno ſuſpenſa. O.1.5.13
Tabulæ teſtamenti. Ep.1.7.9
Tabum quid. E.5.65
Tacitæ virgines Veſtales. O.3.30.9
Tænarus. O.1.34.10
Talaria lex de aleis. O.3.24.58
Tali & nuces puerorum ludus. S.2.3.171
Talis regna vini ſortiri. O.1.4.18
Tanais fl. O.3.4.36. O.3.10.1. & 3. *cur diſters.* O.3.29.28
Tangendi aram ritus. O.3.23.17. *imprecando & jurando.* ibid.
Tangere pro movere. A.98
Tantalus & Tantali genus. O.2.18.37. S.1.1.68
Tardus Nonio quid. S.1.3.57
Tarentinæ oves cur pellitæ. O.2.6.10
Tarentina lana. O.2.6.18
Tarentum urbs Græca. O.2.6.11. O.3.16.33. *Lacedæmonium & Oebalium dictum.* O.2.6.11
Tarpa. S.1.10.38
Tarpejus mons. S.1.6.39
Tarpejum ſaxum. ibid.
Tarquinius Priſcus Rom. Rex. O.1.12.34
Tarracina. S.1.5.26
Tauriformes fluvii cur à poëtis dicti. O.4.14.25
Taurus Europam vehens qualis Jupiter, an navis. O.3.27.73
Teanum. Ep.1.1.86
Tegere lævum latus. O.3.26.5
Tejus Anacreon. O.1.17.18
Telegonus Ulyſſis F. Tuſculi auctor. O.3.29.8. E.1.29

Telephus. O.1.13.1. Myſorum Rex. E.7.8. ab Achille vulneratus, & quomodo ſanatus. ibid. & A.96
Telephus poëta Horatii ſodalis. O.3.19. tit.
Tellina piſcis. S.2.4.28
Tellurem porco piabant. Ep.2.1.143
Tempe loca amœniſſima Theſſaliæ. O.1.7.4 O.1.21.9
Tempeſtates ſub interlunia. O.1.25.11
Tempeſtivum quid. O.1.23.12
Tempora pro rebus adverſis. A.141
Tempora faſtis numerabant Romani. O.4.13.15
in Tempore. S.1.9.58
Tempus ex definitione Ariſtotelis. O.4.7.7
Tempus dextrum & lævum. S.2.1.17
Tenere pro vincere. Ep.1.16.43
Tentare. O.3.23.14
Tentare pro ſollicitare. O.3.4.71
Tentari morbo, & ſimilia. Ep.1.18.76
Tenuare. O.3.3.72
Tenuis pro ſubtili. S.2.4.7
Teos. O.1.17.18
Tepere virgines, ut dicantur. O.1.4.20
Ter bibere conſolati veteres. O.3.28.13
Ter Gratiis bibebant. O.3.19.9
P. Terentius Varro Atacinus. S.1.10.46
Teres. E.11.41
Tereus in upupam mutatus. A.187.
Tergeminus pro magno. O.1.1.8
Tergere palatum, quid? S.2.2.24
Ternarius numerus in Magicis. Ep.1.1.37
Terra alma. Ep.1.6.5. communis mater. O.1.28.36
Terram mortuis injicere. ibid.
Terram mordere in vulnere cadentes. O.2.7.11
Terrarum domini, qui? O.1.1.6
Terrere pro abigere. S.1.8.7
Terminalia feſta. E.2.59
Termini agrorum. O.2.18.24
Teſqua quæ. Ep.1.14.19
Teſta pro dolio. O.1.20.2
Teſtacea. S.2.4.30
Teſtamentum. Ep.2.1.230
Teſtator ſepulcri. S.2.5.105
Teucri dictum de patria. O.1.7.21
Taliarchus. O.1.9.9
Theatra Romæ reſonabant. O.1.20.7
Theatrales plauſus. O.2.1[illegible]
Thebæ triplices. A.118. Echioniæ. O.[illegible] 63
Thebani pingues. Ep.2.1.2[illegible]
Thebanum bellum. [illegible]
Theodori Apophthegma. Ep.[illegible]
Theon maledicus quis. Ep.1.[illegible]
Theonino dente rodi, quid? Ep.[illegible] 82
Theſauri inventio cui cedat. S.2.6.11. [illegible] eo lex lata. ibid.
Theſei ad inferos deſcenſus. O.4.[illegible]
Theſſalia veneficiis infamis. E.5.4[illegible]
Thimagines Rhetor. Ep.1.19.1[illegible]
Thraces truculenti. Ep.1.18.26. [illegible] O.1.18.9. O.1.36.14. libidinoſi. O.1.18.10
Thracia, Thrace, & Thraca. O.3.4[illegible]
in Thracia poëtæ primi floruerunt. O.1.26.9
Thracius ventus. O.1.25.11
Thracum eſt, pugnare. O.1.27.2
Thrax Gallina Syro par. S.2.6.44
Threſſa & Creſſa. O.3.9.9
Thunnus piſcis. S.2.5.44. pro incrementi modo nomen mutat. S.2.4.66
Thura Veneri oblata. O.1.19.14
Thus, à θύειν. ibid.
Thurinum oppidum. S.2.8.20
Thyas. O.3.15.10
Thynni, quales piſces? S.2.5.44
Thyoneus Bacchus. ibid.
Thyeſtæ iræ. O.1.16.17
Thyeſtes varii. O.1.6.1
Thyeſtes & Atreus. A.91
Thyeſtis cœna. A.186
Thyna merces. O.1.35.7
Thynia pro Bythynia. O.3.7.3
Thyoneus Bacchus unde. O.1.17.23
Thyrſus Bacchi haſta. O.2.19.8
Tiberii Cæſaris geſta. O.4.14.36. & 39
Tiberis quibus nominibus appellatus. O.1.22.8. flavus. O.1.2.13. Latium ab Etruria ſeparat. ibid. in Etruria ortus. Carm. Sæc. 38. cur Tuſcus. O.1.20.5
Tibiarum quis inventor. A.202
Tibiæ unde factæ. ibid. in bello adhibitæ. O.1.12.1. in conviviis. O.4.15.30
Tibiæ Lydæ, Phrygiæ, Berecynthiæ, ac Barbaræ. ibidem. dextræ & ſiniſtræ.

ſtræ. A.202. pares & impares. ibid.
Tibullus poëta. O.1.33.1
Tibur, Argeo colono conditum. O.2.6.5
Tibur cur ſenectuti ſedem delegerit Horat. O.2.6 1
Tiburis conditor quis. O.1.18.2
Tiburtina via. S.1.6.108
Tiburtus an Tiburnus. O.1.7.13
M. Tigellius Hermogenes muſicus. S.1.2.3. & S.1.3.5
Tigris ſagitta Medis. O.3.3.14
Tillius, alius, à Tullio. S.1.6.25
Timidum cor unde. O.1.15.29
Timon μισάνθρωπος. S.1.1.64
de Timore aliter Stoïci atque Jureconſulti. O.3.3.8
Tindaridæ. S.1.1.100
Tindaridarum fortiſſima. ibid.
Tineas paſcere, quæ dicantur? Ep.1.20.12
Tireſiæ laus. S.2.4.50
Tinguere. O.2.14.26
Tiridates Rex. O.1.26.5
Tiridates pulſo Phraate regnum occupavit. O.2.2.17
Tirones. S.1.2.16
Tirocinium. ibid.
Tiſiphone, una ex Furiis. S.1.8.34
Tithonum ſenectus. O.1.28.8. O.2.16.30
Titia gens Romana. Ep.1.3.9
Titillare de gloria. S.2.3.179
C. Titius. ibid.
Tityon. O.2.14.7
Tityus Jovis F. ab Apolline extinctus. O.4.6.2
Togâ muliebris veſtis. S.1.2.63
Toga pura quando ſumta. S.1.2.16. E.5.7
Toga triumphantium purpurea. S.1.6.29
Togæ laxitas. E.4.8
Togam componere. S.2.3.77
Tolle cupidinem immitis uvæ. O.2.5.9
Tollere pro auferre. E.16.39
Tollere riſum. ibid.
Tonitru ſereno cœlo. O.1.34.7
Tonſores quando Romam venere. O.1.12.41. Ep.1.1.94
Toral & Torale. S.2.4.84
Torquatus orator. Ep.1.5.9
Torquere aliquem mero. A.435
Torques aurei Gallis. O.3.6.12
Torrens. S.1.7.27
Torvus & Torvitas. O.3.5.43
Trabalis clavus. O.1.35.18
Trabs Poëtis pro navi. O.1.1.13
Trachina. S.1.5.16
Tractant fabrilia, fabri. Ep.2.1.116
Tractare & retractare. O.1.31.12
Tragœdia Athenienſium inventum. O.2.1.11
Tragœdiæ origo. A.275
Tragœdiæ & Comœdiæ pedes. A.93
Tragœdiarum domicilia quæ. Ep.2.1.213
Tragœdiarum perſonæ. A.91
Transacta diei ratio exigenda. S.1.4.133
Trans pondera. Ep.1.6.51
Tranſilire munera Bacchi. O.1.18.7
Tranſverſo calamo ſignum allinere. A.446
C. Trebatius Rufio vel Teſta. S.2.1.tit.
quando mortuus. S.2.1.34
Trepidare unde dictum. O.2.3.12. pro timere poſitum. ibid. & O.2.4.23
Tres multi convivæ prope diſſentire videntur. Ep.2.2.61
Tribuni Laticlavii. S.1.6.29
Tribus Romæ XXXV. Ep.1.6.52
Trichila. S.1.6.117
Triformis. O.3.22.4
Trimetri Iambici. A.253
Tripes menſa pauperum ſupellex. S.1.3.13
Tripodes præmia militum. O.4.8.3
Tripudii nomen unde. O.1.37.1
Triſte pro infelici. O.2.13.11
Triton interdum vaticinatus. O.1.15.5
Triumphandi mos. O.1.12.53
Triumphantium currus aurei an eburnei. E.9.21
Triumphantes qua porta ingreſſi. E.7.8. Capitolium aſcendebant. O.4.3.9
Triumphus Romæ. O.1.1.6. ejus effigies. E.9.21
Triumviri capitales & monetales. E.4.11
Trivia. A.245
Trochus. A.380
Trochi ludus. O.3.24.57. an turbo. ibid.
Troëzenus primus inſtituit, voce cum tibiis canere. O.4.15.30
Trojanum bellum. O.1.6.8

Trojani belli principia ab Homero prætermiſſa. A.147
Trojani quas in Italia partes occuparint. Carm. Sæc. 39
Troilus impubes. O.2.9.15. *mors variè narrata.* ibid.
Trucidare de porro & cepe. Ep.1.12.21
Truditur dies die. O.2.18.15
Trulla. S.2.3.144
Trutina τρυτάνη. S.1.3.72
Tu nihil invita dices facieſve Minerva. A.385
Tuba, cornua, & litui. O.1.1.23
Tuba & Tibia in funeribus. S.2.6.44
Tucia gens. Ep.1.15.tit.
Q. Tullii Epiſtola. Ep.1.1.tit.
Tullus Rom. Rex. O.4.7.15
Tumidus. S.2.5.97
Tumultus unde dictus. O.3.14.14. *bello gravior.* ibid.
Tundere pede terram. A.430.
Tunica palmata triumphantium. S.1.6.29
Turbo magicus. E.17.7
L. Turius. S.2.8.20. *judex nummarius.* S.2.1.49
Turnus unde originem duxerit. O.3.16.1
Turpis maritus. O.3.5.6
Turres à terrendo. O.1.4.13
Turres celſæ graviore caſu decidunt. O.2.10.10
Turres pro urbibus. Ep.1.3.4
Tuſci primi ſigna fecerunt. Ep.2.2.180
Tuſculum. E.1.29
à Telegono conditum. ibid. O.3.2.9
Tuſco alveo donatare. O.3.7.28
Tuſcus vicus Romæ. S.2.3.228
Tutela & Tutores. S.2.3.218
Tutela in navigiis. O.1.14.10
Tuus Apollo. E.9.30
Tydides, Diomedes. O.1.15.28
Typhœus, Mimas, Rhœcus, &c. nomina gigantum ſunt. O.3.4.53
Tyria purpura. Ep.1.6.18

V.

V*Acua aula.* O.4.14.36
Vacuna Sabinorum dea. Ep.1.10.49
Vacunalia. ibid.
Vacuum venire. Ep.1.19.21
Vades, Vadari, & Vadimonium. S.1.1
Vabala cognomentum. Ep.1.15
Valeriæ gentis origo. S.1.6.1
Valgii qui. S.1.3.4
Valgii duo Cajus & Titus. O.2.9.tit. *poëta uterque.* ibid.
Vallis reducta, quæ. O.1.17
Vallum ferre, quid? E.5
Vapor & Vaporare. E.3.
Vappa. S.1.1.1
Vari. S.1.3.
Varia Horatii villa. Ep.1.14.
Varii Thyeſtes. O.1.6.1. *ejuſdem panegyricus Auguſti.* ibid. Ep.1.1621
Varius & Varus poëta. O.1.6.1
Virgilii contubernalis. A.53. *quando mortuus.* O.1.24.5
Varus caſus in Germania. O.1.18.tit. *Epicureus.* ibid.
Vaſarium. S.1.5.
Vaticinia Romæ. Ep.2.1.2
Vatillus quid & unde. S.1.5.36
Vectes amantium quibus fores effringebant. O.3.26.7
Veſticularian vitam agere Catoni. S.1.3.16
Vehemens. Ep.1.13.5
Vejanius. Ep.1.1.4. & 6
Vejentanum vinum vile. S.2.3.143
Vela retro dare. O.1.34.3
Velia oppidum. Ep.1.15.1
Vellere barbam alicui. S.1.3.133
Venafrum & Venafranum oleum. O.2.6.15
Venalitiarii. Ep.2.2.13
Venatio per nives optima. O.1.37.14
Veneficarum nomen non celabant antiqui. E.3.8
Venenum vocabulum medium. E.5.87
Venerari pro venerando poſcere. Carm. S.49
Veneri myrtus ſacra. O.1.49
Veneris ſtella & Lucifer & Heſperus dicta. Carm. Sæc. 10
Veneris & Bacchi ſocietas. O.3.18.6
Venero & Veneror. S.2.2.124
Venta factio. O.1.1.3
Venimus ad ſummum fortunæ. Ep.2.1.32
Venter Juriſconſultis. E.17.50
Venti certis ſpirantes locis, O.1.3.4. *eorum varietas.* O.1.3.14

Venti

Venti loquaces. O.3.13.15
Venti Thracii unde ſpirent. O.4.12.2
Ventoſus pro levi. Ep.1.8.12. *pro inconſtante.* Ep.1.19.37
Ventri bellum indicere. S.1.5.7
Ventriloqui. O.1.16.5
Venus à ſpuma maris nata. O.1.3.1
ἀναδυομένη cur dicta. ib.&O.3.26.5
Venus pro pulcritudine. A.42. *choreas ducit.* O.1.4.2
Venus ridens. O.1.2.33. O.3.27.67. *decens.* O.1.4.6. *Cnidia.* O.1.30.1. *Cypria.* O.1.19.10. *Erycina.* O.1.2.33. *Paphia.* O.1.19.14. O.1.30.2. O.3.28.13
Venuſia Horatii patria. S.2.1.35
Venuſtus ἐπαφρόδιτος. Ep.1.6.38
Ver aperit. O.1.4.1. O.3.7.1
Verba durè compoſita. O.2.9.13
Verba nova quando uſurpanda. A.47
Verba à Græcis deflexa. A.53
Verba data. Ep.1.18.71
Verba incantantium. Ep.1.1.34
Verbenæ in ſacris & fœderibus uſus. O.4.11.6
Verbum verbo reddere. A.133
Verbum emiſſum irrevocabile. Ep.1.18.71
Veritatis ſimplex oratio. O.1.24.7
Vernæ herilis menſæ reliquiis paſcebantur. S.2.6.67
Vernalis Horatio, Vernilis Seneca. S.2.6.108
Verſus male tornati, qui? A.441
Vertere cadum & crateras. O.3.29.2
Vertit abſolutè poſitum. O.4.10.5
Vertumnus unde dictus. S.2.7.14. Ep.1.20.1
Verum pro juſto. Ep.1.7.98
Verum & decens, Philoſophiæ partes. Ep.1.1.11
Veſci aura vitali. O.2.14.10
Veſculus. S.2.2.128
Veſpera ruſtica deſcriptio. O.3.6.41
Veſperus, ſidus Veneri ſacrum. O.2.9.10
Veſta ignis æternus. O.1.2.15
Veſtales Virgines ſacræ. O.1.2.27
Veſtem ad talos demittere, fœminarum. S.1.2.25
Veſtigia ponere. S.2.6.102
Veſtis ianthina. Ep.2.1.207
Veternus morbus. S.2.3.30. Ep.1.8.2
Vettii non Vectii, &c. Ep.1.11.tit.
Vetulæ bibaces. O.3.15.16
Vetuſta ligna. E.2.43
Via ſacra Romæ celeberrima. E.4.7
Via pro vico triumphali. O.2.12.11
Viarum dii qui. O.1.36.2
Viaticum. Ep.2.2.26
Vicarius. S.2.7.79
Vici. Ep.2.2.177
Vicis vocabulum pro pœna. E.5.87
Victoria alata virginis habitu. Ep.1.18.64
Victus tenuis. S.2.2.53
Vidua unde dicta. O.1.10.11
Viduatus. ibid.
Vietus. E.12.7
Vilis amicorum eſt annona. Ep.1.12.24
Villarum Romæ inſanæ ſubſtructiones Luculli & aliorum. O.2.15.1. & 2. O.2.18.17
Villia gens. S.1.2.64
Villius. ibid.
Villicus. Ep.1.14.1
Vina, ut carmina mala ætatem ferunt. Ep.2.1.34
Vina languidiora, quæ? O.3.21.8
Vinalia feſta quando. O.1.31.2
Vinaria apotheca. O.3.28.7
Vindelici populi. O.4.4.18
Vindicta in manumiſſionibus ſervorum. S.2.7.6
Vindictæ cupiditas fugienda. Ep.1.2.60
Vineta egomet cædam mea. Ep.2.2.220
Vinia gens prætoria. Ep.1.13.tit.
Vinius Rom. S.1.1.95
Vini varia effecta. O.3.21.2. & 17
Vina à Conſulibus nomina mutuabantur. O.3.21.5. *diffundi quando cœpta.* E.2.47
Vinum frigida temperare. O.3.19.6. *melle mitigare.* S.2.2.15. *auſteritas vini.* O.1.27.9
Vina libera quæ. A.85
Vino calidam aquam addere. O.3.19.6
Vinum curas diſſipat. O.1.18.4. *hominem aperit.* O.1.18.16
Vino nihil utilius, nihil pernicioſius. O.1.18.7
Vina colata. O.1.11.6
Vinum vetus optimum. Ep.2.1.34. & 35. *lac Veneris.* O.3.18.6. *amarum.* O.3.21.8. *Cæcubum.* O.1.20.9. *Calenum.*

num. O.1.20.9. O.1.31.9. *deliare.* E.2.47. *Formianum.* O.3.16.34. *Græcum.* Ep.9.34. *Græca vina mari condita.* S.2.8.15. *Lesbium.* O.1.17.21. *Maſſicum.* S.2.4.45. *Surrentinum, Falernum.* ibid. 55. *Sabinum vile.* O.1.20.1. *ſeverum.* O.1.27.9
Violarum genera varia. O.3.10.13
Vir optimus quis. Ep.1.16.17
Virbius dictus Hippolytus. O.4.7.25
Virens & florens flamma. E.17.33
Vires pro virtute. O.4.2.22
Virga Mercurii. O.1.10.18
Virgilii encomium. S.1.10.44
Varo familiaris. O.1.24.5. *an unguentarius.* O.4.12.tit.
Virginum prima. O.4.6.31
Virgo Veſtalis quomodo capta. O.3.14.5
Virgo virum ferens. O.2.5.3. *uvæ comparata.* O.2.5.2. *cruda, acerba, & tempeſtiva.* ibid.
Viri nomen honorificum. A.141
Viripotens. O.2.5.3
Virtus ſeipſa contenta. O.1.17.39. *repulſæ neſcia.* O.3.2.17. *ſepulta.* O.4.9.29. *inſtar arboris creſcit.* O.1.2.46. *libera eſt & inviolabilis.* O.3.2.18. *ſibi ipſa merces.* O.3.2.19
Virtus ſilentio tuta. ibid.25
Virtute functus. O.4.15.29
Virtutem verba putare. Ep.1.6.31
Virtutis comes invidia. O.2.20.4. S.2.3.13.
Virtutis ſecundùm Epicureos definitio. Ep.1.1.41
Virtutis via ardua, & quare? O.3.24.44
Virus. Ep.2.1.158
Vis major Juriſconſultis. O.3.14.14
Viſci duo amici Horatii. S.2.8.20
Viſus an auditu præſtantior. A.180
Vitæ humanæ brevitas. S.2.6.94. O.1.4.15
Vita hominis quibus comparetur. O.4.7.16. *non procraſtinanda.* O.4.7.17. *flori comparata.* O.2.3.13
è Vita tamquam è theatro excedere. S.1.1.118.
Vitale quid. S.2.1.61
Vitalia alicui amputare. S.2.7.1
Vites falce curare. O.1.31.9
Vitia virtutibus affinia. A
Vitio ſuo laborare, quid? S.1.
Vitreum, epithetum frequens. O.1.
Vitta matronarum & in ſacrificiis. O. 14.7
Vivere à morte. O.3.1
Vivida vis, virtus, tellus, dextra. 4.4.10
Vivite fortes, &c. S.2.2.1
Vivitur parvo bene. O.2.16
Uliſſi errores. O.1.
Ulmus ferendo vino apta. E.2.
Ultimum quid. O.1.16.
Ultimus pro primus. O.1.16.
Ulubræ oppidum ignobile. Ep.1.11.
Ulyſſis calliditas. O.1.6.
ad Umbilicum pervenire, an ad libros ſi-lium referatur. E.14
Umbra mortuorum. E.5.
Umbri pro ſpuriis dicti. S.1.
Unctus pro lauto. Ep.1.17.1
Unctum pro ſordido. S.2.2.67
Ungebantur mortuorum corpora. E.17.11
Unguenta Perſica. O.1.38.1. *coronæ his imbutæ.* O.1.38.2
Unguentum cum oleo. S.2.3.125
ad Unguem. A.294
Ungues arrodere. E.5.47
Uniones inaures. S.2.3.239
Univira. O.3.14.5
Vocales poëtis interdum non extritæ. O.1.2.31
Vocatus & non vocatus Deus. O.2.18.37
Volumina librorum. Ep.1.20.8
Volumnius Eutrapelus. Ep.1.18.31
Volupia. O.1.35.tit.
Voluptas inhoneſta. Ep.1.2.55
Vos exemplaria Græca, nocturna verſate manu, &c. A.268
Vota pro Auguſto ſuſcepta. O.4.2.43
Vota facere, nuncupare, reddere. O.4.2.54
Vota tacitè non concipienda. Ep.1.16.60
Votis paciſci. O.3.29.59
Voto reus, quid? Ep.1.14.41
Vovere. S.2.6.1
in Votis eſſe. ibid.
Urbani pro ſcurris. Ep.1.18.2
Urbanus. A.213
Urbs ab urbo appellata. S.1.5.105
Urbum, unde urbs. O.1.16.20

Urgere

Vrgere aliquem, pro aſsiduè deflere. O.2.9.9
Vrget diem nox & viciſsim. E.17.25
Vrna. S.1.1.54
Vrna judiciaria. S.2.1.47
Vrnam movere. O.2.3.25
Vſtica mons. O.1.17.11
Vſus quid. S.2.6.75. Ep.2.2.159
Vſucapere. ibid.
Uti & frui quid differant. Ep.1.12.2
Utrem creſcentem inflare. S.2.5.98
Uvæ ollares. S.2.4.71. *penſiles.* S.2.2.121
Uvas durandi mos. S.2.4.71
Vulcanus fabricans. O.1.4.8
Vulgus infidum O.1.35.25
Vulgus malignum. O.2.16.39. πολυκέφαλον. Ep.1.1.76
Vulturii heredipetæ dicti. S.2.6.55
Uxoris gratia ad maritum. O.1.30.5
Uxorius amnis. O.1.2.20

X.

Xanthias Phocens. O.2.4.1
Xanthus fl. unde dictus. O.4.6.26

Z.

Zephyrus veris ventus. O.1.23.5
Zethus & Amphion. Ep.1.18.41
Zona militum & mercatorum. Ep.2.2.40
Zonæ quinque. O.3.3.53

F I N I S.